CONSILIORVM ALEXANDRI TARTAGNI IMOLENSIS I.C. CELEBERRIMI

Liber Quartus.

HABES HIS TYPIS OMNIVM POSTREMIS PRAETER accuratam emendationem, Adnotationes repurgatas & expunctas, quæ nouis opinionibus & hæreticis Orthodoxam Ecclesiam lædebant.

DVO INSVPER HABES ALEXANDRI RESPONSA restituta, vnum, quod est xxxiij. lib. 4. multis ab hinc annis prætermissum. Alterum verò est in vij. libri calce, quod inter consilia Laurentij Calcanei impressum reperitur.

Item Alexandri vitam per Nicolaum Antonium Grauatium I.C. editam.

*Postremò Additamenta doctissima præstantiss. J. C. Marci Antonij Nattæ Astensis hucusque non edita, quæ cum hoc signo * ad quodlibet responsum adscripsimus. Et eo quidem ordine, vt omnia citra laborem inuentu faciliora cognoscas.*

VIRTVTI SIC CEDIT INVIDIA.



VENETIIS, Ex Officina Damiani Zenari. MDLXXVIII.

LIBER QVARTVS CONSILIORVM

CLARISSIMI OMNIVM,

& doctißimi I. C. D. Alexandri Tartagni Imolensis;

RECENTER AB INFINITIS PROpe mendis exactißimè repurgatorum:

CVM ANNOTATIONIBVS QVAM PLVRIVM, IVRISconsultorum, præsertim Marci Antonij Nattæ I. V. D. præclarissimi; nunc primum in iuris & syncerae praxis studiosorum gratiam, & vtilitatem in lucem editis.

SVMMARIVM.

Solennitates omnes ex longo tempore præsumuntur, & numero 20.
Nomina singulorum debent exprimi in actu arduo collegij.
Potestas locandi ad longum tempus non venit in generali mandato.
Rubrica generalis non restringitur per nigrum strictius.
Actus non potest sustineri ex potestate in qua non est factus.
Suspicio impressionis subest durante magistratu.
Tempus restitutionis non currit nisi sublato eo, qui malè administrauit, & a tempore scientiæ, & nu. 14.
Venditione prohibita, prohibetur locatio ad longum tempus.
Verba narratiua non inducunt confirmationem.
Temporis diuturnitas non facit præsumi mandatum.
Tempus longum non facit præsumi bonam fidem.
Lex prohibens alienationem, prohibet præscriptionem.

CONSILIVM I.

CHristi nomine inuocato, Ponderatis his de quib. in themate fit mentio, videndum est in primis de virtute & validitate concessionis factæ magnifico equiti domino Roberto de Strocijs per Nicolutiũ de Rondanellis, & ser Antonium de Emaldis assertos syndicos cõis Lugi de [n]emorib. & syluis de Fabriago, positis intra istos confines, videlicet a meridie iuxta viã paulini, a septentrione fossatũ cam[pi]millis fabriagi, ab oriente terras decimæ cõitatis Lugi, quas [tu]nc tenebat Baldesar Venerij, & ab occidente fossadatium [v]às fossatum episcopi. Item de alijs nemoribus dictæ terræ [Lu]gi, videlicet positis ex opposito possessionum ser Caroli de [No]tarijs mediante via latitudinis perticarum quingentarum [iux]ta dictam viam, & longitudinis quantum se extendunt vs[qu]e ad flumen, iuxta ab vno latere syluas concessas Forlano [de] Baldis pro parte, & pro parte syluas decimæ communita[tis] & ab alio latere syluas dictæ communitatis, prout consta[re] dicitur in instrumento rogato per ser Iacobũ magistri Blau[si]i de anno 1461. die 16. mensis Iunij. ¶Secundò erit viden[du]m an posito quod dicta concessio per se non suffragaretur [di]cto domino Roberto, an saltem posito quòd pro parte do[mi]ni Roberti probaretur de possessione annorum decẽ, posse tueri aliqua præscriptione. ¶Tertiò, posito quòd non, [qu]æ via agẽdi competere possit dictæ communitati Lugi pro [dic]tis rebus recuperandis. ¶Circa primum videretur fortasse prima consideratione dicendum, dictam concessionem esse validam virtute concessionis factæ per dictos syndicos tam ex authoritate sibi concessa, a communitate Lugi, vt constare dicitur ex instrumento rogato per ser Gabrielem de Emaldis, seu per ser Aluisium de Gambaronibus & seu per ser Franciscum de Taurelis, & etiam ex authoritate eis concessa per quandam assertam declarationem illustrissimi domini ducis Borsij publicatam vt dicitur per Mengum de Armis assertum commissarium præfati Ducis, de qua publicatione dicitur fuisse rogatum ser Carolum de Notarijs de anno M. ccccclxj.
1 die decima mensis Iulij. † Accedit diuturnitas temporis decem annorum abinde citra quæ operatur vt omnes solenni-
a tates requisitæ interuenisse præsumantur a l. si filius. C. de petitione hæredita. & ibi not. doctores. l. cum de in rem verso. ff. de vsu. l. qui in aliena. circa principium. ff. de acquiren. hæreditate, & not. docto. in l. sciendum. ff. de verborum obligationibus. & in capitulo illud. de præsumptio. & Cyn. in l. emancipatione. C. de fide instrumen. & Ioannes Andreas in capitulo Albericus, de testi. cum simil. Accedit etiam quod in assertis literis præfati Ducis registratis in dicta asserta determinatione publicata per Mengum de Armis continetur quòd princeps ex certa scientia & de plenitudine potestatis derogat cuicunque statuto terræ Lugi disponenti quòd non possit alienari de bonis dicti communis aliquibus in contrarium facientibus non obstantibus quomodocunque & qualitercunque, & sic non potest allegari obstaculum dicti statuti. capitulo primo de constitutio. in 6. l. si quis in principio testamenti, cum ibi not. ff. de legat. 3. & quod plenè not. in l. fin. C. si contra ius vel vtil. publ. & in l. prima. ff. de constitu. princip. & in l. quidam consulebat. ff. de re iudicata & in capitulo quæ in ecclesiarum, cum simili. de constitutio. princeps etiam validasse videtur huiusmodi concessiones per literas suas sub die 10. Decembris anni M. ccccclxj. & per literas eiusdem principis, vt dicitur, scriptas præfato domino Roberto die decimaquinta Iulij M. ccccclxj. & per assertas literas communis Lugi ad præfatum principem sub die decima Iulij eiusdem anni. ¶Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam dico de iure veriorem. Primò, quia vigore mandati & syndicatus rogati, vt dicitur, per ser Gabrielem de Emaldis non potuit fieri dicta concessio, quia quando syndici habuerunt in mandatis locandi ad decimam partem fructuum reddendam dicto communi & cum pacto quòd conducentes dictas syluas tenerentur eas cauere & extirpare & ad fertilitatem reducere omnibus suis sumptibus, & quod deberent dicto communi soluere collectas & subire onera pro rata illis contingente, & quòd donec essent syluæ liceret vnicuique de dicto communi illis vti & frui. & cum pacto quòd si reducerentur ad fertilitatem, & postea deuenirent steriles & ad syluas, quod tunc ipso iure intelligerentur reuersæ ad dictam communitatem. sed dicti syndici in concessione quam fecerunt dicto domino Roberto non seruarunt prædicta quia non ad decimam fructuum, sed pro decem libris ceræ annuatim soluendis locarunt cum potestate disponendi de dictis rebus
2 pro libito voluntatis suæ respectu vtilis dominij, † ergo sine dubio nulla fuit concessio non seruata forma mandati. l. qui fundum. §. procurator. cum gloss. ff. de empt. l. diligenter. in princip. manda. capitulo cum dilecta. de rescrip. bene faciunt not. per Bart. in authen. qui rem C. de sacro san. eccle. ad fin. versic. quæro quid si est res consueta dari &c. & in consilio suo incipiente, visa quadam constitutione episcopi &c. &

in quarto dubio.& per Bald.in l.quæcunque. C.de bonis quæ
libe.& Ange.in §.emphyteuſim.in authen.de non alien.& Io-
an.de Imo.in l.quod dicitur. in fi.ff.de verborum oblig. Item
* poteſt dici quod dictus * ſyndicatus non valuit ſaltem quò ad
3 dictam locationem in perpetuum faciendam, † quia cum di-
cta locatio in perpetuum dicatur alienatio. c. nulli, de rebus
eccle.& in § alienationis, in authent.de non ali. colla.2.& in
dicto ſyndicatu non fuerunt ſigillatim deſcripta nomina con
ſiliariorum,& licet fuerint variæ opiniones in hoc an requira
tur de neceſſitate quòd exprimantur nomina, tamen quò ad
* caſum noſtrum quando tractatur de actibus multum * ponde
roſis, vt de actu alicuius alienationis rerum publicarum quæ
ſeruãdo ſeruari poſſunt.vel de actu alicuius ſubmiſſionis cõ-
muniter tenetur quod requiratur ſpecificari nomina, per l.fi,
C.de vend.re.ciui.lib.11,Ita inquit Bal.in l.1.in prin.ff.de re-
bus eorum.in l.ciuitas,in fi.ff.ſi certum peta.& Pet.de Anch.
in commento.c.canonum ſtatuta,de conſtit.in 14.charta,dũ
tractat qualiter fiant ſtatuta in ver. propter hoc & alia &c. &
his etiam conſonat doctrina Bart.in l.1.ff. de albo ſcriben.dũ
allegat dictam l.fi.& Ant.de But.in cap.1.de ſyndico. ¶Non
obſtat etiam inſtrumentum ſyndicatus, de quo dicitur fuiſſe
rogatũ ſer Aluiſium de Gambaronibus,quia reſpondeo quòd
illud mandatum etiam non eſt legitimum, & pluribus defe-
ctibus laborat quò ad hoc vt ſyndici vigore dicti mandati po
tuerint huiuſmodi ceſſionem facere.Primò,quia non ſunt ex-
preſſa nomina conſiliariorum,vt dixi.Secundò,quia narratur
in ſcripturis mihi exhibitis folio 4.quòd in dicto inſtrumen-
to continetur quod interuenerunt conſiliarij 34. vltra domi-
4 num commiſſarium,quod non ſufficit,† quia notarius debet
exprimere quòd duæ partes ex tribus partibus conſiliariorum
* interuenerunt,vt inquit Bart.in l.fi.C.de prædijs * curialium.
libro 10.per l.nominationum. C.de decurio. lib.10.& l.nul-
lum.ff.quod quiſque vniuer.not.l.3. ff.de decre. ab ordi. fac.
Item quia ibi datur poteſtas locandi pro decem annis, & iſta
locatio fuit in perpetuum,& ſic non valet,quia exceſſerunt fi-
5 nes mandati,vt ſupra dictum eſt. † & vbi apparet aliquod ge-
nerale mandatum,non veniret dicta poteſtas locandi in perpe
b tuum in tali generali [b] mandato,quia eſt alienatio,vt dixi,quę
non venit in generali mandato.l.procurator totorũ,& l.man-
dato generali.ff.de procura.bene facit id quod habetur in cle-
men.1.de rebus eccleſi. non alie. ¶ Non inſiſto circa aliud aſ-
ſertum mandatum rogatum, vt dicebatur per ſer Franciſcum
de Taurellis, quia de tali mandato non conſtat, & ipſe nota-
rius negat ſe de eo fuiſſe rogatum. Fuit enim dicta conceſſio
non obſtantibus dictis inſtrumentis ſyndicatuum alia ratione
nulla, quia ſtatutum ſub rubrica quòd non concedatur donũ
aliquod nec alienatio fiat de aliquibus poſſeſſionibus, nemo-
ribus & bonis ipſius &c. prohibet dictam alienationem fieri
& eam inualidat. & poſito quòd reperiatur in dicto ſtatuto
quòd ſit mentio de directo dominio,& non ſit mentio de vti-
li,& ſuper hoc aliàs fuerit altercatio,quia allegabatur dictum
ſtatutum fuiſſe abraſum & falſificatum,tamen omiſſa pro nũc
dicta diſputatione raſuræ & falſitatis quæ in facto conſiſtit,
dico quòd etiam poſito quòd ſtatutum originaliter conditum
& ſcriptum fuiſſet prout nunc reperitur, abſque illo verbo,
vtile, tamen adhuc per ſtatutum tale infringitur dicta con-
ceſſio patet, quia per dictam conceſſionem factam per dictos
aſſertos ſyndicos tractatur de transferenda poſſeſſione. patet
dum in inſtrumento conceſſionis dicitur, & ipſam vſufru-
6 ctuandi & poſſidendi &c.† & de iure communi etiam de na-
tura locationis ad longum tempus vel in perpetuum eſt quòd
c transferatur naturalis [c] poſſeſſio fundi,vt not.gloſ.in l.ſi quis
ante.ff.de acquir.poſſeſ.& in l.3.§.ex contrario.eod.titu.& in
l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff.commo.& probatur in
l.ſciendum.in princip.verſic.ſed & etiam.ff. qui ſatiſda.cog.
& ita in poſſeſſione verificantur verba ſtatuti in propoſito,vt
ibi per Bald. Præterea, poſito quòd in nigro dicti ſtatuti non
7 fieret mentio niſi de directo dominio, † tamen quia rubrum
dicti ſtatuti eſt generale & continet orationem perfectam pro-
hibentem alienationem fieri de aliquibus poſſeſſionibus, ne-
moribus. & bonis communis, ſtabitur rubro, circa id quod
non eſt comprehenſum in nigro, nec reſtringitur per nigrum
ſtrictius loquens.ita ſpecificè decidit Ioan.de Imo. per l.1.C.
de capitatione ciuium cenſibus eximenda. lib.11.iuncta glo.
& ibi per Barto. & refert ſe habuiſſe de facto. ita etiam dicit
Sal.& Ludou.Roma.in l.1,ff.ſi certum peta.vbi ad hoc repu-
tat ſingularem eſſe glo.dictæ.l.1. C.de capi.ciuium.ita etiam
inquit Pau.de Caſt.lib.2.conſi.40.incipien.Præſens caſus mo
dicam. vbi pro hoc conſuluit quòd ſi rubrica ſtatuti dicebat
quòd filia dotata non ſuccedat & poſtea nigrum repellebat
filiam dotatam a ſucceſſione matris vel auiæ & nihil dicebat
de ſucceſſione patris,tamen propter dictam generalitatem ru
bricæ debeat excludi etiam a ſucceſſione patris, quia licitum
d eſt arguere a rubricis [d] habentibus orationem perfectam, vt
not.in l.1.C.ne fideiuſſor.doti dentur.& in d.l.1.ff.ſi certum
peta.& plenè not.Ioan.And.in addit. Specu.in titu.de diſpu-
tatio.& allega.§.fin.in fi.cum ſuis multis concordantijs,& di
ctam deciſionem Modernorum ſecutus ſum.in d.l.1.ff.ſi cer-
tum petatur. vbi pro hoc plura allegaui,quæ breuitatis cauſa
omitto. & conſtat quòd dicta conceſſio facta domino Rober-
to ſi voluiſſet,eſſet alienatio,vt dixi ſupra & ſic eſſet compre-
henſa ſub dicta rubrica ſtatuti.¶Non obſt.dicta determinatio
facta,vt dicitur,per principem,& id quod in aſſertis eius lite-
ris continetur,poſito quòd de huiuſmodi literis legitimè cõ-
ſtaret, ac etiã poſito quòd conſtaret dictam determinationem
eſſe illam quam princeps ipſe publicari cõmiſerit dicto Men-
go de Arenis, quorum omnium probationem non puto eſſe
facilem,quia reſpondeo, primo, quòd conceſſio facta per di-
ctos ſyndicos dicto domino Roberto,facta fuit vigore autho-
ritatis ſibi in prædictis attributæ à communitate Lugi ex in-
ſtrumentis rogatis per dictos ſer Aluiſium, ſer Gabrielem, &
8 ſer Franciſcum,vt patet ex inſpectione dicti inſtrumenti,† er-
go cum non fecerint vigore poteſtatis ei attributæ a principe,
nõ poteſt ſuſtineri actus ex illo capite,l.3.§.j.ver.ſed & ſi qui-
dem.ff.iud.ſol.& l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff.de verb.
oblig.& tantò magis quia illa poteſtas data a principe in dicta
determinatione in fine verſi.volentes etiam &c.videtur intel-
ligi conceſſa dictis domino Nicolutio & ſer Antonio vt pri-
uatis perſonis,non vt ſyndicis, quia in illo ver.non ſit mentio
de officio ſyndicatus,& licet in præcedẽti capitulo facta fuiſ-
9 ſet mentio de officio ſyndicatus, † tamen per illa verba poſita
in ſequenti capitulo ſ.prædictis domino Nicolutio, & ſer An
tonio,non intelligitur facta relatio niſi ad ſubſtantiam perſo-
narum,non ad illam qualitatem officij ſecundum Bar.& Bal.
in l.ſi cui ſerui.§.ſi a filio.per illum tex.ff.de leg.1.cum ſi.ſal
tem cum non ſimus in caſu ꝙ in dicto ver.volentes &c.pona-
tur reſponſio ad aliquam interrogationem præcedẽtem,& ſic
non obſtat id quod habetur in §.pręterea,inſti.de inuti.ſtip.&
in l.ſi defenſor.§.1.ff.de interrog.actio.cum ſi.Secundò etiam
poteſt reſponderi,quòd in d.verſi.volentes,&c.fuit data pote
ſtas dictis do. Nicolutio & ſer Antonio concedendi alijs ido-
neis perſonis ſi de ipſis ſyluis aliquid ſupereſſet prout ipſis vti
lius & commodius videbatur pro commodo & vtilitate dictę
10 communitatis. † & conſtat ꝙ illa verba, alijs idoneis &c.in-
intelliguntur de ſimilibus. l. ſi fugitiui.cum glo. C. de ſeruis
fug.c.ſedes,cum ibi no.de reſcri. non ergo fuit ſeruata forma
commiſſionis concedendo dicto do. Roberto qui ibi erat ma
giſtratus principalis habens merum & mixtum imperium, &
per conſequens ibi durante officio non potuiſſet conueniri ꝓ
collectis & oneribus ſubeundis ſecundum formam dictæ de-
terminationis, & prout etiam de iure communi tenẽtur dicti
* conducentes * ad longum vel longiſſimum tẽpus.l.hactenus,
in prin.& l.ſi pendentes.§.ſi quid.ff.de vſufruc.l.quæro,& qđ
ibi no.Bar.ff.de vſufru.leg.& no.in l.1.C.de anno.& tribu.lib.
10.& in ſpecie Bal.in l.1.in col.1.C.de iu.emphy.& in c.j.in
11 prin.in tit.per quos fiat inue. Conſtat † autem ꝙ magiſtratus
habens merum & mixtum imperium non poteſt regulariter
interim conueniri durante magiſtratu. l. 2.ff. de in ius voc.l.
pars literarum.ff.de iudi.l. de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.
de ope. noui nuncia.& poſito ꝙ aliquo caſu potuiſſet conue-
niri,tamen non cum ea facilitate qua cæteri,cum ipſe eſſet de
potentioribus ſaltem ratione officij.l.1.C. ne liceat potentio-
ri.cum ibi no.l.1.in fi.&l.3.ff.de alien.iudicij mutandi c
12 ſa facta.l.ſi per impreſſionem.C.quod met.cauſa. † Item
rante magiſtratu ſubeſt ſuſpicio impreſſionis,& propter
gulariter prohibentur magiſtratus emere.l.1.C.de contr
l.principalibus.cum l.ſeq.& ibi not.doc.ff.ſi certum pe
& plenè,in l.quiſquis,eo.tit.non poteſt ergo dici ꝙ alijs

libus personis idoneis fuerit facta concessio. Et præterea & tertiò in alio excesserunt terminos commissionis dicti dominus Nicolutius & ser Antonius, quia habebant potestatem locandi alijs idoneis personis pro commodo & vtilitate communitatis prout eis vtilius & commodius videretur, & sic per verba importãtia arbitrium boni viri l. fideicommissa. §. quãquam. ff. de le. 3. l. fideicommissaria libertas. ff. de fideicomm. liberta. & tamen non fecerunt concessionem domino Roberto pro vtilitate dicti communis. patet, quia omnes alij quibus similes syluæ concessæ fuerunt, tenebantur suis sumptibus illas extirpare intra terminum quatuor annorum, & singulis annis tenebantur soluere decimam partem fructuum, & donec essent redactæ ad culturam & fertilitatem licebat vnicuique de dicta communitate Lugi vti dictis syluis, etiam concessis alijs priuatis personis, & casu quo postquam essent redactę ad culturam & fertilitatem postea redirent ad pristinum statum, scilicet ꝙ efficerentur nemora seu syluæ, intelligeretur omne dominium, & possessionem esse reuersam, & reuersum ipso iure ad dictam communitatem Lugi, vt patet in dicta determinatione Principis & in concessionibus & inuestituris inde secutis & ideo etiam dicti homines Lugi in confectione dictorum instrumentorum syndicatus nunquam consenserunt ꝙ concessiones dictarum syluarum fierent eo modo quo concessum est dicto domino Roberto, quæ quidem concessio est libera a dictis oneribus præstandæ decimæ & extirpandi, & ab alijs oneribus de quibus in dicta determinatione & verbo fertur etiam, ꝙ probabitur ꝙ reperti essent homines idonei qui recepissent inuestituras de dictis syluis concessis domino Roberto his factis & qualitatibus de quibus in dicta determinatione, & cum longè maiori vtilitate quam fuerit concessio facta domino Roberto, quæ fuit valde damnosa & præiudicialis dicto communi, adeò ꝙ etiam posito ꝙ dicta concessio va-
13 luisset de iure, posset dicta communitas petere † restitutionẽ
* in integrum * aduersus dictam concessionem, iuxta. l. respublica. cum ibi no. per doc. C. quib. ex cau. maio. & l. rem publicã. C. de iure reip. & no. doc. in c. auditis, de rest. in integ. & Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de resti. in integ. in 2. par. §. 2. super versi. idem quoque. nec obstaret lapsus quadriennij a die celebrati contractus, iuxta. l. fi. C. de tempo. in integ. resti. pe. & c. 1. de restit. in integrum. lib. 6. quia responderi potest ꝙ si non distamus per quadriẽnium a tempore quo dicti dominus Nicolutius & ser Antonius desierunt esse syndici & administratores, non dicitur cucurrisse dictum tempus, per not. per glo.
14 fin. in d. c. 1. de rest. in integ. lib. 6. † Præterea dictũ quadriennium non incipit currere nisi a die quo vniuersitas dicti communis Lugi fuit certiorata de tenore dictæ concessionis & læsione, quia dictum tempus quadriennij est vtile quò ad sui initium vt probatur in d. l. fi. & ita notabiliter concludit Bald. in l. falsam. C. si ex fal. in. & dominus Car. Flor. post antiquos in clem. 1. in 1 5. q. de resti. in integ. & idem tenuit ibi Ioan. de Ligna. & do. Abb. Siculus in c. 1. in fi. de præscri. per text. in d. c. in verbo, negligenter omiserit. attento ꝙ ille qui ignorat, non dicitur negligere. c. 2. & c. quia diuersitatem, de concessi. præbe. & per alias rationes redditas per dictos doctores in locis pręallegatis. Alia ratione etiam dici potest dictam determinationem principis non validare dictam concessionem, quia licet in literis principis sit adiecta clausula ꝙ ex certa scientia & de plenitudine potestatis derogat statuto Lugi prohibenti nullam alienationem fieri posse de rebus communis Lugi, tamen non derogat iuri communi disponenti quòd in alienationibus huiusmodi requiratur non solùm consensus principis vel prælidis, sed etiam specialis consensus maioris partis consiliariorum affirmantium id cedere ad vtilitatem illius loci, vt d. l. fin. C. de venden. rebus ciui. lib. 11. & licèt illa lex loquatur in venditione, tamen doctores intelligunt eam generaliter in alienatione, vt not. Bald. in l. 1. in prin. ff. de mag. conue. & in l. ciuitas in fi. ff. si cer. pe. facit l. statu liberi a cæteris. ad fi. ff. de statul. & quod not. in l. 2. C. de vsucap. pro emp. cũ si, saltem attento ꝙ dispositio dictæ. l. fi. est fauorabilis, quo casu appellatione venditionis comprehenditur omnis alienatio, saltem similis, vt est illa quæ fit titulo oneroso, vt no. Bald.
15 in l. fi. ff. de cond. ob causam. † & quòd prohibita venditione intelligatur prohibita locatio ad longum tempus, per quam transferatur vtile dominium, voluit Bald. in auth. ei qui iurat. C. de bo. auth. iud. pos. in prin. vltimæ chartæ sequutus Rofredum, nisi in casu. l. fin. C. de prædijs curialium. libr. 10. vt ibi plenius per eum, pro hoc etiam facit quod no. Gui. de Cug. & Bal. in l. fi. C. de sacrosan. eccle. in versi. tertiò quæro. vbi concludunt ꝙ dispositio illius legis concedentis priuilegium ciuitati in venditione extendatur ad permutationem, quæ est illi similis. & licèt d. l. finalis loquatur in alienatione rerum ciuitatis, tamen videtur etiam habere locum in rebus castri, per not. Gui. de Cug. Bart. Bal. Salic. in l. fin. C. de sacrosan. eccl. & ideo licèt derogauerit statuto, non intelligitur derogasse iuri communi, attento ꝙ illud statutum addebat iuri communi, & aliter disponebat, meritò non poterat dici ius commune. l.
16 ius ciuil. ff. de iusti. & iu. † meritò licèt sit derogatum statuto, non intelligitur tali casu derogatum iuri cõmuni, vel econtrà, vt not. Sali. in l. fin. C. si contra ius vel vtili. publ. & tales literæ sine clausula derogatoria ad ius commune non valerent, per ea quæ habentur in d. l. fi. cum ibi no. C. si contra ius. & in l. scripta. C. de preci. impe. offe. cum si. Præcedentes tamen responsiones arbitror esse tutiores, & illis adhęreo. Potest etiam responderi ꝙ princeps in illa generali concessione seu potestate dacta d. Nicolutio & ser Antonio, in dicta determinatione non est intelligendum quòd voluerit quòd possent concedere dicto domino Roberto qui erat ibi principalis officialis & magistratus pro principe in dicta terra Lugi & in omnibus illis partibus Romandiolæ, cum magistratus regulariter prohibeantur huiusmodi contractus inire. & quantum ad hoc in dictis literis non est adiecta clausula, non obstante. quæ habeat in hoc derogare iuri communi, vt in præallegata. l. fina. C. si contra ius. & in l. prima. ff. de consti. princi. & in dicto c. quæ in ecclesiarum. de constitutio. cum similib. nec adhoc obstant. assertæ literæ domini Ducis sub die 20. Decembris. 1461. quæ sunt satis truncatæ, registratę in processu folio decimo, quia respondeo quòd ibi etiam non est clausula, non ob
17 stante. † & sunt etiam verba narratiua & nuncupatiua, per quę non intelligitur noui iuris tribuisse quantum ad approbationem & confirmationem titulorum, quos haberet præfatus dominus Robertus, vt est text. in clemen. si sumus. de senten. excommuni. facit quod habetur in cap. si Papa de priuileg. in 6. ¶ Non obstant etiam dictæ assertæ literę communis Lugi sub die 10. Iulij anno 1461. quia si dicta alienatio fieri non potuit obstante statuto, sequitur ꝙ nec etiam potuit literis confirmari ab eisdem, cum non esset maior authoritas in confirmante quàm in confirmato. l. j. iuxta prin. quæ senten
18 tia sine appellatio. rescin. ¶ † Præterea dictæ literæ non sunt scriptæ manu notarij dictę communitatis qui ad similia deputatus erat, ergo non faciunt fidẽ. l. 2. C. de conuenien. fisci deb. lib. 10. no. Bal. in l. Imperator. ff. de statu hominum. & Sal. in l. exemplo. C. de probatio. Item in dictis literis non enumerãtur specialiter nomina maioris partis consiliariorum, vt requiritur quò ad actum alienationis, vt dixi supra esse necessarium. ¶ Nõ obstant etiam assertę literę principis ad dominum Robertum sub die 15. Iulij 1461. quia respondeo ꝙ princeps in suis literis pręsupponit quòd communitas Lugi concesserit dicto domino Roberto, & veritas est ꝙ communitas non concessit, sed syndici non habentes mandatum ad concedendum prout cõcesserunt, vt supra est ostensum, & vt literę illę non suffragantur, quia fundantur in obreptione facta principi. ca. super literis, de rescrip. l. fi. C. de diuer. rescri. l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius voc. & nullam facit mentionem princeps de concessione facta per dominum Nicolutium & ser Antonium dom. Roberto vigore dictę suę pręcedentis determinationis, & sic non potest dici ꝙ approbauerit illud quod ignorauit. l. mater. ff. de inoffi. testa. l. fi. C. plus valere quod agitur. Pręterea ibi nõ est clausula, non obstante, quę in similibus est necessaria, vt dictum est. Non obstat ꝙ post tempus dictarum concessionum transiuerit tempus longum, & ꝙ pręterea debeat pręsumi om
19 nia fuisse solemniter acta, † quia respondeo quod diuturnitas
c temporis non facit pręsumi ꝙ intercesserit mandatum [c] quod erat necessarium ad actum, vt notabiliter voluit Bald. in l. qui non. C. si ex fal. instru. & in l. 1. C. de rebus alie. non alien. per ea quæ no. in c. cum in iure. de offi. deleg. & per l. fi. ff. pro empt. bene faciunt no. per Bar. in l. qui fundum. §. procurator. ff. pro emptore. Confirmo, quia posito quòd vbi agitur de acquirendo, diuturnitas longi temporis iuncta possessione & patientia

 diutur-

diuturna inducat præsumptionem ꝙ interuenerint in actu so
20 lennitates requisitæ. d.l.si filius.C.de peti.hære. † tamen vbi
f agereturde præsumenda solennitate, principaliter in damnũ f
alterius non sufficit diuturnitas longi temporis decem annorum, sed requiritur tempus 30. annorum, vt probatur in ca. peruenit. de emp.& ven. cum gloss. quam ad hoc reputat ibi Io.de Imo.bene no.ergo in præiudicium & damnum dictę cõ
21 munitatis non debent præsumi dictæ solennitates. ¶ † Præterea ex inspectione instrumenti dictę concessionis dictorũ man
* datorum apparet ꝙ non interuenerunt * solennia, igitur tunc cessat illa præsumptio quæ alias in dubio surgeret ex antiquita
* te, * vt concludit Paul.de Cast.in consi.48.incip.In causa quę vertitur inter reuerendum patrem &c. post medium. ¶ Circa
22 secundum principale quęsitum, scilicet an præscriptio † longi temporis decem annorum possit obesse dicto communi. & breuiter respondeo ꝙ non, quia non habuit bonam fidem dominus Robertus si non constitit sibi de legitimo mandato dictorum syndicorum ad dictam concessionem faciendam, vel nisi probaretur ꝙ habuisset iustam causam credendi ꝙ haberent legitimum mandatum ad illud, vt quia sibi fuisset dictũ à personis fide dignis, ita legi.& not.in d.l. fi.ff.pro em.& declarat Bar.in d.l.qui fundum.§.procurator. eo.tit. & Bald.in l.1.C.de rebus alie.non alienan.debuit enim dominus Robertus mandatum inspicere. l. qui cum aliena.ff.de re iu.l.sed si pupillus.§.conditio. ff.de inst. Prętereа tempus decem annorum etiam cum titulo & bona fide non sufficeret contra dictam communitatem, per l.omnes.C.de pręscri.30.annorũ. & not.in l.iampridem.C.communia de vsucap.& l.in omnibus.ff.de diuers.& tem.pręsc.& in hoc videtur æquiparari ci
* uitas * & castrum, per not.per Gui.de Cug.Bart.& Bal.& Sali.
23 in d. l.fi. C. de sacrosan.eccle.Pręterea † statutum Lugi indistinctè prohibeat dictam alienationem, vt supra probaui, ergo intelligitur etiam prohibuisse pręscriptionem.l.alienationis. in prin. ff. de verb.sig.not.glo.in ea.l.non est incognitum.C. quibus non obst.long.temp.præscrip.& glo.& Bart.& alij.in l.vbi lex.ff.de vsuca.& Cy.& Bar.in l.fi. C.in quibus causis in inte. resti. non est necessa. & in terminis huius statuti voluit hoc Bar.in d.l.vbi lex.& est communis opi.quinimmo posito ꝙ esset decursa pręscriptio etiam dictę communitati, concederetur restitutio in integrum aduersus dictã pręscriptionem. l.1.C. si aduersus vsuca. l.etiam ei.ff.de minor. in clem.1. de resti.integrum.& notatur in c.auditur.eo.tit.in antiquis iunctis no.per doc.in d.l.respublica.C.quibus ex causis ma.cum
24 concor.supra allegatis. ¶ † Circa tertium verò quęsitum, scilicet quę via competere possit dictę communitati pro recuperandis dictis rebus. Respondeo breuiter ꝙ potest competere conditio sine causa vel triticaria vel condictio indebiti ad possessionem recuperandam, quę indebitè translata est in dictum
* d.Robertum ex contractu * inualido, & non posset dictę communitati referri quęstio dominij per dictum dominum Robertum, vt notabiliter traditur Bar.in l.si alienam.ff.solu.ma. & in l.indebiti. §. si nummi, per illum text. cum ibi not.ff.de condi.indeb.& per l.1.in fi.cum l.seq. ff. de tritica.posset etiã competere remedium de quo in c.redintegranda.3.q.1.vt ibi not.per doc.in ea. cum ad sedem.& in c.sępe. de restitutione spoliatorum.& in l.si coloni.C.de agri.& censi. libr. 11.cum sim. dummodo per commune Lugi probaretur ꝙ commune possederit antequam possessio apprehẽderetur per dominum Robertum. Posset etiam intentari petitio, puta rei vendicatio, & publiciana dummodo probaretur de dominio per testes ꝓbantes communem opinionem & famam fuisse & esse ꝙ a tẽpore centum annorum & vltra completorum ante litem motam & a tanto tempore cuius in contrarium memoria non extat, dicta bona spectarent & spectent ad dictum commune ra
25 tione dominij.† nam in istis antiquis talis probatio sufficit ad probandum dominium, vt not. Innoc.& alij in cap. veniens, in ca. quid per nouale, de verborum significa. & Cyn. & alij in l.si quidem.C.solu.matrimonio.& Bald.& Salyc.in l.cum super. C.de rei vendi.& Bald.in authen.quas actiones.ad fin. C.de sacrosan.eccles.& in l.proprietatis.C.de probationibus. & Ange.in l.at qui natura.§.cum me absente.ff.de neg.gest.& in l.penul. ff. de condi. instit.& Antonius de Butr.& alij post eum in ca. veniens. el primo, de testi. Tutius tamen esse puto quòd deducatur simpliciter possessorium recuperandæ narrando quòd commune cecidit a possessione sine culpa seu sine iusta causa, & maximè vigore concessionis nullæ factæ per dictos syndicos, & petendo redintegrari commune ad suam possessionem dictorum nemorum positorum ex opposito dicti ser Caroli de Notarijs, quia de alia prima petia terræ nemorosæ sentio ad pręsens non esse controuersiam inter commune Lugi & dictum dominum Robertum. Alexander.

ADDITIONES.

a ¶ Præsumantur.Bald.Ang.Imo.Pau.Alex.& omnes in d.l.qui in aliena.& in d.l.sciendum.Alexan.supra lib. 1. consil.113. nume.5.Deci consil.409.consil.486.in fi.consil.558. Corn.consil.144.lib.4.Curt. Senior consil.75. Iaso.consil.4.lib.1.& quæ dixi supra libr.3. consil. 45.in fi.

* Quod dictus.] Adde Decius.in cap.cum eccles.in fin.extra.de constit. Natta.

* Multum.] Idem tenet Barb.consil.1.colum.10.lib.1.vbi ponit multa specialia in causis arduis;& de arduis ponit etiam Ias.in l.placet. colum.4.C.de sacrosan.eccles. Natta.

* De prædijs.] Bar.ibi dicit, quòd non sufficit dicere, Conuocatis decurionibus, nisi subdatur, quòd fuerint omnes, vel maior pars. & fuit opinio Oldradi, quòd ista verba possint verificari in duobus. Quæ tamen opinio inuenit aduersarios; vt per Feli. in ca.auditor, colum.14.de pręscrip.Bart.in l.2.ff.de albo scrib.sensit quòd ista expressio sit necessaria, vbi nomina non sunt in instrumento descripta. Illud certi iuris est, quòd si dicitur, Capitulũ, vel vniuersitas fecit; intelligitur omnibus, vel de maiori parte; Oldrad. consilio 100. In exactione. Domi.in capitul.si canonici.1.nume.de offic. ordin.in 6.& in capitul.ad decimas.1.nume.de restitu.spol. Abbas in capitul.2. de coniug. lepro. Innocen. late in capitu.quanto, de his, quæ fiunt à Præl.sine consen.capit.vbi tamen dicit tutius esse, quòd in paruo collegio exprimantur nomina singulorum, & dicatur, quomodo illi representant totum capitulum, & collegium, & ꝙ ita communiter practicatur. Et adde quòd tunc qui opponit non affuisse duas partes, debet probare, quia præsumitur pro instrumento; Fede. Senensis consilio 148. Aliqui sunt Canonici. & consilio 227. si potero verbo. vbi expresse inquit, illa verba sufficere, Nos Abbas,& tales monachi, qui facimus totum capitulum. vel, Talis Abbas de consensu sui capituli. donec probetur contrarium. idem tenet Abb.in capitul.vni.in fin.verbis de syndi. sequitur Ioan. Bap. Santoseuerinas in repetitione.l.omnes populi. super 2.quæstio.princip.Bartoli.ff.de iust.& iure.quamuis Specul.in titulo de syndic. versicu.sed si ante litem contestatam. concludat, relatis opinionibus cõtrarijs, quod Iudex vtrunque admittat ad probandum, & ex officio veritatem inquirat.tenet Specu.eodem titu.versicu.Venerabilis pater. vbi ponit formam, & omittit illa verba de duab. partib. Vide Crau.consi.155.col.2. Natta.

b ¶ Generali.facit Pan. c.nulli.c.ad audientiam.de re.ecclesi.non alie. Deci.consi.142.

c ¶ Naturali.supra consil.165.lib.2.consi.112. lib.1.consil.105 lib.3.infra consi.69.ad fi.consi.122.lib.5. Bar.Alex.l.sciendum.in prin.qui satisd.cog. Soc.l.naturaliter, & ibi Ias.ff.de acqui.poss.Alex.l.qui bona fide.l.si colonus.§.j.de acquir.hæred.Fely.c.cum dilecta.de rescrip. Andr.Tiraquel. in consue.Picto.ti.retra.§.1.glo.14.numero 79.cum sequen.

d ¶ Rubricis supra lib.2.consi.190.

* Conducentes.] Adnota, conductorem ad longum tempus teneri ad collectas; atque id ea ratione, quia qui pro suo possidet, & iure suo percipit fructus, is tenetur ad collectas, vt est infra ab Alexandro scriptum consilio 35. colum.3. hoc eodem lib.sed talis conductor ad longum tempus.l.1.§.quod autem ait.ff.de superfic.Ideò simplex locator non tenetur ad collectas, quia non percipit fructus iure suo, sed domini, cum rei locatæ non habeat dominium, neque possessionem.l.non solet.ff.locati.l.1.C.communia de vsucapio. Hoc Alexandri dictum calculo suo approbat Parpalia ad l.Placet.col.15. C.de sacrosan.eccle.sed quod conductor,& emphyteota solués pensionem fructibus commensurabilem, subeat collectas, tradit Ruin. consi.67.lib.1. Natta.

* Restitutionem in int.] Restituitur etiam aduersus præscriptionem, vt Alex.dicit infra hoc eodem consi.col.fi. Natta.

e ¶ Mandatum infra lib.6.consi.191. * Hoc dictum impugnat late Frã.
* Curt.consilio 77.super motiuis.sequitur Socin. consilio 80.colum. 3. lib. 3. limita not. vt per Socin.consilio 46. colum.2.lib.3.& vide Feli.in ca.sicut.colum.17.& sequen.de re iudic.& Ias.in l.sciendum. colum.8.ff.de verborum obliga. Dec. consil.42.colum. penul.inter cætera limitat, nisi esset tale quid, ad quod nemo sine mandato accederet. Et vbi in instrumento antiquo fit enunciatiuè mentio de mandato; Dec.consilio 36. colum.5.vbi etiam alia ponit. Item vbi concurrunt aliæ coniecturæ; Dec. consil. 486. colum. penul. Et quod præsumatur, tenetur consilio 658.colum.2.& Crauetta plenè consilio 317. Et quod mandatum non præsumatur secundum Alex. hic, tenet Grammat. decis.103.numero 83. plures fallentias ponit

Crauetta

Crauetta consilio prænotato. Ad prædictorum propositum legere ne pigeat Alexan.consi.91.colum.2.in fi.lib.6.& Dec.in l.j.colum.5. C.qui admitti.& consi.297.vbi no.limitat in ratificatione.Et dictum Alexandri hic sequitur Ias.comprobans consi.140.colum.secunda, libro 4.& ibi col.seq.vult non præsumi pariter ratificationem. Vide etiam nonnulla per Dec.consi.199.prope fi.sequitur Alex.hic Afflic. decis.345.vbi limitat in mandato custodiæ,& sequitur Rui.consilio 41.col.8.lib.1. Natta.

f ¶Damnum.idem Alex.l.sciendum,de verb.obli.supra cons.129.lib. j.consi.12.ad fi.consi.17.nu.113. infra eo.lib.& consi.118.lib.6.Soci. consi.254.Bar.dispu.Mulier habens.ad fi.Bar. Pau.Alexan.d.l qui in aliena de acq.hære. Cur.Senior consi.76.Feli.c. Alber.de testib.c.sicut.de re iudi.c.illud.de præsump.Iaso.l.j.qui admit.d.l.sciendum. consi.140.consi.148.lib.4. Deci.c.j.lec.j.de iudi.idem dicas vbi agitur de præsumenda substantia actus,vt infra lib.5.consi.50.

* Quòd non interuenerunt.]Idem est à Decio literis consignatum in Auth.si quis in aliquo.7.fallentia. C.de edendo.Afflic.decis.107.im probat Dec.no.consi.341.colum.antepenul.quem etiam vide consil. 409.& Felin.in c.sicut.colum.19.de re iudic.distinctionem adhibet. & Paul. Castren.sequitur Ias.in l.j.colum.quinta. C.qui admitti.& Deci.consi.445.colum.penult.& istud Pauli dictum declarat consil. 558.colum.2. Natta.

* Ex antiquitate.] Adnota propter longinquitatem temporis non præsumi adhibitas esse solennitates, vbi contrarium ex scriptura apparet.sequitur Ias.consil.176.versus finem lib.2.& consil.140.col.pen. lib.4.& Dec.consi.36.col.4. Natta.

* Ciuitas.] Adde tex.in l.pen.ff.de excep iuncta.l.statuas.ff.de acquir. re.domi.quæ iura simul iuncta perpendit Soci.in d.l.pen.vide Ruin. consi.41.col.11.lib.j. quo in loco in hanc Alexandri sententiam pedibus tradit. Natta.

* Ex contractu.] Vbi contractus est nullus,eo quod factus cum minore vel ecclesia,condicitur possessio:sequitur Deci.consilio 187.colum.j. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Feuda non veniunt in generali obligatione etiam si postea patronus consentiat.*
6 *Interpretatio fit contra eum qui se fundat in verbis.*
7 *Appellatio vna non extenditur ad duas sententias etiam simul latas.*
9 *Ignorans non confirmat nec consentit.*
10 *Iudex potest dare licentiam parti ingrediendi propriam authoritate.*
11 *Debitor dans creditori licentiam de ingrediendo, videtur bona hypothecare.*
15 *Participium futuri temporis inducit conditionem.*
19 *Verba præteriti temporis intelliguntur de modico interuallo.*
22 *Confessio non potest diuidi.*

CONSILIVM II.

EX Narratis in themate de pluribus est videndum.Et primo attingam an dictus Carolus pro ducatis nonaginta duobus, pro quibus factum fuit præceptum in confessum dicto Bartholomæo præsenti ac promittenti soluere sub generali obligatione omnium bonorum suorum,possit prætendere ius hypothecæ in dictis bonis quæ ab ecclesia tenebat in feudum dictus Bartholomæus stante licētia dicti domini feudi postea subsequuta eo modo quo in instrumēto dictæ licentiæ continetur.in quo breuiter puto quod non.quod ostenditur sic.

1 †In generali obligatione bonorum non videtur debitor voluisse obligare bona quę tenet in feudum.vt inquit Spe. in tit.de pig.§.j.ver.pen.& Bal.in c.imperialem.in princ.circa primam col.de prohi.feu.alie.per Federi.per illum tex.iuncta l.obligatione generali.ff.de pigno.idem sentit Bal.in l.voluntas.C.de fideiusso.ad fi.per id quod habetur in c.1.de capi.qui curiam ven.melius facit tex.in c.in generali.in tit.si de feudo fuerit controuersia inter do.& agna. iuncto dicto capi. imperialem.in princ.& not. Bald.in l.1.per illud text.C.quæ res pigno.obliga.possunt.bene facit quod no.Bar.in l.codicillis.§.instituto.ff.de lega.2.& Ange.in authen.de restitut.& ea quæ par.in princip.hoc etiam in specie secutus fuit Paulus de Cast.in l.tutores.§. fin.de pigno.per text.in d.cap.in generali. ergo pro dictis nonaginta duobus ducatis fuerunt solum generaliter obligata bona antequam aliquis haberetur consensus vel licentia domini feudi, ideo non potest dici quòd pro illa quantitate aliquid operetur consensus vel licentia solius domini, quia non tractatur de obligando de directo iure domini feudi, sed de iure vasalli qui erat debitor dicti Caroli.

¶Nec obstat quòd statutum dicat quòd feuda ceduntur in

2 obliga.creditoribus,† quia respondeo quòd statutum subiungit hoc procedere dummodo accedat voluntas & consensus domini feudi. Et si dicatur, quòd sufficit quòd facta obligatione generali subsequatur etiam ex interuallo voluntas & assensus domini.l.fi.C.ad Macedo.l.sinautem plures.ff. de aqua pluuia arcen.l.licet.ff.de iudi.Respondeo hoc non esse verum in proposito, quia ratio propter quam de iure communi non videtur vasallus in generali obligatione velle obligare feudum quando à principio non interuenit consensus domini, est, quia domino postea non consentiente talis pignoratio vel obligatio est actus quo mediante poterat vasallus incurrere

a pœnam priuationis [a] cap.1.cum glo.in versic.commertium. in titu.de prohi.feu.alie.per Lotha.& in d.cap.imperialem.& not.in cap.ex parte.per doc.post gl.2.extra de feu.plenè etiam not.in c.1.de alie.feud. ¶Item quia talis actus obligationis est à iure prohibitus,prælleg.capit.imperialem.meritò propter has rationes dicimus quòd non venit in obligatione generali, vt not.Specu.Bal.& alij in locis superius allegatis.Sed ista met ratio militat in casu dicti statuti,quia domino postea non consentiēte poterit iste actus obligationis esse causa qua mediāte incurret vasallus pœnam priuationis feudi, & in dubio non est præsumendum quòd statutum voluerit inducere quòd in generali dispositione disponens videatur voluisse facere actū prohibitum seu actum per quem possit incidere in pœnam.l.3.§.si procurator.ff.quod quisque iur.l.si procurator.in prin. ff.de condi.in d.l.si pactis. ff.de ijs quæ in frau. cred. iunctis not.per Bart.in l.omnes populi.in 5.quæstio. principali.ff.de

3 iusti. & iure. † dum dicit quòd statutum generaliter loquens debet interpretari & intelligi secūdum ius commune ne quis indebitè damnum patiatur, & alteri lucrum obueniat, seu ne resultet absurdum.l.adigere.§. quamuis. de iure patrona.l.2. C.de noxa.l.vt gradatim.de mune. & hono.in §.sed si lege. & no.in l.2.§.si computatis.C.de iure delib.¶Secundò principa

4 liter probatur, † vbi non conueniunt verba dispositionis nec etiam conuenire potest effectus dispositionis illius. l. ita autem,in princi.ff.de admini.tuto.l.4.§.toties. ff.de damno infec.c.ad nostram.3.de iureiuran.c. deprecantibus,de elect.in 6.sed dominus feudi consentit & licentiam dedit dicto Carolo possidendi dicta debita in terris feudalibus cum potestate intrandi tenutam dictorum bonorum propria authoritate, si dictus Bartholomæus in terminis prædictis non satisfecerit. pondero illa verba conditionalia, si Bartholomæus prædictis non satisfacit,quia talia verba futuri temporis non conueniūt isti debito duca. xcij. cuius termini iam erant elapsi tempore concessionis dictæ licentiæ, vnde aut satisfecerat Bartholomæus & frustra quærit Carolus de obligatione bonorum. aut non satisfecerat, & illa verba non poterant amplius stare in vim conditionis de futuro vt prolata fuerunt, quia si termini erant elapsi,& non soluerat,erat possibile conditionem in futurum se habere ad esse & non esse, vt l.si ita stipulatus fuero hanc sententiam.ff. de verborum obligatio. & l.cum ad præsens.cum ibi not.ff.si certum peta.vnde illa verba, si in terminis prædictis non satisfaciet. exponuntur & intelliguntur, id est quatenus in futurum non satisfaciet in terminis debitis.l. Stichum qui meus erit.& ibi not.Barto.ff.de leg.1.in 8.quæstio.ff.de iure codicil.& in authen.ex causa.in penult.colum. C. de libe. præteri. & debent ista verba referri ad eas tantum obligationes quas pariformiter determinare possunt. l. iam hoc iure. ff. de vulga.& pupil. & l.quamuis.C.de impube.& alijs substitu. & sic ad eas obligationes quarum termini nondum erant elapsi, & sic verba, quò ad illas obligationes, poterant optimè stare conditionaliter prout prolata fuerunt.

¶Tertiò probatur, quia in petitione & concessione licentiæ facta est mentio quòd Bartholomæus erat debitor Caroli in certa magna pecuniæ quantitate,& quòd intendebat Bartholomæus contrahere de proximo cum eodem Carolo, in quo contractu etiam in alia quantitate debitor fieret. vnde dominus feudi impertitus est licentiam Carolo possidenti dicta debita in terris feudalibus consequi. cum ergo respectu obligationis tunc prȩteritæ sit concessa licentia pro illa certa magna pecuniæ quantitate,non possunt intelligi de quantitate duca. xcij. attento quòd suberat illa magna quantitas ducatorū cxxxv.

comprehensorũ in instrumento mutui ducato 422. ad quam magnam quantitatem dicit Carolus etiam referri dictam licentiam. nam si comprehendere voluissent dictæ partes eam summã ducatorum 92. dixissent ꝙ Bartholomæus erat debitor in pluribus quantitatibus, & non dixissent in singulari de
5 certa magna quantitate pecuniæ. † nam 10. & 10. dicuntur duæ diuersæ quantitates, non autem dicuntur esse vna quantitas de viginti, vt est gl.no.in l.vbi fideiussor.de sol. & ibi do. & no.Bar.& alij in l.2.§.j.ff.de condi.insti.& Ang.& alij post eum in l.separatim.§.1.ff.de appe.& in l.si idem cum eodem. in prin.ff.de iur.om.iu.& in l.scire debemus.in princ.& in l. quare in stipulationibus.ff.de verb.obli.cum si.debet ergo intelligi de illa quantitate quæ excedit istam quantitatem duca.
6 92.quia illa respectu huius dicitur magna.† Preterea, quoties verba ambigua esse possunt, fit interpretatio contra illum qui se fundat ex illis verbis.l.stipulatio ista.§.in stipulationibus.ff. de ver.ob.& in l.veteribus.ff.de pac.ergo fiet interpretatio cõtra Carolum qui se fundat ex verbis licentiæ. Confirmo, quia illa in certa magna quantitate pecuniæ non sunt verba indefinita, prout essent si simpliciter diceret quantitas pecuniæ, vel si diceretur homo vel filius, aut factum, sed fuerunt verba particularia, quia dictum fuit de certa magna pecuniæ quantitate, vt declarat Bar.in l.si ita relictum, in prin.ff.de leg.3.vnde talis dispositio non æquipollet vniuersali, sed ad vnam tantũ refertur, quia in singulari profertur, vt in casu nostro.l. si ita fuerit, in princ.ff.de reb.dub.& d.l.si ita relictum.in princ.& ibi Bar.fortificatur per id quod no.decidit 1.Io.And.in regu
* la,* pluralis locutio.de reg.iur.in 6.vbi quæritur † contra Ti
7 tium conuentum super duobus libellis à Seio coram eodem iudice latæ fuerunt eodem contextu duæ sẽtẽtiæ, Titius condemnatus appellauit, & impetrat super appellatione rescriptũ huius formæ, conquestus est Titius quòd talis iudex iniquam contra eum tulit sententiam diffinitiuam, à cuius sentẽtia appellauit.& postea sequitur generalis conclusio, s.& petit & impetrat per hoc rescriptum vtranque sententiam reuocari. opponebatur quòd non fuit appellatum ab vtraque sentẽtia, sed solum ab vna tantum, quia verba fuerunt prolata in singulari, s.iniquam sententiam.decidit Io. Andr.quòd ex quo verba
b fuerunt in singulari, nõ audietur nisi contra sententiam vnã, [b] per plura, & maximè per c.is cui.primo responso.in fi.de preben.in 6. vbi patet quòd singulare nomen beneficij vnum solum comprehendit.ad idem adducit tex.in c.pen.1. responso de re iudi. in 6. & dicit quòd audietur appellans solum contra vltimam sententiam vel contra duriorem.arg.l.1.cum sequentibus quæ continuantur.ff.de solutionib.Nec obst.quòd in dicta licentia dicatur quòd Bartholomæus erat debitor in magna quantitate ex iustis & legitimis causis, quia dico quòd ex inspectione dicti instrumenti mutui apparet quòd etiam absque summa ducatorum nonaginta duorum, & absque summa ducatorum ducẽtorum erat debitor Bartholomæus ex varijs causis, vt apertè declaratur in instrumento, & præsertim dum facit mentionem de ducatis centum quindecim, dum dicit, computatis hincinde datis &c.¶Quartò probatur, quia dictum debitum ducatorum nonagintaduorum fuit compensatum, & transfusum in quantitate ducatorum centum viginti quinq; quos computatis omnibus hincinde datis & receptis, confessus est debere ex causa mutui dictus Bartholomæus prę facto Carolo vt constat instrumẽto confecto die vicesima quarta Maij anni 1464. quæ verba inducunt nouationem & trãsfusionem præcedentis obligationis.l. Paulo Callimacho.§.1. ff.de lega.3.& notat Bar.& alij in l.2.de dona. & An.in l.fi.ff. de noua.& in l.qui vsumfructum.ff. de verb.oblig.& ita probant verba dicti instrumenti satis generaliter prolata in l.plu
8 ribus.ff.de accepti. ¶† Quintò probatur.quia in dicto instrumento licentiæ nec a debitore nec a creditore nec etiam a domino feudi narratur, quòd bona feudalia fuerũt obligata, sed solum dicitur quòd dominus feudi impartitur Carolo licentiam possidendi consequi dicta bona in terris feudalibus, & ꝙ possit ingredi tenutam propria authoritate.Nam illa verba de necessitate non cõcludunt quòd dominus feudi habuit scientiam obligationis bonorum feudalium factæ per Bartholo-
9 mæum, & ꝙ talem obligationem bonorum confirmat.† nam ignorans non videtur confirmare aut cõsentire.l.in repudianda.ff.de acquiren. hæredi.l. mater.ff. de inofficioso testamento.l.2.in princip.ff.de iudicijs. & ignorantia præsumitur nisi probetur scientia.l.verius.ff.de probationibus.& regula præsumitur. lib. 6. & verisimiliter non debuit existimare dominus feudi quòd Bartholomæus inscio ipso domino feudi obligasset bona feudalia.argum.l.merito.ff. pro socio.& d.l.obli-
10 gatione generali.† & iudex potest dare licentiam parti authoritate propria ingrediendi fundum.l.datis.C.soluto matri.l.j. & ibi Bart. C. nemini licere sine iudicis authoritate signa imprimere.no.Petrus, & Cy.in l.iubere cauere.in 2.q.ff.de iuris. omn.iudi.& Bar.& alij in l.iustè.ff.de acquir.poss.in l.si finita.§.iul.in 6.col.ff.de dam.infecto, & Bal.in auth.ei qui.C.de bo.autho.iudi.& est magis communis opinio. & tamen constat quòd licentia non inducit acquisitionem pignoris vel hypothecæ de qua tractamus. & sic diuersa est obligatio hypothecæ seu eius confirmatio ab ipsa licentia de ingrediendo ꝑpria authoritate, quæ est data ab alio quàm a debitore.& posito quòd iudex det parti licentiam ingrediẽdi, parte postea ingrediente censetur pignus prætorium. l. non est mirum.ff.de pign.actio.tamen istud non est ad propositum, quia nos quærimus de actu licentiæ vtrum per illam videatur confirmari
11 & probari obligatio pignoris, † Eodem modo non obstat si dicetur quòd per licentiam datam a debitore creditori de ingrediendo bona propria authoritate videntur bona hypothe-
c cata, [c] iuxta no. per Bal.in l.3. C.de pig.per l.creditor.la 1.§. post diuisionem.ff.de pign. quia ibi loquitur de debitore habente scientiam contractus & obligationis, bene ibi non cadit ignorantia. sed in proposito nostro dominus feudi cui nihil dictum est de obligatione bonorum feudalium facta per Bartholomęum non potest dici quòd videatur approbare id quod ignorat, vt dictum est.pro hoc etiam regula dictæ.l.stipulatio ista. §. in stipulationibus. præcedentia tamen fundamenta, s.primum secundum & tertium tutiora videntur, & illis magis adhæreo quàm istis duobus vltimis. ad hoc etiam adiungi possunt ea quæ dicam in sequenti dubio in secundo
12 fundamento.¶† Secundò est videndum, vtrum dictus Carolus possit prætendere ius hypothecæ in dictis bonis feudalib. quò ad obligationem contractam inter prædictos super locatione facta de anno 1463.die tertia Octobris. Et dico ꝙ non, quia aut quærimus quò ad centum vel verius cẽtum quinquaginta, quos confessus est habuisse Bartholomæus à Carolo, & res est expedita ꝙ quò ad illas pecunias nõ tenetur Bartholomæus Carolo, quia fuerũt datę per Carolũ vt se liberaret à Bartholomæo, & vna solutio non potest parere liberationem & obligationem.l.cum his.§.1.ff.de condi. in d.l.qui hominem.§.fi.ff.de solu.aut quæritur quò ad obligationem restitutionis animalium & fœni ac casei, & dico quòd non, præsertim per primam & tertiam rationem adductas in superiori articulo, quæ pariter militant in casu isto.Item quia licentia domini feudi loquitur de debito contracto in quantitate pecuniæ.& iste non erat huiusmodi saltem tempore licentiæ. Vlti-
13 mò quia secundum Bal.in l.3.C.vt in possessione lega. † non cõstituitur pignus in rebus feudalibus sine inductione in possessionem quantum ad hoc vt sit acquisitum ius reale, quia nulla realitas potest acquiri in feudo sine inuestitura, secundũ eum, ergo cum bona ista feudalia fuerunt alienata cum domini consensu per vasallum antequam dictus Carolus apprehendisset possessionem dictorum bonorum feudalium, sequitur ꝙ fuit translatum liberè vtile dominium in emptorem postquam res feudalis non erat adhuc affecta vitio reali.l. fi.ff. de contrah.emp.l.j.§.hæres.ad Treb. & sufficit quòd vasallus in instrumento venditionis constituerit se possidere nomine emptoris quamuis aliter non tradiderit actu possessionem, vel emptor non fuerit inductus in possessionem, vt no.per gl.reputatam singularem in l.ab emptione.ff.de pac.& ibi no.Bar.& alij.Ioan.And.in addi.Spe.in tit.de emptione & vendi.§.1.in addi.incipien.hic dubitatur &c.& declarat Bal.in l.2 in pen. & antepe.q.C.de vsuc.& in l.1.C.pro dona.& Sal.in l. traditionib.C.de pac.bene facit quod no. Bar.ff.de vsuca.in l.Celsus.in vers. sed pone ꝙ debitor &c. cũ suis concor.sed magis adhereo superiorib. fundamentis q̃ huic vltimo tanquam tu-
14 tioribus.¶†Tertio est videndum an dicta licentia trahatur ad debitum librarum mille centum, & florenos quinquaginta vnum, in quibus constituit Bartholomæus se debitorẽ Caroli de anno 1464.die vigesimaquarta Nouembris, & sic post dictam

ctam licentiam, & in hoc concludo ꝙ non, quia verba licentiæ non conueniunt, ergo nec eius effectus. d. l. ita autem. in prin. Quòd verba non conueniunt, ostendo, nam in dicta petitione licentiæ narrauit Bartholomæus domino feudi se esse debitorem Caroli in certa magna quantitate pecuniæ, & quòd intendebat de proximo contrahere cum eodem, in quo contractu fieret debitor in alia quantitate. quare ad eius petitionem dñs feudi impartitus est licentiam Carolo possidendi & consequi dicta debita in bonis feudalibus &c. Sed dicta licentia in ea parte in qua loquebatur de debito iam contracto nō comprehendebat summam ducatorum quos iam promiserat Carolus Bartholomæo in medietate mensis Iulij futuri, & illos sic numeratos promisit Bartholomæus vna cum alijs & vigintiquinque ducatis numeratis terminis restituere dicto Carolo in certis terminis. nā quò ad illos ducatos ducentos nondum numeratos tempore licentiæ non potest dici ꝙ Bartholomæus tempore licentiæ esset debitor Caroli, quia illa promissio facta per Bartholomæum per hæc verba in effectu, promitto tibi ducentos ducatos per te mihi numerandos, intelligitur facta sub conditione sicut si facta esset per hæc verba, promitto tibi reddere ducentos ducatos qui per me numerabuntur, l. Stichum qui meus. ff. de leg. 1. in l. nuper de lega. 3. & ꝙ
15 ita † sit in illo participio futuri temporis ꝙ inducat conditionem sicut in relatiuo iuncto verbo futuri temporis ꝙ inducat conditionem notat expressè Bar. in l. 1. 7. quæstio. ff. de condi. & demon. & posito ꝙ esset conditio tacita ita impedit natiuitatem obligationis & actionis sicut expressa, vt no. in l. item quia. in princ. ff. de pactis. l. interdum. ff. de verb. obliga. iuncta. l. cedere diem. de verbo. signif. ergo tempore licentię Bartholomęus, quò ad ducatos ducentos, non erat debitor Caroli, quia non erat nata obligatio nec actio, cum non esset impleta conditio obligationis, idest non esset Bartholomęo facta numeratio. sed quò ad alios ducatos ducentos vigintiquinque numeratos bene erat debitor, licet nondum venisset dies restitutionis, quia ante diem nata est obligatio & actio, licèt obstet exceptio, secundum veras & communes conclusiones. l. 1. in fi. ff. quando dies vsusfru. leg. ced. & d. l. cedere. & no. in l. certi condictio. in princ. ff. si cer. pet. plenè per Bart. & alios in d. l. ita stipulatus. in 2. q. principali. ff. de verb. oblig. & illud quod debetur in diem dicatur debitum etiam ante euentum diei, secus si sub conditione, probatur in l. 1. in prin. iuncta. l.
16 Stichum. §. legata. ff. de noua † vbi nouatio dicitur esse vnius debiti in alterum transfusio, & ideo debitum in diem potest nouari, & statim fiet transfusio vnius debiti in alterum partibus volentibus. secus quādo debebatur in euentum conditionis, vt ibi. ad idem. l. in diem. ff. de condi. & demon. & l. 1. §. fi. cum l. sequen. & ibi glo. in verbo, debetur. ff. de consti. princ. Et istam differentiam inter debitum in diem, & debitum in euentum conditionis, facit expressè Iacob. But. in l. 1. ff. si cer. pet. vbi dicit ꝙ ille cui promissum est in euentum conditionis, solùm dicitur creditor habito respectu ad etymologiam vocabuli, quia mihi credidit mecum contrahendo, ita accipitur l. is cui sub conditione. ff. de actio. & obliga. cum si. Sed obligatus in diem certam dicitur debitor meus & ego creditor non solùm habito respectu ad etymologiam vocabuli, qa sibi credidi secum contrahendo, sed etiam quò ad essentiam respectu obligationis & actionis quę nata est, hanc differentiā etiam facit glo. in l. debitor, de verborum significa. quæ vult
17 † ꝙ debitor conditionalis, non dr̄ debitor nisi largissimè. ¶Debitor verò in diem, dicitur debitor largè, debitor verò qui de præsenti tenetur absque die vel conditione, dicitur strictè debitor, quia ab eo inuito potest extorqueri, vt ibi. constat autē ꝙ in dicta licentia partes & etiam dominus feudi non intellexerunt accipere debitum strictè. patet, quia verba proferebantur de debitore obligato ad terminum. non ergo debent intelligi verba improprijssimè & largissimè de debitore in euentum conditionis, quia in contractibus non fit ista largissima interpretatio. l. quicquid astringendæ, de verb. obli. imò semper fit interpretatio cōtra illū qui se fundat ex verbis, & q potuit apertius loqui, vt dictum est. Nec p̄dictis obst. l. qui pe
18 cuniam, cū ibi not. in glo. fi. ff. si cer. peta. vbi † si quis sub spe futurę numerationis confessus est se habuisse centum, est incontinenti obligatus, & antequam sibi confitenti sit numerata pecunia, licèt ei competat exceptio non numeratæ pecuniæ si conueniatur, quia respondeo ꝙ ibi loquitur quādo quis promittit restituere centum, quæ confitetur se habuisse & recepisse, & sic in præteritis, & tunc habet locum id quod ibi dicitur in gl. Sed quando dicitur, confessus est Titius centum aureos sibi numeratos esse, vel qui sibi numerabuntur, & tunc quia est conditionalis promissio, d. l. Stichum qui meus erit, non est nata obligatio, nec actio, & tunc non procederet id quod not. gl. fi. in dicta l. qui pecuniam. vt ibi dicunt doctores, & specificè Pau. de Cast. ibi. & iste est casus noster. Modò ad propositū dicta quantitas ducatorum ducentorum non fuit comprehensa in ea parte licentiæ quæ loquebatur de debito iam contracto. Cum ergo post licentiam in primo contractu celebrato inter dictum Carolum & Bartholomæum de eodem anno die quarta Iulij dictus Carolus mutuauerat certam partem ducatorum quadringentorum vigintiquinq; quā prius mutuare promiserat, quia numerauit dicta die quarta Iulij ducatos cētum viginti duos & florenos octuaginta octo, qui erant residuum & complementum ducatorum ducentorum numerandorum compensauit dictus Carolus dicto Bartholomæo præsenti, volenti & stipulanti in petijs quatuor pannorum laneorum venditorum & traditorum per ipsum Carolum dicto Bartholomæo pro dicto pretio florenorum octuaginta octo, prout dictus Bartholomæus sic ibidem asseruit & confessus fuit duas petias pannorum habuisse a dicto Carolo ante stipulationem illius cōtractus celebrati dicta die quarta Iulij, sequitur ꝙ quāuis solutio dictorum pānorum facta die quarta Iulij sit implementum præcedentis stipulationis celebratæ dicta die vicesimaquinta Maij iuxta id quod traditur in l. si ita stipulatus fuero. §. 1. & in l. seq. cum ibi no. per doc. ff. de noua. tamen postea quam fuerunt facta & celebrata inter dictas partes dicta die quarta Iulij effectus est d. Bartholomęus debitor in diem, & nata fuit obligatio & actio contra eum pro illis ducatis ducentis vbi primo nata non erat, cum nondum esset purificata conditio, vt iam dixi. & in dicto instrumēto celebrato dicta die quarta Iulij partes prædictæ appellant ea quæ sibi facta sunt in contractu, & ex verbis sequentis actus declaratur qualiter disponens intellexerit dispositionem præcedentem: vt est tex. no. in l. vxor. §. fi. secundum vnam lecturam, & ibi Bar. ff. de leg. 3. & potest contractus appellari vbicūque appellationem inducit. l. omnem. ff. de iudicijs. ergo verba licentiæ in ea parte in qua dicitur ꝙ Carolus intendebat contrahere de proximo cū Bartholomæo in quo contractu debitor fuit in alia quātitate &c. verificantur in dicta quantitate ducatorum ducētorum. ¶Præterea in dicto instrumento celebrato dicta die quarta Iulij interuenit contractus stipulationis in quo pretium debitum ex causa venditionis petiarum panni fuit qn̄ iā in aliam causam, s. in causam dictorum ducatorum ducentorum mutuandorū, quod fieri potuit, interueniente contractu stipulationis. l. si ex pretio. C. si cer. pet. & ꝙ ita interuenerit contractus stipulationis in dicto instrumento celebrato die quarta Iulij clarè patet, maximè ibi dum dicit, computauit dicto Bartholomæo præsenti, volenti, & stipulanti in petijs quatuor pannorū &c. hoc etiam clarius apparet si dicimus ꝙ illa venditio pannorum de qua fit mentio in dicto instrumento celebrato dicta die quarta Iulij fuisset facta post dictam licentiam, prout in dubio videtur præsumendum, nisi aliquod appareat; quia illa verba apposita in proximo dicto instrumento, scilicet datis & venditis & traditis per ipsum Carolum d. Bartholomæo pro dicto pretio florenorum 88. prout dictus Bartholomæus sic ibidem asseruit, & contentus & cōfessus fuit dictas petias pannorum quatuor a dicto Carolo habuisse & recepisse ante stipulationē præsentis contractus, prout etiam dictæ partes dixerunt apparere
19 in quadam scriptura, & c. quamuis sint præteriti tēporis: † tn̄ dicta verba præteriti temporis in dubio intelliguntur de modica præteritione, & iuxta contractum ipsius stipulationis, vt per plura probant no. Bar. & alij, in l. post dotem, in prima quęstio. ff. sol. ma. per id quod no. gl. sing. in l. 1. C. de fide instrum. & iur. hastæ fiscalis. lib. 10. & in l. qui valebat, & ibi Bart. ff. de hære. instituen. & Io. And. in c. abbate, de verb. sig. & Bar. in l. prædia. ff. de acq. possessione. & Ang. & alij in l. si stipulatus. §. Chrysogonus, de verbo. obli. & Bal. in l. j. §. vero, in ti. qui feu. dare poss. & in l. fi. C. communia vtriusque iudi. & in l. ex cautione. & in l. generaliter. C. de nō numerata pecunia. facit no. per Bal. in l. sciendum. ff. de ver. obli. & in auth. si quis aliquo.

C. de

C. de eden. nisi contrarium appareret ex inspectione illius scripturæ de qua fit mentio in dicto instrumento. & si illa produceretur & esset facta post licentiam & ante dictam diem quartā Iulij, solū intelligetur licentia de illa futura obligatione & venditione pannorum, & non de aliqua alia, per ea quæ infra proximè dicam. Quinimmò in dubio si non apparet dictam venditionem pannorum factam fuisse ante licentiam, cum præsumatur facta parti ante contractum ducatorum ducentorum factum dicta die quarta Iulij, & intelligatur facta iuxta ipsum contractum, vt dixi, comprehenditur solum illa qualitas ducatorum octogintaocto: quæ est minor, per l. si ita relictum, in prin. de leg. 2. & per ea quæ infra proximè dicam, in proposito igitur apparet ꝙ ista quantitas ducatorum ducētorum de qua in instrumento confecto die quarto Iulij, est illa de qua loquitur licentia domini feudi: & in ea parte in qua dicitur intendentis contrahere de proximo cum eodem, in quo contractu fiet debitor in alia quātitate &c. saluis ijs proximè dixi de venditione pannorum quatuor pro ducatis octogintaocto. & per consequens non pōt intelligi de aliqua alia obligatione seu cōtractu celebrato post dictam diem: quia dicta licentia loquitur in singulari de vno contractu. Item loquitur in singulari de vna quantitate: ibi dum dicit, in alia quantitate. & sic non potest intelligi de pluribus, vt probaui supra maximè in quarto fundamento primi dubij. & facit. l. boue. §. hoc sermone. ff. de ver. sig. cum si. Corroboratur hoc per illud verbum, de proximo. & proximus dicitur quem nemo antecedit. l. 2. §. hæreditas. ff. de suis & leg. & l. proximus. ff. de verbo. signifi. cum similib. Et quia partes debuerunt tempore licentiæ probabiliter cogitare de isto debito ducatorum ducentorum per instrumentum. 1450. factum ante licentiam à quo habebat causam istud debitum ducatorū ducētorum. nam ita apparet ꝙ verisimiliter cogitare debuerint de debito librarum mille centum.
20 de cuius origine vel causam nihil constat tunc apparuisse: † & iudex ex verisimilibus debet coniecturari de mente disponentis. cap. inspicimus, de reg. iur. in sexto. alias si diceremus comprehendi debitum librarum mille centum tanquam proximum, nullo modo in dicto instrumento licentiæ esset comprehensum debitum ducatorum ducentorum, vt supra fuit probatum. Ex his apparet ꝙ multominus trahitur dicta licentia
21 ad debitum vltimum, scilicet librarum 390. ¶ † Circa vltimū
* dubium * quo quæritur, an summa ducatorum 179. soluta per dictum Bartholomæum, vt dicitur, die quinta Augusti. 1466. ea intentione vt pro parte satisfaceret Carolo de debito ducatorum 425. prout Bartholomæus expressit, & Carolus non consensit, sed prædictas pecunias depositauit sub certa protestatione, vt in petitione dicti Caroli narratur, debeat cōpensari pro rata in debito duca. 425. & respondeo quòd sic, & pro rata terminorum in quibus Bartholomæus fuerat in mora: quia quando dicta summa ducatorum 169. fuit soluta Carolo vt computaretur in dicto debito, Carolus recusauit accipere sub conditione nisi solueret restum suis terminis, vt Carolus etiam asserit in suo libello: ergo si soluit Bartholomæus postea restum in suis terminis est verificata & impleta conditio prædicta; & consequenter in eum casum consensit accipere & computare in dicto debito, vt ostendit illa dictio, nisi, vt in l. actione, & ibi no. C. de transac. & in l. si cum. §. qui iniuriatū. ff. si quis cau. cum simil. quòd autem soluerit restum Bartholomæus in suis terminis, patet. quia præsupponitur mih in facto quod Bartholomęus dedit Carolo ante mensem Aprilis anno 1457. staria frumenti 260. pro ducatis quadraginta: & restum in quo remanebat debitor Bartholom. dicti Caroli pro debito ducatorum 425. ascendebat ad summam ducatorum 24. vel circa quorum 24. ducatis terminis solutionis de mense Aprilis anni 1467. quæ quidem quantitas ducatorum quadraginta imputanda videtur in isto debito ducatorum 425. cum illud esset grauius debitum cæteris: attento quod pro illo debito accesserat obligatio bonorum feudalium. per l. cum ex pluribus. la j. & in l. his in princip. ff. de solut. & hoc procedit etiam dato quòd aliud debitum de quo inter alia quibus vellet imputationem fieri etiam antiquius & in iuribus supra allegatis. maximè in d. l. cum ex pluribus. & plenè traditur per Bartol. in l. cum ex pluribus. la 2. eodem titu. Et non obstat si dicatur ꝙ dictus Carolus in libello non confitetur simpliciter recepisse dictum frumentum pro ducatis quadraginta: sed dicit ꝙ habuit dictum frumentum pro ducatis quadraginta, quos consensit dictus Bartholomæus ꝙ computaretur in parte alterius debiti 150. duca. vt in l. Libello dicti Caroli
22 continetur: † & sic videtur quòd dicta confessio non potest diuidi, iuxta. l. Publi. §. fi. ff. deposi. quia respondeo, quòd cum præsumptio sit pro dicto Bartholomæo quòd soluerit vt computaretur in debitum ducatorum 425. per ea quę dicta sunt suprà. Ideo potest Bartholomęus pro parte acceptare confessionem & pro parte respuere, vt no. Bar. in l. Aurel. §. idem quæsijt. ff. de lib. leg. per l. 1. C. ad l. Cor. de sic. & l. cum de indebito. ff. de probatio. in prin. probatur in cap. cum venisset. & ibi ponderat ad hoc Ioan. de Imo. & d. Abbas de insti. & not. Bal. in l. per seruum. §. 1. ff. de vsu & habitatio. & in l. 3. §. 1. ff. de iu reiu. & in l. 1. C. de confessis. & in l. 2. C. de dona. ante nuptias. & Io. de Imol. in l. decem, de verb. oblig. & est magis communis conclusio quò ad casum nostrum. & tantomagis procedūt prædicta: quia non apparet ex instrumento celebrato de anno 1464. die 25. Maij, ad quod se refert dictus Carolus in libello quòd dictus Bartholomęus esset debitor dicti Caroli ex causa aliqua de assertis in dictis ducatis 150. vltra dictos ducatos 425. & posito etiam quòd esset dictus Carolus creditor pro alio debito non antiquo, prout est debitum dictorum ducatorum 425. tamen debet in dubio cedere dicta solutio in dictum debitum ducatorum 425. secundum quod habetur in d. l. cum ex pluribus, la prima. & in pręall. l. 3. bis in princ. ¶ Mantuę Alex. de Tartagnis.

ADDITIONES.

a ¶ Priuationis. hæc ratio non valet: quia ex sola hypotheca sine reali traditione non incurritur pœna, vt dixi in consu. Pari. §. 13. glo. 5. nu. 2. sed ratio est: quia non erat in potestate vasalli hæc hypothecare: & sic nullo modo fuerunt hypothecata sed exempta. vnde superueniens consensus patroni non sufficit nisi de nouo hypothecentur. Sal. l. fi. C. de remi. pi.

* Io. And. in regula.] Hoc dictum Io. Andreæ refert etiam . & sequitur Alexand. consi. 226. col. pen. lib. 6. Et de plurali numero tradit Ruin. consi. 14. in princ. lib. 5. Natta.

b ¶ Vnam. cum eo transit d. Ph. Fran. ibi. Sed verius puto stādum declarationi appellantis arg. l. si quis intentione de iud.

c ¶ Hypothecata, idem Alex. apud Bar. l. 52. §. si. qui potior. Anto. negusa. tract. pi. parte 3. memb. j. nu. 4.

* Circa vlt. dubium.] Istud dubium describit consi. 39. lib. 7. Natta.

CONSILIVM III.

LEGE 5. lib. j. consi. 100. quod hic duplabatur.

EPITOME.

¶ SI hæreditas est relicta maiori masculo ex descēdentibus testatoris successiuè, intelligitur de maiori ætate; nec transmittitur ad filium, sed spectat ad eum qui senior inuenitur ex omnibus descendētibus tempore mortis senioris. h. d.

CONSILIVM IIII.

Ponderatis verbis testamenti præfati nobilis viri Arnoldi de Muro, super ea dubitatione quæritur an si Gabriel pro quo in dicta hæreditate pronuntiatum est decederet cum liberis minoribus ætate dictis fratribus dicti Gabrielis peruenire debeat hæreditas ad Petrum tertium filium d. Arnoldi, vel ad Raymundum quartum filium dicti primi Raymundi: an peruenire debeat ad prædictos Ioannem & Petrum filios dicti Ioānis primogeniti dicti primi Raymundi: qui primogenitus viuo adhuc patre suo decessit. & similiter quid iuris si d. Gabriel sine liberis decederet superstitibus dictis fratribus suis & dictis filijs fratris sui prædefuncti.
1 † Breuiter sentio hæreditatem peruenire ad illum qui pro tempore erit maior natu ex prædictis omnibus quando successio deferretur, & maximè ex infrascriptis. Primò, quia voluntas testatoris quæ semper prędominatur. l. in conditionibus primū locum, in prin. ff. de condi. & demon. l. 3. C. de lib. pręteri. suit ꝙ maior ex descendentib. dictorum Raymundi & Petri filiorum

rum dominæ Magda. sororis testatoris succederet in hæredita te, vt patet ex his verbis testamenti, filius maior masculus ipsorum qui superfuerint, succedat in hac mea hæreditate, & si descendens erit aliquis ex ipsius Raymundi & Petri nepotib. meis masculis per lineam directam masculorum legitimorum ex eis descendat &c. & ibi dum dicitur, & eis mortuis per filiũ masculum maior cuiuslibet vel alterius si alter sine masculo decesserit, & sic successiuè sequantur super facto huius meæ hæreditatis in duos filios masculos maiores ipsorum Raymũdi & Petri vel alterius altero sine filio masculo descendente vsque in infinitum. & ibi dicitur & prædicatur omnia volo seruari semper & filijs maioribus descendentibus per lineam masculinam ab ipsis vsque in infinitum quandiu masculi vel masculus vnus tantum solus maior ex vtroque vel altero dictorũ nepotum meorum per lineam masculinam descendens erit.

2 † Modo sic, maior in dubio videtur recipi pro maiore, * natu
* seu ætate si ratio subiectæ materiæ in aliam interpretationem non suadet, vt bene probatur in lege si pater. §. fi. cum l. seq. ff. de adoptio. l. eum qui. in princ. ff. de interdictis & relegatis. l. semper in prin. ff. de iure immu. 24. q. 1. c. maiores. c. ꝙ nisi. de test & ita consuluit Bald. quem refert & sequitur Pet. de Anc. in commento cap. canonum statuta. de const. post principium. l. secun. vlt. q. in ver. consuluit etiam Bald. qualiter debeant in
3 telligi &c. Motus hac ratione, † quia quando verba possunt intelligi de actu naturali & ciuili, debent in dubio intelligi de naturali. l. fin. C. de ijs qui veniam æta. impe. habetur in l. de fideicom. de condit. & demon. & nota. gl. in c. susceptum, de rescrip. in 6. gl. 1 6. q. j. cap. placuit, el 2. in verb. mortuus. cum simili. vnde videmus maiorum appellatione ascendentes venire. l. iurisconsultus. §. parentes. ff. de gradi. l. quicumque. §. parentes. de in ius voc. l. si cohortalis. C. de cohortali. lib. 12. licèt varijs modis secundum subiectam materiam de qua ageretur, quis maior nuncupari potest, vt legitur & not. 2. distin. lex est. & 2. quæst. 7. cap. quærendum. & in capi. criminatores. per glo. ordina. in cap. sedes, in verbo maior, de rescriptis. hoc in proposito modo etiam suadet ratio: quia testator
4 animaduertit † ꝙ quando vni tantummodo est deferendum: debet antiquiori deferri, vt not. 7. quæst. 1. c. quam periculosum, & in cap. licèt. de vo. & d. l. semper, in princip. l. fina. ff. de fide instrumen. l. 1. ff. de albo scriben. & in capitu. 1. de maior. & obedien. & quod not. in l. cùm quid. ff. si certum petatur. cum similib. & ideo dico quòd licèt Gabriel hoc tempore sit maior natu, & decederet cum liberis minoribus ætate alijs fratribus dicti Gabrielis, superstitibus Ioanne & Petro filijs
5 dicti alterius Ioannis primogeniti dicti Raymũdi primi, † nõ
a transmitteret a dictus Gabriel prædictum ius maioritatis in filios suos minores, rationibus prædictis. quod vltra prædicta probatur: quia verba in dubio debent accipi propriè. l. nõ aliter, de legat. 3. l. 1. §. is qui nauem. de exerci. sed filij dicti Gabrielis non dicerentur propriè maiores, sed pro fictis & repræsentantibus dictum Gabrielem. institu. de hæredi. quæ ab intesta. §. 1. & sunt verba Bald. in l. 3. §. 1. ff. de legi. tu. & dispositio hominis debet intelligi in dubio prolata in casu vero, & non verificatur in casu ficto, saltem quando non operatur eundem effectum casus verus & casus fictus. l. ex ea. §. insulam. cum ibi not. per doct. ff. de verbo. obli. l. cum pater. §. hæreditatem. de legatis 2. l. statuimus. §. Cornelio felici. de iure fisci. & clarius nota. Bald. & Imo. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. &
6 posthumis. & Imo. in l. 1. §. fal. ad leg. falci. † & non est eadem ratio in filijs Gabrielis qui sunt minores quæ erit in Gabriele cæteris antiquiore: quia in antiquis & ex iure præsumitur maior sapientia maiorique rerum experientia 84. distinctione capitu. porrò. vicesima sexta quæstione quarta. capit. sciendum. voluit itaque testator hęreditatem suam deuenire ad antiquiorem: quia melius gubernaretur per antiquiorem vt iuris præsumptione magis sapientem ac cæteris longè magis expertum. sicut in simili habetur in l. cum pater. §. pater pluribus, de legat. 2. & sic non militat huius ratio in filijs Gabrielis minoribus natu. & sic non est eadem ratio in maiore per fictionem, quę est in eo qui est maior per veritatem. & sic casus fictus nõ debet comprehendi in casu isto, nec dicatur ꝙ testator habuit eandem affectionem ad filios Gabrielis, quam habuerit ad Gabrielem: quia dico quòd testator ad hãc suam hæreditatem etiam vocauit incognitos: & sic non tam considerauit affectionem quàm etiam maioritatem. bene facit. l. qui filiabus. in princ. cum ibi not. de leg. 1. & in l. Titius, in princip. de liberis & posthu. & ista non concurrunt in casu posito. in l. cum auus. de cond. & demon. vbi de maioritate nulla fuit facta mentio. similiter confirmantur prædicta: quia vide-
7 mus ꝙ † licèt quãdoque appellatione filij veniant nepotes. l. si lij. & l. iusta. de verb. signifi. & l. filium habeo. ff. ad maced. tamen quando filij vocantur cum aliqua qualitate, quæ non erat in nepote, nunquam appellatione filij nepos comprehenditur. l. fin. C. de natu. libe. not. Barto. in l. liberorum, de verbo. signi. in 4. vol. 5. col. in versi. 2. quęritur quando verbum filij profertur a l. & in l. 1. C. de priuil. dot. facit. l. non solum. §. si puellæ. ff. de ritu nup. ergo cum illa qualitas maioritatis addita in testamento non sit in filijs Gabrielis: non potest iudicari de eis prout de Gabriele & per hoc patet responsum ad ea quæ notat Bart. in d. l. liberorum. in verbo, ex præmissis inducimus hanc materiam ad quæstionem si illa doctrina in contrarium alle-
8 garetur. ¶ † Præterea qualitas ætatis non est transmissibilis ad hęredes, per ea quę habentur in l. ea quę. C. de tempo. in integ. restitutionis peten. & l. Aemilius Largianus. de minori. facit. l. in omnibus casibus. de regu. iur. & l. 1. ff. de constitu. princip. cum similibus. deciditur etiam iste casus clarè per Bald. in l. 3.
9 C. de suis & legitimis. † vbi format quæstionem quando ex cõsuetudine vel statuto regnum debet peruenire ad primogenitum: & quæritur an perueniat ad nepotem natum ex primogeto prædefuncto, an verò ad filium secundogenitum. de qua quæstione dicit se tractasse in l. cum antiquiore. C. de iure delibe. & modò in d. l. 3. dicit se determinate quòd nepos natus post natiuitatem filij secundogeniti succedat, sed si nepos esset primo natus quam filius secundogenitus, tunc dicitur quòd attendenda sunt verba statuti an dicat filius primogenitus succedat: & præferatur nepos non iure alicuius transmissionis, sed iure geniture: quia erat primogenitus quam filius secundogenitus. Nam secundum eum filius primogenitus qui decessit viuo adhuc patre suo non transmisit aliquid ad filium suum: quia quasi caduca & incerta, secundum eum non transmittantur. allegat. l. primam. §. pro secundo. & §. fin. autem aliquid. C. de cadu. tollen. & not. in l. 1. C. de ijs qui ante aper. tab. & dictam distinctionem dicit ipse probari in l. secunda. §. hoc autem. ff. de excusat. tuto. ecce quod Bald. determinat quòd nepos minor natu non excludit patruum: & sic non potest venire ex iure transmissionis seu ex persona patris & istud ostendit rectè fuisse iudicatum inter dictum Gabrielem & filios domini Ioannis: vbi autem nepos est primò natus, & tunc quò ad casum nostrum vult eum præferri: nam dispositio dicti testatoris non se restringit ad filios seu liberos primi gradus. sed disponit de omnibus descendentibus ab ipso Petro & Raymundo in infinitum vt ostendunt illa verba testamenti, dum in eo dicitur, & sic descensiuè dum erit aliquis qui ex ipsis Raymundo & Petro nepotibus meis masculis per lineam directam masculorum legitimorum ab eis descendat. & ibi dum dicitur, filios masculos ipsorum Raymundi & Petri vel alterius altero sine filio masculo descendente vsque in infinitum. & ibi dum dicitur, prædicta omnia volo seruari semper in filijs maioribus descendentibus per lineam masculinam ab ipsis vsque in infinitum quandiu masculi vel
b masculus vnus tantum solus b maior, vel ex vtroque vel altero dictorum nepotum meorum per rectam masculinam lineam descendens erit &c. ¶ Nec obstat si dicatur in casu in quo Gabriel decederet cum liberis minoribus & postea alter frater Gabrielis maior decederet cum liberis similiter iunioribus transmittere posset in filios ius maioritatis, eo quia tempore mortis Gabrielis ius erat iam sibi quæsitum & in eo radicatum: non sicut in quæstione formata per Bald. in l. 4. C. de suis & legitimis. in qua tempore quo decessit primogenitus regis nondum ius erat sibi delatum: quia decessit viuo
10 rege: † quia respondeo quòd in casu quæstionis formatæ per Bal. in d. l. 3. si primogenitus decessisset mortuo patre suo rege res esset expedita quò ad filium ipsius primogeniti tanquam ad filium regis primogenitum, & specificè dicit in l. tutela. §. si duo. ff. de legiti. tute. & nota. & ipse in capitu. 1. de fil. natis ex matri. & probatur in cap. grandi, in princ. & ibi nota. doct. de supplen. negli. præla. in §. 1. sed in qstione nostra posito quod in persona Gabrielis tempore mortis suæ ius resideret, tamen residebat

residebat apud eum cum modificatione de qua in testamento, scilicet ꝙ post mortem maior succederet, & non tractabatur de succedẽdo sibi cui dicitur succedi per fideicommissariam substitutionem.l.cohæredi.§.cum filiæ.de vulgari & pupil.& l.precibus.C.de imp.per quam quidem substitutionem, vt dixi, testator maiorem natu vocauit: ergo minor venire non potest. Corroborantur prædicta, quia si aliter diceretur, sequeretur ꝙ si Gabriel cum filio masculo decederet,& filius suus pariter cũ filio masculo decederet, & sic successiuè semper ista hæreditas remaneret apud iuniorem & minorem natu: quia ius maioritatis Gabrielis ea ratione qua transmissum fuit in primum filium, transmittitur postea a primo filio in secundum & sic successiuè. & per consequens maiores semper remanerent exclusi contra mentem & verba testatoris. ¶ Fortificantur etiam prædicta per id quod habetur in l. cum ita.§.in fideicommisso.de leg.2.per quem tex.dicit ibi Bald.& Raph. Cuma.reprobata glo. ibi in verbo, proximo, quod quando ex dispositione testatoris vocantur proximiores, vt in casu prædicti.§.in fideicommisso, tunc non admittetur filius fratris istius succedentis quamuis ille filius fratris repræsentet personam patris sui prædefuncti. & in hoc casu limitant nõ habere locum id quod habetur in auth.cessante. C.de legi.hære.quæ loquitur in vocato ex dispositione legis simpliciter, non autem in vocato eo modo quo loquitur text. in d. §. in fideicommisso. ¶ Pro ista secunda parte etiam adduci possent multa ex rationibus * quæ adducuntur per doctores pro filio secundogenito

11 in ea quæstione,† qua quærunt an stante consuetudine ꝙ primogenitus succedat in regno, & contingat ad regnum concurrere filium regis secundogenitum & nepotem postea natũ ex filio regis primogenito prædefuncto ꝙ excludatur nepos

c per filium regis secundogenitum. c Et ita concludit Richardus Malum.Cy.& Bald.& Sal.in l.si viua matre.per illum tex. C.de bonis maternis, post quosdam vltra modo.quos ibi referunt.& idem tenet Bar.in auth.post fratres.C.de legiti.hæred. per illum text.& And.de Iser.in c.1.de natu. suc.feu.& Bal.in l.tute.§.si duo.ff.de legi.tut.& in d.l.3.C.de suis & legitimis. & doc.Mod.& Imo.& Gemi.in c.grandi,de supplen. neglige. præla.in sexto.Old.consi.194.incip.Eleganter.vbi dicit hanc opinionem esse de iure veriorem. & ita consuluit Pet.de Anc. consi.82.incip.Dicta facti narratio.pro qua etiam parte determinauit ecclesia dum fuit iudicatum pro rege Roberto, vt in cle.pastoralis.de re iud.quam opinionem semper secutus sum tanquam melioribus rationibus probatam & etiam magis cõmunem.& potissimè est in casu nostro: quia cum tractetur de succedendo per fideicom.substitutionem d.Ray.testatori qui quò ad filios Gabrielis & filios dicti Ioannis non erat ascendẽs eorum, nec etiam erat patruus, nec etiam propriè auunculus eorum, quia ipsi non erant filij fratris vel sororis dicti testatoris sed remotiores:& per consequens non debent succedere in locum patris eorum, sed ex sua propria persona venire, vt in

12 auth.de hære.quæ ab intestato,§.si verò neque fratres.† & testator videtur in dubio voluisse suam dispositionem esse conformem iuri communi quàm magis potest & quatenus verba patiuntur.l.Gallus.§.quidam rectè.cum ibi no.de li.& posth. vnde Bal.in l.precibus.in 12.col.dixit ꝙ videtur in dubio cogitasse illud quod ius disponit.allegat.l.si duo.de acqui.hære. bene facit quod no.Bal.in l.hęredes mei §.cum ita.ad fi.in pe. col.ff.ad treb.& in l. vt iusiurandi.§.si liberi.cum si.ff.de ope. libe.plus dicit subtiliter Bar.in l.1.§.si sit nepos.ff.de col.dot. prima oppos.ꝙ etiam quando † nepos succedit ad locum pa-

13 tris sui præmortui dicitur succedere ex sua propria persona, non ex persona patris, per dictum §.si sit nepos, in tertio respõso, inducendo vt ibi per Bar. sed solum in gradu patris succedere est, quia tantum habebat ipse nepos siue sit vnus, siue sint plures quantum fuisset habiturus pater eius vel eorum.l.si nepotes.ff.de collatio.bono.& in auth. cessante. supra allegata, & in d.auth.post fratres.hoc etiam probat Barth.in l.1.§.si filius.ff.de coniungen. cum eman. in l.2. inducendo vt ibi per Barto.C.de liberis præteri.Si ergo succedere debet ex propria persona & est minor natu. non est possibile quod admittatur repugnantibus verbis testamenti, & licet in quæstione de rege Roberto nonnullæ rationes allegentur in oppositum: tamen facile videntur posse tolli, saltem quò ad casum nostrum: quia illæ possent sibi locum vendicare quando ageretur de re in qua tot possent succedere quot etiam capita & stirpes eorum qui pro se vel in repræsentatione alterius tenerent primum locum, vt in c.1.de gradi.succeden.in feu.& in c.1. de natura succes. feud.& in d.§.si filius, sed in quæstione nostra solum ad maiorem ex descendentibus.Raymundi peruenire possunt &c. Ita iura & rationes quæ in contrarium allegantur, non loquuntur in casu in quo dispositio legis vel hominis vocaret maiorem prout in casu nostro, in quo intelligitur vocari maior natu, vt supra probaui.& etiam non possunt adaptari ad casum nostrũ

14 ex quo † dicta dispositio testatoris non potest trahi ad casum fictum non habentem eandem rationem quam habet casus verus, vt superius declaratum extitit, imò cessant iura quæ dicũt ꝙ filius pars corporis patris esse cẽsetur.l.cũ simus.C.de agri. & censi.lib.11.l.fi.C.de nup.§.si quis ei.insti.de inut.sti. cum simi.& illud est per fictionem, vt in dictis iuribus expresè apparet.& licèt Io.And.in addi.Spe.in titu. de feu.in rubrica arguat ad vtramque partem; tamen neutram partem ibi firmare videtur: neque etiam aliquam pariter firmat Bald.in d.l.cum antiquiore.neque in l.ex hoc iure, in 11.q.ff.de iusti.& iu.neque in l.liberti libertæque.C.de ope.lib.imò loquitur Bald.in dictis locis, maximè in d.l.libertinis, vbi dicit attendenda esse verba dispositionis: & ita etiam est in casu nostro verba testamenti apertè vocant maiorem, & intelligitur de maiore natu, vt supra fuit ostensum.& licet reperiatur Old.allegasse pro parte nepotis ꝯ regem Robertum, vt habetur in consilijs Oldra.consi.223.incip.Istæ sunt allegationes.tamen ipsemet Oldradus in d. consil. 94. dicit ꝙ de iure præstantior est opinio quæ facit pro rege Roberto. nec etiam obst. ea quæ traduntur per Pau.de Cast.consi.164.incip. In præsenti causa lib.2.quia loquitur de casu in quo videlicet in inuestitura vocabatur primogenitus & eius filij: vnde ex ordine scripturæ ibi apparebat voluisse post primogenitum vocari filios:& ibi plenè prosequitur.sed in casu nostro testator non dixit ꝙ vellet post mortem Raymundi & Petri vocari maiorem & eius filios sed absolute maiores vocauit, vt est supra declaratum. & licet Ioan. And.in addi.Specu.in rubrica de feu.referat aliquando fuisse iudicatum pro nepote contra filium secundogenitum: tamen videtur ꝙ hoc processit à quibusdam constitutionibus quę in casu illo producebantur.Non obstat etiam si adduceretur do-

15 ctori.Bar.in l.is potest.de acqui.hęre.circa 2.col.† dum dicit ꝙ potestas quam habet filius in succedendo patri est quid diuersum à filiatione: vnde nepos ex dicto filio præcedente succedit in hac potentia, licèt non succedat in filiatione: quæ cum persona extinguitur.l.1.§.si filius.cum l.seq. ff.de suis & legitimis. & inducit Pau. de Cast. in d. l.is potest. ad quæstionem prædictam consuetudine habente ꝙ primogenitus succedat in regno, & contingat ꝙ primogenitus decedat viuente nepote; postea decedat rex relicto illo nepote & filio secũdogenito. Nam facere videtur secundum eum dicta doctrina cum succedat nepos in iure primogenituræ quam pater habuit, etiam viuente rege, licet non succedat in filiatione, tamen non videtur hoc firmare Pau.de Cast.in d.l.is potest. & dicitur ꝙ imò doctores legistę tenent contrarium in d.l.si vnica matre,& in dicta authentica, post fratres. & licèt ipse non respondeat ad dictam doctrinam traditam in dicta leg. is potest, potest tamen responderi,& nihil ad rem facit, quia Bart.loquitur in successione de iure communi, quo nõ erat cautum ꝙ primogenitus succederet, sed ꝙ suus hæres vel proximior agnatus succederet.l.2.§.hæreditas.ff.de suis & leg.instit.de hæred.quæ ab in-

17 test. in prin. † Præterea si ius filiationis non transit in nepotes, vt Bar.& Pau.de Cast. fatentur: eadem ratione oportet fateri ꝙ primogenitura nõ transit: quia est quid personale sicut & filiatio, per dictam l.ea quæ. C.de temp.in integrum restit. peten.cum alijs ad hoc supra allegatis. Præterea alias sequeretur de legitima tutela impuberis nati ex tertiogenito defuncto patruo impuberis secundogenito ac maiori 25.anno.quod ad dictam tutelam admitteretur dictus adultus, quamuis esset minor 25.anno.eò quia est natus ex primogenito prædefuncto maiore 25.annis: quia illud ius maioritatis transmittur in tu-

18 tela legitima deferenda, sicut in hæreditate: † cum à pari procedant legitima successio, & legitima tutela.§.ex his.auth.de hære.quæ ab intesta.l.1. ff.de legi.tut. & tamen hoc esset contra.l.fi.C.de legi. tut. denique potentius est ius quod quis habet iure proprio, quàm illud quod quis habet iure alieno.l.si filia.

filia.ff.de fideicom.liber.l.si quid in bello,& ibi gl. ff.de capt. ergo potius præferendus est ille qui venit ex maioritate quam habet iure proprio quàm ille qui allegat eam habere de iure alieno. Ex quibus respondeo veram esse conclusionem quam in principio consilij s̃. confirmaui &c.

ADDITIONES.

* Maiore.]Lege quæ scribit Fel.ad Rub.de maio. & obed. col.pen. & nonnihil per eundem ad c.super eo. el 2.col. quarta, de testi. & in materia consuluit Abbas consi.85.dub.1.lib.j. Facit ad rem quod est a Doctoribus traditum ad l.si quis maior.C. de transactio .nimirum ꝙ illa lex loquens de maiore, non procedit in maiore ficto qui per iuramentum repræsentatur. & quod scribit Alex. hic approbat Dec. consi.443.col.4. Natta.

a ¶Transmittet.secus in iure primogenituræ introducto a consuetudine,quia transmittitur in filium,licet non in filiam regulariter, vt dixi in consue.Pari.§.134.& sic Alex.in hoc casu suo rectè loquitur,cui adde Soc.in consi.88.lib.3.

b ¶Solus. Et sic necesse erit recurrere ad iudicium sortis si concurrant duo,vel plures eiusdem ætatis qui aliter non concordant, vt dixi in simili in consu.Parisi.§.8.gl.j. q.j.quia apparet ꝙ testator non voluit venire ad plures simul sed ad vnum tantum : ibi vnus tantum solus alias secus si seniorem vel maiorem simpliciter vocasset: quia tunc ex quo non inconuenit quod plures eiusdem ætatis simul quandiu viuunt admittuntur,non debet nec vnus concurrere paratus ad sortitionem cogi etiam reliquis hoc postulanter.

* Ex rationibus.]Vide Socin.ad l.si cognatis.4.not.ff.de rebus dub. Ex cludatur nepos.Pro nepote tenet Abb. consilio tertio, incipit. Nitar in præsenti causa.dub.2.libro secundo,& vide de quæstione Alexan. & ibi late Ias.ad l.is potest.ff.de acquiren.hæredita. Dec.consil.397. col.fina.& latissimè pro patruo consi.443.per totum. ponit Ias.ad l. maximum vitium col.2.C.de lib.præt. Grammaticus latè pro nepote decisione j. Dicitur succedere ex sua propria persona. Sequitur Dec.consil 318.col.fi. Natta.

c ¶Secundogenitum.idem Alex.in l.is potest.col.2.de acqui. hæredi. vbi sequitur distinctionem Bald.in d.l.3. C.de suis & leg.hære.cum qua etiam transeunt Pau. Castr.ibi hanc q.late exagitat Marti. Laud. trac.primogeni.vbi tandem transit cum Bal.in d.l.3.sed latius Fran. Are.conf.162.Diligente.vbi concludit pro nepote.latissimè vero Io. Cirius consiliarius regius in hoc supremo senatu in tract. primoge. lib.1.q.25.vbi cessante statuto vel consuetudine dubitat. vltra quem adde vbi latissime discernit & pro nepote conclusit Præposi.de feudo mar.duca.& comi.in vsib.feud.& licet multi dubitauerint vt Ias. d.l.is potest & in l.maximum vitium. C.de liberis præter. Cos.Gui. qui magis inclinat pro patruo in proœ.prag.in tract.primoge.& nouissimè Matth.Afflict.in.constitu.Neapo.ti.de succes.ret.nu.22.Et licet etiam pro patruo tenuerit Corn.consi.199.lib.2. Dec.consi.443. tamen verior & crebrior sententia est pro nepote,quam etiam Bald. consi.386.lib.2.dicit esse communem & omnes fatentur de consuetudine magis inualuisse,quod est verum nisi in Neustria.dixi in con sue.Pari.§.134.

CONSILIVM V.

LEGE s̃.lib.2.consi.129.quod hic duplabatur.

SVMMARIVM.

1 *Res vnius non potest sequestrari pro re alterius.*
4 *Pro mandato principis non præsumitur nisi quatenus scripto constet.*
5 *Patrimonium principis duplex.*
6 *Notarij assertio non facit fidem contra eum qui non rogauit.*
9 *Sequestratio non tenet nō citata parte:nisi suspecta sit de fuga. nu. 10.*

CONSILIVM VI.

Ponderatis ijs,quæ in suprascripto themate narrantur. & visis ijs quæ copiosè & eleganter deducta sunt per celeberrimos dominos supra consulẽtes,ego in eandem sententiam concurrens puto dictam sequestrationem non habere obstare quouis modo Troylo & Antonio de Brocardis creditoribus,quod vltra allegata supra comprobatur sic. Narrabatur enim in themate ꝙ antequam dicti de Brocardis traducerent vigore salui conducti dictas bordaturas in territorium præfati ducis Mutinę nondum fuerat perfecta & conclusa & firmata venditio dictarum bordaturarum cum dicto duce,sed fuit postea firmatus contractus & conclusa vẽditio cum dicto domino duce per præfatos de Brocardis, quibus fuit promissum dictum pretium. vnde aut dictæ bordaturæ erant dictorum de Brocardis. & proculdubio non potuerunt pecuniæ seu pretium dictarum bordaturarum debitæ seu debitum dictis de Brocardis sequestrari per procuratorem Ducis Burgundiæ vt creditoris domini Bononien. de Carcotis:quia nullum ius habet dominus Bononien.in Brocatinis,
1 nec in pretio,† & consequenter res vnius non potest sequestra-
a ri [a] pro debito alterius.l.j.C.vt nullus ex vi.li.11.l.j. C.ne filius pro patre. c.j.de iniur. & dam.da. lib.6.aut dictæ brocaturæ erant domini Bononien.tamen eius. non erat pretium conuentum inter dictum dominum Ducem Mutinæ emptorem & di
2 ctos de Brocardis venditores:† quia pretium rei meæ per aliũ
* venditæ non dicitur esse meum neque mihi debitum. * l.qui vas.§.j.de furtis.l.mater.cum ibi plene no.C.de rei ven.& l.si. ff.de nego.gest.& in l.si cum seruum.ff.si cert.peta. Saltem qñ non apparet dominum bonorum post dictam venditionem ratificasse contractum venditionis, vt patet ex notatis in locis supra proximè allegatis.Nec etiam poterat tempore sequestri dici vsucapionem aliquam esse completam per venditionem factam per Brocardos:quia vt apparet ex narratis in themate tẽpus vsucapionis non poterat dici esse completum : & alia etiã obstarent vsucapioni,quæ non expedit attingere, stante maximè defectu temporis non completi. hoc dico propter ea quæ habentur in d.l.cum mater. cum sim. ¶Ex his ergo apparet ꝙ non potuit ad instantiam alicuius creditoris domini Bonon. fieri sequestrum de pretio prædicto conuento cum dictis de Brocardis venditoribus & eis promisso. Secundo non obst. dictum sequestrum ratione defectus mandati : quia dato ꝙ dictus magister Ioannes,qui costituit procuratorem dictum scilicet Baptistam esset talis qualem se asserit in dicto mandato
3 scilicet custos priuati thesauri Ducis Burgundię:† tamen non potuit alium cõstituere vel substituere procuratorem nisi in his quæ spectarent ad custodiam dicti priuati thesauri posito sine præiudicio quod ad concernentiam dicti priuati thesauri constituere potuisset: sed ad ea quę concernunt aliud quàm ipsum priuatum thesaurum, sine dubio non poterat dare mandatum:quia egrederetur fines mandati, contra.l.diligenter. ff. mandati.c.cum olim abbas,de off.dele.c.cum dilecta,de rest. vnde debuit allegari & probari dictum debitum domini Bonon.cuius occasione petebatur sequestratio: ꝙ erat tale debitũ quod pertinebat ad custodiam, vel causam priuati thesauri.
4 † non enim pręsumitur pro mandato nisi quatenus ex eius inspectione apparet. c. cum in iure cum ibi no. de offi. deleg. l.j.
5 C.de manda.prin.& no.in c.pręterea.de dila.† Princeps enim
b duplex [b] habet patrimonium, vnum erit priuatum:& appellatur patrimonium Cęsaris quod habet tanquam Titius non tã
* quam princeps seu Imperator. Alius est patrimonium* fiscale, quod habet tanquam princeps. l.procu.& ibi Cy. C.de eden. l.2.§,hoc interdictum.l.2.ff.ne quid in loco publ.l.j.ff.de offi.procu.Cęsa.l.j.& 2.cum ibi not.C.si aduersus fis. & l.proc. C.vbi cau.fisc.vnde cum non apparet probatum ꝙ dictũ debitum domini Bono.spectauerit ad causam & custodiam priuati thesauri dicti Ducis Burgundię,non potest sufficiẽter cõstare de mandato. Nec obstat ꝙ in actis dictæ sequestrationis noterius asserat ꝙ dictus Baptista produxit mandatum suum sibi datum à Duce Burgundię rogatum per Ioannem Scobit clericum sub die 2.Ianuarij 1462. visum & lectum per dictũ
6 notarium actorum.† quia dicta assertio notarij nõ sufficit* sal-
* tim quò ad præiudicium eorũ qui nõ interfuerunt, vt in auth. si quis in aliquo.C.de eden. ita firmat ibi Albericus de Rosat. Ange.& Pau.de Cast.& Ange.in repetitione.l.sciendum.circa nonam vel decimam col.de verb.obli.Nec obstat Id quod no-
7 tat Spe.in tit.de instru.edit.§.restat.ver.antepe.† vbi vult ꝙ illa verba prolata a notario dicente, vt apparet in instrumento a me notario viso & lecto &c. probent absque eo ꝙ exhibeatur illud aliud instrumentum:quia respondeo ꝙ Spe.ibi loquitur quò ad eas personas inter quas notarius rogatus asseruit dicta verba scilicet a me viso & lecto &c.probent absque eo ꝙ exhibeatur illud aliud instrumentum:quia respondeo ꝙ Spe.ibi loquitur quò ad eas personas inter quas notarius rogatus asseruit dicta verba,scilicet a me viso & lecto, &c. l.optimam. C. de contrahen.& commit. stipula.l.quędam.ff.de probati.alias autem non procederet illa decisio ad pręiudicium alterius personę,quia notarius non fuisset rogatus [c] secũdum pręfatos do
c cto.in d.auth.si quis in aliquo.Pręterea Spec. in loco pręalle.

ponit

ponit duas opiniones.& Ang.in repe.d.l.sciendum, intelligit ꝙ Spe.approbet dictam opi.quæ est ꝙ illa verba notarij nõ suf ficiant: tñ responsio præcedens magis placet. Vnde facit id qđ signanter no.Inno.in c.cum in iure,de offi.deleg. & Host.Ioã. An.in c.quoniam cõtra, de proba.& Bart.in l.Chirographus. ff.de admi.tut.& Bal.in l.nostram.circa penul.col. C.de testa. & Ang.in l.2.C.de testa.& in auth: vt fratrum filij.§.illud.per
8 illum tex.& Ang.in l. sciendum de verb.obli. † vbi volunt ꝙ si notarius actorum sciebat in actis qualiter Titius produxit
* tale instrumentum * mandati sui: per hoc non probat tale man datum nisi totus effectus illius instrumenti mandati seu procuratoris sit registratus apud acta. Quinimo plus dixit Io.An. in addi.Spe.in ti.de rescri. præsen. §.1.versi. sed obijcitur ꝙ ēt si totus effectus instrumenti esset registratus, tale registrum non faceret fidem nisi contra eum qui fuisset præsens tali productioni seu registrationi,& nihil opposuisset.bene facit quod no.Spe.in ti.de instru.edi.§.nunc dicemus. versi. pe.sed in dictis actis sequestrationis non est in substantia registratus tenor instrumenti mandati,nec præsentes fuerũt dicti de Brocardis: ergo dicta acta non probant contra eos neque fidem faciũt de mandato prædicto.†Non tenuit etiam dicta sequestratio: quia
9 facta non citato eo de cuius præiudicio tractabatur. l.nam ita diuus.ff.de adop.l.fi. C.si per vim vel alio modo ca. inter quatuor,de maio. & obedi. & quod in sequestratione requiratur citatio est de mente Archidia.10.q.1.res cir.pen.col.dum allegat. d.l.fi. C.si per vim vel alio modo, quæ verba reasumpsit Io.And.in regula,locupletari,in mercu.circa penultimam vel antepenultimam.col.& fuerunt verba Ioan.imo ibidem, Hoc expressius tenet dom.Card.Flo.in cle.1.in princ. de sequestra. possess.in 22.q.& 25.q.est verum ꝙ Bal.in l.fideiuss.§.fin. ff.qui satisda.cogan. dicit per illum textum, ꝙ ad hoc vt possit fieri sequestratio,debet præmitti cognitio quædam per quam appa ret de suspitione † in qua cognitione dicit se putare partem
10 d non esse citandam si timetur de fuga [d] partis, ne ad fugam instruatur.arg.l.ait prætor.§.si debitorem.& quod ibi no.ff.quæ in frau.cred.& l.quæsitum.C.de pig.& per no.in l.j. C.de pig. acti.Sed hic nec apparet præcessisse causæ cognitionem de suspicione fugæ,nec citationem factam esse: ergo sequestratio taliter fieri nõ potuit: quæ regulariter prohibita est d.l.vnica. C. de prohi.seque. pecu. & plenè traditur in c.2.de sequest. pos. cum sim.Tutum etiam videtur testimonium dicti salui cõductus: & quia eius verba clarissima & euidentissima ac amplissima sunt: ideo superuacuum putaui super eis insistere, quoniam in eis nullam conspicio probabiliter dubitationem fieri posse stantibus his quæ in themate narrata sunt.Ex quib.concludo dictũ sequestrũ in effectu non debere obstare dictis de Brocardis,nec impedire quin.do.Dux Mutinę tutę soluat quãtitatem promissam & debitam dictis de Brocardis. Ego Alex.

FRANCISCVS anno 1459.mense Septembris condidit testamentum in quo inter cætera talibus verbis vsus est: hanc suam vltimam volũtatem asseruit esse velle &c. cassans, irritans,reuocans, & annullans omne aliud testamẽtum cuiuscunque alterius generis; & vltimam voluntatem hactenus a se conditam & scriptam etiam si in eo vel ea scripta sint vel esse reperiantur aliqua verba derogatoria huic testamento & vltimæ voluntati,quorum verborum derogatoriorum siue recordetur siue non,se omnino asseruit pœnitere, & hoc suum testamentum & vltimam voluntatem cęteris alijs pręualere ab omni suo hærede seruari & efficaciter adimpleri volens atq; mãdans omne aliud testamentum & vltimam voluntatem per ipsum huic retro factum vel factam,aut in futurum fiendam vel fiendum,non valere nisi in ipso sint scripta & notata infrascripta verba videlicet, Kyrie eleyson &c. & Pater noster &c. & Aue Maria. & Credo in Deum &c. prout extensè patet in suprascripto testamento. Demum testator antedictus de anno 1460.de mense Maij condidit aliud testamentum in quo inter cætera verba hæc in fin.scripta reperiuntur: voluit hoc testamentum seu vltimam voluntatem omnibus alijs eius testamentis seu vltimis voluntatibus retro factis præualere, testatore mortuo, quæritur an posterius testamentum tollat præcedens. Respondet ꝙ non.

ADDITIONES.

a ¶Sequestrari.plenè dixi in consue.Parisi.tit.15.

* Neque mihi debitum.]Ratio quia in particularib. pretium nõ succedit loco rei.l.venditor ex hæreditate.§.j.ff.de hær. vel act.vendi.& vide quod per hanc regulam Alexan.scribit consi.16.colum. penul. lib.6.Fallit vbi quis vendidisset rem, vt alienam, quia pretium potest peti per dominum ab emptore.l.in familiæ.vbi Bart. C.fam.erc. Natta.

b ¶Duplex.hoc est vulgatum,cæterum cum Accur. Cyn.& alijs valde errant, quia rationalis seu procurator Cæsaris non gerebat curam patrimonij spectantis ad principem tanquam ad priuatum, sed spectans ad eum tanquam ad principem,& sic iura ipsa fiscalia: quoniã Imperatores Rom.tametsi rempubli.partim vi,partim dolo, actuq; oppresserint: non tamen initio penitus extinxerunt,sed manebat Rei pub.suum nomen cum ærario suo & plerisque iuribus suis,quę sola publica vocabatur proprio & veteri nomine cum re ad aliquod secula retento. Hic procurator fisci seu principis dicebatur procurator priuatæ rationis ad differentiam redditũum ærarijq; reipub.quæ sola publica vocabantur.* Hoc idem tradit Alex.ad l.si quis mihi.§. seruus.ff.de acquirend.hæredita.& Bal.in no.casu consi.410.Quæritur vtrum dominus.lib.5.Pau.Cast.consi.106.col.3.lib.1. Natta.

* Patrimonium.]Adde quod differunt etiam causæ fiscales a criminalibus,vt per Iason. consi.100. lib.j. Et de priuato patrimonio Cæsaris fit mentio in l.j.cum seq.C.de priuil.dom.Ang.lib.12.Et vide Ioan.a Platea ad Rubr.C.de fund.patrim.libro 11.Bal.consilio 27.Casus.col. 2.lib.j. Natta.

* Non sufficit.]Idem est a Petro Anch.traditum consi.301.Viso diligenter. Natta.

c ¶Rogatus.s.consi.37.nu.4.lib.3.quæ dixi in cons.Par.§.5.

* Tale instrumentum.]Idem scriptum reliquit Alexander ad d.§.Auth. si quis in aliquo in 7.fol.C.de edendo.Et etiam si notarius inserat tenorem instrumenti in suo,non adhibetur fides;Abb.ad ca.Abbate.§. Syluam.post glo.ibi.de verbo significatio.Afflictus decisi.273.per totam decisi.Et hoc procedit non solum si notarius faciat mentionem de instrumento alterius notarij,sed etiam de suo, vt pulchrè declarat Soc.consil.266. colum. 2. lib. 2. & de prædictis ponit etiam Alex. consi.81.col.quarta,libro tertio. Et notarius conficiens instrumentũ de eo,de quo non fuit rogatus,non probat,quia hoc non dicitur esse documentum publicum,sed literæ testimoniales,quibus nequaquã fides adhibetur;Bald.consi.286.Thema proponitur vt infra.colum. secunda,libro 2. Natta.

d ¶Fuga.Adde s.lib.3.consi.19.consi.64.

CONSILIVM VII.

* a Videretur *prima fronte dicendum præcedens testamẽtum per posterius esse sublatum.* Primo stãte regula ꝙ voluntas vltima defuncti seruari debeat,
1 & non prima: † quia ambulatoria est defuncti volũtas vsq; ad mortem.l.4.ff.de adi.le.l.cum hic status. §.1. ff.de dona.inter virum & c.cum Marthæ,de cele.mis.13.q.2. vltima volũtas. ¶Et secundum testamentum iure conditum tollit primum. l. si quis priore.ff.ad treb.l.si iure. ff.de leg.3. insti. quibus modis testa.infir.§.posteriore. & hoc videtur etiam posito ꝙ in secundo testamento nulla esset facta mentio de verbis derogatorijs in primo testamento appositis, vt videtur casus in l.diuus. §.licet.ff.de iure codic.per quem textum principaliter nonnulli hanc partem tenuerunt,vt Iac.de Bel. disputando prout ipse refert in auth.de test.impe.col.8.& Iac. de Are.& And.de Pisis in l.si quis in principio testamenti. ff.de le.3. & refert Ioan. And.in nouel.in c.1.de consti.in 6.& sequitur Bal.in aliquib. locis pro hoc etiam adducebat Iac.de Are.ꝙ testamenti factio est publici iuris.l.testamenti factio.ff.de testamentis,ergo testator per cætera verba derogatoria illam sibijpsi tollere non potest.l.testandi.C.de test.l.ius publicum.ff.de pactis. Item quia secundum eum non potest quis sibijpsi auferre liberum arbitrium.l.stipulatio hoc modo,de verborum obli.l.pactum. C. de colla.& in casu nostro sibi aufert si per illa verba derogatoria se intestabilem redderet: igitur &c. Nec secundum præfatos doctores ob.tex.in d.l.si quis in principio testamenti: quia in substantia duobus modis respondere conantur. vno modo ꝙ ibi loquitur in vno & eodem testamento: ibi dum dicit,eodem testamento &c.¶Ideo non est ibi verisimile testatorem in eodem testamento penituisse primæ voluntatis nisi de expressa & speciali reuocatione apparet.arg.l.si non ad ea. ff.de cõd.
2 & demon.† & quia protestas non videtur recedere a prima protestatione nisi faciat actum contrarium protestationi. ca. cum M.Ferrari.de consti.cap.solicitudinem,de app. nisi exprimat, sed in d.l.si quis,in princ. legando bis non facit actum contrarium protestationi: nimirum si requiritur ibi specialis derogatio: nos autem loquimur de diuersis testamentis. Et ideo cum dictum testamentum simpliciter factum sit actus contrarius pro-

testationi positę in primo testaměto: tollitur ipsa protestatio, vt est dictum. Secundo modo respondent ad d.l. si quis. & l. si mihi. & tibi. §. in his leg. de leg. 1. quòd ibi testator sibi legem non imposuit disponendo circa solennitatem aliquam requirendam in secundo testamento vltra solennitates iuris communis, prout in casu nostro. quod fieri non potest. d.l. diuus. §. licet. sed in legib. contrarijs testator tantummodo disponebat voluntatě suam circa ademptionem legatorum. quod est sibi permissum facta speciali mětione de priori voluntate de-
3 rogatoria sequentis, vt ibi. † & hæc maximè vera sunt si ante hoc vltimum testamentum vnicū tantum testamentum præcessit cum dictis clausulis derogatoriis, quia tunc illa verba generalia posita in posteriori testamento cum non possint referri nisi ad vnum testamētum, habent vim singularis vel specialis mentionis testamenti præcedentis & contentorū in eo. l. 2. ff. de liberis & posthum. facit. l. fundus qui locatus. ff. de fun. instr. & l. si optio, ibi, ad vnum &c. ff. de op. leg. & firmat Bart. in dicta l. si quis. in princip. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam veriorem puto. ¶ Cum enim in dicto posteriori testamento non reperiatur scriptum Kyrie eleyson, & alia de quibus in præcedenti testamento habita est mětio. nec etiam de præmissa regula derogatoria apposita in primo sit facta aliqua specialis mentio in secundo, pręcedens testamentum per sequens non est sublatum, per allegatam l. si quis in principio testamenti. ibi nisi specialiter dixerit prioris voluntatis se pœnituisse & voluisse vt legatarius plura legata accipiat. ex quo tex. ita ponderato apparet ꝙ duo copulatiuè requiruntur ad hoc vt secundum testamentū tollat primum. videlicet quod specialiter dicat quod prioris voluntatis pœniteat. Secundò ꝙ vult quòd legatarius plura legata accipiat, & sic quòd specificè dicat contrarium eius quod in p̄cedenti voluntate dixerat. Sed istud hic seruatum non est, vt patet ex inspectione dictorum testatorum euidenter, ergo p̄-
4 sens testamentum non est sublatum. ¶ † Secundò, hoc in terminis firmat glo. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legat. 1. in versic. non valebit. volens quòd si testator in primo testamento dixerat, quòd non liceat sibi pœnitere, nihilominus poterit pœnitere si exprimat qualitatem illius primi testamēti in secundo, vnde cum in posteriori testamento de quo quęritur non fuit facta specialis mentio qualitatis dicti primi testamenti & clausulæ derogatoriæ in eo appositæ, ergo præcedens subsistere dicitur. ¶ Tertiò pro hoc adducitur tex. in authen. de testa. imperfe. §. & si quidem. ibi hoc ipsum expressim significantem sub præsentia testiū septem, & si fecit quandam talem voluntatem, non tamen eam valere vlterius vult si rursus aliam facere &c. pondero verbum expressim, & verbum talem, quod ibi in secundo testamento requiritur mentionem haberi de primo, talis mentio debet esse expressa & specialis faciendo mentionem in secundo testaměto de qua-
5 litate primi testamēti. ¶ † Quartò probatur, illud dicitur specialiter dictum quod est à qualitate verborum abstractū. ff. de iniur. l. item apud. §. hoc edictum. ff. de leg. 3. l. vxorem. §. felicissimo. l. 1. §. vnde quæritur. & §. dixerit aliquis. ff. de publi. & l. seruis vrbanis. §. fi. de lega. 3. cap. qui ad agendum. de procur. in 6. sed sic est quòd in posteriori testamento de clausula derogatoria non est specialiter facta mentio, quia verba nō sunt a qualitate abstracta, vt in themate apparet, ergo primum validum remanet. dicto. §. in legatis. & l. si ita scriptū. ff. de leg. 1. ¶ Quintò per protestationem factam in primo testamento declarat testator animum & voluntatem suam desse in 2. cap. cum M. Ferrarien. de consti. l. at si quis. §. plerunque. ff. de religio. & l. qui in aliena. §. fi. de acqui. hæred. & requiritur specialis reuocatio primi testamenti derogatorij sequentis, nec sufficiāt dicta generaliter verba de quibus in themate nostro confirmat latè Dy. in ca. quod semel placuit, de regu. iur. in 6. & Cyn. in disputatione sua incip. quæstio talis est, pręcessit dispositio sequentibus derogatoria. & Anch. 13. quæstio. 2. vltima voluntas. & Specu. in titu. de instru. edi. §. compendiose. ver. sed quæro si primò. vbi sequitur glo. in d. §. in legatis. & Barto. in l. omnes populi. in secunda quæstione principali, in ver. circa secundum quando præcedens statutum est derogatorium. ff. de iusti. & iu. bene facit tex. in capi. ex literis. de dolo & cōtum. & cap. ex parte. el j. de offi. delega. idem firmat Dyn. in d. l. si quis, in princip. & habetur in originali suo testamento, vbi in effectu concludit per prædi-
6 cta † ꝙ ad hoc vt præcedens testamentum habens clausulam derogatoriam tollatur, requiritur quod in posteriori dicat testator, volo istud testamentū præualere, non obstante tali testamento, vel non obstantibus verbis derogatoriis in eo appositis. secus si in secundo proferat generalia verba, vt si dicat. non obstante alia vltima voluntate. & idem videtur sequi Ray. de Forli. & ibi etiam expressius firmat Bar. volens quòd in casu proposito nedum requiritur in secundo fieri mentionem de primo, sed etiam requiritur quòd specialiter fiat mētio de verbis derogatorijs appositis in eo per text. illius legis, inducēdo vt dixi supra de quo & ibi latius per eum. & idem consuluit Bar. in consi. 21. incip. Dicit idem etiam consuluit Federi. de Sen. consi. 47. inci. Habita super casu prædicto col-
7 latione. † vbi concludit quòd si in secundo testamento dicatur, cassans & irritans omnem aliam voluntatem ipsius vltimæ voluntatis derogatoriam, non obstantibus quibuscunque verbis derogatorijs in ea positis, etiam si de ipsius verbis in hac secunda vltima voluntate esset fienda mentio specialis ex forma primi testamenti &c. & per hęc uerba bene tollitur
b præcedens testamentum, aliàs secus.[b] allegat not. per Pau. in clem. 1. de rescrip. & per alias rationes de quibus ibi per eū. & idem etiam uidetur esse de mente Bald. rectè intuenti in l. sancimus. C. de testa. & clarè firmat Bald. & Ang. in l. omnes, per illum tex. de præscrip. xxx. annorum. quem tex. ad hoc dicunt esse meliorem de iure concludentes quòd si testator in primo testamento apponit clausulam derogatoriam sequentis testamenti, & in sequenti testamento dixit, uolo hoc testamentum ualere non obstante aliquo alio testamento per me facto, & si de eo debet fieri specialis mentio &c. nam hæc uerba bene sufficiunt ad tollendum primum testamentum: quia perinde est ac si in secundo testamento posuisset expresse & nominatim tenorē primi testamenti ita dicunt esse tex. ibi tanquam si per hanc. l. specialiter &c. & ibi gl. sed hæc uerba aut similia minime apposita sunt in ultimo testamento: ergo &c. Pro hac parte etiam consuluit Ange. consi. 365. inci. Quædam domina Vanna uxor &c. ubi concludit ꝙ si testator in primo testamento protestatus est quòd si contigerit in futurum ipsum aliud testamentum facere quòd illud non facit uoluntariè, sed coactè & timore ductus, & quòd ex nunc dicit illud secundum testamentum nolle ualere aliquo modo nisi in secundo testamento de uerbo ad uerbum fieret mētio specialis primi testamenti, uel nisi in secundo testamento scripta reperiantur hæc uerba, confitemini quoniam bonus &c. postea testator fecit secundum testamentum in quo alium hæredem instituit, cassans omne aliud testamentum per eum hactenus factum, & si in aliquo testaměto per eum prius facto manu cuiuscunque notarij reperiretur aliqđ uerbum derogatorium propter quod nō ualeret, ab eo recedere uoluit, & omnia bona peruenire ad hunc hæredem in secundo testamento descriptum &c. quod quia talia uerba in secūdo testamento apposita censentur specialiter mentionē facere de primo testamento & cōtentis in eo, quòd bene tollatur primum, per dicta l. si quis in princip. allegat etiam d. l. omnes, de rescrip. 10. anno. & alia plura & ibi per eum tenet Angel. in l. 2. C. de lib. & posth. & cum hac opi. etiam transit Salyce. in præallegata. l. sancimus. C. de testamen. sequitur opi.
8 Dyn. & refert hanc esse communem opinionem. † plus dicit ibi Salyce. quòd si inter primum testamentum & secundum non intercesserit longum interuallum, sed potius modicum, quia tunc præsumendum est testatorem tempore secundi testamenti non fuisse oblitum de clausula derogatoria in primo testamento apposita, cum in facto proprio non præsumatur ignorantia. capitulo ab excommunicato, de rescrip. l. quanquam. ad Velleia. nisi post diuturnitatem temporis, ut no. Dyn. in capitulo præsumitur de regulis iuris in sexto, & Dyn. & Barto. in l. si res obligata, de legatis primo, & in l. si quis delegauerit. ff. de nouatio. Baldus in l. prima. C. de confessio. Et tunc non sufficeret si testator diceret in secundo testamento, cassans & irritans omne aliud testamētum, quod fecisset, etiam si ibi essent uerba derogatoria sub quacunque conceptione uerborum & cætera. Sed de necessitate debet testator in secundo testamento formalem & specificam mentionem facere de uerbis derogatorijs appositis in primo, & ita

ita intelligunt ipsum tex. in d.l. si quis in principio testamenti, in versicu. sciens. vbi si testator tempore secundæ voluntatis habebat scientiam primi debet in secunda voluntate specificè dicere contrarium eius quod dixerat in principio. Sed in quæstione nostra intrà tempus octo mensium a tempore primi testamenti testator fecit secundum testamentum: debuit ergo formalem & specificam mentionem dictorum verborum derogatoriorum facere in vltimo testamento: cum non præsumatur de iure testatorem in tam modico tempore oblitum esse eorum, quæ in testamento præcedenti dixerat,
9 † quia obliuio non præsumitur in facto proprio nisi per lapsum longi temporis. nemo autẽ arbitrabitur spatium octo mensium longum tempus, vt not. in l. licet. C. de acqui. poss. in gl. fin. & in §. quod autem. insti. de vsuca. & in gl. & no. docto. in l. si de eo. §. si fortè. de acquiren. poss. & Bald. in l. 1. C. de seruis fug. cum concord. facit l. si cum fideicomm. §. Aristo. ff. qui & à quibus. & no. in l fi. ff. si ager vectig. vel emphy. pen. & in l. 1. C. vbi causa sta. & in l. 1. §. quod autem. ff. de superfi. Super hac tamen vltima opi. Saly. & eius veritate aliter non insisto, quia nõ oportet postquam communis opi. est ꝙ dicta verba in vltimo testamento posita non sint efficacia ad tollendum præcedens, cum qua opi. etiam pertransit Ang. & Pau. de Castro. & Ioan. de Imo. in d. §. in legatis,
10 † cum ergo hæc sit communis opi. glo. & doct. per quemlibet iudicantẽ sequenda est, vt no. Ioan. And. in c. 1. de consti. & Ioan. mon. in c. cupientes. § denique. de elec. in 6. & not. Bar. & Bal. in l. fina. C. de pœna iud. & Bal. in cap. 1. §. iudices de pace iuram. firman. & si variæ sint opin. sequenda est illa opin. quæ plurimorum doctorum authoritate cõprobatur. l. 1. ibi, sanè &c. & ibi hoc notat Bald. ff. de offic. quæsto. & Bald. in l. 1. per illum text. ff. de senato. ¶Sed sic est quòd opin. quam teneo est communis vel saltem plurium authoritate comprobata, ergo sequenda est &c. modo restat quòd ad allegata in contrarium responsio detur. Et primò non obstat regula se habens quòd vltima voluntas solemnis tollit præcedentem, quia respondeo, hoc verum esse nisi in prima esset apposita protestatio & clausula derogatoria sequentis voluntatis, prout in casu nostro, per d. §. in legatis. & dictã. l. si quis in prin. superius est ostensum. Non obstat etiam tex. in d. l. diuus. ff. de iure codici. quoniam ille tex. procedit quando in secunda seu posteriori voluntate testator fecit specialem mẽtionẽ de verbis derogatorijs appositis in prima, ne aliàs contradicat d. l. si quis. & d. §. in legatis, quam solutionem approbat gl. & doc. in d. §. licet. & Dy. & Bar. in preallcg. l. si quis. Bar. d. l. omnes populi. in 2. q. in prin. & Cy. in d. dispu. Item non ob. ꝙ nullus potest sibi auferre liberam testandi factionem respondeo,
11 † si testator in præcedenti testamento dixisset, nolo me posse vlterius testari, nec vlterius posse pœnitere, tunc posset procedere augmentum Iaco. de Are. quia testator tollere sibi testandi facultatẽ, sed testator in casu nostro bene voluit posse vlterius testari, dummodo in posteriori voluntate apponeretur Kyrie eleyson &c. & sic dummodo sumus certi de voluntate testantis in posteriori testamẽto, illa vltima voluntas posteriori seruanda erit. sed de eius voluntate in postremo testamento certi esse non possumus nisi in eo faciat mentionem specialiter de clausula derogatoria apposita in primo. d. l. si quis. & ibi hanc solutionem approbat Rayn. de Forl. & Bar. imò fortius secundum Sal. in d. l. sancimus. de testamẽtis etiam si testator dixisset, nolo me vlterius posse testari nec pœnitere, tamẽ per hoc non dicitur auferre sibijpsi liberam testandi facultatẽ ex quo reuocare potest, quia ut dixi vltima voluntas est ambulatoria vsque ad mortem. l. 4. ff. de adimen. leg. cũ vulg. & imò tunc secundum eum si fieret secundum testamentum, non teneret nisi specialis mentio fieret testamẽti primi, per superius dicta, & maximè per gl. in d. §. in legatis. quæ hoc expressè firmat quam etiam ibi sequitur Imo. Ac etiam nõ obstat responsio tradita ad d. l. si quis. ꝙ ibi loquatur in vno, & eodem testamento &c. nos in diuersis voluntatibus quam solutionem ẽt ibi sentit gl. in vers. accipiat quia dico hanc esse responsionẽ præcise contra tex. illius. l. ibi, eodem testamento vel codicillos & sic non facit tex. differentiam an in eadem volũtate, an
12 in diuersis. ¶†Nec etiam ob. ꝙ actus contrarius protestationi, vt fuit in casu nostro, & actus postremi testamẽti tollit ꝓtestationem præcedentis, quia illud fallit quando actus sit protestationi contrarius dependet solum à facto & voluntate ipsius protestantis, vt conderet testamentum, hæreditatem adire, & similia, quia tunc per actum cõtrarium non tollitur ꝓtestatio, sed per protestationem tollitur ille actus nisi de protestatione tollẽda expressã, & specifica specialis mẽtio fieret. l. qui in aliena. §. fi. & ibi no. Bar. & doc. ff. de acq. hære. l. pro hærede, circa principium ibi, dici solent &c. eod. ti. & l. si ita scriptum. de leg. 1. & d. §. in legatis. cõiuncta. l. si quis. Et not. plenè Bar. & doc. in l. non solum. §. morte. ff. de oper. no. nun. circa protestationem declaratoriam. & no. doc. in l. pacta nouissima. C. de pac. cum sim. Nec similiter ob. alia responsio tradita d. l. si quis. videlicet ꝙ ibi testator sibi legem non imposuit circa solemnitatem testandi, prout hic &c. per d. §. licet, quia ad hoc potest responderi vt respondit Bar. in d. l. si quis. quod breuitatis causa non recito, videlicet ꝙ hic testator nedum apposuit verba derogatoria solemnitatis, sed ẽt voluntatis, ut declarat ibi Bar. in ver. opp. de l. diuus. &c. & in ver. & aduerte si testator &c. & Pau. de Cast. in d. l. si mihi & tibi. & dico ꝙ dicta responsio ad l. si quis, non est vera nec iure probatur. Qui enim illud dicunt fundant se per dictum. §. licet, qui tex. hoc non probat, quoniam vt dixi supra ille tex. intelligitur in necessario quando interuenit in secunda voluntate specialis mentio primæ, & sic est ibi tex. contra eos, vnde posito ꝙ in casu nostro testator tãtum disposuisset circa solemnitatẽ testamenti, tamen requireretur in secũdo specialis reuocatio primi, aliàs videretur in secundo non adesse voluntas testatoris vigore primæ protestationis. d. l. at si quis. §. plerũq; de relig. & ita firmauit eleganter Bar. in d. l. omnes populi. in 3. q. prin. sequitur Cyn. in disp. præallegatis. aliquid Bar. in l. humanũ. C. de legi. & in extrauag. ad reprimendũ, in ver. non obstantib. ¶Vltimò non ob. quod dicebatur per l. 1. ff. de lib. & posthu. ꝙ quando vnicum tantum testm̃ præcessit vltimũ, ꝙ non requiritur specialis derogatio &c. quia dicò ꝙ contrarium tenuit Ang. Pau. de Cast. & Imo. in d. l. 2. & Raph. in d. l. si quis, in princi. testa. maximè per tex. in præall. l. si quis in
13 prin. † ubi ẽt qñ in uno & eodem testamento fit actus contrarius protestationi, non sufficit generalis mentio clausulæ derogatoriæ, sed requiritur specialis, quanto fortius si fit actus contrarius protestationi in alia scriptura separata debet esse necessaria derogatio; Itẽ quia si uera esset rõ Bart. sequeretur ꝙ semper sufficeret generalis reuocatio, cũ nunquam testator uideatur se referre nisi ad unicũ testm̃, etiã si mille præcessissent, quia unum tm̃ ualidũ præcessit, s. ultimum, ex quo quis iure cõi non potest decedere cum duobus testamẽtis nisi miles sit. l. q̃rebatur, cũ duab. seq. ff. de testa. mil. & l. si quis priore. ff. ad Tre. & hac rõne utitur ẽt Bal. in auth. hoc inter liberos. C. de test. & in l. humanum. C. de legi. nec ob. d. l. 2. ff. de lib. & posth quia secundum Io. de Imo. ibi, & bene tex. loquitur in materia in qua sufficit uniuersalis dispositio, ut no. & legitur in l. Titius. in prin. ff. de lib. & posth. & insti. de exhær. lib. l. 3. §. 1. & in l. 3. §. pe. ff. de iniu. & irri. testa. ideo nimirum si ibi sufficit indefinita, quoniam refertur ad unicũ subiectũ, quæ ratio cessat in materia d. l. si quis in prin. testamenti quia ibi non sufficit uniuersalis oratio, ut ibi plenè no. per Bart. & do. & superius dixi. Præterea uerbo fertur, ꝙ talis testator ẽt ultra hoc ultimum testm̃ quam plura alia condidit, & sic superuacuò de hoc dubitatur ex quibus concluditur, præcedẽs testamentum non esse sublatum. Alex.

MVLTVM copiosè & accuratè scriptum est per famosissimos & præclaros doctores, ita ut opus non sit plura inserere, quia de simplici subscriptione requisitus & uariis occupatus, ideo dico & cõsulo ego Ant. de Prato ueteri legũ & artiũ doctor Bon. iura ciuilia legens, in fidẽ præmissorum propria manu subscripsi & sigillo cõsueto sigillaui, saluo semper quocunq; alio consilio si contigisset me super hac re consuluisse. Cum quo etiam eo nunc transeo hodie die 25. Aprilis. 1452.

ADDITIONES.

* Videretur.] Est repetitum infra, consi. 44. hoc eo. lib. Natta.

a ¶Sublatum. adde. supra li. 1. consi. 134. & li. 3 cõsi. 25. & inf. li. 6. cõs. 111. cons. 155. consi. 243. & li. 7. cons. 163. sup. li. 2. consil. 226 nu. 62.

b ¶Alias secus. idẽ Io. An. c. vnico. de exces. pręla. in 6. in no. Hen. Bo. c. ex par. 2. in fi. de off. dele. Pano c. cum instãtia, de censi. Car. in cle. 1. de sepul. Ge. d. c. vnico. Phi. Frã. c. qd̃ semel de re. iu. i 6. Fel c. nõnul li. de resc. in c. accidẽtis. de psc. Ias. l. fi. C. si ꝯ ius cõs. 121. cõs. 165. li 4. Deci.

Dec.consil.165.adde Bald.l.humanum. C.de leg.in præl.feu.in tracta.statu.versicul.cassatio. & versicu.clausula. consilio 126.consilio 424.libro primo consilio 280.libro quarto consilio 389. consi.505. libro 5.Aut.Bur.consi.2. Imo.consilio 107. numero 2.Gemi. consilio 15.Socin.tract.de visita.Curt.senior consilio 13.consilio 35. Pau.consilio 3.consilio 206.libro 1.Cor.consilio 174.libro 2 Bertran. consilio 61.libro 3.adde infra libro 5.consilio 111.consilio 155.consi.243. vbi etiam dixi.

CONSILIVM VIII.

Videtur fortasse super dubitatione præmissa dicendum ꝙ centum septuaginta iugera terrę dũtaxat intra descriptos confines comprehensa Sempronius vendicare possit: nec vlterior sibi licentia concedatur. Ad hoc cõprobandum quispiam excitari posset authoritate Old. consi. 196. incipiente, In concessione cuiusdam donationis &c. vbi quæritur ꝙ si in concessione dixit concedo talem insulam totam quæ est iuxta loca episcopalia a parte meridionali quatenus inter vias publi.comprehenditur. & quæ est quinquaginta perticarum in longum & vigintiquinque in largum & positis intra dictas vias publicas insula huiuismodi mensuræ non reperiatur an magis attendi debeat specificatus numerus mensuræ an vero magis demonstratio confinium & arguit pro & contra. Finaliter concludit quod refert vtrum concedens incipiat mentis explicare * conceptum nominibus designantibus numerum vel mensuram: vt puta concedo quinquaginta iugera talis insulæ sitæ intra tales confines: & tunc non plus in actum deducitur quàm id quod significetur per pręcedentem numerum vel mensuram.allegat.l.si quis testamento. in princip. de legatis 1. an vero nominibus significantibus certam speciem vel corpus determinatum cum subsequenti expressione numeri seu mensuræ vt puta concedo talem fundum intra tales confines qui est centum iugerum quoniam adiectio mẽsuræ non est loco demonstrationis falsæ quæ nec vitiat nec dispositionem. allegat. ff.de legatis 1. l.si seruus legatus. §.qui quinque.ff.de legat.tertio.l.his verbis.§.pater. l.demonstra.de conditio.& demonstratio.& C.de fal.causa adiecta lega.l.1.& ita dicit Oldra.fuisse determinatum per l.si venditor. in prin. ff.de act.emp. & per ea quæ no. in l.fin. §.penultim.eod.titul. Idem etiam tenuit præcise Ioan.And. in addi. Spec.in titu.de emptio.& vendi.§.sciendum.ad fin.in addi.incipien. hic quæritur si venditor donat &c. vbi per iura supra allega. refert ita tenuisse dominum suum.sequitur idem Pau.de Leaza. in commento.capit.si venditor.de emptione & venditione in penultima columna & Bald.in rubrica. C.de contrahenda emptione.in 22.quæstio.& Petr.de Anchara. & Ioan.de Imo.& dom. Abb.in cap.per tuas.de do.& Pau.de Castro in l. si seruum. §. modus.ff.de actio.empti. facit quod no. Bartol. in l.Iulianus. §.si Titius eod.titu. Sed ita est quod concedens in casu in quo quæritur incipit mentis explicare conceptum nominibus certam designantibus speciem seu corpus. ergo mensura attendi non debet. ¶Hoc confirmatur ex verbis illis in concessio-

2 ne appositis videlicet, & quantumcunque sit &c. ¶† Ex quibus verbis colligitur de mente concedentis fuisse quod quæcunque esset mensura siue maior siue minor. illa intelligitur in concessione venire in clemen.1.§.fin. de foro competen.in versic.quantumcunque.& in clemen.in plerisque. de elect. &

3 l.balista. ff.ad Trebelliani.capit.cum a nobis. de testi. ¶† Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam de iure probabiliorem esse reor. Primo per tex.in capit.per tuas. de dona. vbi dixit quòd si prælatus in feudum concedens dixerit. concedo tibi in feudum talem terram quatuor modiorũ tantum debet esse concessio ad mensuram quatuor modiorum integrari. & loquitur etiam ille text.quando illa concessio fuit titulo non oneroso: sed ex causa renuntiationis: vt ibi declarant doct. Secundo ad idem text. in l.si venditor habens. in princi. & in versic.si minus. ff.de actio. empt. vbi si vendidi seruum cum peculio quod dixi esse 10. aureorum dicitur ibi quod si plus quàm decem erant in peculio totum debetur emptori. Si autem minus decem tunc illud quod deficit venditor supplere tenetur. Secundo facit.l.si quis cum fundum. eod.titu. Tertio facit tex.in l. si fundo vendito in qualitate iugerum captio sit emptori competit actio ex empto. eod. titu. ergo idem esse debet si captio sit in qualitate mensuræ cum de qualitate ad quantitatem procedat argum.l.si seruum. §.1. & l.si de qualitate. ff.de actio.empt. ¶ Quarto facit quod not. Specul. in tit. de empt.& vendit. §.sciendum.circa versicul. pen. vbi inquit quòd si venditio fit ad mensuram ita quòd pretium statutum est pro singulis iugeribus: & tunc si non inueniuntur tot iugera diminuitur pretium pro numero iugerum. per dictam l.si seruum. §.1. Si vero tota possessio vendita est generaliter pro eodem pretio puta vendo tibi hunc fundum qui est centum iugerum pro centum libris. & tunc si reperitur esse minus fiet diminutio pretij habita ratione bonitatis: vt ibi per eum. ¶ Quinto & vehementius adducitur id quod dixit glo. quæ reputatur notanda in l.si quis in fundi vocabulo. in glo.

4 secundo.ff.de legatis.primo, quæ dicit † quod si qualitates fundi concordant cum re de qua agitur illæ qualitates potius attenduntur quàm vocabulum loci seu fundi: & ideo inquit ibi Angel.se habuisse de facto quęstionem in testatore legante prędium quòd dicebat se habere in tali villa & in tali vocabulo in quo loco dicebatur esse oliuetum: & in dicto vocabulo nullibi suum prædium reperiebatur. sed bene reperiebatur esse in alio vocabulo condito oliueto consuluit quod illud deberetur propter illam concordantem demonstrationem olìueti facit. l.pen.ff.de rebus dub. Et subiungit in proposito Pau. de Cast. in l.si quis in fundi vocabulo. quòd ratio quare potius debeat attendi illa qualitas quàm nomen: secundum quod voluit ibi glo. est ex eo quia illa qualitas reperta erat vera demonstratio nominis ideo erat vera. secus secundum eum si demonstratio qualitatis reperta esset falsa & demonstratio nominis quæ faciet demonstrationem valere.allegat. l.patronus. §.1. & 2. de

5 lega. 3. modo in proposito † concessa fuit possessio ducentarum quinquaginta tornaturarum: partim aratoriarium: partim praturarum: & partim bedustarum: partim valliuarum: iuxta suprascriptos confines. sed ita est ꝙ aliqua pars valliua non reperiebatur tunc esse in dictis centum septuaginta tornaturis. sed in eo planè quòd petitur per dictam l.Sempronium. ergo attendi debet illa qualitas scilicet pars valliuæ per quam ad plenum sortitur effectum ipsa concessio: & dato quòd repugnet aliqua denominatio alicuius confinis: qua inspecta

6 dispositio ipsa plenum non sortitur effectum † & maxime cũ simus in beneficijs & donationibus in quibus contra concedentem latissima fit interpretatio.l.fin.ff.de constitu. princip. l.si quando.C.de bon.vacan.libro 10. capit.cum dilectus. de donatio. capit. olim. de verbor.significa. Præterea etiam assumendo quòd in dicta concessione comprehendatur pars valliua quæ per Sempronium petitur: tamen adhuc verificabitur ille confinis: dum dicitur iuxta vallem: quia adhuc verum erit dictam possessionem esse iuxta vallem respectu residuæ partis vallis restitutus in dominio communis Bonon. vnde isto casu stat dictio iuxta vallem pro intra: prout etiam accipitur.l. vxorem.§.legauerat.in verbo intra confines. ibi glo.ff.

7 de legat. 3.† vbi dictio intra assumitur pro iuxta * facit. l.si sta

a tuta. cum ibi notatis. ff. de regulis iuris. & quod not. 1. in l. eas. ff. de conditione & demonstratione nec aliter de necessitate assumi potest. nam si pars illius terræ concessæ est valliua & ab eadem parte sit ampla vallis vltra dictam mensuram, oportet ergo necessario quòd dicta possessio sit intra vallem.

8 ¶ † Sexto in omni dispositione mens disponentis semper principatum obtinet & verborum significationi anteponitur. l. finali. C. quæ res pign.obliga.possunt capit.intelligentia. & capit.præterea. & capiulr. in his. de verborum significatio. sed de mente concedentis fuit quòd in dicta concessione pars vallis comprehenderetur vt denorant illa verba partem valliuam &c. ergo mentem attendamus & non illa uerba dum dixit iuxta uallem &c. Accedit quia in dicto instrumento concessionis postea dicitur cum omnibus, & singulis quæ infra prædictos confines continentur, uel alios si qui forent ueriores &c. per hæc enim uerba sequentia declarantur præcedentia.l.qui filiabus. in principio. l.si seruus plurium. §.fina. ff.de legat. 1.l.utrum.ff.de petitio.hæredit.unde uoluit concedens quòd designatio confinium in principio instrumenti apposita non haberet restringere ipsam concessionem ubi alias etiam per diuersos confines de ueritate constaret, & per consequens illa uerba iuxta uallem non habent quouis modo restringere quin uallis usque ad dictam mensuram cedat in concessione Sempronio facta. alias enim uideretur concedens,

sibijpsi contrarius esse: quod non est præsumendum. l. nam ad
ea. in prin. ff. de condi. & demon. l. cum hic status. §. j. ff. de do
na. inter vi. ¶ Septimo nam præsupponitur ꝙ illa particula ter
re valliuæ quæ per Sempronium petitur appellabatur non so-
9 lum vallis: sed etiam appellabatur tumba lambertinorū: † sed
ita est ꝙ vbicunque idē sermo habet duas significationes sem
per illa accipi debet quæ rei gerendæ aptior est. l. quoties in sti-
pulationibus. ff. de verb. obliga. l. quoties idem sermo. ff. de re-
gu. iuris. vnde illa verba iuxta vallem &c. possunt intelligi de
illo loco qui interdum a quampluribus appellatur tumba. er-
go in dubio debet accipi iste vltimus sensus qui ipsi concessio
ni & donationi aptior est. Primo quia secundum istum sen-
sum donatio ampliatur. & secundum alium restringitur & in
dubio potius ampliari debet, vt dixi &c. Item secundum hūc
sensum deseruiet menti & verbis. nam deseruit menti. quia cō
cedens noluit concedere tornaturas ducentas quinquaginta.
Item deseruit proprietati verborum. quia dictio iuxta vallem
10 stabit isto casu proprie, pro intra. † nam dictio intra proprie
non denotat vicinitatem. c. solitæ. versic. hoc autem si pruden
ter. de maio. & obe. l. fistula. §. iuxta. de seruit. vrbanorum præ-
diorum. l. inter eos. ff. de acq. rerum domi. & expressius in l. si
statuta. cū gl. ff. de iniurijs. & verbis proprijs si fieri potest de-
seruiendum est. l. 1. §. si is qui. ff. de excep. & l. non aliter. de le.
3. ¶ Et ex præmissis facilis ad contraria responsio colligitur.
nam non obstant quæ dicuntur in d. consi. Oldr. Et Io. And. in
addi. Spe. in præalle. §. sciendum. cum concordantijs. supra al-
legatis. Quia illa possent procedere vbi apposita non essent illa
verba, partem valliuam quæ verba ostendunt de necessitate ꝙ
isto casu etiam pars vallis quæ petitur vsq; ad dictā mensurā
cedat in dicta donatione. vel nisi pars illa appellaretur etiam
tumba Lambertinorū: prout superius dictum est, maximè in
quinto & vltimo argumentis, per quæ etiam apparet responsio
ad illud quod in contrarium dicebatur de verbis illis videli-
cet, quantumcunque sit &c. Præterea illa verba, & quantum-
cunque, non habent alterare illa verba, ducentumquinquagin
ta tornaturarū: nisi probetur quod tantus ibi non posset cade-
11 re nnmerus mensuræ, † sicut dicimus in dictione, plus minus-
uè. quæ idem importat. nam si dixero, confiteor me esse debito
rem tuum in 10. plus minusvè &c. illa verba, plus & minus,
nihil operantur: nisi aliud probetur. tex. est in l. Publia. & ibi
hęc no. Bar. ff. depositi. & in l. in actione. & ibi Bart. ff. de fur.
& no. Bal. in rub. C. depositi. in 6. q. sed in dicto loco designa-
ri possunt tornaturæ ducentarum quinquaginta, vt est proba-
tum, maximè in quinto & septimo argumētis: ergo totum de-
betur. Item tam in confinibus quàm in mensura fuerunt adie-
cta illa verba, quantumcunque sit, vel ęquipollentia. vt patet
ex verbis illis videlicet, quæ intra prædictos confines continen
tur, vel alij si qui forent veriores. vnde si dubitatur quod de-
beat magis attendi an illa demonstratio confinium, vel demō-
stratio mensuræ: respondeo ꝙ potius debet attendi demonstrā
12 mensurę cum per illa amplietur † donatio quæ potius amplia
tur in re dubia quàm restringi debeat iuribus, supra allegatis
in quinto argumento. Ex quibus concluditur omnem mensu
ræ numerum dicto Sempronio esse supplendum.

ADDITIONES.

* Incipiat mentis explicare.] Vide hac de re nonnihil per Alexan. con-
silio 133. columna quarta, libro primo, & per Socin. in l. demonstra-
tio. colum. secunda, de cōndi. & demonstra. & Alexand. consi. 127. lib.
3. & consil. 159. colum secunda, lib. 5. & Fel. ad c. significante. col. 3.
de rescrip. & Alex. consi. 44. col. 2. lib. 6. & consi. 106. & 107. libro 6. &
consi. 82. in princip. lib. 7. & Socin. latissimè consi. 32. li. 4. Dec. consi.
347. per totum. & consi. 500. per totum Curt. iun. consi. 131. Parisi. cō
silio 64. & seq. lib. 1. Ruin. consi. 83. lib. j. Nec omiserim, quòd hi qua-
tuor Doctores consuluerunt super eadem facti specie Mantuæ, nem
pè Decius, & Curt. iunior pro vna parte: Parisius vero, & Ruinus pro
altera; & pro hac posteriore consuluit etiam Marian. Soc. iunior, vt
patet ex consilio ipsius 42 cum seq. Vide etiam Iasonem: consi. 55. li.
j. & consi. 73. dub. j. eod. lib. & consi. 79. eodem lib. Natta.

a ¶ Item. s̃. lib. 2. consi. 120.

EPITOME.

¶ INHIBITIO facta alteri iudici parte non cita
ta non valet.

CONSILIVM IX.

Præstantissime doctor in causa ser Francisci Carauitæ, Circa primum bre
1 uiter respondeo † quòd ad dictam inhibitionem per iudicem
ecclesiasticum non potuit procedi absque citatione partis:
quia quādo iudex ecclesiasticus ad petitionem partis vult pro
cedere super causa vsuraria, eo quia pars dicit contractum es-
se vsurarium: non potest inhiberi iudici seculari corā quo pe-
titur executio instrumenti: nisi prius ecclesiasticus iudex vsu
a rarium citari [a] fecerit: vt in proprijs terminis decidit Fede. de
Senis in consilio suo 300. incipie. Factum tale est debitor pro-
misit &c. mouetur per id quod habetur in capit. Romana. §. si
verò. de appel. in 6. & ita etiam tenet Ioan. de Imol. in cap. de-
bitores, circa medium, de iureiuran. & Ioan. de Imo. in l. 4. §.
condemnatum. ff. de re iudica. & dominus Abb. in dicto cap.
* debitores, de iureiuran. & ita etiam consuluit * in terminis no
stris Petr. de Anch. consi. 234. incipien. Casus talis est post prę-
ceptum &c. per dictum §. si vero. in cap. non solum. de appel.
in 6. & ita etiam consuluit d. Lauren. de Rodulphis de Fioren
tia in tract. de vsur. in quæstio. 131. per dictum §. si verò. Item
2 † quia adhoc vt possit inhiberi oportet coram iudice inhiben
te pendere litem præiudicandam illi liti pro qua inhibetur. ca
pit. tua. de ordi. cog. cap. lator. & cap. causam. qui filij sint leg.
sed lis non dicitur pendere nisi secuta citatione, vt in clement.
fin. vt lite penden. Faciunt plura alia quæ inducuntur, quę bre
uitatis causa omitto. & sic apparet istam esse magis commu-
nem opinio. a qua in pronunciando non est recedendum. Non
obstat allegatio Lapus. 61. quia placeat eam videre: quia nec
in vna nec in alia dicitur illud ad quod per aliquos allegatur.
bene tractatur ibi ad quem spectet iurisdictio, sed non tractat
an inhibitio fieri possit parte non citata. Præterea non vide-
tur verum quòd quando dicitur instrumentum esse confectū
in fraudem vsurarum, coram ecclesiastico iudice sit suspensa
iurisdictio iudicis secularis, & spectet ad iudicem ecclesiasti-
5 cum: quia imò vt scitis, † quia dicitur esse quæstio facti, spe-
ctat ad secularem, vt per legistas maximè Bartol. in l. quoties.
C. de iudi. & in l. omni nouatione. C. de sacro sanct. eccle. & in
l. Titia, soluto matrimonio. & per doct. in clemen. 1. de vsur.
& in capit. cum sit generale. de foro competen. & sequitur Fe-
deri. de Senis in consi. 92. incipien. Facta est lex. & Federi. in
consilio 242. incipiente. Domino Andreæ. & Archidia. 14.
quęstio. 3. capit. quod dictum. & Bald. in l. filium. ff. de his qui
sunt sui vel alien. iur. & in authen. ei qui. C. de bon. auctho. iu-
dic. pos. & Angel. in disputa. sua incipiente. Altensis miles,
ad finem. & Petr. de Anchar. in consilio 236. maximè per cap.
ad nostram. el 2. de iureiuran. & cap. post miserabilem. de vsu.
cum simi. Et hanc opin. dicit veriorem Ioan. de Imol. in clem.
dispendiosam. de iudi. quicquid dixerit Bald. in l. 1. in fin. C.
de senten. quæ sine certa quantitate. Aliæ responsiones patent
ex ijs quæ dixi supra. Non obstat etiam id quod not. in capit.
ad nostram. el 2. de iureiuran. quia illud procedit quando iu-
dex procedit non ad priuatum interesse & alicuius priuatæ
personæ, sed ad pœnitentiam imponendam ex officio suo, vt
dixit Innoc. & alij, & sic non sumus in casu. nec obstant not.
per Bald. in l. consulta. quia procedit quando iudex ecclesiasti
cus seruatis seruandis inhibet & mandat iudici seculari. Præ-
terea non disputatur nunc an iudex incurrat excommunica-
tionem vel non: & per hoc fundamentum est sublata omnis
dubitatio in dicta causa. Sed posito ꝙ dicerem inhibitionē fie
ri potuisse, quod nullo modo puto, videndum est an satis esset
ser Francisco si lata fuerit sententia in causa principali pro eo,
4 & non obstante inhibitione facta pendente appellatione † iu-
dex pronunciauerit appellationem esse desertam, a qua est pro
uocatum. & dicitur ꝙ sic propter statutum sub rubrica de ap-
pellationib. in versi. & si victus &c. in quo statuto est cautū ꝙ
secuta dicta declaratione super desertione primę sn̄iæ sine mo
ra executioni mandet̄. Nec obstat quod ibi dicit̄, nisi dicta sn̄ia
nulla foret rōne incompetentiæ vel defectus iurisdictionis iu-
dicis quamuis cā appellationis vel lapsus sententiæ super qua
lata fuisset ipsa sententia quib. casibus ius dicendi de nullitate
saluum maneat: quia respōdeo ꝙ nos non sumus in casu, quia
aut nos quærimus de sententia lata in causa principali, & cla-
rum est quòd illa non fuit nulla: eo quia lata fuit extra instan-
tiam:

tiam: nec de hoc disputatur. Aut nos quærimus de secūda sen tentia scilicet quia pronunciatum est appellationē esse desertam, & esse non pōt, & sic dici non potest ꝙ sit nulla rōne desectus instantiæ, quia illa inhibitio militaret quando iudex appellans pronunciasset super meritis causæ & non super desertione, quia quando iudex pronunciat instantiam esse peremptam, vt in casu appellationis, non potest dici talem sententiā nullam, eo quia sit habita extra instantiam: quia de necessitate talis sententia præsupponit peremptam & lapsam esse instantiam. l. properandum. §. illo. cum ibi no. per Bart. C. de iudi. & no. in l. eos. in prin. C. de appel. ita ꝙ illa executio post inhibitionem posita in dicto statuto non comprehendat casum nostrum. & hoc de se clarū est, vt mihi videtur. Reliqua suppleat præstantia vestra. Alexand. de Tartagnis Imolen. iura ciuilia Bononiæ legens.

ADDITIONES.

a ¶Citari. supra lib. 2. consi. 91. col. 3. & infra lib. 5. consi. 83. Bal. consilio 271. col. j. lib. j. Lap. allega. 61. Anch. consi. 98. consil. 234. consil. 236. Alex. l. Titia. in fi. ff. solu. matri. Panor. c. tuam, de ordi. cogni. Stepha. Auffre. repe. clem. j. de offic. ordi. de protesta. eccl. super lai. versi. nono. adde Gem. Phili. Fran. c. Romana. §. quod si obijciatur. de appel. in 6. Ias. l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. 5. de offi. Procon. repe. l. admonendi. col. pen. de iureiu. Fran. Rip. l. 2. ff. de re iudica. Matthæ. Affl. deci. Neap. 30. s̃. lib. 7. con. 58. & 69.

* Et ita etiam consuluit.] Vide Alex. consi. 91. lib. 2. & consil. 68. & seq. lib. 7. & Ias. latissimè ad l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. 5. ff. de offic. Proconf. & lega. Vide Ang. ad l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. in fi. & ibidem Alexan. col. j. Afflict. decisi. 30. cum sequen. Et communis conclusio requirit citationem, vt Alexander dicit ad l. Titia. in fi. ff. solu. matrimonio. & Dec. tenet consi. 460. in 2. dub. vbi vult ꝙ inhibitio contra ius facta minimè inducat nullitatem actus contra eam gesti, quamuis non sit appellatum. Et quando ecclesiasticus inhibitionem reuocat, & a reuocatione est appellatum, secularis, non procedit; Alex. consi. 63. lib. 3. Natta.

EPITOME.

¶VENDITIO, locatio, liber censualis non probant dominium, nec quasi, nec possessionem contra tertium.

CONSILIVM X.

Viso processu inter Franciscum & alios de Richetis agentes, & ser Retium & alios de Sorbolis, se defendentes, & visis quæ copiosè & egregiè allegata sunt per eximium legis doctorem nouellum dominum Dominicum Ruffum Bononiensem dudum acutissimū discipulum meum, attingam breuibus ea quæ mihi videntur in hac causa esse tutiora fundamenta: ex quibus vt puto cōstabunt partes domini iudicantis esse in absoluendo reos conuētos. Et in primis animaduerto esse intentatum possessoriū, & petitorium, vt euidenter apparet ex inspectione libelli. constat autem quod in possessorio recuperādæ vel retinendæ, vel adipiscendę obtinere non possunt: quia de aliqua possessione sua non probarunt nec de possessione illorum quorum sunt hære-
1 des. † non enim possessio probatur per instrumentum venditionis factæ per Tibernium Cicolo recipienti & ementi pro Iacobo quondam Petri Richeti: quia per instrumentum nō probatur traditio possessionis. l. prædia. cum ibi nota. per doct. ff. de acq. pos. & no. in l. 2. C. eo. ti. & per Spe. de empt. & vend. §. sciendum. versi. si vero res, cum versic. seq. & nota. doc. in ca. cum venient. de resti. spoli. & in c. 2. de consue. & per Baldū in l. iudicia. C. de rei ven. & in rubrica. C. de fide instr. in 18. q. &
2 in §. tradit. insti. de rerum diui. † nec ob. constitutum appositū ibi quia nihil operatur, nisi probetur ꝙ venditor constituens tunc temporis possideret: quod non est probatum. ita colligitur ex no. per gl. & ibi clarè Ang. in d. l. 2. in verbo, tradita. C. de acqui. possess. & in l. quamuis. §. 1. ff. eo. & Ang. in l. quædam mulier. ff. de rei vendi. post Bart. ibi & Bart. in l. 1. quando liceat ab emp. disce. & Ant. de But. in d. cap. cum venissent & in commento. c. fi. de cau. pos. facit. l. traditio. de acquiren. rerum dom. & l. fi. §. j. ff. ad Velleia. Præterea non apparet de ratihabitione dicti Iacobi: ergo non fuit sibi acquisita possessio. l. communis seruus. §. j. ff. de acqui. pos. l. si ego. ff. de neg. gest. nō probatur etiam possessio per instrumentum locationis factæ per
3 Petrum de Richetis Arnoldo quondam ser Ioannis: quia † per
a locationem^a solam non probatur possessio, neque dominium, saltem quò ad tertium. c. inter dilectos, de fide instru. & ibi nota. in l. ad probationem. C. loca. not. in c. cum Bertoldus, de re iudicata. & in ca. bonæ. de appel. & in l. qui vniuersas. §. quod per colonum, cum similib. ff. de acquiren. pos. licèt vbi probaretur de perceptione pensionis posset videri probatum de possessione, per id quod habetur in l. litibus. C. de agri. & censi. li.
4 11. & per no. in d. l. qui vniuersas. §. quod per colonum. † quinimo tunc ex tali possessione probaretur præsumptiuè de dominio quando incidēter dominium deducetur in iudicium, per no. per Bartolum post gl. in l. quidam in suo. ff. de condi. instit. cum suis concor. & ita procedit id quod no. Bar. in l. nō ab re. C. vnde vi. iunctis notatis per eum. in l. rem legatam. ff. de adi. leg. cum suis concordantijs. Sed in casu nostro est probatum de solutione pensionis, & etiam dominium deducitur principaliter in iudicium per agentem non autem incidenter quo casu ex possessione non probatur de dominio, vt plenè p Bartolum in dicta l. quidam in suo. & per Baldum in dicta l. iudicia. & in l. non ignorat. C. qui accu. & per Anton. de Butr. in
5 cap. cum ad sedem. de resti. spol. cum similibus. † Non probatur etiam possessio neque dominium per librum æstimorum quò ad fauorem illius qui ibi est descriptus. l. si pater. & illum tex. ibi ad hoc ponderat Bald. & Salic. C. de rei vendi. & nota. per Bald. in l. quidam in suo. ff. de condi. insti. quamuis probationem faceret quo ad præiudicium illorum qui descriptio-
a ni* dicti æstimi consensissent. l. Censualis. C. de dona. not. Bartol. in l. iura. C. de omni agro deser. lib. 11. & in l. cum quis. ff. de acquiren. rerum domi. nec contrarium dicitur in statuto producto & registrato in processu. pro hoc etiam facit: quia, vt dixi, per instrumentum non probatur possessio dicta l. prædia. Præterea liber æstimi potius est contra agentem: quia apparet dictam rem esse appositam ad æstimum alterius. Item non est per aliquos testes probatum de possessione ex parte agentium in petitorio, etiam quò ad proprietatem nec est probata intentio agentium: quia ex solo titu. emptionis factę per dictum Cicolum recipientem nomine dicti Iacobi: non probatur dominium, vt l. cum res, vt ibi plenè not. C. de probat.
6 & maximè, cum non interuenerit traditio: † quia per instrumentum in quo continentur illa verba videlicet, dedit, vendidit & tradidit, non probatur traditio dicta l. prædia. & sine traditione non transfertur dominium. l. traditionibus. C. de pact. l. si ager. ff. de rei vendica. l. ex stipula. ff. de acqu. possessio. nec etiam per constitutum appositum in dicto instrumento probatur traditio possessionis, nisi probaretur quòd vēditor tempore constituti possedisset, quod probatum non est, vt dixi, supra nec etiam per dictum instrumentum venditionis probatur de
7 quasi dominio dictorum agentium: † quia ad probationem quasi dominij requiritur non solum titulus, sed etiam traditio possessionis vacuæ: vt concludunt docto. communiter in dicta l. cum res. & in l. Celsus. ff. de vsuca. & Ioan. And. in addit. Specul. in titu. de causa posse. & prop. §. nunc videndum, in additio. incipien. de hoc est &c. & not. Bal. in l. nam & postea. §. si petitor. ff. de iureiuran. facit. l. 1. & 2. & l. eum qui. in principio. & §. fin. ff. de publicia. sed traditione possessionis vacuæ non est probatum ergo &c. non probatur etiam de dominio vel quasi dominio per instrumentum venditionis factæ de anno 1469. per illos de Dragonibus ser Laurentio de Guarinis,
8 vbi dantur pro confine illi de Richetis. Quia † respondeo, ꝙ illud instrumentum inter alias personas non probat quòd ista petia terræ de qua est quæstio esset ipsius domini Francisci de Richetis & aliorum nominatorum in libello. l. optimam. & ibi not. C. de contrahen. & commit. stipul. l. prædijs. §. Titio, & quod ibi Bartol. ff. de legat. 3. cum sim. facit quod habetur. C. res inter alios acta. & per totum. & non apparet, ꝙ ista petia terræ de qua agitur, sit illa quæ datur pro confine in dicto instrumento venditionis factæ per illos de Dragonibus. & sic est probatio dubia, & quę non releuat. cap. in præsentia de probatio. l. neque natales. C. de probatio. & tanto magis quia non specificantur illi qui sunt: vt infra proximè dicam. Per testes etiam non est probatum de dominio vel quasi dictorum agentiū. Nā Georgius Dragonus nihil dicit nisi de auditu ab alio: & sic non probat. l. si quando. C. de testibus capit. tam literis. de testibus. Item dicit audiuisse quòd illa petia terræ est illo-

a rum de Richetis & nõ prout in libello narratur.† Sed illa verba illorum de Richetis, possunt verificari in duobus. l.inter. §.fi.ff.de manumissis testamento. & in proposito notat Inn.in c.auditis,in gl.exceptis.de præscri.& ibi clarius dominus Abbas & est de mente Old.in consi.centesimo incip. In executione.& Pet.de Anch.& Io.de Imo.in c.quanto.de his quæ fiũt a præla.& sic apparet ꝙ ista probatio est obscura & dubia, & ꝙ imò non releuat d.ca.in præsentia.Præterea iste testis est singularis & vnicus: quia alij testes non deponunt saltem sufficienter quòd ista petia terræ de qua est quæstio, spectet iure dominij vel possessionis ad actores. Ex quibus cõcludo in fauorem reorum. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Locationem.Matthæ.Afflict.Deci.Neapo.14.nu.8.

* Qui descriptioni.]Extimum probat in præiudicium descripti, & successoris,præsertim vbi soluit,Ruin.consi.40.lib.4. Natta.

EPITOME.

¶ AN plures species probationum iungi possint.

CONSILIVM XI.

Sentio in dubium reuocari posito ꝙ verum sit ꝙ singulæ probationes deductæ pro parte ipsorum agẽtium de Richetis per se non sufficerent ad probandum inten-
* tionem agentium,an saltem simul cumulatæ * sufficiant,iuxta illud quod dicitur, & quæ non prosunt singula multa iuuant. c.cum causam,cũ ibi no.de prob.& no. in l.secunda. in prin.
1 ff.de excu.tut.facit.l.instrumenta.C.de proba. cum si.†tamen respondeo ꝙ non.nam si consideremus possessorium intentatum:& exploratissimum est,ꝙ nõ iuuãt ea quæ probata sunt: quia nihil est de possessione agentium probatum quod plenã aut semiplenam probationem faciat,vt patet ex ijs quę in priori consilio allegaui, si etiam quærimus de petitorio, & sic de probatione dominij: dico ꝙ non sufficeret plenè probari de titulo emptionis,& de numeratione pretij, & de traditione possessionis vacuæ:nisi etiam probaretur ꝙ vẽditor fuisset dominus,vt legitur & no.in l.cum res.C.de proba. secundum communes conclusiones de quibus ibi per glo. & doc.& sic apparet ꝙ non sufficeret ibi ad probationẽ dominij aliqua seu plura probari nisi plenè probantur omnia requisita. cum ergo inter cætera quàm maximè necessarium sit ad translationem dominij vel quasi dominij ꝙ probetur traditio possessionis, & ẽt requiritur ꝙ probetur ꝙ possessio tunc esset vacua ad translationem quasi dominij quando non probatur venditorem non fuisse verum dominum,vt in alio consilio deduxi, & not.in l.
2 cum res,vbi declarant Bal.& Sal. † quomodo probet possessionem vacuam traditam fuisse,quæ probatio est difficilis, vt ipsi dicunt quia oportet probari ꝙ venditor tantum vel emptor diu possederit, per no.in l.1.C.de ser.fug. & in proposito nostro,nihil probatum sit ꝙ appareat traditam fuisse huiusmodi possessionem, ergo posito ꝙ alia plura ex prædictis probaren-
3 tur,non possunt agentes obtinere. † Præterea illud ꝙ dicitur, vbi singula non iuuant, multa prosunt: intelligitur hoc mo-
a do.[a] quia si plures probationes diuersæ tendunt ad vnum & sint sufficientes ad iudicis animum inducendum ad plenam credulitatem: vt si agitur de probando contractum & producuntur plures testes contestes: nam ista probatio plurium testium simul iungitur.l.vbi numerus.ff.de testi.cap.in omni negotio.de testibus.sed si sint singulares testes etiam si essent mille non probarent.c.licet causam, de probatio. ca.cum dilecti. de elect.& tanquã valerent mille quantum vnus. ita inquit Bal. in l.iurisiu.C.de testi.& no. Spe.in ti. de inqui. §.nunc videndum.versi.aut semiplenè.& Io.Cal.& An. de But. in c.veniẽs, el 1.de testi. & Nic.de Nea. in d.l.2. ff.de excu. tu. & Bal.in l. spadonem.§.qui absolutus.eo.ti.& in l.si ex cautione.in 12.q.
4 C.de non nu.pec.† Quinimò, vt inquit Bal. in d.l.iureiu.& in rubrica de controue.inue.quandoq; operatur singularitas vt minus probetur per multos quam per vnum solum, scilicet qñ ex hoc præsumitur dolus vel repugnantia, vt in testibus adductis contra Susanam,& no.in l.testium.C.de testi. Vbi autem probaretur de contractu per vnum testem de visu. & per duos probaretur famam esse celebratum illum contractum de quo deponit alius testis: tunc istæ probationes coniungerentur & sufficerent:quia istæ sunt duæ semiplenæ probationes tendentes ad probandum vnum & eũdem contractum: ideo possunt simul iungi, vt no. in c.1.de appel.& in c. veniens el 1.de test.&
5 in l.3.§.eiusdem quoque principis. ff.de testi. ¶†Sed si plures sunt probationes tendentes ad diuersa: vel nulla cõiectura aut præsumptio est per se perfecta, tunc non cõiunguntur ad faciẽdum vnam plenam probationem: vt quia aliqui testes deponunt de mutuo,sed non perfectè.ita dicit do.Abb. in d.ca. cũ causam,de prob.per id quod habetur in l.j. C.qui numero tutela.& ad hoc bene faciunt no.per Bal.in l.admonendi.in versic.his præmissis quæro &c. ff.de iureiu.sed instrumentũ emptionis factæ per dictum Cicolum recipiente nomine dicti Iacobi non reperitur quod semiplenè probet dictum Iacobum fuisse effectum dominum:quia deficiente traditione possessionis & alijs de quibus dixi supra ille titulus nihil operatur ad translationem & probationem dominij, vt est dictum: ergo illud non potest coniungi cum scriptura dicti æstimi, quæ etiã nil operatur, quò ad probationem dominij dictorum agentiũ in casu nostro,vt probaui in priori consilio:& quod scriptura æstimi,etiam tendit contra dictum instrumẽtum venditionis. Nam æstimum tendit ad ostendendum ꝙ ille ad cuius ęstimũ res descripta erat,subibat onera pro illa re:non autem ad probandum titulum seu instrumentum venditionis tendit ad ꝓbationem tituli: vnde non fit isto casu coniunctio,ex doctrina præallegata. & per eandem rationem non possunt prædicta cõiungi cum aliqua præsumptione resultante ex instrumento vẽditionis per illos de Dragonibus ser Laurentio de Guarinis: quia illud instrumentum nõ probat semiplenè dñium dictorũ agentium: imò non apparet ibi de quibus personis de Richetis loquatur, vt in priori consilio dixi.& etiam dictum instrumentum tẽdit & ordinatur ad aliud quam id ad quod tendũt superiora. Nam dictum instrumentum venditionis dictorum de Dragonibus & electores illud potuissent ponere pro cõfine illis de Richetis, & si quid minimum tenuissent quocunq; titulo. §Minus etiam coniũgi potest attestatio Georgij de Dragonibus qui peccat in eo quod nõ dicit ad quos de Richetis audiuerit pertinere dictam petiam terræ, & deponit de auditu. Nam solum dicit,quod audiuit dici quod vni petiæ terrę quã illi de Dragonibus vendiderunt ser Rentio, confinat cum vna petia terræ quæ fuit & est illorum de Richetis, vt audiuit. vn-
6 de peccat in multis,vt deduxi in priori consilio. † Et posito ꝙ testimonium de auditu faceret aliquod indicium, tamen om-
b ne indicium debet probari per duos [b] testes, vt est gl.reputata singularis in l.fi.& ibi Bar.& alij.C.fa.ercis. notat Inn. in c.sicut,de simo.& Ang.in l.fi.in prin.ff.quod me.cau. & in auth. de testib.in col.8.& ponderat ibi Angel. ad hoc esse singu. Et no.Bald.in l.cum citra.C.de iure dot. & in d. l.2.in princi.ff. de excu.tu.Sed dictus Georgius in hoc neminem habet contestem,ergo non facit indicium:quia non dicitur de dominio ꝑfectè deponere.& propterea dicit Bald. in l.si quis ex argenta-
7 rijs, post prin. ff.de eden.†quod nunquam iungunt plures species probationum adinuicem nisi quando vnaqueque species per se sit in suo esse perfecta. Vnde si fama est probata, posset iungi cum alia specie probationis,puta cum vno teste deponẽte de veritate facti,qui facit semiplenam probationem.sed vbi fama non esset plenè probata, non posset iungi cum alia specie probationis. ita intelligit ipsa gl. in d.l.2. ff.de excu. tuto.
8 per d.l.j. C. qui nu. tutela. †Et ideo dicit ꝙ si esset vnus testis de fama, & vnus de veritate & vnus de alio indicio, nõ coniũgerentur,quia indicium debet probari per duos, vt est dictũ. alle.gl.in d.l.fi. Alij testes nil dicũt de dominio. Nõ possunt ẽt prædicta coniungi cum instrumento locationis factæ per Petrum,quia illa locatio saltim quò ad eũ qui nõ cõduxit. nihil ꝓbat de dominio vel possessione, vt dixi in consilio primo. & tendit ad aliquid diuersum ab eo ad quod tendit instrm vẽditionis factæ dicto Iacobo. tendit enim ad probandum titulũ Iacobi.locatio vero non tendit ad illud, ergo nõ debent cõiungi,ex superiori doctrina.& hæc procedunt etiã tenendo quod plures species probationum diuersi generis possent accumulari.nam si teneremus ꝙ plures species probationum diuersi generis non possent coniungi, vt tenuit Dy.in d.l.2. ff.de exc.tu. vbi

vbi tenebat ꝙ fama etiam plenè probata non posset coniungi cum vno teste deponente de veritate facti, vt etiam refert Ioã. Cald. & Anto. de But. in d. c. veniens. el 1. de testi. res non egeret vlla discussione. sed non facio fundamentum in illa opinione Dy. & sequacium, sed dico quod ista plura non sunt species ꝓbationis dominij, & eo modo quo requiritur, vt possent coniungi, vt est superius ostensum. Postremò dico ꝙ etiam, ex alio capite non possunt agentes obtinere: quia principale fundamentum eorum est in dicto instrumento venditionis factæ cuidam Cicolo recipiente nomine Iacobi de Richetis, & non est probatum quod Petrus pater ascendens dictorum agentiũ fuerit filius & hæres dicti Iacobi, nec ꝙ causam habuerit ab eo: ergo non possunt agentes se fundare ex dicto instrumento
* emptionis. l. si pro te. * & quod ibi Bal. C. de do. promis. facit. l. si. vnus. §. ante omnia. cum simi. ff. de pac. Ex quibus concludo in omnibus & per omnia prout in priori consilio. Alexan.

ADDITIONES.

* Cumulat.] Vide etiam Alexandr. infra consi. 19. col. si. & consi. 21. in principio. Natta.

a ¶ Hoc modo. s. lib. 5. consi. 13. 1. eo. consi. 21.

* Lege si pro te.] Adnota hanc legem, quæ vult quòd pater vel extraneus promittens dotem pro muliere, non potest conueniri a muliere, etiam (Secundum Bald. ibi) soluto matrimonio, eueniente casu dotis restituendæ, quia tunc solum hæredes mariti agunt. atque huius rei illa affertur ratio, quia ex contractu agit tantum stipulator, vel conuentor, sed in legato facto viro dotis nomine, agit vxor. l. seruo legato. §. si testator. ff. de leg. 1. quia in eo non requiritur partium præsentia. Et hac de re vide etiam aliquid per Alexand. consi. 207. col. 2. lib. 7. Natta.

CONSILIVM XII.

Confirmat duo præcedentia.

Viso processu iuxta probabilem consuetudinem, datis dubijs a iustissimo & clarissimo iudicente, sentio ille non obstare quominus partes domini iudicãtis esse debeât in iudicando in fauorem reorum. & quamuis non dubitem clarissimum dominum iudicantem ad obiecta congruum per se uidere responsum pro sua doctrina & causarum forensium longa experientia, tamen ut petenti morem geram aliqua pro responsione infra breuiter subijciam. & in primis non obstant
1 opposita quod solum instrumentum locationis factæ per Petrum de Richetis Arnoldo † non probetur dominium: tamen quando est iunctum cum alijs bene sufficit, quod no. per Bart. in l. ad probationem. C. locati. sed in proposito multa uidetur adminiculari, scilicet titulus emptionis factæ per Tibertinum ementem nomine Iacobi quondam Petri de Richetis, & etiã scriptura æstimi: & non obstat ꝙ scriptura ęstimi cantet in Arnoldo: quia illud uidetur fuisse factum ut Arnoldus solueret collectas, nõ ut Petrus de Richetis perderet dominium, ut cõstare uidetur ex instrumento locationis factæ dicto Arnoldo ꝑ Petrum de Richetis. & quòd per locationem prædictam probetur dominium, faciunt not. per Bald. & Ioan. de Imo. in l. cũ tale. §. fi. ff. de conditio. & demonstr. & per Pet. de Anch. in ca. fin. de cau. pos. & id quòd habetur in l. si conditionis. C. loca.
2 † vbi non potest conductor referre quæstionem dominij locatori. ideo sicut Arnoldus non potuisset referre quęstionem dominij dicto Petro locatori, ita nec uidentur posse facere rei. conuenti prætendentes ius in dicta petia terræ, vt in re quæ fuit dicti Arnoldi, & vt dicitur apparere in quadam supplicatione per eos prodocta in processu: quia ad ista respondeo ꝙ
3 Bar. in dicta l. ad probationem, id vult † quòd si probo locasse rem, & quòd mediante colono meo possedi longo tempore, vt quia probo quod colonus meus longo tempore, meo nomine laborauit in fundo meo, & probo de aliquo titulo meo: qa hoc modo probo me præscripsisse. l. diuturna. & l. sup longi. C. de præscrip. lon. tem. sed in casu nostro non est probatum quòd aliquis vt colonus Petri laborauerit fundum post longũ tempus aut pensionem soluerit: ergo nõ sumus in casu in quo loquitur Bart. Præterea non est probatum legitimè ꝙ dictus Petrus fuit filius & hæres dicti Iacobi, cuius nomine empta fuit dicta petia terræ: ergo ex illo titulo se fundare nequeunt, vt deduxi in consilio vbi ẽt per alia media ostendi dictũ titulũ non suffragari: & illa hic recensere non expedit. & ibi ẽt respõdi ad scripturam illorum æstimorum, qa fidem non facit quò ad alias personas. ¶ Præterea si vlla fides deberet dari libris ęstimi, deberet dici ꝙ cum in libris æstimi productis per illos de Sorbolis appareat illam petiam terræ esse positam ad ęstimũ illorum de Sorbolis ꝙ per illos libros excludatur intentio agẽtium quatenus se fundant in libris æstimorum. sed rei veritas est ꝙ non probant pro vno neque pro alio, vt dixi. ¶ Non obstant not. per Bal. & Io. de Imo. in d. l. cum tale. §. fi. cũ concor. quia respondeo ꝙ loquuntur quò ad easdem personas cũ quibus facta est locatio & conductio. & pro hoc allegant. l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. quæ etiam ita loquit̃. quinimò vt ipsimet referunt Dyn. non solùm in casu nostro,
4 sed etiam inter easdem personas tenuit cõtrarium † ꝙ per instrumentum locationis in emphyteusim non probatur dominium locatoris quò ad cõductorem. & istud tenet Dy. & Bart. in l. legata inutiliter. ff. de adi. leg. per rationem illius text. & ꝑ d. l. ad probationem quod esset bene verum vt ipsi dicunt, qñ locator ageret actione personali ex contractu locationis contra conductorem vel condictione ex d. l. si quis conductionis. & l. nec conductores. C. de pig. act. & vt legitur & not. in l. ita vt si fur. ff. commo. cum si. Sed si conueniatur possessor actio-
* ne reali * ratione dominij agentis, vt in casu nostro, tunc ista est vera & communis opin. quòd per per instrumentũ locationis non probatur dominium. d. l. ad probationẽ. cum si. & ibi hoc notat Bal. in verbo quæro, quare non vr̃ &c. cum versi. sequenti. vbi ẽt multò fortius dicit vt ibi per eũ. & idem no. gl. in ca. inter dilectos. in versi. locatio. de fide instru. & Spec. ita tenet in tit. de loca. §. nam aliqua. versi. quinquagesimosecundò, cum duobus versi. sequentibus. & ibi etiam Bal. & sic etiã quamuis non inueniam in processu probatum quod rei conuenti habuerunt causam ab Arnoldo, tamen etiã si hoc appareret, nihil pęnitus obstaret eis: quia non conueniuntur ipsi actione personali ex contractu locationis, nec etiam cõueniri possent tali actione. Nec ob. etiam si dicat ꝙ sit probata intentio agentium in possessorio, eò quia author qui locauit possidebat per d. Arnoldum, sicut dñs per colonũ. iuxta. l. qui vniuersis. §. ꝙ per colonum. ff. de acq. pos. cum si. & sic debet dictum instrumentum probare posse cõtra conductorẽ seu contrauenientem ex persona conductoris, per ea quæ volunt domini de Rota in suis antiquis decisionibus. conclusione. 113.
5 per id quod habetur in d. l. si quis conductionis. † Sicut. n. conducens rem a se possessam videtur perdere possessionẽ per talem conductionem. l. qui bona. in princ. l. interdum. §. fi. ff. de acq. pos. l. ei a quo. cum ibi no. ff. de vsuca. & no. in l. qui rem. C. loca. cũ si. ita videtur ꝙ locans possessionem acquirat: quia ad ista respondeo quòd si probaretur quòd locator apprehendisset possessionem, retinuisse diceretur eam etiam naturalem per colonum. l. peregre. §. quib. & l. si colonus. ff. de acq. pos. & etiam si appareret ꝙ colonus soluisset pensionem probaretur possessio dominij per talem actum, vt notatur in d. §. ꝙ per colonum. sed aliter per locationem non probatur possessio neque dominium. c. inter dilectos. ad si. prællegato. & ibi no. & dixi in consilio. Nec contrarium dicunt domini de Rota & quicunque esset ꝙ in hoc aliter sentiret, cum supportatione minus bene diceret. cum igitur non sit probatum de actu aliquo inferente possessionem: illa simplex locatio hoc non pro-
6 bat. & † ad dictam l. si quis conductionis: est responsum supra, quia loquitur quando ageretur contra conductorem uel eius hæredem actione personali seu condictione ex illa lege, ut dixi, quæ actio personalis hic non est intentata nec intentari potuisset, quia rei conuenti non sunt hæredes Arnol. & posito ꝙ habuissent aliquem titulum ab eo, quem tamen non inuenio in processu, cum personalis actio non datur contra singularẽ successorem. l. 1. §. si hæres. ff. ad Treb. & l. fi. §. fi. ff. de contrahen. empt. Nec etiam ob. id ꝙ habetur in l. ex qua persona. ff. de reg. iur. quia loquitur quando quis habet causam lucratiuã ab aliquo & ex eius ꝑsona uult agere. nam nõ põt uenire ꝯ factũ illius ex cuius ꝑsona agit. secus si non ꝑtendit titulũ lucratiuũ. l. apud Celsum. §. de authoris. & §. si causa legitima. ff. de doli except. sed isti de Sorbolis non agunt ex persona Arnoldi, imò conueniuntur tanquàm possessores: quo casu verum est dicere quòd actio personalis quæ potuisset cõpetere cõtra Arnoldum, non datur cõtra istos de Sorbolis, qui nõ sunt hęredes Arnoldi. l. cum quæ. C. de actio. & obl. & per Barto. plene in l. si filius. §. si quis prius. de aqua plu. arcen. & per hoc etiã

paret non obstare id quod habetur in l.his.§.non debeo. & in l.qui in ius.ff.de reg.iur.quia procedunt in eo qui vellet vti iure seu titulo actoris sui, aliàs secus. l.an victum.in prin.& ibi no.ff.de diuer.& temp.praescri.& d.§.si prius. Praeterea Arnoldus non est author de Sorbolis. Nec obstat etiam si dicatur, ꝙ propter tempus vetustissimum debeant probare instrumenta dictorum agentium vbi aliàs non probarent, per ea quę no. habentur in l.qui aliena, in princ. ff.de acq. haere. & l.si filius.ff. peti.haered.& per not.in c.cum olim. de censi.& in c.si Papa.
7 de priui. in 6. cum si. †Quia respondeo quod quando quaeritur de praesumenda solemnitate aliqua: tunc si interuenerit lõga possessio, & patientia diuturna illius cuius consensus pro solemnitate requirebatur: praesumitur quod interuenerit titulus solemnis: ita loquitur illud quod habetur in d.l.si filius.& d.l.qui in aliena.& plenè no.Bart.in sua disputatione incipiẽte, Quaedam mulier habens magnum patrimonium ad finem.
b vbi etiã plus dicit ꝙ illud procedit qñ agitur de modico[b] prę iudicio aliàs secus; per l.nullo.cum si.C.de rei vend.igitur nõ sumus in casu: quia hic non apparet de possessione agentium cum scientia & patientia aduersariorum, & agitur de magno praeiudicio. Non ob.id quod no.in d.c.cum olim. & in d.ca.si
8 Papa.†Quia respondeo ꝙ quando sunt plura instrumenta antiqua facientia enunciatiuè mentionem in qua dioecesi sunt talia bona: probant talia bona esse inter fines illius dioecesis: quia in causa finium sufficiunt probationes per praesumptiones: & quòd in antiquis plura instrumenta antiqua ita affirmant, & enunciant, per ea quae habentur in l.in finalibus. ff.fini.reg.& in c.cum causam.de proba.& ita declarant Bal. & Sali.in l.cũ aliquis.C.de iure delib.& Ant.de But.in c.fi. de succes. ab intesta. Sed in proposito nostro non agitur seu non quaeritur in quo territorio petia terrę praedictae sit posita. Item ad probandum ratione confinium ꝙ ista petia terrae spectaret ad illos de Richetis, non producitur nisi vnum instrumentum venditionis factae per illos de Dragonis de anno 1469.& non est instrumentum antiquum. ¶Nec etiam apparet quòd ista petia terrae quę ibi datur pro confine sit illa de qua est finalis quaestio: nec etiam in dicto instrumento specificatur ad quem de Richetis spectaret. nec etiam instrumentum locationis praedictę tendit ad istud propositum: quinimo illud instrumentum non dicitur antiquum: quia in ista materia vt propter antiquitatẽ stetur probationi, quae aliàs redderetur imperfecta, requiritur qđ sit instrumentum factum tali tempore a quo distemus per centum annos: quia illa est longęua vita hominis. l.an vsusfructus ff.de vsufru.l.fi.de sacros.eccl. ¶Et ita in proposito dicit Inno. in c.veniens, & in c.quid per noua. de verb.sign. & Spe.in tit. de proba.§.probare.versic.no.ꝙ praescrip.& Angel. in l.atqui natura.§.cum me absente.ff.de neg.gest.& in l.pen.ff.de condi.insti.& in l.Titius.ff.quibus modis pig.vel hyp.sol.& in l.proprietatis.C.de probatio.& ibi per Bald.& Saly.& no.Io.de Imo.in c.veniens.el 1.de testibus.& in l.2.§.idem Labeo. ff.de aqua plu.arcen. Ex quibus patet esse responsum ad omnia, quę in contrarium adducuntur. reliqua suppleat praestantia domini iudicantis.

ADDITIONES.

a ¶Duos.] lib.j.consi.5.nu.4.] eo.consi.21.
* Actione reali.] Idem tenet Afflict.deci.14.& Ruin.consi.26. libro 1. Curt.iunior consi.41.col.4.& in tract.feud.2.part. princip.6.quaest. fol.19. Natta.
b ¶Modico.] lib.5.consi.5.

EPITOME.

¶TESTATOR instituit filios & filias suas. Et si omnes decederent sine filijs, substituit Hieronymum nepotem ex fratre eiusque filios & nepotes: & si Hieronymus eiusque filij & nepotes decederent sine filijs, voluit omnia bona sua integrè peruenire ad hospitale, quod eo casu haeredẽ sibi instituit. Testator decessit relictis duabus filiabus quae postea decesserunt relicto do.Hieronymo, qui tunc erat impubes. nouissimè decessit Hieronymus relictis Ioan. & Sinibaldo filijs suis & nepotibus ex dicto Ioan. qui vendicant bona testatoris tanquam substituti. Respon. Alex. quòd nullum habet ius ex testamento, sed dicta bona spectant ad veniẽtes ab intestato cum onere fideicommissi erga hospitale post mortem & defectum omnium liberorũ do. Hieronymi. ratio est: quia dicti filij nõ fuerunt substituti domi. Hieronymo patri suo nisi vulgariter, quę substitutio non potest in eis verificari: quia non erant cõcepti tempore mortis & defectus filiarũ testatoris. h. d.

CONSILIVM XIII.

* VISIS & perlectis* verbis testamenti dicti Baldi Andreae Fallentij & ijs quae in themate narrant. & allegatis per eximium aduocatum hęredum dñi Lucę, videretur fortasse dicendum dictos Ioanne & Sinibaldum[a] iustè agere posse
a
1 ex substitutione prędicta.† Primò: quia siue teneamus ꝙ per dictam vltimã substitutionem per quam sub cõditione, si omnes filij & filiae decederent sine filijs, testator substituit dictũ Hieronymum suum nepotem & fratrẽ, & ipsius Hieronymi
b filios & nepotes, videantur ordine successiuo[b] vocati primo dictus Hieronymus. & eo deficiente seu extante filij Hieronymi: & illis non extantibus seu deficientib. nepotes ipsius Hieronymi, vt videtur voluisse Bar. in l.Gallus.§.quidam. ff.de libe.& post.vbi ad hoc subtiliter est conatus inducere. l.in generali.in prin.C.de insti.& sub.sub conditione factis. & tunc dicti Ioannes & Sinibaldus habent intentũ, quia cum defecerit Hieronymus ipsi debent intelligi post mortẽ Hieronymi fuisse & substituti & vocati per fideicommissum si Hieronymus fuit hęres: vel si Hieronymus non fuisset hęres, intelligerentur
2 vocati substituti vulgariter.† quia in substitutione compẽdiosa quae intelligitur facta ipsi Hieronymo de filijs dicti Hieronymi comprehenduntur duę substitutiones, vna scilicet fideicommissaria, in casu quo Hieronymus hęres esset. l.precibus. C.de impub.& alijs substi.& c.Raynutius.de testa.alia.s.vulgaris, in casu quo Hieronymus non esset haeres: vt plene notãt Cy.Rai.Bal.& Sal.in d.l.precibus.& Bar. in l.Centurio. ff.de vulg.& pup. dum quaerunt an in compendiosa comprehendatur substitutio vulgaris, & declarat ẽt in proposito Bartol.in l.quandiu.la vltima.ff.de acq.haer.& sic habent intentum dicti Ioannes & Sinibaldus. siue ẽt teneamus opi. aliorũ qui tenuerunt ꝙ per dictã dispositionem in qua vocant Hieronymus & eius filij & nepotes, intelligant vocati omnes non autem ordine successiuo: quia ita se habet natura copulae seu coniunctionis. l.duobus.ff.de leg.j.l.vnica.§.his ita. C.de cad.tol.& vr in proposito tex.expressus.in c.Raynutius, & in c.Raynaldus, de testa.& firmant istam opi.Bal.Ang.& Io.de Imo. Rap. Cu.& Pau.de Cast.in d.§.quidã rectè. Bal.in l.si quis haeres institutus.§.fi.ff.de acq.hęr.& in l.si mulieri.in prin. ff.de vsusf. accre.& in l.fi.ad fi.C.de insti.& substi. & adhuc vident dicti Ioannes & Sinibaldus ac ẽt nepotes Hieronymi nati ex dicto Ioanne habere intentum saltem pro partibus eorum, cum vi-
3 deant aequaliter vocati cũ d.Hieronymo.†Pręterea ex alia parte dicti testamenti vident ẽt vocati filij & nepotes dicti Hieronymi. l.dum testator disposuit ꝙ si dictus Hieronymus & ipsius Hieronymi filij & nepotes ex filio vel filijs ipsius Hieronymi oẽs decesserint, vt praedicit, sine filijs praedictis: voluit ꝙ oĩa bona sua integrè & sine detractione trebellianicę deueniãt ad hospitale de Eugubio. & rogauit dictum Hieronymum vt dicta bona & haereditatem reddat dicto hospitali. & instituit sibi dictũ hospitale haeredẽ in casu pdicto disponendo ꝙ omnia bona sua post mortẽ omnium suorũ haeredum institutorũ & substitutorũ ad dictũ hospitale deueniant, & sic testator vr ptulisse dicto hospitali filios & nepotes Hieronymi, & consequenter vr eos vocasse ad hęreditatẽ. l.Lucius, la vltima. ff.de hęr.insti.& arg. l.seruo legato.§.si testator.cũ si. ff.de leg.1.& saltẽ cũ videat grauamẽ iniunctum filio vel nepoti Hieronymi vltimò decedenti. l.codicillis, in prin. ff.de vsufr. leg.& p no. gl.& Bar.in l.qui duos.in fi.ff.de vul. & pup. sequitur quod si vident grauati, ergo intelligant vocati. l.deniq;. §.interdũ. ff. de pecu.leg.& per no.in l.alio.in prin. ff.de ali. & cib.lega.& expressius no.Bar.in d.l.Centurio. in versi. quaero vlterius qđ si testator dixit si filius meus decesserit sine filijs uel eorum fi-
4 lij &c. ¶†Sed pręmissis non obstantibus contrariã sñiam in casu de quo quaeritur puto ueriorẽ; maximè ex infrascriptis. Nã prae-

præsupponitur quod nec tempore testamenti dicti Baldi nec tempore mortis eius nec etiam tempore mortis descendentiũ dicti Baldi scilicet tempore mortis Mariottæ, nec Pieræ, nec aliquo dictorum temporum nati aut concepti erant dicti Ioãnes. & Sinibaldus, sed longe post tempus mortis Mariottæ & Pieræ: & sic post tempus euenientis cõditionis substitutionis factæ dictæ Mariottæ & Pieræ filiabus dicti Bald. concepti & nati fuerunt dicti Ioannes & Sinibal. vt in themate præsupponitur, ergo ipsi non comprehenduntur in dicta substitutione in qua dictum fuit, ꝙ si omnes supradicti & filiæ testatoris decederent sine liberis substituebat eis & cuilibet eorum dictũ Hieron. & ipsius Hieronymi filios & nepotes: quia in tali substitutione intelliguntur vocati filij Hieronymi qui essent in re
* rum natura * tempore quo eueniret conditio dictæ substitutionis. hoc decidit no. Io. An. in addi. Spe. tit. de testa. in rubri. circa tertiam col. in versi. item Lambertus de Rampo. &c. vbi refert quod Lambertus Rampo. in sua quæstione incipiente, Quidam Mæuius terminauit plura dubia. primum erat an valeret talis substitutio Petro filio meo hęredi vniuersaliter à me instituto substituo vnum ex filijs Titij alterius filij mei quam ipse Petrus hæres meus elegerit vel nominauerit. Secundum erat dubium: quid si dictus Petrus hæres nullum elegisset vel nominasset, an omnes æqualiter succedant: & an ex testamento vel ab intestato. Vltimum erat an veniat filius natus ex dicto Titio post mortem dicti Petri, cui facta erat substitutio. & istud vltimum est illud quod in specie attingit casum nostrũ. Et circa primum dubium concludit post dictum Lambertinũ de Ramp. valere dictam substitutionem. per l. cum pater. §. hæreditatem. el j. ff. de leg. 2. & l. ex facto. §. si quis rogatus. el 2. ff. ad Treb. Quò ad secundum dubium respondet ꝙ si dictus Pe
* trus hæres neminem elegisset vel nominasset, veniunt * omnes filij dicti Titij, per l. si Titio aut Mæuio. & l. cum quidam la 2. in prin. & l. vnum ex familia. in prin. & §. rogo. ff. de leg. 2. Quò ad vltimum respondet, ꝙ non veniunt filij nati post mor
c tem dicti Petri hæredis: quia non erant in rerum natura [c] quando substitutio sibi locum vendicauit: quinimò habentur pro non scriptis, alleg. l. vnicam. §. & cum triplici. C. de cad. tol. & d. l. cum pater. §. hæreditatem. el 1. in fi. ibi, viriles autem &c. de le. 2. & ista decisio videtur determinare casum nostrũ. † Fortificantur prædicta: quia dictus Hieronymus ac filij & nepotes eius sunt in vna & eadem oratione & substitutione vocati. Vnde debet intelligi quod pariter & vniformiter debeant vocari saltem in casu nostro in quo dicta dispositio substitutionis facta de Hieronymo filijs & nepotibus suis fuit voluntaria absque eo quod ex dispositione iuris testator ad id teneretur. l. iam hoc iure. & l. Lucius. ff. de vulg. & pup. & l. in testamento. C. de test. mili. sed si diceremus ꝙ comprehenderentur filij nascituri post euentum conditionis nõ esset verum dicere ꝙ pariter vocarentur: imò Hieronymus quandoque haberet totũ, quandoque partem vnam, quandoque aliam, secũdum ꝙ successiuè nascerentur, vt de se patet. † Præterea aut nos dicimus quod in dicta substitutione facta de Hieronymo & eius filijs & nepotibus intelligãtur vocati filij & nepotes ordine successiuo, & dicendum est quod cum dictus Hieronymus esset in rerum natura tempore quo Mariotta, & Piera decesserint sine liberis, & sic tempore euentus conditionis & substitutionis, & agnouerit Hieronymus hæreditatem ex substitutione prędicta: sequitur ꝙ dicta substitutio expirauit in personam filiorũ & nepotum Hieronymi, quatenus diceremus filios & nepotes Hieronymi esse substitutos filijs seu filiabus dicti Baldi testatoris: quia substitutio in persona primi substituti locum habet, ideo cessat in persona secundi vel alterius sequentis. l. cum in testamento. in prin. ff. de hęre. insti. l. si mater. §. 1. ff. de vulg. & pupi. & d. l. quam diu. Iulti. post princi. & si diceretur: dato ꝙ filij Hieronymi non possint venire ex quadam alia substitutione quæ de eis facta videtur dicto Hieronymo, cum videantur ordine successiuo vocati secundum opi. Bar. in d. §. quidam re-
7 ctè. † Respondeo ꝙ non possunt venire ex tali substitutione: quia cum in illa tali substitutione ex qua filij dicti Hieronymi videntur fuisse substituti non sint adiectæ dictę dictiones denotantes tractum temporis: quia non fuit dictum quandocunq; decesserit Hieronymus, vel post mortem Hieronymi veniant filij eius: iõ talis substitutio qua filij Hiero. videntur substituti ipsi Hierony. censetur quo ad ipsum Hieronymum esse tantũ
d vulgaris [d] substitutio: & sic expirauit per aduentum Hieronymi. l. post aditam. C. de impub. & alijs. non autem est cõpendiosa vel fideicommissaria, sicut quando testator dicit, filium instituo: & etiã Titium substituo. nam q̃a talis substitutio est facta simpliciter & sine dictione importante tractum tẽporis, continet vulgarem tantum. l. iam hoc iure, in verbo, in vulgarẽ tantummodo. ff. de vulg. & pup. & probatur ex no. per glo. magnam. in d. §. quidam rectè. ibi dum dixit, vel sic filiũ &c. & ibi Bar. & no. Bar. in d. l. Cẽturio, post mediũ. dũ tractat an compendiosa contineat vulgarem. in versi. secundo oppono ad prædicta &c. & in l. Lucius. in vlti. q. eod. tit. & in repetitione. l. si arrogator. ad fi. de adop. & sequuntur communiter docto. in dictis locis. & quod in proposito nostro per dicta verba instituo, vel substituo fratrem meum, & eius filios intelligantur vocati filij fratris duntaxat in casu quo frater non sit hæres: non autem in casu quo sit hæres, & postea decedat substitutis filijs, tenuit expressè Rapha. Cu. in d. §. quidam rectè, circa finem, & probatur per proximè habita. pro quo etiam facit id quod no. in l. liberorum. ff. de verb. sig. in penul. col. in ver. quæro quid si in aliqua dispositione fit mẽtio de filijs &c. & ita tenui legendo d. §. quidam rectè respondendo ad ea quę in contrarium videntur adduci posse, vt facilè colligitur ex iã dictis. & quamuis ex superius allegatis patere possit respõsio ad ea quæ pro parte dictorũ Ioannis & Sinibaldi allegata sunt,
8 tamen specialius respondeo. † & primò non obstat ꝙ siue filij & nepotes Hieronymi intelligantur vocati ordine successiuo, vt tenet Bar. in d. §. quidam rectè, habent in totum intẽtionem suam dicti filij & nepotes, siue intelligantur vocati æqualiter cum dicto Hieronymo. vt tenent alij docto. in d. §. quidã rectè, cum concordan. s. allegatis. & adhuc dicti filij & nepotes dicti Hieronymi saltem pro suis ratis & partibus habeant intentum, quia respondeo quod vera & magis communis & approbata conclusio est ꝙ non intelligantur vocati ordine successiuo, attento ꝙ Hieronymus & eius filij & nepotes nõ erant de descendentibus testatoris ab eo de necessitate vocãdis seu instituendis pro conseruatione sui testamẽti. ita probatur per rationes & iura suprà allegata. & maximè per tex. in d. c. Raynutius. & in d. c. Raynaldus. Et ita sæpenumero consului & legendo tenui. & non obstat d. l. generaliter, in prin. quæ in contrarium allegatur, vbi disiũctiua fauore liberorum resoluitur in coniunctam. & ita in casu nostro debeat coniuncta resolui in disiunctam eadem ratione, quia respondetur secundum Io. de Imo. in d. §. quidam rectè. ꝙ imò in d. l. generaliter, resoluitur disiuncta in coniunctã, ne extranei succederent, qui aliàs succederent exclusis liberis & descendentibus, quod non est verisimile testatorem voluisse. l. cùm acutissimi. C. de fideicõmis. quæ ratio cessat in casu nostro in quo filij & nepotes sunt instituti. Vel possumus respondere ꝙ in casu nostro non agitur de fauore liberorum & descendentium testatoris prout in l. generaliter, quia Hieronymus & eius filij non erant de descendentibus testatoris, cum igitur intelligantur vocati pariter Hieronymus & eius filij & nepotes, intelligitur de illis filijs & nepotibus qui existerent tempore quo euenit conditio substitutionis factæ dictis filiabus testatoris, vt proba-ui superius per ea quæ not. Ioan. Andr. in dicta rubrica de
9 testament. & per alia superius adducta. † Secundò respondeo ꝙ etiam posito ꝙ intelligerentur ad substitutionem vocati Hieronymus & filij ordine successiuo, tamen eo ipso quòd Hieronymus decessit, expirauit substitutio in persona filiorũ & nepotum, eo quia intelliguntur filij Hieronymi vulgariter substituti Hieronymo non per fideicommissum, vt probaui supra & in specie tenet Rapha. Cu. in d. §. quidam rectè. non ob. etiam ꝙ ex vltima parte testamenti, & in versi. & si dictus Hieronymus & ipsius Hieronymi filij &c. videantur vocati filij dicti Hieronymi ad hæreditatem per l. Lucius. ff. de hęre. inst.
10 & per no. per Bart. in d. l. Centurio. † quia respondeo ꝙ imò cum fuerint dicti filij Hieronymi in ea parte testamenti vocati per modum conditionis non intelligantur per illam partem testamenti vocati ad hęreditatem. l. ex facto etiam. ff. de hære. insti. & l. si sub conditione. ff. si quis omis. causa testa. probatur etiam per l. si quis ita hæres instituatur si legitimus. ff. de hæredi. insti. cum glo. vbi per illa verba condicionalia, si legitimus hæreditatem meam vendicare noluerit, Titius hæres esto. non videtur legitimus hæres vocatus ex testamento. & pro-

& probatur etiam per l. potest quis, iuncta l. sequēti. ff. de vul. & pup. vbi si testator plures habens filios impuberes institutos disposuerit in testamento ꝙ si aliquis eorum decedat vltimo superstite, & tali vltimo posteà decedenti substituit Titiū, certè per illam dispositionem seu per illa verba, si omnes decederent vltimo superstite, non videtur vltimum superstitem substituere cæteris prędecedentibus, sed ab intestato tantum videtur vocatus. Et ideo dicit Bal. ibi quod videtur ibi casus expressus pro opinione ista quam etiam tenet glo. in d. l. Lucius. quā approbat Iac. de Are. Cy. Ray. Franc. Tigri. Nico. de Neap. Bal. Ang. Io. de Imo. & Raph. Cuma. in d. l. Lucius. & Io. And. in addi. Spe. in ti. de test. §. j. in versi. 1. huic quæstioni accedit bimēbris &c. & Bart. in l. si cum dotem. in prin. ff. sol. mat. Et ita cōsuluit Old. in consi. 141. inci. Thema tale est, dominus canonicus &c. ad finem consilij. & Bal. in l. quod scitis. in pen. col. C. de bon. quæ lib. & in l. cunctos populos. C. de summa Trini. in 15. col. in vers. venio ad secundum &c. & in l. cum acutissimi. præalle. & in l. si emancipati. in 8. opp. C. de coll. & Raph. in l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de leg. 1. & ibi etiam Pau. de Cast. in lec. Bono. & Pet. de Anch. in c. licet. de voto. & in repe. c. in præsentia. de proba. in versi. decimò quæro. vbi dicit se ita cōsuluisse in suo consi. 120. inci. Pro clariori, & consi. 137. inci. Principaliter ponderandum est. & consi. 426. inci. Quia supra consultum. & Io. de Imo. in l. ex facto. ff. ad Trebel. & etiā Pau. de Cast. ibi in lec. Bon. & idem tenet ibi Lud. Ro. ita etiam tenet Fulg. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. & substi. vbi etiam in plerisque lecturis. & ibidem refert quod ita consuluerunt Pet. de Anch. Bar. & Sal. & dominus Pet. de Nouaria, dominus Fran. de Zabarellis, & ita etiam consuluit Pau. de Cast. lib. 2. consi. 131. inci. Dubium facit. & dicunt doct. in dictis locis hanc esse communem opi. a qua in iudicando non est recedendum, & traditur in locis vulgaribus. & ego sępissimè ꝓ ista parte consului, & præsertim apud Pistorium. & illo con-
c silio [c] adduco 25. argumenta contra opinionem glo. in d. l. Lucius. postea illis respōdeo & per plura conatus sum tueri opi. communem, quia iste erat articulus principalis illius consultationis, & hoc referre est satis prolixum, vnde causa breuitatis solum respondeo ad d. l. Lucius. & ad d. §. si testator. ¶Nam non obst. d. l. Lucius, quia respondeo quod per illa verba conditionalia videtur testator prætulisse filios substitutos, quia ꝑ existentiam liberorum excluditur substitutus. non autem substitutus excludit liberos, ergo verum est dicere præferri liberos substituto, vel prætulit ibi substituto liberos, scilicet quia primo hærede instituto repudiante nō admittitur substitutus, sed liberi abintestato tanquam proximiores testatori, vt ibi in gl. arg. l. vel singulis. ff. de vul. & pu. Nec obstat d. §. si testator. cum simi. quia ibi non loquitur in eo qui positus vel nominatus esset per modum conditionis, prout hic. ¶Non obstant no. per Bart. in d. l. Centurio, quia respondeo quod Bar. ibi loquit̄ quando apparebat grauamen fideicommissi fuisse iniunctum filijs filiorum seu filijs Hieronymi, vt in casu nostro, quo casu vult ꝙ videantur vocati ad hæreditatem ex quo in ea sunt grauati, per iura ibi allegata per eum. sed in casu nostro grauamē non fuit iniunctum dictis filijs Hieronymi, sed Hieronymo, vt patet ibi dum testator dixit & rogauit Hieronymum, vt dicta bona & hæreditatem reddat dicto hospitali. & sic cessant
11 in casu nostro rationes suę. † fortius dico quod etiam quando expresè non iniūxisset grauamen Hieronymo nec eius filijs, sed simpliciter disposuisset quod si dictus Hieronymus, & postea eius filij decederent sine descendentibus, volebat suam hęreditatem deuenire ad hospitale, non videretur per dictā clausulam iniunctum onus fideicommissi filijs Hieronymi quatenus fuerant positi in conditione prout fuerunt positi in dicta clausula & vltima substitutione, sed videretur iniunctū onus fideicommissi Hieronymo qui fuerat expresè per modum dispositionis vocatus ad hæreditatem, vt expresè dicit Ioan. de Imo. in d. l. Centurio. in vers. Idem adde dictis Bar. quantū tangit quæstionem illam si testator instituat Titium &c. argu. l. si seruus margaritam. ff. de lega. 1. & dicit quòd illa est de mente Bart. in l. codicillis. in prin. ff. de vsufru. leg. dum vult quod in casu quæstionis formatæ per eum in l. sed si sic. de leg. 3. & in d. l. Centurio. onus fideicommissi non videtur iniunctum vl-
f timo decedenti, id est filijs filiorum, sed solum primis [f] filijs institutis, quia filij non potuerunt grauari onere fideicommissi cum non fuerunt honorati seu vocati a testatore, secus in casu dictæ l. codicillis, quia ibi expresè omnes liberi fuerunt honorati & vocati a testatore per modū dispositionis. Vnde substituendo per fideicommissum alium post mortem eorum videtur vltimum decedentem grauare onere fideicommissi, & ita etiam tenet Io. de Imo. in d. c. Raynutius, in materia cōpendiosę substitutionis, & ita etiam Bart. in consi. 2. inci. Andreas condidit testamentum. & Bart. & Sal. in d. l. precibus. & Bald. in d. l. ab eo. C. de fideicommis. & in l. si sic. ff. de leg. 3. & consuluit idem Pet. de Anch. in d. consi. 120. consi. 137. Pau. d. cōsilio 131. lib. 2. & sic voluit ꝙ onus fideicommissi in casu nostro intelligatur iniunctum Hieronymo sub duplici seu triplici conditione, scilicet si dictus Hieronymus seu ipsius Hieronymi filij seu nepotes decesserint sine filijs. & licet dicta conditio eueniret post mortem Hieronymi aut filiorum eius, tamen nihil impedit quo minus tunc possit dici grauatum esse Hieronymum onere fideicommissi, quia eueniente conditione fideicommissi post mortem Hieronymi hæredes sui remanent ex persona Hieronymi obligati ad onus fideicommissi. l. legato sub conditione. ff. de condi. & demon. & no. Bart. in d. l. sed si sic. Plus etiam voluerunt aliqui ꝙ etiam dato quod expresè iniungeretur onus fideicommissi ipsis filijs Hieronymi quatenus essent nominati sub conditione non intelligant̄ per hoc vocati ex testamento ad hæreditatem, & onus fideicōmissi non ualeret, per d. l. ab eo. & expressius in l. hæreditas ad Statium primum. ff. de hære. instit. & ita tenebat Rich. Malū. & Rayner. vt refert Bart. in d. l. Centurio. & Bal. in d. l. ab eo. & in d. l. sed si sic. & Pet. de Ancha. in d. consi. 237. & Ioan. de Imo. in d. l. Centurio. & in d. c. Raynutius. vbi plenè respōdet ad allegata per Bart. in d. l. Centurio. tamen illa dispositio non est hic necessaria, attento ꝙ (ut dixi) testator iniunxit expresè grauamen fideicommissi Hieronymo, non autem fuit expressum grauamen fideicommissi in persona filiorum & nepotū Hieronymi. quatenus autem per modum dispositionis in præcedenti clausula testamēti fuerunt uocati simul Hieronymus & eius filij & nepotes sub conditione si filij uel filiæ testatoris decederent sine liberis, utrum per hoc uideantur uocati filij Hieronymi, qui concepti & nati fuerunt postquam iam euenerat conditio substitutionis, id est post mortem omnium descēdentium testatoris, & postquam Hieronymus agnouerat hęreditatem, ut puto opportunè ostendisse supra ꝙ non. Ex quib. omnibus conclusio remanet ꝙ dicti descendentes Hieronymi non admittuntur ex dicto testamento. Alexan.

ADDITIONES.

* Perlectis.] Super hac eademmet facti specie consuluit Socin. subscribendo consilio Alexandri; vt patet eius consilio 113. libro primo. Natta.

a ¶Sinibaldum filios Hieronymi substituti, huic consi. subscripsit alius vt habetur infra li. 4. consi. 14. & vtriusque subscripsit Soci. consi. 113. libro j.

b ¶Successiuo vide late Cœpo. cau. ciui. consi. 52. Ant. Rub. in l. Gallus. §. quidam rectè. de lib. & post. adde Cor. consi. 231. consi. 263. libro j. consi. 200. lib. 2. consi. 321. lib. 3. consi. 17. consi. 47. lib. 3. Pau. consilio 159. consi. 370. consi. 455. lib. 2. Deci. consi. 205. consi. 236. consil. 253. consi. 291. consi. 248. consi. 320. consi. 384. Pau. consi. 159. consil. 370. consi. 455. lib. 2. vide infra. eo. consi. 24.

* Qui esset in rerum natura.] Lege hac de re affatim, & pulchrè per Romanum consi. 438. dub. 4. quo in loco mentionem facit dicti Ioānis Andreæ. Alexandrum sequitur Soc. consi. 113. col. 4. lib. 1. Dec. consilio 205. col. j. Et idem Socin. tradit de hoc dicto Io. Andreæ in comment. ad l. si cognatis. col. 16. ff. de rebus dub. Vide etiam Alexandrū consi. 26. col. fi. supra lib. 3. sequitur Iason consi. 206. dub. j. lib. secundo. Et adnota hoc dictum Io. And. quia vocatos in aliquem incertum euentum, sufficit extare tempore casus substitutionis, licet non sint concepti in vita testatoris. & ita perpendit ac ponderat Alex. prænotato consi. 26. col. fina. Et nota quòd vbi testator instituerat fratrem, & filios, quia tunc videntur simul vocati, debent filij extare tempore mortis testatoris, alias postea natorum nō habetur ratio, atque ita respondit Dec. per istud dictum Ioan. And. consi. 253. propè finem. Vide hac de re præterea Alexandrum consi. 184. col. j. libro secundo. Vult hoc etiam Alexander idem consi. 91. col. 4. versi. ostenditur etiā lib. j. Ruin. consi. 2. col. pen. li. j. & consi. 22. Proponitur primo 2. dub. libr. 2. quem videas omnino. & Tiraquel. in tractatu de Retrac. car. 155. numero 60. Natta.

* Veniunt omnes filij.] Et ita respondit Ias. sequendo hoc dictū consi. 215. dub. 2. lib. 2. Vide Deci. consil. 578. col. 4. vbi meminit huius loci Alexan-

Alexandri.& subdit,quòd si sit dictum, quòd primo natus, vel magis idoneus eligatur, nulla facta electione primo nominatus admittetur solus, atq; ita limitat dicta Alexandri hic.& Alexandrum hic sequitur etiam Rui.consi.24.lib.20. Natta.

c ¶Natura.idem Rom.consi.438.In causa.versi.quò ad quartum.Pau. consi.16.lib.2.Soc.consi.113.lib.j.Bertran.consi.15.col.9.nu.37.lib.j.

d ¶Vulgaris.idem Are.Soci.d.§.quidam rectè.vbi Soc.dicit se subscripsisse huic consi. patet apud Soci.consil.113.lib.j. * Hanc tanquam veram, & communiter receptam sententiam sequitur Deci. consil. 236.atque eandem amplectitur idem Dec.consi.105.vbi complura, affert,quæ ad hanc materiam pertinent .Contrarias tamen partes tuetur Ias.consil.189. col.pen. lib.2. Vide etiam ad horum propositum pro limitatione quæ eleganter sunt à Decio tradita consilio 95.dub. j. Natta.

e ¶Consilio.quod habes.supra libro consilio 186.adde supra.libro j. consilio 108.

f ¶Primis.supra lib.j. consi.105.nu.4.

CONSILIVM XIIII.

Subscriptio præcedentis, per Ioannem Bapt. Sancto Seuerinatem . Natta .

Super quæstione proposita quæ proculdubio pendet ab
articulis difficilimis & est de apicibus iuris scri-
a psit[a] subtiliter & notabiliter excellens doctor domi. Alex. de
Imo.Bononię legens maior obseruantissimus & responsum si-
gnanter dedit quòd descendentes Hieronymi non admittun-
tur. Cum autem fuerim consultus super eadem quæstione re-
quisitus vt quatenus idem sentirem de iure illud subscriptio-
ne mea confirmarem, volui quam breuissimè vt mihijpsi in
tam subtili articulo satisfacerem, & maiestati veritatis inqui-
rendæ adhærerem.& quidem nonnulla reor posse adduci quæ
me prima facie fluctuare fecerunt inter scopulos,& quasi per
medium profundum iuris nostri ciuilis euntem, verum ex-
plosa omni superfluitate & generalium cumulatione,quā sem
per doctissimi veteres fastidierunt & ego semper abhorrui,
solum illud attingam in quo stat ius dubitationis nostræ: &
in gradu quæstionis nostræ dicitur quòd substituit Baldus te
stator filijs & filiabus suis & cuilibet eorum tam natis quàm
nascituris & ab eo descendentib.sine filijs legitimis &c. Hie-
ronymum memoratum. cum autem purificata esset conditio
dicti fideicommissi post mortem descendentium ex dicto te-
statore sine filijs superstite tunc temporis quo cessit dies fidei-
commissi prædicti supradicto Hieronymo fideicommissario
nondum filios habente, aut nepotes qui tunc impubes erat,
qui Hieronymus post interuallum annorum 40. decessit su-
perstitibus sibi duobus filijs.s.Ioanne & Sinibaldo & quibus-
dam nepotibus ex dicto Ioanne. Dubitatur vtrum dicti Ioan-
nes & Sinibaldus aliquod ius prætendere possint ex dicto fi-
deicommisso, saltem post mortē dicti Hieronymi contra pos-
sessores dictorum bonorum dicti quondam Baldi. Prima fa-
cie visum est quod sic. Nam cum substitutus fuerit Hierony-
mus & filij & nepotes copulatiuè substituti & ad hoc videba
1 tur quasi casus c.Raynutius, de testa. † vbi patet quòd si pa-
ter substituerit filiam suam & nasciturum ex ea,ambo vocan-
tur simul ad fideicommissum, vt patet ex fine illius text. vbi
reus conuentus condemnatur occasione fideicommissi prædi
cti restituendi matri & filio substitutis.ad idē tex.in c. Rayn.
eo.tit.vbi similiter probatur quòd si testator leget patruo suo
& filijs eius,omnes vocantur æqualiter ad legatum.quos text.
allegant Moderni in l.Gallus.§.quidam rectè.de libe.& posth.
2 ad probandum istam conclusionem. † quod quando plures
sunt ex testamento inuitati qui successissent ab intestato, non
tamen erant necessariò inuitandi,quia nulla debebatur illis le
gitima,sed ordo charitatis,& successionis illos ordine succes-
sorio inuitabat, quòd tunc omnes simul admitti debebant,vt
l.si mulieri cum liberis. & l.si quis Titio.ff.de vsufr.accre.cū
si.quam partem tenuerunt.Bal.Ang.Imo.& magis communi-
ter Moder.in d.§.quidam rectè.& idem videbatur quod dicti
filij Hieronymi & nepotes ex eis ad fideicōmissum simul ad-
mitti debuerunt cum Hieronymo.titulo dictorum iurium,&
l.fi.C.de impub.& ideo Bal.in d.§. quidam rectè. ex mente &
ratione gl.ibi dixit quod si frater instituit sororem & filias so-
roris,& omnes simul succedunt:quia nullum bonorum subsi
dium debebatur sorori a fratre testatoris:quia censetur extra-
neus eidē, soror non censebatur inuitata per prius, & filij per
posterius, sed omnes simul. Et ita videtur decidere Angel.in
consil.28. dicens quod si sunt instituti pater & filij, vel pater
vna cum filijs,aut etiam substituti: tunc pariter, id est,eodem
tempore inuitantur,vt d.l.si mulier cum liberis.& d.l.fin.C.
3 de impub. vbi hoc decidere videtur Cyn.expresse. † Item ex
alio capite non videbatur posse negari dictum Hieronymum
fuisse inuitatum per prius, & filios post eum, & nepotes post
filios.arg.no.per Bar.& sequaces in §.quidam rectè.quasi non
obstante copula & sint inuitati ordine:quia extraordinaria af
fectione respectiua ad successionem ab intestato copula & in-
telligitur successiuè.l.cum pater.§.pen.de leg.2.& ita reperio
consuluisse excellētissimum aduocatum dominum Ioannem
de Rutis Florentiæ cum quidam suis filijs decedentibus sine
liberis substituisset M.fratrem ipsius testatoris,& secundò ne
potem ex alio fratre ipsius testatoris & ipsorum filios mascu-
los quod dicti filij M.& secūdo substituti copulatiuè cum di-
ctis M. & secundo intelligebantur substituti ordine successi-
uo.& per not.in d.§.quidam rectè.& in d.l.cum pater.§.pen.
& l.cum ita legatur.§.in fideicommissum. eo.tit.quod consi-
lium domi. Ioannis de Rutis est insertum inter consilia Ang.
consi.38.quidam Io. & illam decisionem comprobat Ang.in
consi.seq.Bal.etiam in consi.incip. Charissimi dicit quod in-
terdum quis loquitur de se & filijs: & tunc procedit gl.in l.si
tibi.§. si pactus.ff. de pac. Interdū alius loquitur de filio & fi-
lijs illius instituendo & substituendo: & tunc si sumus in ma-
teria non ordinata necessario a iure circa inuitationem: sed so
lum ex ordine charitatis & ordine successiuo inuitationis.pu
ta quia testator substituit filijs suis decedentibus sine liberis,
vt dictum est, fratrem ipsius testatoris & filios ipsius, dictus
M.frater eius secundo gradu & filij vocati videantur, vt l.pe-
to.§.fratre.de leg.2. & d.l.cum ita.§. in fideicommisso.quan-
do testator non sensit de cæteris filijs, sed indefinitè de omni-
bus, cum tunc satis videatur æquum quòd intelligatur ordi-
ne successiuo.argu.l.Lucius.ff.de hære.insti.& l.Titia Seio §.
Seia.ff.de leg.2. eadem cōclusio vt ordine successiuo &c.sua-
detur ex dictis per Pet.de Anch.in simili consi.78.inci.Dicta
facti narratione.dum allegatur.l.cum ita legatur.§.fi.de leg.2.
Ex quibus videtur inferendum quod dicti filij Hieronymi se
cundo loco,vt prædicitur inuitati non solum potuerunt veni
re quando Hieronymus prædecessit, sed etiam post quæsitam
hæreditatem per dictum Hieronymum ex fideicommisso,pro
ut quidam Moderni sensisse videntur vt Paul. de Cast. in d.§.
quidam rectè. quasi gradatim ex fideicommisso sint vocati si-
cut dicitur in d.l.fi.C.de verb. sig.& per doc.vbi gradatim &
sicut quando aliqui sunt substituti sub nomine collectiuo pu
tà familiæ videantur vocati successiuo ordine: ita quando sub
4 nomine liberorum simul.secundum Ang.in d.consi.38.† no
men autem filiorum, agnatorum & cognatorum, est nomen
collectiuum, secundum Bart.in l.re coniuncti,de leg.3.in se-
cundo loco principali. & in verbo, quarto principali. ex istis
concludi videtur quod dicti filij Hieronymi & post eos nepo
tes dum eo tempore testamenti vel saltem mortis testatoris il-
li qui vellent admitti fuerunt superstites aut extunc ad partē
vnam Hieronymo eis delatam,aut vt ex nunc aperta eis via or
dine successiuo post mortem Hieronymi patris primo loco vo
5 cati. ¶† In contrariam partem arguitur.nam si substituti fue-
runt Hieronymus prædictus frater testatoris & ipsius filij etiā
ex ipsis filijs Hieronymi descendentes, videntur inuitati hoc
ordine,videlicet prius Hieronymus: & post eius filij Hierony
mi: & post eos nepotes,dum tamen tempore testamenti vel sal
tem mortis testatoris illi qui vellent admitti fuerint supersti-
tes,secus si post nati fuerint: quia de illis cogitatum non cen-
setur: & ita videtur sentire Bar.in l.cognatis.ff.de reb.dub.ibi
dum dicit vt sic sufficiat vel tempore mortis vel tempore te-
stamenti esse cognatum.& subdit hæc verba: secus si tempo-
re mortis inciperet ac posthumus licet tempore vitæ testato-
ris conceptus,nisi expresse appareat testatorem de eo sensisse.
l.qui filiabus.in prin.de leg.j.vnde concludit quòd in relictis
factis coniunctis personis intelligitur siue tempore testamen-
ti siue mortis sint coniuncti. Secundò idem consilium proba
ri videtur authoritate eiusdem Bar.consi.51.incip. Bonauen-
6 tura testamentum condidit.† vbi dicit quod si testator substi-
tuit aliquem & eius filios,intelligitur de natis tunc,non autē
de natis post siue posthumis: ergo non habebit locum in ter-
minis

minis nostræ quęstionis in filijs d.Hiero.natis diutissimè post
mortem testatoris & filiarum testatoris quibus est facta substi
tutio prædicta. Tertiò, quia eadem cõclusio probari videtur:
quia substitutio facta inuicem de liberis filiorũ testatoris de-
bet intelligi tantum de liberis qui nati fuerunt tempore testa-
menti vel saltem tempore mortis testatoris. l. cum ita.§. in fi-
deicommisso.de leg.2.cum glo. ita dixerunt Pet. de Anch.&
Imo.in c.indicante,de testa.quia illud quod dicitur in l.si co
gnati. est inductum in eo qui facit aliquam dispositionem in
cognatis,& habet locum etiam in liberis: ergo in casu nostro
non dicantur substituti filij Hieronymi vel nepotes concepti,
7 & nati diutissimè post mortem testatoris. †Quartò eadẽ con-
clusio probari videtur: nam sicut institutio censetur inutilis
& in causa caduci quando institutus non viuebat tempore
mortis testatoris, vel quando substitutus prædecessit ad graua
tum, vt l.vnica.§.& cum triplici.& §. sinautem sub conditio-
ne.C.de cad.tol.& l.hæredes mei.§. cum ita.ad Treb.& tenet
gl.ord.in l. vnica.C.de ijs qui ante aper.tabu.quod est expedi
tum.est etiam casus notabilis.in l. in causæ.§. Pomponius.ff.
de min.ita videtur inutilis quãdo tempore cedentis fideicom
missi conditionalis ille qui dicitur substitutus non est in rerũ
natura, cum à pari procedere videatur vel substitutum super-
stitisse aliquo tempore, non tamen superesse tempore cedentis
fideicommissi. vt supra est dictum, vel tempore cedẽtis fidei-
commissi nondum natum, vt d.l.qui filiabus.& habetur in d.
l. si cognati. & alijs locis præalleg. & hoc est quod voluit ex-
cellentissimus doctor do. Lam. de Rampo.disputando.vt re-
fert Io. And.in addi.Spec.in d.tit.de testa.in rub.in ver.incip.
8 Item Lamber. Rampo. vbi eleganter determinauit † quod si
quis substituerit filio suo hæredi vniuersaliter instituto vnũ
ex filijs Titij alterius filij testatoris quem ipse Titius elegerit
vel nominauerit, substitutio valet, vt l.cum pater filio.§.hære-
ditatem.de leg.2.& ad Treb.l.ex facto.§.si quis rogatus.& li-
cet nulla nominatione facta per Titium omnes filij admittan
tur dicti Titij ad dictum fideicõmissum, vt l.si Titio & Seio
& l.cũ quidam.in princ. & §.rogo & l.cum pater.§.rogo & §.
filia. de leg.2. tamen si quis est filius natus post mortem dicti
filij hæredis cui facta fuit substitutio dicit illum non admitti
per fideicommissum cum prius natis: quia non erat in rerum
natura, cum substitutio vendicauit sibi locum, vt in d.§.& cũ
triplici. Ecce ergo quòd præfati excellentissimi docto.scilicet
Lamber.& Io.And.intelligunt illum tex.§.& cum triplici.nõ
solum quando fuit in rerum natura substitutus tempore ce-
dentis fideicommisso vel post mortem generati decesserat, vt
ibi dicit litera, sed etiam quando nondum natus erat ille qui
ex substitutione vult admitti: cum sit necessarium quod sit in
rerum natura tempore quo cedit dies fideicommissi, vt etiam
deduxit suprascriptus excellentissimus consultor, cuius opi-
nio & sententia probari videtur in d.l.cum pater, de legat.2.
ibi, inter eos fieri qui eo tempore vixerunt.& in ea.l.§.a filia.
Quintò confirmantur prædicta ex dictis Bal.& Raph.& Mo-
dern.in l.post mortem. C.de fideicommissis.in quæstionibus
quas suprà formant & decidunt per d.§. a filia. cum si. quorũ
9 dicta non refero causa breuitatis. † Sextò hoc idem suadetur
ratione vrgentissia. Ecce, videmus qđ liberi secundi vel vlte-
rioris gradus, vel nepotes vel pnepotes qui sunt concepti post
mortẽ eius de cuius hæreditate agitur, nec de iure ciuili nec
de iure prætorio vocantur ex persona propria ad succedendũ:
nec habent excludere cognatos vel agnatos, vt insti.de hæred.
ab intest.§.sed planè.& in l. si quis filio exhæredato.§.1. ff. de
iniu.test.§.sed hæc ita.ibi.cæterum si postea cõceptus est, Mar
cellus scribit neq; vt suum neq; vt nepotem aut cognatum ad
hæreditatem aut bonorum possessionem posse admitti. si er-
go hoc receptum est de descendente, vt concepti post mortẽ
eius de cuius hæreditate agitur, non succedant ab intestato ẽt
de æquitate prætoria: cur non dicimus idem in transuersalib.
quales sunt isti de quibus agitur, vt non contineantur inter
successores illius post cuius mortem concepti sunt de cuius
hæreditate agitur saltem in virtute ista interpretatiua substitu
tionis factæ de filijs Hieronymi ordine successiuo charitatis
& naturalitatis, vt illi qui post mortem testatoris & filiarum
institutarum, quibus fuit facta substitutio concepti fuerunt
& nati non continentur inter inuitatos ex fideicommisso. Se-
ptimò confirmantur prædicta ex dictis Bar. in l.qui se patris.
C.vnde liberi.in versi. contra istam lect.opponitur arguẽdõ
vt suprà proximè. Octauò si quis dixerit, iste Bal.testator Hie-
ronymum substituit & filios fratris collectiuè non proprios,
sed quodammodo extraneos. adhuc fortius prædicta milita-
rent: quia intelligitur solum de filijs natis tempore testamenti
secundum Bart.in l.si cognatis, in ver.quid si sit legatum co-
gnatis Titij &c. ¶Et ex præmissis præsens consultatio videtur
habere magnam difficultatem & perplexitatem. putarẽ ideo
quod inter tot considerationes doctorum in vtranq; partem
10 adductas quod potissima conclusio sit. ¶†Primò quod quan-
do essent instituti vel substituti plures inter quos caderet or-
do necessariæ vocationis, quia deberetur eis legitima succes-
siuè, tunc viderentur inuitati successiuo ordine, secundũ glo.
& communem opi.doc.in §.quidam rectè. ¶Secunda conclu-
sio quod etiam quando plures essent inuitati per nomen col-
lectiuum, puta familiæ domus agnationis liberorum filiorũ
& inter illos nõ esset ordo necessitatis, sed ordo naturalis cha-
ritatis & affectionis ab intestato, tunc viderentur vocati gra-
datim & ordine successiuo, vt l.fi.de verb.sig.& ibi per Ang.
& Pau.de Cast.& Moder.& in d.l.si cognatis, vt consuluerunt
Ang.& do.Io.de Richelis prælle. ¶Tertia conclusio quod qñ
plures essent substituti copulatiuè & nominatim inter quos
caderet sola ratio ordinis successionis ab intestato illi videren
tur simul vocati & concurrerent, puta substituo fratrem meũ
& Io.& And.eius filium secundum doc.in l.fi.C.de impu. Et
idem & fortius quando charitas non causetur a natura ordi-
nata. vt l.si quis Titio & l.si mulier. præalleg.& idẽ dixit, sub-
stituo fratrem meum Titium & eius filios.ex coniectura intel
ligenda de cæteris iam natis & notis secundum docto.in d.§.
quidam rectè, magis communiter.& probatur in d.c.Raynu-
tius.& Raynaldus.& voluerunt præfati domini Io. Rutis, &
Ang.in dictis consilijs.& Bal.in consi.præalleg. ¶Quarta con-
clusio est, quando plures essent substituti coniunctim hoc mo
do: substituo fratrem meum & filios eius filijs meis institutis
decedentibus sine liberis, tunc quia indefinitè vocati sunt oẽs
filij, nec testator sensit de certis: satis est æquum quod intelli-
gantur vocati ordine successiuo.arg.l.Lucius.de hęre.insti.&
l.Titio Seia.§.Seia.de leg.2. secundum Bald.notabiliter in d.
consi. ¶Quinta conclusio quòd licet testator suis filijs institu-
tis decedentibus sine liberis tam natis quàm nascituris substi-
tuerit eis nepotem ex fratre & ipsius nepotis filios, videatur
eos coniunctim & simul inuitasse. vt d.c. Raynutius, & Ray-
naldus.& d.l.si mulieri.& d.l.si quis Titio.tamen ex coniectu
ra longe magis quàm in præcedenti casu puto ipsos inuitatos
ordine successiuo: quia non erat verisimile testatorem voluis-
se simul vocari & concurrere cum illo secundo filios & nepo
tes testatori coniunctos, sed magis successiuo ordine, præser-
tim in casu nostro in quo Hieronymus substitutus tempore
testamenti & mortis testatoris erat impubes: vnde testator nõ
potuit sentire de certis filijs aut nepotibus dicti Hieron. cum
tunc non haberet vxorem nec filios, & ortus filiorum & nepo
tum requirerent longum interuallum temporis, & quia satis
puto in casu nostro quòd sint inuitati ordine successiuo.s.pri
mò Hieronymus secundo filij, tertio nepotes. & puto illud
posse firmari quòd concepti post mortem dicti testatoris non
videantur successiuo ordine prædicto vocati cum alijs prius
natis.ar.eorum quæ suprà dixi in 5.arti.& in alijs septem fun
damentis inferentibus quòd tantum de natis saltim tempore
mortis testatoris & argu. eorum quæ infra dicam.& posito ꝙ
in casu nostro attentis circunstantijs maximè teneræ ætatis di
cti Hieron.esset duplex coniectura testatorem sensisse de filijs
11 & nepotibus nascituris post mortem ipsius testatoris † illud
puto habendum. pro expedito quòd si tempore mortis filiorũ
& filiarum testatoris quibus est facta substitutio dicti filij Hie
ronymi non extabant quin disiuncti vel nõ nati ad hoc fidei-
commissum non censeantur inuitati: cum substitutio quo ad
eos sit aut pro non scripta, aut in causa caduci, per iura & alle
gationes allegatas supra in quarto fundamento, & sequentib.
vbi omnino videndum. ¶Sed fortassis aliquis dicet: licet dicti
filij Hieronymi non essent nati tempore cedentis fideicõmissi
idest tempore mortis hæredum quibus substitutio facta est, il
lud non obesset, quia illæ doctrinæ videntur locum habere
quando pariter cum Hiero. dicti filij ad fideicommissum ad-
mitti debuissent. quo casu vt simul admittantur, necesse est ꝙ
tunc

tunc sint in rerũ natura. & ita loquuntur illa iura in illo quarto fundamento & sequentibus, nos autem videmur esse in casu in quo videtur sufficere quod nati sint & supersint tempore quo fideicommissum deficit in persona Hieronymi primo nominati, & prius inuitati: vt sic de fideicõmissi virtute quo ad Hieronymum, aut quia non potuerit, aut quia noluerit, aut aliter defecerit satis sit eius Hieronymi filios esse tunc superstites quando defecerit fideicommissi dies cessisse creditur quò ad eos. & tempore purificatæ conditionis quò ad eos ex ratione dicti §. & cum triplici. vt d. §. sinautem. & aliorum iurium præallegatorũ. ad hoc subtile motiuum videtur posse responderi: quia isti filij & nepotes videntur vocari deficiente Hieronymo. s. tunc quando morientibus filijs testatoris quibus est facta substitutio esset dies substitutionis. Vel si Hieronymus nolit habere ex fideicommisso illo: aut non posset, quo casu Hieronymo excluso prius vocato illi filij tunc superstites vo-
12 carentur ex vocatione,† s. vulgari gradatim facta. ista videtur mens doctorum in d. §. quidam rectè. & in d. l. si cognatis. & in d. l. fi. C. de verb. sig. & in alijs locis præallegatis, & Ang. & d. Lud. in dictis consilijs non autẽ est intelligendum ꝙ post restitutam hæreditatem Hiero. ipso deficiente sequentes vocentur & filij quasi gradatim per fideicommissum vocentur, plenè. n. videtur hæreditarium ius statim quæsitum dicto Hieronymo agnoscenti & euacuatum ius filiorum & nepotũ quamuis per agnitionem Hieronymi donec extiterit vltima cõditio sub qua vocatũ est hospitale & c. ¶Non. n. filij Hieronymi censentur substituti Hiero. post agnitum fideicommissum per ipsum Hiero. quasi ex nouo fideicommisso ser Hieronymi iniuncto, ꝙ ex verbis non resultat, quæ simplicia sunt: cum substituerit vnico verbo copulatiuè Hieronymum & filios & nepotes. quod intelligo. s. vulgariter ipsos imitando quò ad Hiero. non quò ad fideicommissum, vt in terminis. §. quidam rectè, volunt Moder. & Rap. Cu. & Mod. Senenses istud declarantes ꝙ admittantur. nam illud verbum, substitutum, quo ad Hieronymum & filios potuit intelligi de virtute directæ, ergo nõ in virtute obliqua post agnationem intelligatur. ar. gl. no. in d. §. quidam rectè: & in l. verbis ciuilibus, de vulg. & pup. cum
13 si. bene facit. l. fi. C. de hæredi. insti. versi. substitutio.† etenim
b substitutio dubia potius interpretatur directa [b] quàm fideicommissa. bene facit quod tradit Bar. in l. Centurio. ff. de vul. & pup. dum loquitur de compendiosa vtrum contineat vulgarem cum alijs allegationibus per præfatum consultorem dum alleg. Bar. in l. liberorum. de verb. sign. & in l. Lucius. de vulg. in q. pen. & hoc sentit Bal. in consi. incip. super his punctis. dũ dicit qđ statim mortuo instituto casus mortis designauit personas substitutorum in substitutione comprehensas, quò fit: vt si personæ substitutæ sint sigillatim nominatæ, & tunc non sint in rerum natura, caduca fit morientis substitutio: vt d. l. vnica. §. pro secundo. C. de cad. tol. si vero nomine appellatiuo sint substituti: tunc si primo vocati iam defecerant tempore mortis institutorum, vocantur ordine successiuo sequẽtes tanquam ex vulgari, id est filij: deinde nepotes. ita intelligo hanc materiam prout etiam intellexit præfatus cõsultor, cuius conclusionem in hoc corroboraui vt supra, quæ tanto clarior est in nostris terminis vt non insubtiliter posset dici istos filios Hiero. tanquam mortuis hæredibus Baldi postea ex interuallo conceptos, & tempore cedentis fideicommissi nominatos in fideicommisso non inclusos, vt supra dictum est. Sed posito, ꝙ fuissent inclusi tanquam præuenti à Hieronymo ipsorũ patre prius vocato qui agnouit fideicommissum, sunt vt l. post aditam. C. de impu. nec possunt amplius habere ex eorũ persona prout potuissent si pater non agnouisset. Nec præmissis ob. arg. quod filij Hieronymi videantur grauati: quia in conditione positi, & per consequens etiam videntur inuitati, vt l. codicillis, in prin. de vsufru. le. & Bar. in l. qui duos. de vul. & pup. & in l. Centurio. in verbo quæro vlterius quid si testator & c.
14 † quia imò non videntur grauati nec onerati, sed simpliciter in conditione positi, vt l. potest quis. cum l. seq. de vul. & pup. & ibi per Bal. & in simili determinat gl. in l. Lucius. ff. de her. insti. quod abundè prosequitur idem consulens, ideo non insisto. dixi legendo in l. 1. C. de pac. ¶Item in casu nostro grauamen fuit iniunctum Hieronymo, non autem filijs suis in conditione positis, ergo non obstat etiam doctrina Bar. in d. l. Centurio. & ibi notabiliter traditur per Ioan. de Imo. quod etiam abunde prosequitur idem consulens: ideo non prosequor, ad do tamen doctrinam notabilem quod vbicunque substituti post mortem plurium, substitutio in dubio, quãdo verba possunt referri ad primum & ad vltimum morientem, videtur facta primo [c] sub duabus conditionibus, non autem vltimo mo-
c rieñti, nec valeret: quia illa persona debet intelligi grauata quæ potest grauari. l. si seruum. §. qui margaritam. ff. de leg. 2. & l. fi. C. ad Treb. hanc doctrinam tradit Bar. in d. l. Centurio. & in l. codicillis. in prin. & Bal. in l. ab eo. C. de fideicom. & in l. precibus. C. de impu. sed ita est in casu nostro: quia dum ibi sunt in conditione positi & solum onerati in subsidium. s. deficiente Hieronymo, quia non agnouisset: ergo referantur solum ad Hieronymum, qui agnouit, qui etiam expresè fuit rogatus restituere vltimo loco hospitali purificatis omnibus conditionibus, non autem fuit grauatus restituere filijs, vt supra est ostensum. ¶Confirmantur prædicta authoritate Bal. in consi. incip. in primis est videndum. vbi concluditur quod qui grauatur,
15 † non propterea intelligitur esse substitutus tacitè. l. ex facto. §. agitatum. ff. de hæredi. insti. ex d. l. sed si sic. de leg. 3. quod expresè vult Iaco. de Are. in d. l. Lucius. ad Treb. & l. ex facto. §. fi. Bald. etiam in consilio incipiente. Duo testes deposuerunt, sentit fideicommissum, de quo supra in q. nostra agitur, non extendi ad conceptos natos diu post mortem testatoris, vt d. l. qui filiabus & d. l. si cognatis, cum si. Bald. etiam in alio consi. incip. Qui proximiores. determinauit quod cum quidam testator inuitasset ad fideicommissum proximiores suos, quo casu illi vocatur qui in gradu sunt proximiores, vt d. l. cum ita. §. in fideicommisso. de leg. 2. & l. cum pater. §. libertus. eo. tit. Si vnus interim decesserit non transmittit ad hæredem suum, vt d. l. cum pater. §. hæreditatem filij. & ibi no. Imò si fuerunt tunc superstites tempore mortis testatoris duæ suæ sorores: il
16 læ intelliguntur institutæ: † quia intelligitur substitutio de proximioribus. s. tempore mortis gradatim: quo fit vt si ambę decessissent. s. post mortem testatoris superstitibus filiabus ex eis, illæ filiæ non videntur substitutæ, præsertim cõceptæ post mortem testatoris. l. item prætor. ff. de suis & legi. arg. l. cognatus. sæpius alleg. ff. de reb. dub. per quam dicit quòd quia tempore mortis testatoris illæ puellæ postea cõceptæ nec verè nec interpretatiuè erant proximiores, propterea non videntur substitutæ, vt ibi latius. & in casu longè minus includantur filij & nepotes Hieronymi concepti diu post mortem testatoris & diu post mortem grauati. & ista conferunt ad ea quæ superius sunt deducta. ¶Superesse videtur alia spina quæ pungere videtur prima facie multum, videlicet quòd cum iste B. testator vltimo loco voluerit quòd si dictus Hieronymus & ipsius Hieronymi omnes decesserint sine filijs, tunc omnia sua bona & hæreditas ipsius integra deueniat ad quoddam hospitale & c. Tacitè sensisse videtur quòd interim donec supersunt aliqui ex prædictis successorio ordine inuitati in eos videatur iniunctum fideicommissum: scilicet quòd filij teneantur restituere nepotibus ex eis natis, & nepotes descendentes ex eis: pro quo videtur casus notabilis in l. Titio Seia. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. per quam l. consuluit Pau. de Cast. vt ipse refert, in l. pen. C. de impu. quòd quando testator dixisset, si omnes filij mei decesserint sine liberis volo omnia bona mea inter pauperes distribui. tacitè videantur inter se substituti: vt d. §. Seia. ibi dicebat esse casum, ergo & in casu nostro & in quæstione nostra.
17 ¶†Respondetur huic propositioni primo quia ibi illud fideicommissum tacitum non resultat ex eo solo quòd solum vltimo substituerit, sed quia dixit, quòd non alienarent: quia testator eis dimittebat: quod hoc dictum nõ fuit in quæstione nostra, ita eleganter dixit gl. inst. de pup. §. vel singulis. & ĩ. latius
d dicam. ¶Vel secũdo possumus dicere quod ille tex. in §. Seia. [d] posito quod locum haberet etiam sine illa prohibitione alienationis tantum: tunc locum habet quando illi omnes post quorum mortem aliquis est substitutus erant in illa hæreditate aut bonis dispositiue onerati. tunc enim resultat vt si grauatus sit nouissimus moriens illi substituto restituere illa bona, tacitum reciprocum fideicommissum inter eos coniecturaliter censeatur iniunctum. & iste est casus notabilis in d. §. Seia libertis. secundum Ioan. de Imo. in d. l. Centurio. in antepen. charta. in ver. & ex prædictis. Quando verò dictis post mortem omnium seu eorum nouissimo morienti est facta substitutio, & non erant omnes honorati & sic non præcedebat dispositio

dispositio inuitans eos ad commodum: tunc propter illud grauamen substitutionis non inducitur dispositio, & per consequens non inducitur inuitatio fideicommissaria successiua inter eos, vt l. ab eo. C. de fide. & l. planè. la 2. in fi. de leg. 1. ita Bald. etiam intelligit d. §. Seia. in d. l. ab eo, vel quando facta fuerat prohibitio alienationis, vt prædixi. vel quando testator quemlibet onerauerit in prohibendo ne alienarent primò morienti substituit. & tenet fideicommissum quorum neutrum est in casu nostro in quo nulla fuit prohibitio alienationis. nec illi omnes fuerunt onerati: & non præcessit dispositio inuitans eos: quoniam imò testator expressè dixerit verba grauaminis ad Hieronymum, dum dixit ad dictum Hiero. rogauit &c. vnde d. §. Seia. non potest habere locum in nostris terminis secundum doc. in dictis locis. & in l. vel singulis. & in l. si pater impuberis. ff. de vulg. & pup. & Bal. in d. l. penul. C. de impu. vbi etiam per Modernos. idem igitur in effectu sentio in quæstione proposita quod conclusum fuit per præfatũ excellentissimum doc. dominum Alex. de Imo. dicere posset aliquis. Ego aduerti ad responsionem suprà dictam ad. §. Seia liber. secundum glo. ibi & in l. vel singulis. ff. de vuul. & in d. §. vel singulis. inst. de pup. & ad aliam responsionem datam secundum Imo. in d. l. Centurio. & Bald. in d. l. ab eo. sed adhuc superest dubitatio: quia in terminis nostris videntur adiecta verba prohibitiua alienationis, dum dicitur, omnia sua bona mobilia & immobilia præsentia & futura: & hæreditas ipsius deueniat integrè & sine detractione Treb. vel Falcid. & in fi. subditur, & ipse omnia bona sua & hæreditas prædicta pleno iure deueniat post mortem omnium suorum hæredum institutorum & substitutorum ad dictum hospitale &c. Ex quibus verbis videtur inferendum tacitum fideicommissum inter Hieronymum & filios nepotes, & inter nepotes & ipsorũ filios, concurrunt enim plura quæ inferre videntur tacitum fideicommissum. primò enim æquipollere videantur prohibitio alienationis, & illa verba, integrè omnia ipsa bona & pleno iure, vt probari videtur ex auth. sed cum testator. C. ad le. Fal. iuncta authentica. sed nec in ea. eo. tit. & iunctis not. in l. decem. ff. de fideicom. lib. & in l. si post. ff. ad le. Fal. & iunctis no. per Bar. in d. l. Centurio, in versi. tertiò, quod inci. principaliter quæro. & in d. l. precibus. & in consilio quod incipit. Barr. Roselli. & propter alia multa similia quæ possent induci, sed consultò prætereo. Secundò in verbis ex illo grauamine omnia bona integrè & pleno iure post mortem omniũ prædictorum deueniant ad dictum hospitale, colligi videtur ꝙ vti vltimus eorum possit omnia restituere hospitali integrè dicta omnia restituantur gradatim per alterum alteri: qđ fieri non posset nisi subintellecto ex coniectura tacito fideicommisso inter eos. sint igitur fideicommissa, vnum expressum post mortẽ oĩum, alterum tacitum ex coniecturis collectum, licet inter eos, vt d. §. Seia libertis. quia verba substituta expressè vt locum habeant aliam tacitam subintelligi inferre videatur sicut infertur in d. §. Seia. nam ideo, quia vltimus moriens grauatus restituere fundum relictum sibi & alijs non posset totum restituere nisi ex fideicommisso totus deuolueretur ad mortem aliorum censetur tacitum fideicommissum inter eos iniunctum. Fuit enim ille vltimus grauatus restituere ibi totum fundum, non autem partem. Ideo cum totum non posset restituere nisi dicto fideicommisso subintelligitur, vt ibi per Bald. & Imo. sic igitur in quæstione nostra in qua etiam non videtur inconueniens quod illi filij & nepotes & filij nepotum cum sint grauati restituere hospitali, censeantur etiam ex fideicommisso eis gradatim restituendo inuitati quasi duobus concurrentibus, id est, quod sint grauati & in conditione positi videatur inferri, ergo & tunc se honorati, & onerati iuxta doctrinam Barto. in dicta l. Centurio, dum loquitur de materia. l. ab eo. C. de fideicommis. & l. sed si sic. ff. de

18 le. 3. cum si. ar. d. §. Seia libertis. & l. Proculus. de vsufr. † attẽto quod fideicommissa indicijs & coniecturis induci possint, quod non est in substitutionibus directis requirentibus expressionem. l. iubemus. C. de testa. & secundum Ang. in l. in legatis. C. de leg. qui ponderant hanc rationem. ad idem facit doctrina Bar. in l. cum tale. §. fi. de condi. & demon. & ratio Dy. relata per Cyn. in l. ex tribus. C. de inoffi. testa. ad intellectum. l. si. fundum per fideicommissum. de leg. 1. bene etiam facit l. quidam testamento poculum. de vulg. & pup. cum simil. præ dictis coniecturalibus motiuis purgantibus videtur responderi posse ex dictis Bar. in d. l. Centurio. §. quod dictus Hieronymus & filij seu nepotes illi, scilicet quibus tempore mortis hæredum contigerit delatum esse fideicommissum iniunctũ hæredibus testatoris videantur grauati de restituendo hospitali sub duplici conditione seu triplici, videlicet si dictus Hieronymus & dicti Hieronymi filij & nepotes decesserint omnes sine filijs: non autem ꝙ omnes videantur grauati etiam filij nepotum & inter se per fideicommissum gradatim successiuè & inuitati: quia hoc non sonant verba, nec etiam pro obseruantia fideicommissi expressè per quod vltimo loco inuitatur hospitale ad omnia & integra bona testatoris infertur dictum tacitum fideicommissum inter eos secundum quod inducitur in §. Seia libertis & potest impleri vltimo loco per hæredem Hieronymi expressè grauatum ad quem ab intestato omnia dicta bona quondam B. testatoris verisimiliter erãt peruentura, vt d. l. Lucius. de hær. insti. prout etiam Bart. intellexit secũdum primum modum suum in d. l. Centurio. & maxime hoc est in casu nostro in quo post mortem omnium testator grauauit Hieronymũ vt restituat, & sic testator per id grauamen in dictum Hieronymum soluit omne scrupulum qui nasci poterat ex prædictis, vt superius etiam dictum fuit. non militant ergo tales coniecturæ in casu nostro, ex quibus dictis tacitum debeat argui fideicommissum de Hieronymo grauato restituere & filijs nepotibus conceptis & natis post mortẽ testatoris & dictorum hæredum institutorum. ita videtur concludendum in hac subtilissima quæstione proposita habente capita hydræ. & in hoc non prosequor aliunde. Idem dominus consultor fuit prosecutus limitandum dictum Bar. in d. l. Centurio. & dicta sua confirmando multis authoritatibus. Ioan. Bapt. de S. Seuerino.

ADDITIONES.

a ¶Scripsit. nõ est istud cons. Alex. quidã attribuunt Ant. de Prato veteri ꝙ mihi verisimile est, & est subscriptio ad consi. Alex. præcedens.

b ¶Directa. dixi. s. lib. 3. consil. 12.

c ¶Primo. supra lib. 1. consi. 105. nume. 4. Fran. Rip. repe. d. l. centurio. numer. 167.

d ¶Seia. vide. s. lib. 1. consi. 91. nume. 8.

EPITOME.

¶Si testator instituat filios vel fratres, ita vt vno decedente sine filijs: portio sua deueniat ad superstitem & eius filios, casu substitutionis eueniente, non admittitur ad fideicommissum filia cum masculo, sed solus masculus, si ex statuto loci fœminæ non succedant ab intestato stantibus masculis. h. d. Non tamen intelligas quòd extet conditio si vnus decedat relicta sola filia: imò tunc deficit: nec locus est fideicommisso, quicquid aliqui dixerint.

CONSILIVM XV.

Viso testamento * dicti Ioannis de Montolinis, & statuto sub rubrica de mulieribus non succedentib. ab intestato, & facti narratione de qua suprà, nec non ijs quæ copiosè & eleganter adducta sunt per clarissimũ iuris doctorem d. Io. Mariam de Riminaldum * acutissimum discipulum meum tanquã fratrem honorandum concurro in eandem sententiam, scilicet quod illa verba videlicet cum hac conditione, quod altero ipsorũ fratrum decedente sine filijs legitimis & naturalibus dicta possessio pleno iure perueniat ad alium superuiuentem & eius filios, operantur vt † intelligatur vocatus filius masculus solus & non fœmina, stante masculo, & vltra allegata per præfatum dominum consulentem dico quod iste articulus deciditur ex not. per Pet. de Ancha. in l. tres fratres. ff. de pac. vbi refert se aliàs tenuisse quod si statutum * excludit fœminas a successione patris stantibus agnatis masculis: & contingit ꝙ pater in testamento dixerit quod instituebat filios suos, quod non comprehendantur filiæ quorum conditio & natura est diuersa masculis in succedendo propter dictum statutum, vt sic verba testatoris intelligantur secundum mentem statuti. a secus dicit si extraneus instituisset filios Petr. ꝙ etiam veniant filiæ Pet. l. si ita

si ita scriptum sit filiab. de leg. 2. l. si quis ita in prin. ff. de testa. tute. quia in tali casu non loquitur statutum legis quò ad extraneum. & mouetur Pet. de Ancha. principaliter per id quod
a dicit Bald. in d. l. tres fratres, in primo notabili, vbi † dicit q̃d licet appellatione fratris contineatur soror, vt ibi habetur & in l. Lucius §. quæsitum. de leg. 3. tamen fallit secundum Bar. nisi ex coniecturis aliud appareat. alle. l. si quis seruum. §. inter
3 duos. ff. de leg. 2. & per hoc infert Bal. † quòd priuilegiũ concessum fratribus minoribus & prædicatoribus, non extenditur ad sorores cum non sint eiusdem conditionis: vnde regu
4 la fratrum est aptior. vnde sicut dicimus † q̃ indefinita non extenditur ad omnia, sed ad aptiora vbi non est vniformis ratio inclusorum, vt no. in c. circa, de elec. lib. 6. & per Dy. in rubrica de reg. in eodem lib. ita etiam in casu nostro. & licet di
5 ctum statutum loquatur ab intestato: † tamen etiam testator videtur suam dispositionem in dubio velle esse conformẽ dispositioni statuti loquentis ab intestato, vt no. Bar. Ang. Raph. Cuma. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. & Bar. in l. hæredibus. §. 1. eo. tit. & Imo. in l. fi. ff. de condit. & demon. & Pau. de Cast. lib. 2. consi. 309. incip. Casus iste frequenter. bene facit. l. Gallus. §. quidam rectè. secundum quintam lectu. ff. de libe. & posthu. iuncta. l. omnes populi. ff. de insti. & substi. nam & veniens ab intestato dicitur etiam habere ex mẽte defuncti: quia videtur relinquere & se tacitè conformare sicut l. conficiun-
* tur. in princ. ff. de iure codicil. & confirmantur prædicta * ex no. per Bar. in l. vt iureiur. §. si liberi. ff. de oper. lib. & in consi.
6 60. incip. Quæstio ista habet duo dubia. vbi vult Bart. † quod quamuis statutum loquatur de successione hæreditatis ab intestato, tamen vendicat etiam sibi locum in successione proce
b dente a contractu [b] & dispositione partis facta super re particulari, & cum dicta decisione Bart. in d. §. si liberi. concordat etiam Pet. de Anch. in clem. 2. de iure patro. & in consil. 433. inci. Postquam ista dotata a patre. & Ioan. de Imo. in c. potuit, ad finem. de loca. Facit quod no. Bal. in l. fi. C. de suis & legi. & licet Ioan. de Imo. in d. §. cum ita sub dubio fortè impugnet illud quod dicit ibi Bar. tamen posito quòd rationes ibi assignatæ per Io. de Imo. possent militare in casu suo in quo pro substituto extabat expressa dispositio per quam videbatur apparere testatorem magis dilexisse substitutum quàm illum qui nolebat venire virtute dispositionis statuti in qua dicebatur fundari tacitam mentem testatoris, nihilominus illę rationes non militant in casu isto in quo negari non potest magis expressè vocatum esse filium masculum quam fœminam per illam dispositionem, iuxta. l. 1. §. toties verbum. ff. de ventre in pos. mit. & per no. per doc. in l. 1. ff. de verb. signi. cum si. Vnde cum in casu in quo cessant rationes allegatæ per Ioan. de Imo. in d. §. cum ita. prout cessant in casu nostro ipsemet Ioan. de Imo. in
7 l. fi. ff. de condi. & demon. approbauit † quòd testator videatur suam dispositionem velle intelligere & modificare secundum iuris municipalis dispositionem. Dum itaque in proposito tractetur de succedendo ex particulari fideicommisso relicto in testamento dicti Io. de Montolinis dicitur agi de succedendo dicto Io. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. l. precibus. de impub. & ali. substi. cui si ab intestato succedendum fuisset extantibus dicto Francisco & Sybilla, præferendus fuisset Franciscinus ex forma dicti statuti, & sic quando testator de successione vniuersali esset dicendum mentem testatoris in dubio regulari & interpretari quando tractatur de aliquo particulari, quia eadem est ratio in parte respectu partis, quæ est in toto respectu totius. l. quæ de tota, in princ. ff. de rei vendi. Et per hæc apparet non obstare ea quæ in contrariũ adduci possent. ¶ Ex quibus concludo dictam Sybillam non esse admittendam. Alex.

ADDITIONES.

* Testamento.] Vide eundem Alex. consi. 127. lib. j. Natta.
* Dominum Ioannem Mariam Riminaldum.] Ita consuluit Riminal. consi. 36. incip. Omissis superfluis, lib. j. Natta.
* Quòd si statutum.] Sequitur Curt. iunior conf. 71. vbi ex hoc infert, quòd etiam in contractu videtur quis velle disponere secundum statuta. Natta.
a ¶Statuti. idem Alex. infra lib. 5. consi. 9. in l. Gallus. §. j. de lib. & posth. l. hæredes. §. cum ita. ad Treb. Bar. consi. 60. Ant. But. consil. 60. Anto. But. consi. 9. Anch. repe. c. j. q. 14. prin. de consti. & in consi. 125. consil. 433. in prin. Imo. consi. 27. cum alijs citatis per And. Tiraq. in repe. l. si vnquam. ver. susceperit liberos. nu. 84. C. de reuo. donat. vltra quẽ adde Cor. consi. 26. consi. 41. lib. 4. Ias. l. 2. C. de iure emph. l. post dotẽ cum seq. sol. matri. l. j. §. hoc autem. lect. 2. ad Trebel. Dec. consi. 545. Ang. Areti. trac. testa. versic. nolens decedere intesta. in fi. Cur. iunior trac. feu. in 3. parte prin. nu. 15. Bertran. consil. 15. Ex themate. in 7. q. lib. j. Benedic. repet. c. Ray. ver. duas habens filias. nu. 177. Alci. lib. 1. pag. 10. de verb. signi. & in trac. præsum. re. 3. præsum. 32. num. 4. & aduerte quòd illud dicendum procedit in habẽtibus symbolum ita quod dispositio statuti tacitè influit, vt quando vocantur filij post patrem tanquam alioquin verisimiliter successuri, vt in puncto in quo rectè consuluit Alex. hic secus quatenus filij ponuntur in conditione, vt in hoc consi. si vnus fratrum decessisset relicta filia: illa fecisset deficere fideicommissum licet contrarium scripserit Alcia. in locis præfatis & pessimè: quia etiam verba & mens statuti cessant, nec possunt adaptari quando filia sola superest, nec etiam debent extendi quando filij extranei per se vocantur, vt hic vult Alex. & bene.
* Et confirmantur prædicta.] Sequitur Matth. de Afflic. deci. 226. col. secunda. Natta.
b ¶Contractu. tanta extensio non est temerè admittenda, vt plenè distinxi in consu. Parisi. §. 132. & tetigi in ea. consu. §. 22. q. 26. nu. 86.

EPITOME.

¶Quælibet dispositio intelligitur de prima vice.

CONSILIVM XVI.

1 Breuiter in casu præmisso sentio non esse locum dicto statuto: † quia debet statutum intelli-
a gi. de prima [a] vice reconductionis. lege boues. §. hoc sermone. de verb. sign. l. dotis promissio. ff. de iure do. l. 1. ff. ad leg. Iul. maie. vbi si conceditur alicui securitas eundi & redeundi, intelligitur pro prima vice, vt etiam inquit Ioan. de Platea in l. j. C. de nauicul. lib. 11. ad idem tex. in c. non potest. §. 1. de præ-
2 ben. in 6. † vbi si alicui a Papa conceditur quod simul duo beneficia curata recipere possit, intelligitur de primis duobus quæ impetrauit seu obtinuit. & ideo dixit Albe. de Ros. in secunda parte statutorum q. 182. incip. Quod per dominum fratrem Vberrum &c. in fin. quod in materia restringendi debet
3 intelligi cõcessio facta solũ de prima vice. † vnde si alicui conceditur licentia ingrediendi clausuram monialium, intelligitur de prima vice tantum per d. c. non potest. ergo cum dictũ statutum sit contra ius commune: quia est contra. l. idem quæ ritur. §. qui impleto. ff. loca. meritò debet intelligi de prima reconductione. Præterea Bart. in l. hoc articulo quisque in vlti. col. de hæred. insti. in statuto, sicut nos loquimur, idem dicit,
4 nam vult † quod si statutum disponens quòd si quis ceperit vexillum Florentinorum habeat tale præmium: debet intelligi de primo capiente tantum, & de prima vice & captura tantum. per d. l. boues. ad idẽ quod no. gl. in l. duobus. §. 1. in verbo, exhibuerit. ff. de iureiu. per quam ibi Benedictus de Plum
5 bino & Pau. de Cast. dicunt † quòd si quis promisit repræsentare aliquem coram iudice ad ipsum iudicis mandatum liberatur per primam repræsentationem. & idem dicit Io. And. in addi. Spe. in tertia parte in tit. de accu. in additio. quæ incipit Odofre. similiter dicit Bal. in d. l. diuortio. §. quod in auro. ff.
6 solu. matr. † quod si aliquis vendit vuas vel rosas viridarij sui quæ fructificabant bis in anno, intelligitur de primis. accedit
7 quod no. Bar. in l. cum quidam. ff. de annuis. leg. † vbi voluit quòd si testator relinquit fratribus minoribus in festo sancti Francisci vnam pitantiam, intelligitur semel tantum. & in l. eum qui calendis. de verb. obli. in prin. sic etiam Bal. in l. licet.
8 in 4. q. C. loca. dixit † quod si quis conduxit Molendinum destructum cum pacto quod debeat illud reaptare: intelligitur de prima tantum reaptatione. argu. l. fideicommissa. §. si quis. de lega. 3. Et sic patet quòd in omni dispositione hoc seruari
9 debeat. † accedant iura quæ dicunt infinitatem esse euitandã. leg. qui bona. §. fi. cum materia. ff. de dam. infec. & l. j. C. de sen. ten. quæ pro eo quod interest. Nam si intelligeretur etiam de secunda reconductione & de tertia: pari ratione deberet etiã intelligi de quarta & quinta & singulis in infinitum. hoc etiã apertè percipitur fuisse de mente statuentium. Nam verba statuti sunt hæc videlicet: statuimus quod in prædijs tam vrbanis quàm rusticis finita locatione intelligitur locatio & recon
b ductio [b] facta eisdem pactis, pensionibus, forma, modis, conuentionibus, pœnis, obligationibus ac qualitatibus pro eodẽ

tempore

tempore quo & quibus prima locatio facta fuerit, nisi per locatorem vel conductorem seu habentem causam ob eorum alteto prædio vrbanis vel rusticis locatis ad affictum seu pensionem denunciatum fuerit per tres menses ante finem locationis in locatione seu conductione se persistere velle &c. Nam aduertendum est quòd statutum post primam cõductionem, quod appellat pro sequenti tempore recõductionem. patet ibi dum dicit, reconductio facta &c. tamen postea firmat denunciationem nisi denunciatum fuerit per tres menses ante finem locationis in locatione seu conductione se persistere velle. ponderandum est quod statutum vtitur hoc verbo conductionẽ, non autem reconditionis. ergo nõ intelligitur nisi de prima: quia si etiam intellexisset, nisi denũciatum fuerit per tres menses ante finem locationis in locatione seu conductione vel re-
10 conductione † propter præcedentia quæ declarant sequentia. l. qui filiabus, in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. ff. de legat. 1. Confirmatur etiam ex illis verbis statuti dum dicit eodẽ tempore, quo prima locatio facta fuerit. non autem dicit præcedens locatio facta fuerit: sic solum intellexit de prima quæ dicit illa quam nulla præcedat. in §. discipuli. in proœmio digestorum. & l. qui duos. in prin. de reb. dub. propter quam rationem & fortius per aliam supra allegatam concludo nos non esse in causa dicti statuti. & ita sentio ego Alex. de Imo. &c.

ADDITIONES.

a ¶Prima. adde Bal. consi 42. lib. 5. Guid. Pap. deci. delphi. 467. Ias. l. diuortio. §. quod in anno. sol. mat. l. duobus. §. si ei qui. de iureiur. cons. 36. in fi. lib. 3. consi. 512. & consi. 609. Matth. Afflic. deci. Neap. 46. limita per no. Bal. Alex. Ias. l. inuitus. in fi. C. de procur. l. si quis ex argentarijs. in fi. de eden. Ant. But. consi. 300. Soci. l. hæc conditio idest nu. 5. de condit. & demon. Feli. c. 2. de treug. & pac. Hip. Marsi. repet. rubr. de fideiusso. q. 9.

b ¶Reconductio. dixi in consue. Parisi. §. 195. * Vide quæ latè scripsit

* Felin. ad c. 2. colum. 2. & sequen. de Tregua, & pace. & Ias. ad l. duobus. §. si ei, qui. ff. de iureiur. Et substitutio facta de duobus antiquioribus domus, non intelligitur de primis sed successiuè; vt Petr. Anch. consi. 27. Non seruato ordine dubiorum. col. 3. versi. postquam igitur propter dictam repudiationem. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Lex quando loquitur de tempore longo intelligitur de decennio vulgariter, quando loquitur de tempore simpliciter, intelligitur arbitrio iudicis. nu. 3.*

Verba enunciatiua non probant tractatum in alienatione rei ecclesiæ.

Alienare qui non potest non potest promittere.

Solennitas non præsumitur ex longo tempore in præiudicium alterius.

10 *Locatio rei ecclesiæ ad decem annos non valet, etiam ad nouẽ.*

12 *Reconductio tacita non fit vbi agitur de translatione vtilis dominij.*

14 *Legatus non potest statuere contra ius commune.*

15 *Iure speciali quod competit debilius est.*

CONSILIVM XVII.

Viso instrumẽto locationis factæ de anno 1455. per monasterium ecclesiæ seruorum sanctæ Mariæ de Bononia Dominico de Albessionibus, & quibusdam alijs ad tempus & terminum decem annorum, & alijs cõsideratis de quibus in dicto themate fit mentio, puto breuiter dictum Dominicum & alios conductores non posse ex dicto contractu locationis pacto & promissione venditionis se tueri, & consequenter non posse denegare restitutionem dictæ rei locatæ, & monasterium non teneri dictos cõductores pati frui re locata per vlterius tempus: nec teneri ad vendendam dictam rem locatam dictis conductoribus, & causa litis potuisse locari dictis luparijs. ad quod ostendendum præsuppono quod dicta loca-
a tio [a] facta ad decem annos dicitur esse locatio facta ad longũ & magnum tempus. l. si cùm fideicõmissaria. §. Aristo. ff. qui & a quibus. l. penu. & fin. C. de præscrip. long. tempo. & patet in rubrica illius tit. & in proposito no. gl. in l. fi. ff. si ager vectigalis vel emphy. peta. facit quod no. gl. in l. si filius. C. de peti. hære. & in rub. C. quæ sit lon. consu. & licet gl. in cle. 1. in fi. de reb. ecc. non alienan. & in c. 2. in verbo, non modicum. eo. tit. lib. 6. & in l. j. §. ꝙ autem ait. ff. de superficie. ponunt varias opi-
2 niones & videantur. d. gl. vlt. allegatæ firmare, † ꝙ tempus magnum seu longum intelligitur arbitrio iudicis. arg. l. 1. §. 1. ff. de iure delib. & in c. de causis. de offi. deleg. tamen doc. communiter tenent ꝙ in dubio & regulariter iudex habet arbitrari quod tempus decem annorum vel abinde supra sit tempus magnum vel longum, per iura supra alleg. & hoc etiam tenet Arch. 12. q. 2. alienationes. & Iaco. But. in l. emprore. C. locati. & Bal. in l. quicunq;. C. de bo. quæ lib. & Ang. in l. si filio. §. fi. ff. sol. mat. & in d. l. 1. §. quod ait. ff. de superfi. & Bal. in l. iubemus. la 2. C. de sacrosan. ecc. vbi dicit, quod consuetudine ita seruatur ita etiam dicit Ant. de But. & alij post eum in c. fi. ne præla. vi. su. Et dicit do. Card. Flo. in d. cle. 1. §. fi. in 4. q. quod ista opinio communiter tenetur, & ibi respondet ad d. c. 1. §. j.
3 ff. de iure delibe. & ad d. c. de causis. cum si. † quia quandoq; lex facit mentionem de tempore simpliciter non adiecta quantitate: & tunc intelligitur arbitrio iudicis, vt ibi: quandoque in iure fit mentio de tẽpore longo, & tunc intelligitur de tem-
b pore 10. [b] an. in dubio seu regulariter p iura ad hoc superius alleg. & dicit se ita sæpius consuluisse & ꝙ ita seruatur. & hãc opi. etiam firmat Io. de Imo. in c. ad audientiam. el 1. de rebus eccl. non alie. Vnde minimè sunt mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt. l. minimè. ff. de leg. hoc præsupposito dico ꝙ † dicta locatio facta per conuentũ dicti mo-
4 nasterij, & ad terminum dictorum decem ann. non valet quia in ea inter cætera debuit interuenire consensus sui superioris quantum ad validitatem contractus, vt in cle. j. de reb. ecc. nõ alie. cum gl. in ver. non habeat. & ibi doc. & 12. q. 2. abbatib. & in c. nulli. & c. ad audientiam, cum vtrobique no. per doct. de reb. ecc. non alie. & sic debuit interuenire consensus diœcesani si monasterium non est exemptum, vel si est exemptum
c debuit interuenire cõsensus Papæ vel superioris immediatè [c] cui pleno iure ex aliqua concessione subesset ecclesia: & sicut etiam haberet in dicta ecclesia iurisdictionem episcopalem, vt no. per gl. & doc. in d. cle. 1. no. Inn. & doc. in c. 2. de transl. & Bar. & Bal. in auth. hoc ius porrectũ. C. de sac. san. ecc. Sed nec consensus talis superioris nec episcopi interuenerunt: ergo non valuit dicta locatio ad longum tempus. confirmatur:
5 quia † in alienatione * rei ecclesiasticæ requiritur quod inter-
* ueniat tractatus. in c. cum apostolica, & c. tuam. de his quæ fi. à præ. & 12. q. 2. sine exceptione & c. 2. de reb. ecc. non alie. in 6. cum ibi no. & constat quod dicta locatio ad longum tẽpus dicitur alienatio cum per eam transfertur vtile dominium, vt in l. 1. in fi. & l. seq. & seq. ff. si ager vectig. vel emphy. petatur. & d. l. 1. §. ꝙ ait. ff. de superfi. & no Dy. & Bar. & doc. in l. codicilli. §. instituto. ff. de leg. 2. & in proposito no. doc. post gl. in d. cle. 1. & in d. c. nulli. & in d. c. ad audientiam. el 1. de rebus ecc. non alie. in d. c. tuam. & ibi clare Io. de Imo. vltra alios. & Ang. & Io. de Imo. in d. l. si filio. §. fi. ff. sol. mat. & in d. l. 1. §. qđ ait. cũ si. & quòd requiruntur dictæ solennitates in dicta alienatione temporali dico in casu nostro saltem cum sit de re ma-
* gna. * vt no. Io. And. in addi. Spe. tit. de reb. ecc. non alienan. in rubr. in fi. & doct. in c. 2. de ijs quæ fiunt à præla. & Fede. de Senis in consi. 52. incip. Quidam prælatus quinimò consulo vt capituletur & probet dictam locationem fuisse factam de re magna attenta qualitate & conditione ecceslię & facultatibus eius iux. d. l. sed si susceperit. §. pen. ff. de iud. & quod no. doct. in d. l. admonendi. ff. de iureiur. cum concordant. vt tollatur difficultas & disputatio facta per gl. & doct. in d. cap. 2. de ijs quæ fiunt a præla. & in c. 1. in verbo, perpetuas. de reb. ecc. nõ alie. in 6. & 16. q. 1. possessiones. sed in dicto instrumento non interuenit solennitas prædicti tractatus: ergo &c. ¶Nec ob. ꝙ in dicto instrumento cõtineantur illa verba narratiua videlicet habito sæpe & sæpius colloquio super omnibus infrascriptis adinuicem cum dicto domino priore, & ipse prior cum eis super infrascriptis iuribus & singulis, & ipse prior & fratres dixerunt & asseruerunt & tandem conclusum & deliberatum fuisse & esse præsentem locationem fieri debere, & propterea prior & fratres vt capitulum prædictum nemine discrepante sponte & ex certa scientia & animis deliberatis per
6 se & suos successores dederunt & locarunt &c. † Quia respõ.
d ꝙ illa tertia verba non probant [d] tractatum præcessisse. l. si forte & ibi no. hoc Bar. in l. fi. ff. de cast. pec. Bar. & alij in auth. si quis in aliquo. C. de eden. & in l. sciendum. ff. de verb. obli. per no.

no.in l.1.C.de fide instru.& iur.hastæ fiscalis.lib.10.& arg.l. doli.ver.diuersorum.ff.de noua.bene faciunt no.per.Inn.in c. cum in iure.de offi.deleg.& in c.quoniam contra.de prob.vn de semper debet fieri instrumentum [e] de tractatu per se & separatim ab instrumēto locationis, & in terminis decidit Pau. de Cast.lib.2.consi.38.incip.Super quo quæritur vtrum viso statuto.& est de mente Spe.in tit.de loca.§.2.ver.& scias.iuncto versi.præcedenti.& ibi patet Spe.velle ꝙ in qualibet eccle sia collegiata requiritur tractatus quādo fit alienatio,vt etiam expresse voluit Io.And.in addi.Spe.de emp.& ven.§.nunc di cendum restat.in addi.quæ incipit, honestum est &c.& clarè Io.Imo.in c.1.de ijs quæ fi.a præla. & similiter non tenebit di ctus contractus si non interuenit causa necessitatis, vel vtilitatis,aut pietatis, vel incommoditatis, vt in cle.1.& in d.c.fine exceptio.& in d.c.tuam.& no.plenè.12.q.2.in summa.¶Confirmantur prædicta per pactum & promissionem de vendēdo adiectum in dicto cōtractu & pro pretio ibi specificato:& sic apparet ꝙ dictus contractus si teneret, afferret præiudicium non solum temporale,sed perpetuum,pro hoc etiam bene facit.l.fi.c.ad l.Fal.cum ijs quæ ibi no.Bal.in prin.vbi per illā.l.
7 dixit † ꝙ qui non potest alienare,nō potest promittere,facit.l.
* oratio.cū si.ff.de spon. nec potest dici * ꝙ dictæ omnes solennitates præsumantur intercessisse ex diuturnitate temporis,iuxta.l.si filius.C.de peti.hære.& l.qui in aliena.in prin.de acq. hære.& quod notant maximè Bald.& Ang.& Mod.in l.sciendum.ff.de verb.obl.& quod no.Host.& Io.And.in c.Alberi-
8 cus.de testi.& Cy.in l.emancipationes.de fi.instr.cū si.†Quia
f respondeo ꝙ quantum ad propositū [f] solus cursus.10.vel 12. anno.non sufficit ad inducendum præsumptionē, ꝙ superioris authoritas interuenerit,vt no.Bal.in l.2.C.de legi.hære.saltem quando non apparet de scientia & patientia diuturna superioris prædicti.Nam d.l.qui in aliena.ver.sed si non adierit. cum ibi no.in d.l.si filius intelligitur quando interuenit scientia & patientia illius cuius authoritas vel consensus præsumitur vt ibi per doc.& cum Bal.in d.l.2.C.de legi.hęredi.trāsit etiam Ro.in d.l.sciendum,de verb.ob.& est de mente Raph. in d.l.qui in aliena.Item in casu dictæ l.si filius.cū si.ibi præsumebatur ex diuturnitate temporis solennitas principaliter ad acquirendum, sed quando tractatur de præsumenda solennitate principaliter ad exclusionem alterius & eius præiudicium,vt in casu nostro:tunc requiritur diuturnitas temporis. 30.ann.ita est tex.notabilis secūdum vnum intellectū gl.in c. peruenit,de emp.& vendi.quem ad hoc ibi multum no.Io.de Imo.pro limitatione.d.l.si filius.cum si.¶Nec ob.ꝙ no.Host. & Io.And.in d.c.Albericus quia illud facit potius pro ista opi
9 nione: † quia tunc demum voluit ꝙ præsumatur dicta solennitas ratione antiquitatis, quando antiquitas tanta erat quod probatio talis solennitatis propter antiquitatē reddebatur impossibili.l.si arbiter.ff.de probat.vt quia lapsum esset tempus centum anno.vt ibi & not.doct.in c.veniens.& in c.quid per nouale.de verb.sig.& gl. & Ang.in l.at qui natura.§.cum me absente.ff.de ne.gest.cum si.sed nos non sumus in ea antiquitate tanti temporis.nec ob.quod no.Cy.in l.emācipatione.C. de fi.instr.& canonistæ in c.quoniam.de prob.& in c.in præsentia.de renun.& Bart.in l.admonendi.ff.de iureiur.cum si. quia loquuntur quò ad præsumēdam rectitudinem processus sententiæ latæ per iudicem.nam ibi magna est præsumptio ꝓ ijs quæ gesta sunt a iudice ꝙ iustè & rite fecerit. c. bonæ.el 2. de electione.c.inter.& c.sicut.de iudi.& d.c.in pręsentia.sed nos sumus in casu in quo militet talis pręsumptio & persona eius qui actum gessit.bene faciunt no.d.Ab.in c.ea nos.de ijs quæ fi.a pręla.& etiam quod no.d.Ab.in d.c.Albericus.dum dicit ꝙ ibi adest alia pręsumptio, & sola antiquitas non facit præ-
10 sumptionem ꝙ solennitas interuenerit, vt ibi per eum. † Nec etiam ob.si diceretur ꝙ quamuis dicta locatio cum pactis pręe dictis non valuerit eo modo quo facta est, debet saltem valere
* vt in vim locationis simplicis vsq; ad nouem annos: * quia respondeo quod hoc est falsum vt expressè decidit Bar.in l.quæcunq;.C.de bonis quæ lib.bene faciūt no.per Bar.in auth.qui rem.in fi.C.de sac.san.ecc.& in consi.suo incip.Visa quadam quęstione episcopi &c.in 4.dub.& Ange.in §.emphyteusim. in auth.de nō alie.& Io.de Imo.in l.quod dicitur.in fi.de ver. ob.& pacta apposita in dicta locatione censetur pars dictæ locationis & mercedis.l.fundi partem.ff. de contrah.emp.vnde

Rn. Rom. de 709. n.7. ff. l. [illegible]

locatio ex toto vitiatur:quia potest ecclesia dicere ꝙ non concessisset neq; locasset dicta bona nisi cum illis pactis,& toto il lo tempore, arg.l.si quis aliā.de sol.& l.cum eiusdē.ff. de ędi. edic.hęc est ratio reddita per Bar.in d.consi.in 4.dubio. ¶Secundò principaliter non possunt dici conductores se fundare ex dicto instrumento locationis & promissione de vendendo, quia finitum est tempus locationis intra qđ promiserunt eme re & soluere pretium,& non fecerunt, nec denuntiauerunt an te per sex menses se velle emere secundum formā dicti instrumenti. Nec ob. si dicatur ꝙ intelligitur reconducta dicta res cum eisdem pactis saltem de anno in annum, per l.item quæritur.§.qui impleto.locat.l.in reb.§. fin.ff.de preca.& l.legem
11 cum ibi no.maxime per Bal.C.loca. † quia respondeo primo quò ad hoc,vt intelligatur reconducta,requiritur qđ illi quorum cōsensus requirebatur in noua locatione habuerint scientiam & patientiam ꝙ illi conductores persisterent in re locata:vt in iurib.pręallegatis, & pręsertim in illo.§.qui impleto. cum l.seq.& ibi doc.Item respondeo ꝙ illud habet locum solum in contractib.qui solo consensu partium perficerentur,secus si aliud requireretur, puta scriptura, vel aliquid aliud, vt probatur in d.§.qui impleto. cum l.seq. & ibi per plura probat Bar.& alij.& etiā Bal.in l.vnica.C.quando non peten.par. sed in alienatione rei ecclesiasticæ quam sapit dictus contractus,vt supra probatum est,necessaria est scriptura.12.q.2.fine exceptione.& l.iubemus.§.sanè omnes.C.de sac.san.ecc.& ibi Bal.ad fi.no.gl.ordi.in c.1.de censi.in lib.6.Item requiritur authoritas superioris vt fuit declaratū supra hoc consilio, non ergo intelligitur relocatio.Preterea dixit signanter Bal.in
12 d.§.qui impleto.in lectu.antiqua,† ꝙ vbi agitur de translatione vtilis dominij tunc habet locum ꝙ habetur in d.§.qui impleto,qui loquitur vbi agitur de modico pręiudicio:vnde dicit ꝙ etiam posito ꝙ contractus emphyteuticus non requireret scripturam,de quo fuerunt opiniones in l.j.C.de iure emphy.& in c.potuit.de locato.per doc.cum concordan.de quibus ibi: tamen non intelligeretur ex patientia post tempus relocationis,& quando res locatur in emphyteusim in longum tempus:quia ageretur de magno pręiudicio,l.de translatione
g vtilis dominij [g] pari ratione in casu nostro cum tractamus de locatione ad longum tempus per quam transfertur vtile dominium,non debet hoc casu induci tacita relocatio, & maximè propter pactum & promissionē venditionis directi dominij,quæ promissio si intelligeretur repetita importaret id, qđ est magni momēti & pręiudicij,vt quò ad propositum nostrū colligitur ex pędictis,& maximè ex d.deci.Bal.in d.§.qui im
13 pleto.† Nec etiam obstabit statutū de quo in themate fit mentio, videlicet ꝙ si per aliquam partium nō fuerit protestatum per tres menses ante finem locationis ꝙ non intendit vlterius perseuerare in locatione intelligatur relocatio pro eodem tpe & cum hisdē pactis & conditionib.& c.quia respondeo ꝙ aut tale statutum est conditum authoritate populi,& cōis Bononiæ,& constat ꝙ non comprehendantur seu ligantur ecclesię. c.ecclesia S.Mariæ.de consti.c.nouerunt.& c.à nobis.de sen. excom.in auth.cassa.C.de sac.san.ecc.aut sunt condita autho
14 ritate legati sedis apostolicæ, † & constat ꝙ legatus [h] non pōt
h statuere contra ius cōe,vt dicit Host.& Io.And.in c.fi.de off. arch.per illū tex.& no.Io.And.in addi.Spe.super reb.de elec. & no.doc.& maximè Io.de Imo.in l.ex duob.§.fi.ff.de vul.& pup.bene facit clem.ne Romani.de elec.& c.cum inferior.de maio.& ꝙ voluit gl.valde no.in c.fi.in ver.figura.de hęreti.in 6.& quæ traduntur in c.fi.de confir.vti.vel inuti.Sed constat ꝙ dictum statutum est contra ius cōe volens ꝙ non intelligatur relocata etiam non facta dicta protestatione nisi post locationem locator sciat & patiatur illum conductorem ibi persistere in locatione. & vt in re locata solum ad alium annum si est pędium rusticum d.§.qui impleto.imò nō intelligitur de iure cōi facta relocatio aliquo modo, vt in casu nostro,vt supra probatum est, ergo si statutū velit ꝙ in casu isto intelligatur relocata, erit contra ius cōe. nec in hoc attendenda videtur aliqua confirmatio sedis apostolicę,cuius tamen tenorem non habeo in pūcto insertum:sed prout aliter vidi,si bene me mini, Papa confirmat statuta quę non essent cōtra libertatem
15 ecclesiasticam, si ita est † ꝙ statuta quę auferrent ecclesijs seu ecclesiasticis personis dispositionem & liberam facultatem in bonis & iurib. ecclesiasticis maximè dicuntur cōtra ecclesia-

sticam

sticam libertatem, vt probat text.in c.cum terra.de elec.& ibi
ponderat illum tex.ad hoc Ant. de But.& Io.de Imo.bene fa-
teor quòd etiam quando statutum fieret contra id quod esset
concessum in priuilegium clericis & ecclesiasticis diceretur
16 contra ecclesiasticam libertatem,† quanquam dicatur esse de
bilius illud quod competit de iure speciali, quàm id qđ com-
petit iure communi.l.eius militis.§.militia missus.ff.de testa.
mili.§.quia verò verisimile,in auth.de non alie.& istud est qđ
voluit Inno.in c.nouerint.de senten.excom.& ita declarat Ra
pha.Fulgo.in authen.cassa.C.de sac.san.eccl.Vel saltem ad tol
lendum omne dubium posito ꝙ statutum ligaret hoc casu ec-
clesiam, poterit incidenter ecclesia contra quam opponeretur
17 dicta tacita relocatio petere † restitutionem in integrum ex
eo quod parum ante tres menses & terminos dictæ locationis
omiserit sui facilitate facere dictis conductoribus protestatio
nem & denuntiationem ꝙ non intendebat persistere in dicta
locatione pro vlteriori tempore, qui si ex tali omissione tenere
tur persistere in dicta locatione secundum formam dicti statu
ti, pateretur damnum, & poterit de sua læsione & damno pro-
bare, præsertim per productionem instrumenti locationis fa-
* ctæ * dictis de Luparijs, & per alias probationes quas habeat
ecclesia, iuxta.c.1.de in integ.resti.& l.minor.25.annis omis-
sam.ff.de min. nec potuerunt replicare conductores & dicere
ꝙ si eis fuisset hoc denunciatum soluissent pretium in integrũ
& francassent: quia dico ꝙ hoc allegare non possunt, eo quia
ex forma statuti non solum per duos menses, sed per sex men-
ses antequam soluerent & facerent tenebantur denunciare di-
cto monasterio de solutione quam facere intendebant & sic si
per quatuor mẽses vel circa ante finem locationis monasteriũ
denunciasset conductoribus ꝙ non intendebant persistere in
locatione vltra dictam tempus decem annorum, remanebant
omnino exclusi conductores qui per sex menses ante finem di
ctorum decem annorum nõ intimarunt dictis locatoribus ꝙ
soluere vellent, vt dicti locatores non tenebantur facere instru
mentũ locationis nisi soluto integro pretio, vt in dicto instru-
mento continetur. pari ratione ecclesia incidenter petere pos-
set restitutionem in integrum, si aliquo modo dici posset ꝙ de
iure communi intelligeretur relocata dicta res ex aliqua pa-
tientia.& licet dicti conductores soluerint certam partem di-
cti pretij francationis, tamẽ per hoc non acquisiuerunt domi-
nium pro aliqua parte, vt probatur in l.si filius.§.qui fundũ.
& ibi ad hoc ponderat illum tex. Bar.ff.de contrahen.emp. Et
quibus patet dictum monasterium & successiuè dictos de Lu
parijs posse & debere obtinere in recuperatione & consecutio
ne dictarum rerum contra dictos primos conductores modo
& ordine supradictis. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Locatio Dec.consi.204.Bertran.consi.126.Locatio.lib.3.
b ¶Decem Alex.l.si de eo.§.j.ff.de acqui.pos.
c ¶Immediatè.habentis iurisdictionem quasi episcopalem.Car.Pan.c.statuimus.de transa.Philip. Fran.c.j.de reb.eccle.non alie.in 6.Bal.consi.dixi.lib.5.Pau.consi.436.lib.6.Gemin.consi.48. Fabi.de monte sancti Saui.de empt.& vendi.q.5.prin.glo.cle.j.verbo,proprij.& ibi Card.de reb.eccle. non alie.Fel.c.auditis,de præscrip.Socin.consilio 15.libro j.
* Quia in alienatione.] Quæ debeant adhiberi in alienatione rei ecclesiasticæ, tradit Iason consi.116.lib.4. Et duo requiruntur, solennitas,& iusta causa alienandi. Deci.consil.142.col.2.item consil.282.colum.fin.& consi.174.His & illud accedat, quòd sufficit vtilitas putatiua.glo.ad c.Ad nostram.de rebus eccle.non alie.Fel.ad c.quæ in ecclesiarum.colum.j.de consti.Et quantum spectat ad ea, quæ hic ab Alexandro tradita sunt, legere ne pigeat Ruinum consil.86.lib.j.& Gramma.decisi.79. Natta.
* De re magna.] Ecclesiæ minimè concessum esse locare ad longum tempus, tradit Dec.consi.142.& consi.282.col.j. Natta.
d ¶Non probant ad hoc quæ dixi in consue. Parisi.§.5.nu.86.hyppo.
* Mar. * In eandem decessit sententiam Soci. consil.52.dub.j.lib.4. vbi dicit communem esse Doctorum sententiam, quòd requiratur. causa,& solennitas. Idem in simili tenet Pet.Anch.consil.301. Fallit in antiquis; Dec.consi.36.col.pen. Natta.
e ¶Instrumentum.Ias.l.sciendum,de verb.obl.Tho.Ferra.cautela.60.
* Consule Spec.qui apponit formam in tit.Locati.§.sequitur versi.Et scias quòd de ipso.Et sufficit vnus tractatus, vt tradit Soci.consil.15.col.9.lib.j.& est tex.in c.j.de reb.eccl.non alie. Natta.
* Nec potest dici.] In requirentibus scripturam non præsumitur solennitas ex diuturnitate; ita respondit Caro.Rui.consi.69.col.antepenult.lib.j.& in alienatione rei ecclesiasticæ requiritur scriptura vt Alex.hic dicit col.seq. Natta.
f ¶Propositum.idem Fel.c.Alb.in fin. de test.c.illud.de præsump.c.sicut.de re iud.& Alex.vbique nisi infra lib.6.consi.219.nu.13.vbi malè loquitur.non autem aliud sentit supra lib.3.consi.45.in fi.quia ibi non agebatur contra ecclesiam.sed contra extraneam & de modico præiudicio adde quæ dixi infra lib 5.consi.5.& lib.6.consi.219.
* Vsque ad nouem annos.] Facit alia quæstio tradita per Doctores ad l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obli. donatio bonorũ omnium præsentium,& futurorum, quæ non valet, an subsistat saltẽ pro bonis præsentibus: dic vt ibi. Natta.
g ¶Dominij. idem infra lib.5 consil.76. licet Alcia.de præsump. re.2.præsum.18.contrarium velit & malè.adde Ias.consil.49.lib.3.Franc. Rip.trac.de peste.& licet Alex.infra eo.consi.28.sibi contrarius sit.
h ¶Legatus.Bal.consi.330.lib.4.Alex.Ias.l.nemo potest de lega.j.Cur.senior.consi.89.Mart.Lau.tract.de principi.§.92.Fely.c.j.de rescrip.Alb.Bru.consi.108.limitatur.supra lib.2.consi.116.nu.12.adde.infra lib.6.consi.34.num.4.infra lib.7.consi.90.Panor.consi.j.lib.2.Aymo.consi.103.nu.2.
* Factæ.] Facit ad rem text.in l.& si fine.§.quęsitum.ff. de minor.vbi minor restituitur aduersus licitationem, vbi alius conditionem obtulit meliorem. Natta.

CONSILIVM XVIII.

* Non minuitur * legitima per legata ad pias causas cum tantummodò æs alienum ante detractionem legitimæ deducatur.l.Pap.§.4.ff.de inoffi.test.l.scimus.§.repletionem.C.eo.tit.& ꝙ non possint deduci legata ad pios vsus ante detractionem legitimæ est expressum.15.q.vlt.c.quęcunq; vult.& gl.in l.si quis ad declinandam. in versic.simili modo. C.de epi.& cle.Nec etiam ante defalcationem legitimæ deducentur relicta ad compensationem seruitiorum receptorũ nisi apertè constaret tantundem exigi potuisse ab ijs qui dicta seruitia præstiterunt.hoc probatur euidenter in l.qui vxori.ff.de auro & arg.leg.& ibi dicit Bar.ꝙ si relinquatur pro malè ablatis vel ꝓ vsuris extortis poterit haberi ex tali relicto velut de mero legato falcidia & deduceretur nisi per testes aut instrumento probetur testatorem intantũ debuisse efficaciter vt debitum.idem dixit Fede.de Senis in consi.28.& Bar.in repetit.l.1.C.de sac.san.eccle.in 3.q.prin.c.fi.& est de mente Spec.& Io.And.in tit.de instru.edi.§.nunc verò aliqua, in ver.& scias.in fi.illius ver.& Bald.in auth.similiter. C.ad l.Fal.& l.si quis ad declinandam.in versi. iuxta hoc quæro ponamus &c. Pro hoc facit, quia vt dixit Bar.in l.cum quis decedens.§.codicillis.de leg.2. si testatore confitente se debere pro seruitijs receptis vel alia causa ꝓbaretur de debito: sequeretur quòd pater posset priuare filiũ legitima,& aperta esset via malitiæ secundum eum: quod non est dicendum.c.Raynutius.& c.Rayna.de testi.facit.l.Lucius.§.quisquis, de lega.2.cum concor.hoc etiam fuit dictum Spe.& Io.And.tit. de confes.§.nunc videndum.ver.sed nunquid præsens &c.vbi dixit quòd confessio * patris confitentis se esse debitorem alicuius non præiudicat filio quò ad minuendum legitimam, cum in ea dicatur quasi creditor.alleg.l. Pomponius.§.si quis impuberes.ff.de inoffi.test.& cum decisione ista transit etiam Anto. de But. in c.seruis.de re iudi.

ADDITIONES.

* Non minuitur.] Hoc idem consilium ponitur ad verbum in consi.45.dubio 4.supra lib.j. Natta.
a ¶Confessio.dixi.consu.Pari.§.8.glo.3.nu.19.adde supra lib.j. consi.45.in fi.

CONSILIVM XIX.

Lege supra lib.1.consil.13.quòd hic duplabatur. legitur etiam consi.96.eo.lib.1.Natta.

SVMMARIVM.

1 *Confessio debet esse acceptata.*
2 *Testis deponens præsentem, non probat intelligentem.*
3 *Testi vario non creditur.& nu.8.*
4 *Testis ignorans confinia non probat.*
5 *Testis dicta contra producentem interpretantur.*
6 *Periuro non creditur.*
7 *Vineæ appellatione non venit ager.*
9 *Testis vt probet famam quid requiritur.*

CON-

CONSILIVM XX.

In causa appellationis interpositæ pro parte Merici de Gregono. Viso puncto mihi trãsmisso & attestationibus testium mihi exhibitis a quibus pendet omnino fundamentum Fran. de Fontanino appellãtis, mihi videtur de iure concludendũ per dictos testes non esse legitimè probatã intentionem domi. Francisci super dicta prima petia terræ, vt sigillatim circa dictum vniuscuiusq; testis infra discutiam. Et in primis capio dictum Petrelli de Minetis qui videtur fortius deponere quàm aliquis alius. & dico ꝙ iste testis non probat: quia non deponit de venditione dictæ primæ petiæ terræ factæ per domi. Mericum dicto Franc. sed solum deponit de confessione. d. Merici quẽ dicit fuisse confessum prędicto Franc. ad interrogationẽ Iac. Bittini vt venderet. d. Fran.
1 dictam petiam terræ pro pretio ducato. 160.† & confessio ad hoc vt inducat plenam probationem requiritur quod sit facta
a non solum parte præsente, sed etiam ipsa parte recipiente a talem confessionem, vt inquit Cy. in l. vnic. in 6. q. C. de confes. & ibi plenè Sal. in 15. oppo. & Sal. in l. iubemus. C. de lib. causa. & in l. generaliter. in 6. q. C. de non nume. pec. vbi refert sæpius consuluisse & ita tenuisse. d. suum. Richardum de Sal. & probat per l. fi. ff. de interrog. act. & ita etiam no. Moderni in l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. & probatur ex significatione vocabuli: quia cõfessio est idem quod simul fassio: quia deriuatur a faris vel fare fatur. & dictio con, illi iuncta denotat simultatem Locutionis. l. 1. §. 1. ff. de pac. l. cõsensu. in prin. ff. de act. & obli. & possent adduci aliæ rationes de quibus per Sal. in dictis locis, & est de mente Bal. in l. 3. C. de pet. hære. in ver. 2. verò &c. per illum tex. vnde dicit Sal. per d. l. iubemus. ꝙ non sufficit ꝙ testes dicant confessionem fuisse factam parte præsente, nisi dicant & ea instante & petente seu confessionem acceptante. Pro hoc etiam facit† quòd testis deponẽs ꝙ
2 talis protulit talia verba præsente Titio, non dicitur probare ꝙ Titius intellexit, vt l. 1. §. fi. & ibi hoc no. Bar. ff. de auto. tut. & no. per gl. & doc. in c. pręsentium, in verbo, interrogatoria. de test. in 6. & Bal. in tracta. de test. & per Bal. & alios in l. fi. ff. sol. mat. & Bal. Sal. in l. testium. C. de testi. & Bal. Ang. & Mod. in l. hæredes palam. in prin. ff. de testa. per illum tex. & Bald. in l. 1. ad fi. C. de bono. poss. secundum tab. & in l. si non speciali. C. de testa. no. doc. in c. peruenit. el 2. de testi. cogen. ¶Nec istis obstat ꝙ dictus testis in prosecutione dicti sui super interrogatorijs partis deponat quòd dicta confessio fuit facta ad instantiam d. Francisci petentis: quia respondeo ꝙ si bene aduertatur dictus testis in hoc est varius quia in prin. attestatur ꝙ dicta confessio fuit facta ad interrogationem Iac. Buttini præsen
3 te Fran.† & testi varianti non creditur. l. qui falsa. ff. de testi. & 3. q. 3. ver. item qui falsa & secundum magis cõmunem conclusionem quando vnus testis est in dicto suo varius, concluditur quod aut sibijpsi manifestè contradicit, ita ꝙ non potest concordari vnum dictum cum alio, & tunc certum est ꝙ nullo modo fiat reductio ad concordiam. Aut manifestè sibi non contradicit & tunc posito ꝙ quãtum ad euitandum periuriũ, & falsum reducatur ad concordiam, vt multi dicunt, tñ quantum ad hoc vt probet, non fit ista reductio ad concordiam, ꝑ id quod habetur in d. ver. item qui falso vel variè. Et ita est de mente gl. in c. in nostra, de testi. quam ad hoc ibi põderat Ant. de But. extra de testi. Bar. in l. adeò. ad fi. per illum tex. ff. ad l. Cor. de fal. & Iac. But. in l. cum de ætate. ff. de proba. in ver. sequitur videre quando redit ad declarãdum. & ita etiam Ant. de But. in c. cum tu. de testi. hoc etiam tenet Io. de Imo. in l. inter stipulãtem. §. 1. ff. de ver. ob. vbi per omnia distinguit sicut supra proximè & dixi. Etiam Lud. Ro. in l. 2. §. creditum. ff. si cert. pet. ¶Pręterea in alio etiam dictus testis variare videtur: quia primo dicit ꝙ do. Mericus in dicta confessione fuit vsus his verbis vel si. Egli è vero che ho vendute le mie vigne sono alla montada. 160. ducati à Francisco de Fontanino che è qui presente. Postea dicit ꝙ fuit specificata ipsa petia terræ cũ confinibus vltimò descriptis in libello. insuper iste testis in suo dicto est vnicus & singularis & contrarius alijs testib. vt patebit ex j. dicendis circa depositiones aliorum testiũ. & sic non probat. l. iurisiurãdi. C. de testib. c. in omni negotio. de testib. ¶Secundus testis est Iaco. & iste etiam non probat: tum quia dicit ꝙ d. Mericus confessus est se vendidisse vineas existentes in petia terræ belda notata cum dicta petia terræ Fran. de Fontani-
4 no ibi pręsenti & intelligenti ꝑ pretio ducatorum 60. † & ꝙ non fuerunt specificati confines, & sic non probat: quia testis non dicit ꝙ dicta cõfessio fuerit facta ad petitionem & instantiam d. Francisci, aut ꝙ Franciscus eã acceptauerat, per ea quæ dixi circa præcedentem testem, tum quia etiam dicit ꝙ nõ fuerunt specificati confines: ergo non potest dici constare de quã petia terræ loquatur dictus Iaco. per id quod habetur in l. forma. & ibi no. ff. de censib. & per Bart. in d. l. demonstratio falsa. in prin. in 7. q. ff. de condi. & demon. cum similib. Testis autem pręcedens dicit quòd fuerunt specificati confines. Præterea iste testis alia ratione nullo modo est contestis præcedẽti testi, nec de eadem confessione loquitur. patet, quia primus testis dicit ꝙ dum Franciscus prędictus diceret ipsi primo testi: ego pro te misi causa terrarum quas emi a domino Merico, ꝙ volebat quòd ipse testis laboret illam petiam terræ & ꝙ tunc Iaco. Bittinus cępit dicere versus dictum Mericum: est ne verum quòd uendidisti terras tuas Francisco Fontanino, loquendo de dicta petia terræ. & Mericus respondit quòd sic. sed iste secundus testis rem aliter dicit fuisse quando ipse testis audiuit confessionem Merici: nam dicit quòd dum adinuicem loquerentur Franciscus & Mericus accessit vnus illuc qui interrogauit Mericum si volebat dare expeditionem venditioni de qua aliàs locutus fuerat, & Mericus respondit quòd non poterat: quia vendiderat iam vineas existentes prope petiam terræ de villa montada Francisco de Fontanino. & sic primus testis deponit de confessione Merici facta ad aliam ac diuersam interrogationem: ex quo dicitur apparere de diuersitate & pluralitate confessionum. c. cum Ioannes, de fi. instru. not. Bar. & alij in l. 2. C. de bono. pos. secundum tab. & l. 2. C. de errore aduo. cum si. ergo isti testes sunt omnino varij & singulares, & sic non probant testes. c. licet causam, de probat. c. bonæ, de elec. cum simili. Brexanus est tertius testis, & iste etiam non probat: quia deponit de alia confessione facta, videlicet ad aliam interrogationem quàm ad illam de qua deponit tam primus quàm secundus testis. nam dicit iste quòd Mericus petebat denarios a Franci. prædicto, & tunc ipse testis perijt amicabiliter quid volebat facere de denarijs quos ipse tunc petebat. & quòd Mericus respondit quod vendiderat eidem Francis. ibidem existenti vineas suas, id est, petiam terræ vineatæ. 12. bubulcarum in contrata Montadæ, de qua fit mentio in libello pro pretio duca. 160. & quod Franciscus subiũxit. quòd erat verum, quod emerat dictam petiam terræ a Merico pro dicto pretio, & quòd tunc exbursauit certos denarios Merico, & sic patet quòd iste loquitur de alia confessione scilicet facta ad aliam interrogationem, vt patet ex præmissis. & sic hucusque testis ipse remanet singularis, per consequens non probat per rationes allegatas circa superiores testes. & primus testis dicitur quòd tempore dictæ confessionis non vidit fieri aliquam exbursationem seu numerationem pecuniæ. ¶Præterea iste testis non dicit quòd fuerit specificata dicta petia terræ cum confinibus & demonstationibus vt requiritur. iuxta. d. l. forma. de censi. & licet iste testis dicat quòd Mericus dixit se vendidisse Francisco ibidem existẽti petiam terræ vineatę. 12. bubulcarum in contrata Montadę de qua fit mentio in libello, tamen dum ipse testis se refert ad libellum non potest dici quòd in ea parte referat verba prolata a Merico cõfitente: quia Mericus non potuit tempore confessionis se referre ad libellum istum qui nondum erat in rerum natura. Vnde quatenus testis se refert ad libellum loquitur de se, non de confessione Merici. & sic dato quòd testis ęstimasset Mericum loqui de ista petia terrę, de qua in libello, hoc non sufficit: quia non dicit se audiuisse hoc a Merico. l. testium. C. de testi. in authent. de hęredi. & fal. §. si verò absunt. & licet testis dicat quod fuit pręsens & vidit & audiuit ea quę supra dixit: tamen non potest intelligi quòd audiuerit exprimi confines: quia eos testis ipse supra non nominauit. nec potest intelligi quòd audiuerit Mericum quò ad quantitatem petię terrę se retulisse ad libellum, prout ipse testis se retulit: quia vt dixi, tempore con-
5 fessionis† nõ erat factus iste libellus. Denique verba testis ambigua debent interpretari contra producentem. c. in præsentia. de probationibus. no. doct. in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. obli. & in d. l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. ergo quando testis se refert ad libellum circa qualitatem petiæ ter-

ræ debet intelligi ꝙ ipse testis intelligit loqui de petia terræ de qua in libello: non tamen quod audiuerit Mericum exprimentem qualitates de quibus in libello. Item illud relatiuum qua, positum ibi: de quo in libello, potest referri ad proximum antecedens tantum. s. Montada, & sic ad locum contratæ, & non ad ipsam petiam terræ: per d. c. in præsentia. iuncta. l. a filio. §. Titia. ff. de ali. & ciba. leg. Azo. de Damesijs est quartus testis, & ipse non probat aliquo modo: quia est omnino solus & singularis ab alijs: quia deponit de cõfessione Merici facta in alio loco quàm in eo de quo deponunt cæteri testes: & deponit de confessione facta absente parte: quæ etiã si probaret per duos testes non facerent plenam probationem. d. l. fi. ff. de interrog. actio. & in d. §. si quis absente. & no. in cap. fi. de confes. & per Bar. & alios in l. admonendi. ff. de iureiur. & traditur in c. fin. de successio. ab intesta. cum si. & dicit ꝙ nullus alius erat præsens quàm ipse testis quando Mericus dictam confessionem fecit. Præterea præsupponitur ꝙ ipse testis interrogatus super interrogatorijs Merici si litigabat cum dicto Merico: respondit ꝙ non: ꝙ tamen in processu est probatũ ꝙ sic, in causa quadam vsuraria in qua Merici & filij testificati sunt contra eum,
6 † & sic tali testi tanquam periuro non debet credi. c. testimonium. de testi no. gl. in d. c. in nostra. & Inno. in c. fraternitatis. de hæreti. & Bal. & alij in l. si ex falsis. C. de trans. & Bal. in rub. de cõtrouer. inuesti. & in l. fi. in 4. oppo. C. de edi. diui. & Spe. in ti. de instru. edi. §. instrumẽtum ver. quid si aliquid. & in tit. de testib. §. 1. ver. item si aliquid de suo. & Ang. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de ver. ob. & Arch. 9. dist. si ad sacras. & Old. in consi. 36. incip. Ad primam. Quintus testis etiam non probat, q͂a non dicit ꝙ Mericus in sua cõfessione expresserit cõfines & demõstrationes petiæ terræ, vt requirebatur, & dixi supra nec obst. ꝙ ipse testis dixit ꝙ Mericus loquendo cum d. Francisco confitebatur qualiter sibi vendiderat petiam terræ aratoriæ & vineatæ, de qua in primo capitulo quæ vocatur la chiusura: quia illa verba de qua in primo capitulo non fuerunt nec esse potuerunt verba ipsius Merici confitentis. nec talia verba sufficiũt, per ea quæ dixi supra circa dictum testimonium Brexani: quæ omnia possunt hic repeti. Et ꝙ ita sit, patet clarè ex ijs quæ ipse testis super interrogatorijs deponit: vbi dicit ꝙ Mericus fuit vsus his verbis. s. Ego vendidi chiusuram meam huic Francisco Fontanino pro ducatis. 160. Et etiam vltimus testis dicit quod non fuerunt expressi confines. Præterea dictũ istius testis non concordat cum attestatione primi nec secundi nec quarti testis, quia illi magis loquuntur de confessione facta ad illam interrogationem quàm ad illam de qua loquitur iste testis: & ex eius inspectione clarè patet. Solum est videndum an concordet testis cũ attestatione tertij testis. s. Brexani. & si bene inspiciatur, non sunt bene concordes: quia Brexanus deponit ꝙ Mericus petebat denarios à Francisco, & dicit ꝙ tunc ipse Brexanus petijt ab ipso Merico quid vellet facere de dictis denarijs, & ꝙ Mericus respondit eidem ꝙ vendiderat do. Francis. ibi existenti vineas suas. i. petiam terræ vineatæ. 12. bubulcarum in contrata Montadæ de qua in libello. & ꝙ tunc Franciscus subiunxit ꝙ erat verum ꝙ emerat dictam petiã terræ ab ipso Merico. Sed quintus nõ dicit sic sed quod Mericus cõfitebatur ibi loquendo cum do. Francis. qualiter sibi vendiderat petiam terræ aratoriæ & vineatæ. de quo in 1. c. quæ vocatur la chiusura pro ducatis. 160. & sic Brexanus deponit ꝙ Mericus dixit de vineis. & quintus dicit ꝙ fuit dictum de petia terræ aratoriæ & vineatæ: & sic diuersus est modus confitendi quem vnus ex istis testib. refert ab alio quem refert alius testis: licet Brexanus dum refert id quod audiuit a Merico, dixit ꝙ vendiderat Francisco vineas suas. i. petiam terrę aratorię & vineatæ de qua in libello. Pro certo ista videtur multum extranea expositio quam facit iste testis circa istam dictionem vineas, & malè verisimilis: quia vineæ in plurali requirunt plura corpora. l. vbi numerus. ff. de testi. l. si. ff. ad Trebe. & iste testis exponit ꝙ accipiatur pro vno corpore. i. terræ aratoriæ & vineatæ. & inquit Ang. in l. si nulla. C. de acq. pos. per illũ text.
7 † appellatione vineæ ꝙ non venit ager: quia secundum eũ appellatione illius simplicis non venit istud mixtum. bene facit quod no. gl. & Ang. in l. si quis in fundi voca. in secundo corpore. ff. de leg. 1. Et profectò plura inuenio dicta ab istis testib. tam ratione varietatis ac contrarietatis, quàm ratione nullius verisimilitudinis quæ vnumquenq; iustum iudicantẽ dicunt mouere ad non adhibendum eis plenam fidem, iuxta. l. 3. §. 1. ff. de test. & quæ not. doc. in l. Lucius. ff. de ijs qui no. infa. vbi per Bar. & no. Bal. in l. cũ magistratus. C. quando prouo. & in l. 1. §. si curatores. ff. de magi. conue. Nõ probat etiam iste Bartholomeus: quia non dicit ꝙ d. Fran. adiuerit & intellexerit dictam confessionem: quia aliter pręsentia sola nõ sufficit, vt dixi. s. circa primum testem. ¶Sextus & vltimus testis non probat, quia dicit ꝙ nulla facta fuit in confessione Merici expressio confinium. & sic non est clara & certa confessio vt esse debet. l. certum. in prin. ff. de confes. iuncta. d. l. formam. cum si. ¶Preterea iste testis postea iterum examinatus dixit suam primam depositionem cõtinere falsum, & ꝙ ita prima vice deposuerit corruptus a do. Francisco precibus & promissionibus.
8 † Vnde tantũ operatur talis varietas in teste vt nullo modo possit procedi vigore talis attestationis ad sentẽtiam ferendam ꝓ ea parte pro qua iste primo testificatus est. Ita no. Inn. in c. prę terea, de testi. cog. & Ant. de But. in c. cum in tua, de testi. & videtur quantum ad propositum sequi. d. Abb. in d. c. cum tua. arg. c. per tuas. de proba. dum tractant de veritate eorum quæ no. per Bar. in l. eos. ff. de fal. ¶Non ob. etiã si diceretur ꝙ præfati testes deponunt de publica voce & fama, quę regulariter facit semiplenam probationem, iuxta no. in l. 3. § equidem. ff. de testi. quia respõdeo ꝙ attento ꝙ nullus ex dictis testib. probat semiplenè, & probaui. s. nec etiam inter suos sunt duo testes qui integrè deponant cum expressione & demonstratione confinium, & cum alijs requisitis, vt. s. probaui. nõ est tractandum de supplendo semiplenam probationem per famã. ¶†Præ
9 terea dicti testes non probant legitimè famam:[b] nam secũdus testis dicit ꝙ ista est publica vox & fama inter maiorem partẽ hominum dictam petiam terræ fuisse venditam Francisco per Mericum: tamen interrogatus in causa scientiæ oĩum quæ testificatus est dicit scire quod ipse testis pręsens fuit, vidit, & laborauit, vt supra dixit. certè testis non dicit ꝙ audiuit a maiori parte, vt requiritur ꝙ testis ad probationem famę attestetur, vt no. in d. l. 3. §. eiusdem. per gl. & Bar. in d. l. de minore. §. plurium. de qõ. cum suis concor. & ideo testis debet de necessitate concludere. d. c. in pręsentia. & plenè declarat Bal. maximè in l. conuenticulam. C. de epis. & cle. & in l. 3. & in l. testium. C. de testi. Secundus testis etiam non probat famam, quia quò ad illud ꝙ ipse testis audiuit circa hoc solũ audiuit dici ꝙ est publica vox & fama in territorio vbi situata est dicta petia terræ, & in bonis ibi circunstantibus ꝙ pręnominatus Mericus illam vendidit d. Fran. & ita publicè dicitur inter maiorẽ partem hominum ibi habitantiũ: & interrogatus in causa scientiæ r͂ndit ꝙ pręsens fuit, vidit, & audiuit, & intellexit ea quæ s. dixit. Non aũt dicit se audiuisse a maiori parte. & sic nõ probat sicut dixi circa primum testem. & pro hoc facit, quia si testis dicit se audiuisse publicè dici: nõ per hoc probatur publica vox & fama: quia potuit vnum solum audiuisse talia dicentem publicè, seu a maiori parte hoĩum loci: & sic verificarentur dicta verba: & tñ maior pars hominũ in hoc non dixisset: ideo oportet ꝙ testis ita dicat ꝙ audiuit a maiori parte. ita no. Bar. in d. l. 3. §. eiusdẽ. & in d. l. de minore. §. plurium. ff. de q̃st. & Bal. in addi. Spe. in tit. de sent. & Ang. in l. 3. ff. ad Macedo. & Io. de Imo. in l. hęredes. palã. in princ. ff. de test. vbi dicit quod ita cõiter tenetur. ¶Præterea iste testis nõ deponit quod sit publica vox, & fama, ꝙ Frãciscus emerit a Merico pro tali & tanto pretio, & propterea per talem famam venditionis absq; certo & limitato pretio non inducitur probatio tituli emptionis. vt no. Iac. de Are. & Ray. in l. 1. C. de contrah. & commit. stip. per id q͂d habetur insti. de emp. & vend. §. pretium. facit quod no. Bar. in d. l. sciendum. ff. de ver. ob. in ver. contra hoc oppo. insti. de emp. & ven. & per Cy. in d. l. pe. Et posito ꝙ quantum ad tertium, non haberet emptor probare pretiũ: tamen quantum est contra ipsum à quo emptor dicit se emisse requiritur probatio pretij. vt per Bar. in l. 1. C. de rebus alien. non alie. & Ro. in d. l. sciendum. Et per easdem rationes non dicitur de fama probare Brexanus tertius testis. ¶Quartus testis etiã nihil penitus probat de fama, non probatur etiam fama per quintũ testem: quia quantum ad hoc deficit: maximè in eo quod dixi circa probationem famæ deficere primũ testem, & eadem ratione non probat sextus testis qui etiam non probat propter reuocationem dicti sui postea factam. vt dixi supra. ¶Ex quibus mihi videtur ꝙ pro parte dicti Francisci non fuerit legitimè probatum

probatum in causa principali de venditione præmissa. plus est in facto mihi præsupponitur, scilicet ꝙ partes compromiserunt se in arbitrum & arbitratorem: in quo compromisso partes ipsæ renunciauerunt appellationi & reductioni ad arbitriū boni viri: & demum arbiter ex nonnullis causis fuit tanquam suspectus recusatus. & super causa recusationis pronūciatum est arbitratorem esse bene recusatum. & talis iudex recusationis ex forma statuti remansit iudex causę principalis in locum ipsius arbitri recusati. & tandem lata est demum sententia per ius recusationis super causa principali in fauorem Merici, & ab ipsa appellatum fuit pro parte Frācisci nulla expressa causa in appellatione, & stat statutum quòd si renuncietur appellationi vel reductioni ad arbitrium boni viri ante sententiam, possit nihilominus appellari, sed in appellatione inseri debeat causa grauaminis, alias appellatio seu reclamatio sit nulla ipso iure. & in dicta appellatione præsupponitur quòd non fuerit expressa causa grauaminis: ergo videtur quod non valuerit appellatio: quia licet renunciatio appellationi & reductioni con
10 cerneret sententiam ferendam ab arbitro vel arbitratore, † tamen idem videtur dicendum in sententia lata a iudice surrogato in locum arbitri: per id quod not. Barto. in l. 2. §. equidē. ff. ad Tertyl. vbi per illum text. dicit quòd licèt statutum loquatur in potestate, tamen habet locum in capitaneo, sed capitaneus circa idem eandem habuit iurisdictionem. Ad idem quod not. Ioan. in addit. Specu. in titu. de appel. §. in quibus. &
11 versi. quid si conuenit. cum dixit † quòd sicut à sententia ar-
c bitratoris non appellatur, [c] ita nec à sententia iudicis surrogati in locum eius. argu. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & licet nonnulli in quæstione principali formata per Io. And. aliter dicant præsupponendo quòd iste iudex esset omnino surrogatus loco arbitratoris: tunc a doctoribus non improbatur illud quod dicit Ioan. And. Vnde in proposito si statutum per omnia surrogat illum iudicem loco arbitri videtur ꝙ tunc dicta decisio Io. And. vrgeat. Attamen quia dicta supra circa probationes videntur mihi sufficere, & non habeo copiam statuti loquentis de isto iudice recusationis: ideo super eo vlterius nō insisto. & dictæ rationes, quas supra adduxi, etiam inferunt ꝙ pro parte Francisci non possit ista secunda appellatio interponi à sententia lata per illum iudicem qui pronunciauit. partim in fauorem Merici super sententia lata per iudicem recusationis surrogatum in locum arbitri stante statuto ꝙ nisi semel possit peti reductio ad arbitrium boni viri, & iudex recusationis per omnia pronunciauit in fauorem Merici. Ex quibus videtur Mericum obtinere debere, & victum victori in expensis condemnari. l. properandum. §. sinautem alterutra, cum ibi no. per Bar. & alios. C. de iudi. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Recipiente. supra lib. 3. consi. 111. nu. 7. * Adde eundem Alexan.
* consi. 112. infra eodem lib. incipit. Viso superiori themate. columna 4. & sequen. & consi. 82. incipit. In causa, & lite vertente. infra eod. lib. Et quod hic dicitur, approbat Francisc. Aretin. consi. 78. incipit. Super articulo consultationis. Et hanc esse communem Doctorum sententiam attestatur Ias. qui hanc sententiam obuijs vlnis excipit, ad l. error. colum. 2. C. de iur. & facti ignoran. Vide per Dec. optimè ad l. postquàm lite. colum. 2. C. de pact. & ad cap. at si clerici. colum. 11. de iudic. Verum contra hanc Alexandri sententiam respondit Soci. consilio 228. In causa Gabrielis. colum. 3. libro 2. Alcia. in tractatu præsumptionum. in 3. regu. præsump. 21. Natta.
b ¶ Fama. supra lib. 2. consi. 94.
c ¶ Appellatur. dic supra lib. 3. consi. 116.

CONSILIVM XXI.

Repetitio in causa Merici de Gorgnono, in cuius fauorem consului: sentio in dubium reuocari ꝙ stāte quod esset verum testes in Mericum productos fore singulares, vt in consilio deduxi: tamen insurgit adhuc alia dubitatio, videlicet quod tot sunt contra Mericum præ-
1 sumptiones, quot sunt testes numero. † ex quibus præsumptionibus fit integra & perfecta probatio in causis ciuilibus, per not. per glossam & Doctores in l. 2. in prin. ff. de excu. tut.
a & quæ non prosunt singula, multa iuuant, [a] vt in c. cū causam. de proba. cum concord. vbi alleg. glo. not. in l. 3. post princi. in verbo numerus. ff. de testi. & quamuis ista prima consideratione videantur probabiliter dicta: tamen eis non obstantibus dico partes iudicis esse in pronuntiando, quemadmodum in priori consilio conclusi. & ad allegata in contrarium respon-
2 deo, † ꝙ quando testes redduntur singulares, vt sunt testes prędicti; tunc non plus operantur mille testes quam vnus, ita inquit Bal. in l. iurisiurandi. C. de testi. alleg. not. per Specu. in titu. de inquisitione. §. nunc videndum, versi. ita verò, sed puto quod voluerit eum allegare in versi. sinautem semiplenè. dum dicit quod probatio est semiplena, qn̄ testes sunt soli aut singulares. ita etiam voluit Bal. in l. spadonem. §. qui iura multa. ff. de exc. tut. vbi tangit de intellectu gl. in d. l. 2. de excu. tuto.
3 † Et dicit quod quædam sunt quæ requirunt certam speciem. & tunc diuersæ species imperfectæ nihil operantur: vt d. l. spadonem. §. qui iura multa. quia ex pluribus concurrentibus nō augetur effectus, cum non veniat ad integrationem vnius speciei, sicuti secundum eum dicimus in pluribus testibus singularibus: quia eis non resultat vna probatio, allegat not. in l. ob carmen. §. fi. de testi. Quædam sunt, quę non requirunt certam speciem: & tunc quæ non prosunt singula, multa iuuant. Ita loquitur secundum eum gl. in d. l. 2. & in materia probationum iudex non debet applicare animum suum solum ad vnam speciem probationis. c. in pręsentia. de renun. l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & ideo vnus testis de veritate iunctus cum vna alia probatione semiplenè alterius formæ & speciei, facit coniecturam sufficientem ad probationem. vnde videmus ꝙ sacramentum delatum in supplementum probationis quod subrogatur loco vnius testis. cū vno teste plenè ꝓbat per Bar. iux. l. admonēdi. ff. de iureiu. & in l. bonæ fidei. C. de rebus credi. ca. fina. de iureiuran. & tamen sunt duo actus disiuncti diuersi generis & formæ: quantū ad iudicis motum vnus actus infertur in cōfirmationem alterius actus. & idē dicimus in pluribus indicijs. alleg. not. in d. l. admonendi. & in l. q̄ro. §. fi. ff. de ædi. edict. hęc sunt verba Bald. in d. §. qui iura multa. quæ ipse reputat bona subtilia, & menti tenenda. Et idem dicit Pet. de Ancha. consi. 265. Visa diligenter narratione & c. hoc etiam satis patet ex iuribus dicentibus quòd testes singulares non probant. ca. cum dilecti. & in cap. bonæ. el 1. de elec. & ca. licet causam. de probatio. ¶ Illud etiam colligitur ex not. per Bald. in rubri. de
4 controuer. inuestit. dum dicit: † quòd si sit vnus testis qui deponit de veritate actus, alius deponit de confessione, non sufficiunt ad plenam probationem, sed quia vna probatio nō repugnat alteri, remanebit semiplenè probatum. Adde quod poterit deferri iuramentum in defectum & supplementum probationis: vt etiam no. in auth. rogati, de testa. & in l. 1. in 8. q. C.
5 de testam. & in l. si ex causa. in 12. q. C. de non nume. pecu. † secus quando testes essent singulares circa actum non reiterabilem: quia tunc vnus dicitur repugnare alteri, & nullus probat aliquid. per not. in l. testium. C. de testi. & declarat Bald. in dicta rubri. & in d. l. iurisiurandi. & in d. l. de quibus. ff. de leg. ista confirmantur per ea quæ not. Ioan. Cald. & Anto. de But. & Io. de Imo. in c. veniens. el 1. de testi. vbi tractant de intellectu gl. in dicta l. 2. de excu. tut. & finaliter quò ad propositum
6 concludunt, † ꝙ quādo sunt duæ semiplenæ probationes, quæ sunt commissibiles, vt vnus testis de veritate, & duo de fama, & tunc coniunguntur & faciunt probationem vnam. & per Barto. in d. l. admonendi, secus quando non sunt commissibiles, vt sunt probationes resultantes ex testibus singularibus d. c. licèt causam. cum simili. & ita etiam in effectu no. d. Abba. in c. cum causam. de probatio. & Ant. de But. in c. licèt ex quadam, de testib. & est de mente Nico. de Neapo. in d. l. 2. de exc. tuto. vbi dicit † ꝙ illud quod voluit ibi glo. in pluribus præ-
7 sumptionibus, non habet locum in pluribus testibus singularibus. allega. not. per glo. in l. 2. C. qui nu. tutel. & idem dico quo ad glo. in d. l. 3. de testi. quæ non loquitur in casu isto. vnde in proposito stante singularitate testium, prout in alio consilio deduxi, sequitur ꝙ non iuuant dicti testes, etiam si longè plures essent. Prætereà dicti testes etiam in alio peccant quàm in singularite. Nam quidam peccant in eo quod non dicunt rem fuisse declaratam per expressionem confinium & demonstrationum, vt probat tertius, quintus, & sextus testis. Quidam non probant ratione varietatis circa proprium testimonium, vt primus testis, vt opportunè puto in alio consilio
8 deduxisse, ideo hic non repeto. ¶ † Vltra prædicta sentio etiam fieri dubium quò ad condemnationem restitutionis fructuum, quasi videatur Franciscum debere lucrari fructus, tanquam fuerit ductus iusto errore, credendo sibi ven-

ditas fuisse dictas petias terræ, & de facto aduersarij sui fuerit ingressus possessionem dictæ terræ, & facto aduersarij dicitur causari iustus error, allegantur not. per Barto. in l. Celsus. ff. de vsucapi. & error etiam iuris videtur sufficere quò ad lucrum fructuum, vt l. sed si lege. §. siue. & ibi not. Barto. ff. de pe. here. cum simili. Sed ad hæc respondeo, quod attento, quòd non est facta probatio nisi per testes singulares, & imperfectè deponentes de venditione: eadem ratione qua non probant venditionem, eadem ratione non probant iustam causam erroris, propter quam posset dici constare quòd Franciscus errore ductus putare debuit rem istam esse sibi venditã. & regula iu-
9 ris est, quæ dicit: quia illud † quod tuũ non est, scire debes ad alium pertinere. l. fina. C. communia vtriusque iudic. & ideo non præsumitur bona fides, nisi probetur, vt plenè not. in ca. si diligenti, de præscrip. & in c. 1. eod. titu. lib. 6. & per Barto. in dicta l. Celsus. & per alios in l. super longi. C. de longi tempo præscriptio. cum simili. & non sequitur, & aliquis habet à me causam in possessione seu fundo meo, ergo lucrari debet fructus, patet in creditore tenente fundum loco pignoris seu hypothecæ. l. 1. & 2. C. de pig. act. c. 1. de vsu. cum igitur non sit probata bona fides Francisci putantis esse suum fundum, non lucratur fructus. l. certum. C. de rei vend. & plenè not. in l. & ex diuerso. in princip. ff. eod. titu. Præterea & fortius posito quòd probata esset bona fides Francisci per quam possessor
10 facit fructus suos; † tamen non facit irreuocabiliter suos, imò
b tenetur [b] quatenus locupletior * effectus est. l. sed si lege. §. con
* suluit. & l. item veniunt. §. eos. ff. de peti. hære. & l. si me. & Titium. ff. si cert. peta. & plura etiam in fructibus industrialibus concludit hoc Barto. in d. l. ex diuerso, in princip. & idem ibi Ange. in l. si quis apes. §. 1. ff. de fur. & ita consuluit Ange. consil. 133. super 1. puncto. consi. 160. incip. domina Catharina. in fi. vbi pro hoc allega. not. per Innocen. in capi. in literis, de restit. spol. in hoc videtur vltimò residere Cyn. in d. l. certum. Pau. de Cast. in l. insulam. §. 1. ff. solu. matri. & licèt in hoc vltimo nonnulli teneant contrarium, quantum est respectu fructuum industrialium consumptorum a bonæ fidei possessore: tamen non puto circa istud insistere oportere, ex quo non est le
11 gitimè probatum de bona fide. § † Quantum verò ad fructus
* naturales & consumptos. & quantum ad fructus industriales * extantes, nõ est dubium ꝙ etiam bonæ fidei possessor tenetur, vt d. l. certum. & not. in §. si quis à non domino. insti. de rerum diui. & in d. l. & ex diuerso. & in c. grauis. de resti. spo. per quæ apparet esse responsum ad dictũ §. scire. Præterea, vt ibi dicunt gl. & doct. etiam in casu illius. §. ille qui fuit in errore, nõ facit fructus suos irreuocabiliter: imò tenetur restituere. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Iuuant. ff. eo. consi. 11.
b ¶ Tenetur. contra tenet idem Ang. & Alex. in l. Nesennius. §. 1. in fi. de re iud. & bene, vt probatur in consu. Pari. §. 22. q. 10. num. 46. nec
* Alex. hic aliter sentit, vt infra, ibi, tamen non puto. * In dubio præsumitur. gl. in l. vtrum. ff. de pet. hæred. Natta.
* Industriales extantes.] Dicit Bart. ad l. si q. §. fructus. ff. de vsuca. quòd si triennio possedit, præscripsit. & vide quæ ibi addidi. Natta.

EPITOME.

STANTE statuto ꝙ licèt cuique facere nouum molendinum, dummodò distet centum perticis à remotis alterius molendini in eadem aqua existentis, Seius habebat antiquum molẽdinum in flumine vel iuxta illud: Titius autem venit in eodem flumine construere nouum molendinum: impeditur a Seio eò quod istud nouum non distat à veteri centum particis nedum per aerem vel terram sed etiam per itinera cõsueta, licet distet centum perticis mensurando per decursum aquę tortuosum. Respon. Alexan. ꝙ Titius potest constituere: quia mensuratio debet hic fieri per decursum aquæ, & etiam quia aqua sufficit vtrique molendinum. h. d.

CONSILIVM XXII.

Consideratis verbis statuti sub rubrica de molendinis de nouo non construendis. & attenta facti contingentia prout in themate narratur, videtur istius casus decisio pendere ab his quę tradũtur per Bar. Ang. & Moder. in l. 1. ff. si quis cau. per Bar. in l. 3. ff. de ver. sig. & per Spe. in titu. de citatione. §. 1. versi. sed quid si reis. & per
1 Bal. in l. non solùm. circa prin. ff. de execu. tut. † in quibus locis dubitatur, qñ tractatur de certa distantia loci, quomodo fieri debeat mensuratio, an per aerem, an per terram, an per viam, qua itineratur, quæ fortasse ruinosa vel reuoluta est, vt not. per tex. Bar. in d. l. 1. concludit primò quando fit mensuratio loci per terminum eundi vel redeundi: vt quia aliquis est citatus vt compareat de vna ciuitate ad aliam a iudice, & dãtur viginti miliaria pro quolibet die, vt in d. l. 1. & in l. itinere. ff. de ver. sig. & tunc non debet fieri mensuratio per aerem, sed per illam viam, quæ magis frequentatur, per no. per l. eos in fi. ff. de fals. quia causa propter quam cõsideratur distantia, respicit de vno termino ad alium explicitè & implicitè, per cursum illum terminum mensurat non per aerem. sed si mensuratio veniret facienda ob aliam causam non habentem rationem prędictam: vt quia statutum habeat respectum solius distantię, vt si dicat, ꝙ illi intelligãtur vicini, qui sunt propinqui per vnum miliare vel dicit ꝙ non potest eligi potestas per quadraginta miliaria: tunc non fit mensuratio prædicto modo per aerem sed per rectitudinem loci. & si non potest fieri per terram fiat mensuratio per aerem. Ita dicit Bart. fore determinatum per quãdam extrauagantem Clementis in qua Papa statuit quod monasteria mendicantia non possunt esse propinqua intra tantum spacium, vt ibi, prouidetur ꝙ si mensuratio per terram fieri non poterit, fiat per aerem, & ita etiam in effectu concludere videtur Bar. in d. l. in itinere. Bal. & Ang. in d. l. 1. facit ad prædicta d. l. non solùm, 1. respon. ff. de execu. tut. modò ad propositum nostrum, statutum permittit fieri nouum molendinum, dummodò fiat per cẽtum perticas à remotis alterius molẽdini exi-
2 stentis in eadem aqua. & moti sunt statuẽtes ea ratione: † quia vt docet experientia, quæ est efficax rerum magistra. ca. quam sit, de electio. in 6. probabiliter creditur ꝙ non dimissa dicta distantia centum perticarum nõ possit commodè molendinũ superius molere: quia aqua non habet facilem & habilem decursum, vt haberet, & ideo vt talis vis impeditiua tollatur, ita statutum est; nec credo ꝙ alia ratio potuerit mouere statuentes:
a ideo illa quamuis tacita habeatur pro expressa, [a] vt est glo. notab. & ibi Doc. maximè Bal. in l. quamuis. C. de fideicõ. facit. l. 2. de lib. & posth. & l. fundus qui locatus. ff. de fun. instru. & instru. lega. l. milites argu. ff. de re milita. & l. his solis & quod ibi Bal. C. de reuoc. dona. & no. expresse Bal. in l. maximum vi-
3 tium. C. de liberis præteri. & in d. l. quãuis. † ergo cum causa pp quam consideratur distantia, respicit illud quod explicatur per cursum super loco vbi currit aqua: & non per cursum aereum, sequitur quod ex decisionibus prædictis cõcluditur, quod debeat attendi distantia centum perticarum mensurandarum per illam aquam. & hanc fuisse mentem & considerationem statuentium satis euidenter deprehẽditur per illa verba, videlicet, si quid vel si qua essent in eadem aqua. nam si statuentes considerassent, & voluissent illam distantiam interue-
b nire ob aliam commoditatẽ, & vtilitatem dñi [b] habẽtis prius molendinum, ne alio modo impediretur per nouum molendinum nimis prope construendum quàm ratione impedimẽti aquæ, non curassent statuentes an esset in eadem aqua, vel in alia: quia semper militasset ratio prohibitionis. ¶ Ad prędictorum confirmationem accedit illud quod not. per Arch. in c. statutum. §. cum verò, in versicu. a fine. de rescript. in 6. vbi quærit iuxta illum text. volentem non debere per rescriptum trahi reum vltra dietam a fine suæ dięcesis numerãdam. pone, ꝙ reus recta via distat a domo dñi iudicis ad quam citatur per duas vel tres dietas, circumeundo montana, vel à palude distabat per vnam tantum: vtrum reus tenetur respondere coram illo iudice. Et respondet ꝙ debet considerari via per quã homines frequentius iter faciunt. argum. dictæ distinctionis datæ supra. & tex. ff. ad leg. Aquil. l. si putator. & l. semper in sti-
4 pulationibus, de reg. iur. † & hoc frequentius est ꝙ terra directò mensuretur per frequentata loca. eo ꝙ terminus dięcesis siue fines per terram directò vsitatam melius distinguũtur. ita no. Host. & Io. An. in c. olim, de excep. & Specu. in titu. de citatione. §. 1. ver. sed quid si reus. & Ant. de But. & Io. de Imo. in c. nonnulli. de rescript. bene faciunt no. per Barto. & alios in l. continuus. §. cum ita. ff. de ver. ob. & sic volunt, ꝙ fieri debeat mensuratio non per aerem, sed per illam viam, quæ magis de seruit

seruit alicui: explicando etiam causam propter quam emana-
5 uerit illa dispositio vel statutum. † Aliud ergo quando ob aliū
respectum consideratur distantia, vt quando statutum dicit ꝙ
illi dicantur vicini qui sunt propinqui per vnum miliare, nam
potuit statutum considerare vicinitatem illam in exaudiendo
prout alibi accipiuntur vicini, s. qui adinuicem exaudiunt. l.
1. §. eo. & §. potuisse. ff. ad Syll. & arg. notatorum per Bart. in l.
si tertius. in prin. ff. de aqua plu. arc. & per Bald. in l. si vicinis.
C. de nup. & per Pet. de Ancha. in commento. c. canonum sta-
tuta, de constit. in ver. vlterius, quia in statutis fit mentio de vi
cinis &c. vel alio modo iudicis arbitrio, vt per glo. no. in c. fe-
licis. §. præsenti. in versi. vicinorum. de pœnis, in 6. ꝙ quis a lo-
co considerata distantia vnius miliaris per aerem posset exau-
diri: debet dici ille locus vicinus istius, considerata distantia
per aerem sui itineris, quæ fieret pariter super terram & viam
solum distaret per duo vel tria miliaria. vnde hoc casu quò ad
effectum exaudiendi debet rationabiliter considerare distan-
tiam per aerem. idem vbi alias habeatur respectus solius distā
6 tiæ: & ita procedit dicta extrauagans. ¶ † Quinimò plus dicit
Pau. de Cast. l. 1. ff. si quis cau. quòd etiam quando statutum
disponit, quòd quis non potest eligi hic potestas de terra quæ
non distat ab alia ciuitate per octuaginta miliaria non fiet mē
c sura per aerem, sed per itinera consueta: c quia statuentes non
habuerunt respectum ad mensuram, quæ fit per aerem, sed
ad vulgarē & communem vsum loquendi. l. cum. de lanionis.
§. asinam. ff. de fundo instru. l. liberorum. §. quòd tamen Cas-
sius. ff. de lega. 3. cum ibi notatis. & ita dicit habuisse de facto
in Florentia. & respondet ad dictam extrauagantem, quòd illa
debet seruari in terminis suis. bene facit quod no. in gl. in d. c.
statutum. §. cum autem. in versi. dictum. & quod not. in d. cap.
nonnulli. cum simili. bene puto esse verum, quòd si probare-
tur communem vsum loquendi & intelligendi se ita habuisse,
quòd vbi fit mentio de distantia centum perticarum, vel simi
li, non intelligatur de mensura per aerem, sed per terram, &
loca per quæ potest haberi accessus, quòd de tali mensura de-
beat intelligi statutum, etiam quando loquitur de electione
7 potestatis. & sic considerat solam distantiam: † & quia in sta-
tutis fit interpretatio secundum communem vsum loquen-
di, vt dixi. & etiam per Barto. in l. libellorum. §. sed si alius.
in fi. ff. de accu. & in rubri. ff. de ope. no. nun. & l. 1. ff. de suis
& le. & in d. l. liberorum. §. quod tamen. in l. Labeo. §. 1. & in l.
1. C. de iura. cal. & in l. omnes populi. ff. de iu. & iur. in 6. q.
princip. circa interpretationem declaratiuam. & ibi etiam
Bald. in l. 1. C. de rerum permu. & Ange. in l. lex Corne. §. do-
mum. ff. de iniur. cum similib. sed in casu nostro non videtur
esse necesse probare de dicto communi vsu loquendi per præ-
dicta. Posset etiam alia ratione dici dictum casum non obsta-
re ad casum nostrum. & quòd dictum statutum loquitur quā
do molendinum vetustius, vel eius posta esset in eadem aqua;
pondero dictionem, in, iunctam ablatiuo sui, quæ denotat in-
8 trinsicitatem. l. 1. §. in flumine. ff. de flumi. † adeò quòd si lex
vel statutum loquatur de eo quod factum est in flumine, non
comprehendit id quod factum est in ripa fluminis, si nihil fa-
ctum est in ipso flumine, vt ibi. ergo cum prope molendinum
vel postam molendini dicti Seij non sit in aqua eadem, in qua
ædificare vult dictum molendinum, attento ꝙ Seius ædifica-
uit extra alueum dicti Titij postam, & non ex dicto riuo dictā
aquam trahat vsque ad vsum molendinum: tñ præcedens fun-
9 damentum magis me sententiam istam tenere facit † & ꝙ di-
cta concessio facta dicto Titio valere debet absque eo quod fa
cta fuit mentio de priori concessione facta dicto Seio, consi-
derato ꝙ præsupponitur aquam prædictam vtrique sufficere:
& per istud secundum molendinum non impedire primum.
l. Lucius. ff. de aqua quot. & æsti. & no. Bart. in l. in conceden-
do. ff. de aqua plu. arcen. vbi dicit Bar. hanc quæstionem fuisse
Bononiæ de facto de fratribus prædicatoribus & minoribus
quib. separatim facta fuerat ad eorum impetrationem conces-
sio cuiusdam aquæ, ita etiam no. Bar. & alij in l. aquam. & in l.
per agrum. C. de serui. post gl. in l. quominùs. in 5. q. in fi. ff. de
flumi. iunctis notatis per eum in eadem. l. quominùs. in 5. q.
& 12. q. Et no. Bal. in ti. de pace Constan. in versi. & in plures.
Ex his ergo quæ habentur in dictis locis proximè allegatis:
apparet ꝙ nedum de iure munici. sed etiam de iure communi
nō potest dictus Seius impedire, quominùs dictus Titius ædi-
ficet dictum molendinum: attento ꝙ aqua sufficit vtrique, &
sic quò ad vsum aquæ non fit præiudicium dño primi molen-
dini. Ex quibus concludo dictum Titium per dictum Seium
prohiberi non posse dictum molendinum ædificare. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Expressa. Et in dubio non præsumitur. & attenditur hic hæc ratio tanquam iusta, & concernens bonum commune.

b ¶ Domini. Quod in dubio non debet præsumi, hæc attendi. & si de hac causa constet, tanquam odiosa & velut decretum ambitiosum restringenda est.

c ¶ Consueta generaliter. hæc mensura debet attendi nisi de contrario constet, vt Alex. Ias. & omnes in d. l. 1. si quis cau. Host. Ioan. And. Pan. in c. olim, de excep. c. nonnull. in princ. de rescrip. And. Alcia. l. 3. glo. 2. de verb. signifi.

CONSILIVM XXIII.

VIDE supra lib. 1. consi. 24. ꝙ hic duplabatur.

SVMMARIVM.

3 *Lex an prohibeat an mandet certo modo fieri, refert.*
4 *Denunciatio vbi requiritur ad finem notificandi, non debet fieri scienti.*
6 *Requiri non videtur in dubio nisi ad certiorandum.*
7 *An possit mora purgari.*
9 *Fideiussorem offerri sufficit, residui non liquidi.*
10 *Tempus iustitiæ siue iuris, siue statuti non potest prorogari etiā in causa appellationis, licèt ibi suspendi possit. & nu. 3.*

EPITOME.

STATVTVM est ꝙ proximior pretium offerre & retrahere possit intra mensem à die publicationis, quam tenetur facere emptor intra quatuor dies à die emptionis. emptor nō publicauit intra quatuor dies, sed die decimoseptimo post contractum, sed post eam publicationem lapsus est mensis & vltra. decidit Alex. quod proximior non est admissibilis ad retractum.

CONSILIVM XXIIII.

* Inspecto processu * inter dominam Iacobam vxorē
q. Francisci de Bondunarijs agētem, & spe
ctabilem iuris doctorem & Equitem dominum Franciscū de
Brachijs de Rauēna se defendentem. Præmissis his quæ elegā-
ter & subtiliter allegata fuerunt per celebrem legum doct. Do
minicum Ruffum de Bononia benemeritum discipulum meū
ac etiam omissis non necessarijs, mihi videtur de iure conclu-
dendum d. Franciscum non teneri ad vendendum dictę domi
næ dictas terras, quas emit ab egregio iuris professore do. Ma-
sio de Artusinis, & ab alijs consortibus eius. Moueor principa-
liter, quia statutum sub rub. de præsentatione, in decretis illu-
striss. ducalis dominij postea editis de anno 1457. die vltima
1 Feb. † præfigit ad dictam præsentationem faciendam terminū
vnius mensis inter præsentes, & duorum mensium inter ab-
sentes, a die publicationis contractus. & constat clarè d. do. Io.
Francis. emisse per publicum instrumentum de ann. 1459. die
12. Nouemb. Et pręsupponitur mihi in facto, quòd ipsum per
proclama publicari fecit post dictum contractum die 29. di-
cti mensis Nouembris eiusdem anni, prout dicitur cōstare pu
blico instrumento producto: vel saltem producendo tempore
debito à dicto die 29. Nouemb. intra vnum mensem vel duos
dicta Iacoba nunquam comparuit ad dictam præsentationem
& depositum faciendum, licet dicatur etiam postea compa-
ruisse de ann. 1463. ergo res est expedita, ꝙ ipsa virtute statuti
audiri non debet. & multominus de iure communi. l. dudum.
2 C. de contrah. emp. & c. constitutus. de rest. in inte. † vnum est
ꝙ prima facie videretur ser Francisco obstrare, ꝙ statutum di-
cit ꝙ publicatio dictæ venditionis fieri debeat intra quatuor
dies post contractum venditionis, quam publicationem teneā
tur emptores fieri facere intra dictum tempus quatuor dierū,
per publicum pręconem publicè super platea communis: vt
vnusquisq; habere notitiā possit de prædictis: vt tūc terminus
dictę pręsentationis incipere intelligatur; ergo vr̄ ꝙ illa publi-
catio non releuet, & pro non facta habeatur: quia non fuit ser
a uata forma a tradita a lege vel statuto. l. non dubiū. C. de legib.

l.cum 2.§.si prętor.ff.de transf.fuit enim facta dicta publicatio
3 intra sex vel septem dies contractus venditionis, † & debuit fieri intra quatuor, sed ad hoc respondeo, q dictum statutum non annullat dictam publicationem si fiat post dictos quatuor dies.non enim est in statuto decretum annullatiuum, & licet aliquando lex vel statutum prohibitiuè loquatur, licèt aliter expresse non annullet illud q fieret contra dictam prohibitionem,& dicatur esse nullum, vt in d.l.non dubium, tamen qn statutum vel lex non loquitur prohibitiuè, sed simpliciter mādat aliquid certo modo fieri; licet ille modus non seruetur, actus valet, si lex vel statutum non processit vltra annullando. ita singulariter probatur in l.statutis. C. de sen. ex breui.reci. iuncta.l.2.eo.tit. Nam in d.l.erat prouisum q sententia diffinitiua deberet ferri in scriptis:postea in d.l.statutis,imperator dicit quòd si non fuerit lata in scriptis non valeat. vnde quęrit Bal.in d.l.statutis.quid addat illa.l.prædicta.l.2.quæ proximè præcedebat, respon.vt ibi per eum. hoc clarius dicit Sal.in d. l.statutis. vbi idem tenens respondet ad dictam.l.nō dubium. ibi dum tex.dicit,ēt prohibuisse sufficiat &c. q illa lex procedit quando lex prohibet actum fieri,secus qn lex loquitur non prohibitiuè, sed mandat actum certo modo fieri: quia tunc actus valet,licet modus ille non fuerit seruatus si lex vel statutum non processit vltra annullādo.d.l.statutis,iuncta.l.pręcedēti. Nam aliter superuacuo fuisset facta illa l.statutis.hoc idē est de mente Bal.& Mod.in l.1.ff.de lib.& posth.Dictum ergo statutum postquam non processit vltra annullando prohibitionem induxisse videtur monitionem quandam in personis emptorum,vt habeant intra dictum tempus publicari facere. Cō
* firmatur & secundò * quia intentio statuti fuit q dictum proclama fieret solum, vt contractus in notitiam transiret, patet ibi dum dicit;vt vnusquisque de prædictis notitiā habere possit&c. & ideo etiā si sine publicatione aliqua appareret proximiores in gradu consanguinitatis vel affinitatis habuisse notitiam dicti ꝯtus excluderentur per lapsum vnius mensis a die
4 scientiæ: † quia vbi denuntiatio vel publicatio requiritur solùm ad finem notificandi & certiorandi; tūc illi qui est certus non oportet fieri denuntiationem vel publicationem.l.1.in fi. ff.de actio.emp.& l.item veniunt.contra.§.petitam.el 2.& ibi hoc colligunt doctores ex illo text.ff.de peti. hær.facit. l.eum
5 qui certus.de re.iu.in 6.† licèt secus sit vbi publicatio vel denuntiatio requireretur non solùm ad certiorandū,sed ad incitandum vt aliquid fiat vel non fiat:quia tunc simplex scientia non sufficeret.l.denuntiasse.in prin.& ibi hanc doctrinam tradit Bart.& Ang. ff.de adul. & l.si parentes. & l.emptio. & ibi no. C.de euic.& per doc.maximè Cy. post Iac.de Bel.in l.emptor.eo.titu.post gl.ibi.& in l.qui absenti.ff.de proc.& no.Io. And.in addi.Spec.in titu.de act.emp.& ven.cum simi.& Bal. in cap.1.si de feud.vas.ab aliquo interpel.fue.bene facit quod no.per glo.& Docto.in c.2.in glo.4.de concess.præben.& in c. non in iustè.in gl.fi.de procu. & optima gl.in proposito. in c. cum inhibito.in versi.voluerit.de clandest. desp.& dicunt Io.
6 An.& alij docto.notabiliter in d.c.fina.de emp.& ven.† q vbi est dubium ad quem finem denuntiatio exigatur: q in dubio videtur potius exigi ad certiorandum:& quod ideo tunc sufficit sola scientia absque denuntiatione. & ita etiam videtur de mente Dyn.in d.c.eum qui certus.& Cyn. & Iaco.de Bel.in l. emptor.ergo si sine vlla publicatione data scientia excludebātur proximiores à facultate præsentandi:eodem modo si facta est publicatio : quamuis sit facta post quatuor dies dicunt excludi cum pręsumatur deuenisse ad notitiam.c.si.qui mat.accu.poss. 16.distin.quod dicitur.¶† Tertiò corroborantur prędicta: quia licuit dicto Francisco purgare moram intra breue
7 tempus, vt fecit, cùm post contractum, & post illos quatuor dies tempore quo factum fuit proclama, nihil noui actum esset, adeò quòd poterat scire rem esse integram sicut erat intra illos quatuor dies. l.mancipiorum. ff. de optio. legata. l.si ita quis. §.Seia.de verbo.obli. c.potuit.de loca. pro hoc optimè facit quod not.Bald.in l.acceptam.in 21.q. C.de vsur.vbi quærit an si aliquid faciendum erat ex dispositione legis vel statuti,& quis fuerit in mora faciēdi,an possit mora purgari: arguit primò q non, quia vltra terminum positum à lege communi, vel municipali, videtur quod non possit mora purgari,per no.per Inno.in c.cum intra.qui mat.ac.pos.tandem decidit quod aut à lege vel statuto assignatur terminus ei qui habet facere ex aliqua causa probabili, aut assignatur debitori ex maleficio.primo casu potest mora purgari.l.si cùm dies.§.fin.
8 ff.de arbi.secundo casu non, † vt si statutum dicat si quis percusserit aliquem,condemnetur in centum:quæ si non soluerit intra decem dies, amputetur ei manus. nam post decem dies non poterit mora purgari : quia illa nouatio quæ fit authoritate sententię transit in rem iudicata;ideo nō potest mora purgari. & idem dicit si in pœnam excludatur quis à beneficio.al legat id quod habetur in c.commissa, de elec.in 6. sed dictus emptor non tenetur facere dictam publicationem intra 4.dies ex causa maleficij:sed ex cā.probabili inducta à statuto absque delicto emptoris:ergo potuit morā purgare intra duos vel tres dies , vt fecit. bene facit.l.obsistere. C.de anno.& tribu.l.10. ¶Posset ēt dici dictū depositū non esse legitimè factū respectu
9 expensarū, quæ liquidæ non erant. † Quo casu dicunt docto. quòd ille q tenetur offerre vel deponere, debet offerre aliquid prout sibi videtur, pro eo quòd non est liquidum & secum ducere fideiussores,& dicere si apparebit me teneri in pluri, ecce fideiussores pro residuo:ita dicit Ange.& Imo.in l.3.§.ait prętor. ff.de re iudica. & in l.prætor.§.si quis paratus. ff.ope.no. nun. in l.si mora. solu.matri.& in l.si insulam.de verbo.obli. in versi.7.fallit secundum eum &c.& Ange. in l.si residuum. C.de distra.pigno.& per l.statulib.rationem.& l.seruus si hæredi.in fi. ff. de statulibe. quæ iura reputant ad hoc singulariter notanda, tamen præcedentia fundamenta priora videntur tutiora. Alia etiam adduci possent, sed adherere volo his quæ
10 mihi tuta visa fuerunt.¶ † Postremò,vt satisfaciam alteri quęsito : dico quòd tempus instantiæ præfixum à statuto non potest consensu partium prorogari, sicut nec potest prorogari tēpus de iure communi præfixum instantiæ , iuxta. l. properandum,in princip. cum ibi not. C.de iud.& per plures rationes concludunt Mar.Syli.& Richar.Malum.quos refert & sequitur Ioan. And. in addi. Specu.in titu.de appel. §.nunc breuiter.super versi.licet autem.& Anto.de But.in c. ex ratione.de ap.& Imo.clarè in l.dies.in prin.ff.de dam.infec.& etiam Bal. in l.Centurio.in fi.ff.de vulga.& pup. & ita etiam est de mente Bald.in titu.de pace Constan.in verbo, in causis. ibi tamen vult hoc esse verum in termino instantię causæ principalis,licet aliud ibi velit in termino præfixo in causa appel. in quo
11 loquitur text. in l. hi qui. † nam tempus statuto præfixum est subrogatum loco temporis præfixi instantiæ a iure communi: ideo debet sapere eius naturam. capitu. ecclesia. el secundò,
12 vt lit. pen. l. si cum. §. qui iniuriarum. si quis cautio. † pro hoc etiam facit : quia tempus prosequendæ appellationis quamuis sit breuius quam debet esse tempus instantiæ causæ principalis; tamen non potest consensu partium prorogari: vt in l.nemo hic.nec sub prætextu quodam altero. C. de tempo. app.& plenè not.Ioan.And.in dicta additione.& not. Cyn.in auth.ei qui.ad fi. C.de tempo.app.& Cy. & Bal.in d.l.Centurio.& Bar.in auth.si tamen.C.temp.app.& Anto.de But.& d. Abb.in d.ca.ex ratione.& in ca.pen.de iudi.& est magis com-
13 munis opin. † quòd non possit etiam in causa appellationis prorogari, non dico suspendi: quia in causa appellationis benè suspendi potest,q non curat interim lite pendente. cle.quādiu.de appella.nec istis obstat tex.in l.2.§.si iudex. ff. de iudi. quia vt respondit Marti. Syl. & Cyn. in d. l.properandum, in prin.& Io.And.in d.add. ibi loquitur in tempore præfixo durationi iurisdictionis: nam illud potest prorogari cum nō per hoc fiat prorogatio instantiæ ipsius causæ. Alex.

ADDITIONES.

* Inspecto processu.] Super hac eadem facti specie contrariū respondit Cæpolla in libro ciuilium consi.47. In causa. Natta.

a ¶ Formam.per hanc rationem Cæpol.causa ciui. consi. 47. hoc eodem casu consuluit dictam Iacobam admittendam ad retractum. & post septem annos à contractu venditionis & in hoc malè : quia saltem per annum à communi notitia fuit exclusa ex consuetudine generali per ea quæ scripsi in consu.Pari.§.173.

* Confirmatur & secundò.] Vide Tiraquellum de Retrac.fo.736.Nat.

SVMMARIVM.

2 *Vocati nomine collectiuo veniunt ordine successiuo.*

4 *Fama non sufficit regulariter ad probandam mortem.& nu.9.*

5 Fama

3 *Fama vt probetur quid requiritur. & nu.6.7.& 8.*
12 *Quasi possessio filiationis non potest requiri post mortẽ patris.*

CONSILIVM XXV.

In causa vertente inter Antonium olim Leonardi Gasparis de Pistorio agentem,& Nicolaum,& Ptolomæum de Milochechis de Pistorio se defendentem, in qua multa pro parte reorum contra actorẽ obijciuntur: quorum vnumquodque per se possit esse sufficiens, propterea vnũ vel duo prosequi contentus ero, vt inquit iurisconsultus in l. si quis obrepserit. ff. de fal. & in l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. ita etiam exigit temporis angustia, quæ in præsentiarũ
1 me stringit. ¶ † Dico igitur ad exclusionem Antonij sufficere, ꝙ non probauerit legitimè mortem Leonardi patris sui, vt infra ostenditur, cum nec etiam testator reliquerit vsumfructum domus, de qua agitur Gaspari, & eius filijs legitimis, & alijs suis legitimis descendentibus ex linea masculina. illi qui vo-
* cantur per similia nomina * collectiua, vt per illud signum descendentes, vel liberos, vel cognatos, aut per hoc nomen de fa-
a milia, vel similia, veniunt ordine successiuo. [a] scilicet secundum proximioritatem gradus. l. cum ita. §. in fideicommisso. & l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. l. fi. de verbo. sig. not. Barto. in l. si cognatis. ff. de rebus du. versi. quæro quo ordine. quem sequitur Pet. de Ancha. & Imo. in c. iudicante. de testa. Et expressius not. Ang. in consi. 38. incip. Quidam Io. decessit &c. cum duo-
2 bus consilijs sequentibus, vbi consuluit † quod si in dispositione vltimæ voluntatis relinquatur per nomen collectiuum, putà liberis vel illis de genere, vel de familia. videntur vocati ordine successiuo per iura supra allegata. Et per consequens posito quòd dictus Anto. esset de comprehensis in dicta dispositione testatoris: tamen non potest admitti, eo modo quo petit non probata morte patris sui. & proculdubio incumbebat d. Antonio onus probandi mortem dicti eius patris: quia est fundamentum dicti Antonij allegantis se esse vnicum ex descendentibus dicti Gasparis, vt in dicto libello continetur, meritò ad eum pertinebat onus probandi. l. fi. §. sed si dubitetur. ff. quomodo testam. aperiant. not. Barto. in l. si quidem. C. solu.
3 mat. † quod autem non sit legitimè probatum de morte dicti Leonardi patet: quia ex multis testibus super hoc examinatis duo tantum sunt qui videntur super eo aliquid deponere, quorum vnus est Chechus Blasij, qui super 12. c. deponit ꝙ Leonardus decessit in ciuitate Paduæ, prout audiuit: & idem deponit alius testis, s. do. Anto. sed tale testimonium de auditu non releuat. l. testium. & ibi not. Cyn. C. de testi. c. tam literis. & ibi no. extra de testi. imò fortius dicitur quod testibus deponentibus de auditu ab alio non creditur etiam concurrente fama, vt ibi. cum concordantijs alleg. ibi in glo. & per hoc patet non obstare si diceretur ꝙ dicti testes super vltimo capitulo deponunt de voce publica & fama: quia dico ꝙ hoc non sufficeret, vt supra dixi. & licet glo. in d. §. si dubitetur. & ibi Barto. & glo. in l. sed si de suo. de acqui. hære. velle videantur:
4 † quòd quando agitur de commodo hæreditatis seu pecuniario, sufficiat fama ad probandum mortem: tamen vt declarat Cyn. Rapha. Ange. & Saly. in d. l. si quidem. C. solu. matri. & Imo. in d. §. si dubitetur. hoc est verum quando ageretur ad probandum mortem illius, qui diceretur mortuus à tempore vel in loco valde longinquo, adeò vt esset impossibile habere probationes per testes qui interfuerunt. vel diceretur mortuus in conflictu in bello multorum prælantium vt difficile esset habere testes, quòd iste fuisset de illis qui mortui sunt argu. l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milita. alias autem ꝙ debet plenè probari per testes deponentes, aliter quam per famam sicut est in alijs causis secundum præfatos doctores & eiusdem sententiæ videtur esse Bart. in d. l. si quidem. & Io. And. in addi. Spe. in titu. de noto. crimi. §. fama. in addi. incipiente, hanc vocamus &c. in fi. Sed cum dicitur istum mortuum Paduæ, vbi facilè est testes habere, & non appareat nos distare ab eo tẽpore per longissimum spatium, adeo ꝙ de facili non possit ex-
5 tare memoria: ergo non sufficeret probatio per famam. ¶ † Præterea, etiam vbi adijcitur fama ad probationem, oportet quòd
b appareat eam originem traxisse ab hominibus grauib. [b] & ex causis rationabilibus, vt quia testes dicunt quòd talis intrauit mare, & quod superuenit tempestas, & quod fuerit expectatus tẽpore congruo, & ẽt perquisitus per loca verisimilia, & ꝙ ipse nõ est repertus, nec nauis inuenta, vel quod cũ magno exercitu ingressus est bellum: & finito conflictu non est inuentus, quamuis fuerit expectatus. & perquisitus à consanguineis. vel quod sit per loca insidiosa transiturus de domo, talis bonus mercator & diues & expectatus per tempora non reuertitur, & perquisitus nõ reperietur. Nam si propter hæc dicant testes famam esse, quod est mortuus: hæc erit legitima: alias non ita voluit Barto. in tract. de teste, in versi. mortuum hominem esse. facit. l. decurionum filios. C. de pœnis. & quod plenè not. per Bart. in l. de minore. §. plurium. quod non sufficit probare famam simpliciter etiam in casibus, in quibus fama sufficeret. & ita etiam no. Bal. in l. proprietatis. C. de probati. & Anto. de But. in c. veniens, el primo. de testi. Et dicit Ange. in repeti. l. ea quidem. C. de accusa. & Abbas Sicu. in c. cum causam quæ inter archiepiscopum. de testib. & in c. consuluit. el 1. de appellatio. & Roma. in l. 1. in princip. ff. de oper. noui nunciatio-
6 ne † ꝙ testis deponens super fama non probat si non assignat
c rationem [c] sui dicti, etiam si non fuerit de ratione, & de causa interrogatus. Mouentur per no. per Inno. in c. cum oportet. de accusa. & etiam per id quod habetur in d. cap. consuluit. dum tex. ibi dicit quòd multa dicuntur notoria, quæ non sunt. vnde non ita de facili perpenditur notorium. & ideo in talibus oportet testem etiam non interrogatum reddere causam dicti sui: vt per Inno. in d. c. cum causam. & per legistas in l. solam. cum simili. C. de testib. bene faciunt no. per Ange. in l. quid ergo. §. quantum. ff. de his qui no. infa. & ibi etiam Bald. in lectura an-
7 tiqua, † vbi dicunt quòd testes deponentes aliquem esse bonę vel malæ famæ, non probant nisi reddant causam dicti sui, etiam si non sint de hoc interrogati. & fuerunt verba Innocentij in d. c. cum oportet. sed dicti duo testes super vlti. c. de fama. non assignant causam nec rationem dicti sui, quam quidem assignare debuerũt. & rationabilem, vt dictum est supra. quinimò dicti testes non deponunt quòd sit publica vox & fama, & quod contenta in capitulis sint. vera. sed solum dicunt quod de testificatis per eos est publica vox & fama, & ista sunt valde diuersa, vt de se patet. & not. expresse Bald. in rubrica de iureiuran. & sic solum videntur deponere quòd est publica vox & fama quod ipsi testes simpliciter audiuerunt quod dictus Leonardus erat mortuus. hæc autem non est rationabilis causa ad inducendam publicam famam seu eius originem, vt patet ex his quæ dixi supra ergo nec ẽt obstat si diceretur ꝙ dictus Antonius fuerit receptus sub protectione per dominos officiales pupillorum Florentię, quam tñ receptionem non vidi, quia non est mihi exhibita: tamen posito quòd ita esset, hoc non probat quò ad dictos reos conuentos dictum Leonardum esse mortuum: quia gesta inter alias personas non nocent. C. res inter alios acta, per totum. c. quamuis. de re iudi. cum similib. accedit quod not. glo. & Barto. in d. l. si quidem.
8 vbi habetur † quod in probatione mortis attenditur fama ciuitatis suæ seu loci in quo dicitur esse mortuus. puta si quando haberi potest probatio per testes, vt quia non sit mortuus in loco valde longinquo, vel non appareat tempus assertæ mortis esse valde longinquum. adeò quòd non bene possit haberi memoria, non sufficit ad probandum mortem probatio per famam, vel quod consanguinei habuerunt eum pro mortuo secundum magis communem opin. doc. in locis supra allega. Eadem ratione dicendum est in dicta acceptatione facta per dictos officiales: & idem dico eadem ratione de instrumẽto concordiæ initæ inter Leonardum & Nicolaum de Melochis ex parte vna; & Franciscum Blasij curatorem dicti Antonij ex alia: quia ibi non dicitur quòd pater Antonij sit mortuus quia ratione dubij an esset mortuus an nõ, & an aliquod ius competeret dicto Antonio, potuerunt dictæ partes ad dictam concordiam deuenire super lite de qua ibi fit mentio. & hæc est propriè natura transactionis, vt fiat de re dubia. & lite incerta, vt l. 1. ff. de transact. Et licet esset verum quod datus esset curator Antonio, non sequitur quòd pater eius esset mortuus. Nam potuit esset emancipatus Antonius, vel potuit dari à iudice ignorante eum esse in potestate. Quinimò etiam de iure videmus quòd dantur curatores, quamuis adultus sit in patria potestate. l. fi. §. finautem. cũ ibi no. & per Bar. C. de bo. quę libe. Præterea in dicto instrumento continetur, quod in casu quo altera partium non esset in posterum contenta de dicta concordia nullum per eam alicui præiudi-

cium pararetur. Ideo conuentioni standum est. l. 1. §. si conuenerit. ff. de pos. alio etiam capite videtur excludi dictus Antonius quia relictum ab eo petitum solum debetur legitimis descendentibus dicti Gaspatis, vt in testamento Iacobi expresse continetur, & dictus Antonius non probauit se esse legitimè descendentem: quia non est capitulatum de matrimonio contracto inter Leonardum, & eius coniugem, & quod ex eis sit natus dictus Antonius seu tractatus, & habitus tãquam filius legitimus & naturalis dicti Leonardi & eius vxoris, iuncta, l. filium diffinimus, cum ibi notatis per Bart. & alios doct. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. & in l. non nudis, cum ibi not. p doc. C. de prob. & l. si vicinis. C. de nup. & l. si ignorat. C. qui accu. non pos. & per Bart. in l. 1. §. Iul. aliàs est. §. item per contrarium. ff. de lib. agno. & not. Iac. But. in l. quidam. ff. de proba. & Cano. in c. tanta. qui filij sint leg. & in c. per tuas. de proba. & in c. Mich. de fi. presbyte. & per Saly. in l. 1. in prin. ff. de
9 test. & ibi dicit. † ꝙ ad probandum filiationem* non sufficit, fama, nisi sit coadiuuata alijs adminiculis: & hoc secundum eum quando filiatio non sit antiquata in memoria hominum, vt quasi haberi non possit. alleg. ea quæ habentur, & no. in d. l. filium. & in d. l. si vicinis. & in d. l. non nudis. Et licet super hoc sint recepti aliqui testes super 12. q. & 13. capitulis: tamẽ non probant. Nam primus testis, s. ser Franciscus Andreæ deponit contenta in capitulo esse vera. Sed interrogatus de causa scientiæ, non respondit aliquid quò ad filiationem dicti Antonij, sed solum quò ad aliqua alia ex contentis in capitulo: ergo non probat, vt no. in d. l. solam. & in c. cum causam. Quinimò dicto duodecimo capi. non continetur aliquid de filiatione vel legitimatione dicti Antonij, sed solum super 13. capitulis, super quo iste testis respondit se nihil scire. & ita etiam dicit secundus testis, s. Nannes, & etiam ser Pau. tertius testis. Sed Chechus Blasij quartus testis dicit quòd vera sunt contenta in capitulis, licet in causa scientiæ dicit quia sic vidit & adiuit tenere & reputari in ciuitate Paduæ & Pistorij, & maximè officiales populorum ciuitatis Florentiæ, & sic non dicit iste quòd pater prædictus Leonardus & eius vxor tractauerint illum in eorum filiũ, sed potius iste videtur deponere de opi-
10 nione vel fama: quæ non sufficit, vt dixi. † Præterea non dicit communiter à vicinis seu à cognoscentibus eum quòd ita tractaretur & reputaretur communiter: vnde potuisset ab vno solo vel duobus quis audiuisse eum ita tractari, ideo non probat, quia non deponit secundum formam traditam à doctoribus in locis prædictis. bene facit quod not. Barto. in l. de minore. §. si plurium. de quæsti. & in l. 3. §. eius. ff. de testi. & l. Labeo. ff. de sup. leg. & Bal. in addi. Specu. in titu. de sen. & Ang. in l. 3. ad Maced. cum simili. vbi dicit quòd si testes dicunt ꝙ audiuerunt aliquid publicè dici, non probant famam, quia potuit dici tãtum ab vno in loco publico. & sic cum ratio reddita à teste non concludat, non probat, vt no. in d. c. cum causam, & simi. cum suis concordan. ¶ Et præterea iste testis est vnicus, & fertur etiam quòd est damnatus de publico crimine, & sic infamis, vnde non idoneus. l. 3. §. lege Iul. de testib. ¶ Alius est testis, s. do. Anto. qui dicit se nil aliud scire, nisi de auditu, & publicè & notoriè dicitur teneri, & reputari in ciuitate Pistorij, ꝙ dictus Antonius fuerit legitimus filius & naturalis dicti Leonardi. iste testis nihil probat: quia istud quod dicit iste testis verificatur etiam si ab vno tantum, vel duobus in loco publico & notorio audiuisset coram multis publicè dici & teneri istum pro filio. debuit ergo dicere quòd ita habebatur & reputabatur communiter à vicinis seu eum cognoscentibus vt concludit Barto. in l. 2. C. de testa. & ibi etiam notant alij per illum text. Et Ange. in l. ad testium. §. 1. ff. de testamen. Nec obstat quòd apud officiales pupillorum ciuitatis Florentiæ habitus fuit & tractatus vt filius legitimus & naturalis Leonardi, nam illas scripturas non vidi, quia non sunt mihi exhibitæ: sed dico quòd licet tanquam pupillus natus ex d. Leonardo fuerit assumptus sub protectione dictorum officialium, non sequitur quòd per hoc non fuerit habitus vt filius legitimus & naturalis. poterat enim acceptari protectio
11 eius, etiam si non fuisset legitimus. † Præterea non sufficit quòd apud illos officiales fuerit ita tractatus & habitus nisi etiam fuerit tractatus ab alijs vicinis & cognoscentibus eum, vt not. Bart. & doct. in locis supra allegatis. bene faciunt nota. per Barto. in l. de minore. §. si plurium. in 2. q. ad finem d. q.

12 † Item cum illud quod gestum fuit apud dictos officiales, vt prædictum est, fuerit secundum assertionem Antonij factam post mortem Leonardi non potuit tribuere quasi possessionẽ filiationis dicto Antonio. sed mortuo iam asserto patre: vt notabiliter voluit Ang. in l. liberorum. in prin. ff. de his qui not. infa. non habet etiam obstare dicta concordia: quia responsio patet per ea quæ circa eam dixi supra quia ibi non affirmatur Antonium esse filium legitimum, & transactio præsupponit rem dubiam, & in ea actum fuit ꝙ vna partium dissentiente nullum ex eo generetur præiudicium alicui partium. ex quibus concludo dictum Antonium non posse de iure obtinere super contentis in petitione sua. non feci mentionem de attẽ-
13 stationibus factis Paduæ: quia nõ vidi, † sed fertur ꝙ fuerint factæ parte non citata & inter alias personas: ergo non nocẽt. l. si quando. de testi. c. in nomine Domini, extra de testibus. & etiam fuerunt examinati lite non contestata, & sic non valẽt, iuxta ea quæ habentur in auth. sed & si quis, de test. extra vt lite non contesta. per totum. Alexand.

ADDITIONES.

* Nomina.] Adnota quod dic. de nomine collectiuo. idem est ab Alexandro scriptum ad l. Gallus. §. quidam rectè. columna quarta, versi. item ex dictis. ff. de libe. & posthu. & Dec. consi. 239. columna tertia dubio tertio. Natta.

a ¶ Successiuo. And. Tiraque. in consu. Picto. titu. retract. §. 11. glo. 4 numero 2.

b ¶ Grauibus. supra lib. 3. consi. 70. consi. 83. & infra eo. consi. 50. nu. 11. consi. 155. Dec. Tho. 379. Ias. consi. 3. consi. 78. li. 3.

c ¶ Rationem. supra lib. 2. consi. 94. in fi. supra lib. 3. consi. 70. nu. 6. infra lib. 5. consi. 153. nu. 14.

* Filiationem.] Sequitur Dec. consi. 272. col. 3. Feli. ad prænotatum ca. per tuas. col. 5. Abb. ad c. transmissæ. qui fil. sint legit. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Domus appellatione, venit hortus, & alia contigua.*
2 *Appellatione residui, venit totum.*
3 *Indefinita æquipollet vniuersali. & nu. 4.*
5 *Mens colligitur ex qualitate rei vel pretij.*

CONSILIVM XXVI.

* Consideratis verbis * & alijs quę in themate cõtinentur, nec non perspectis his quæ per clarissimum dominum Dominicum Ruffum Bononien. olim cõdignissimum auditorem nostrum egregiè allegata sunt super secundo & tertio quæsito, video nullam esse dubitationem: & ideo vix aliquid super his dicam nisi approbando simpliciter conclusionem domini cõsultoris: sed super primo quæsito in quo quæritur an dictæ curiæ quę sunt iuxta partem fenilis assignatam dicto Carolo, ita vt ad eam perueniant iure dominij, sicut aliæ partes assignatæ alijs fratribus cedant in partem eorum, in iure concludendum videtur quòd sic:
1 † nam concedens domum videtur etiam concedere hortum[a] illi contiguum. Ita inquit Io. An. in c. Raynutius, de test. iuxta illum textum facientem mentionem de domo & horto, prout alle. tex. bene facientem in l. prædijs §. balneas. & ibi docto. & in §. qui domum. ff. de lega. 3. bene facit. l. creditor. §. fin. ff. de actio. emptio. & l. fina. in princip. iuncta glo. ff. de seruitu. vrbano. prædio. & l. testatrix. §. 1. ff. si seruitus vendi. & quod not. Archi. 12. q. 2. c. fi. & videtur quòd in proposito ex dispositione dicti arbitramenti dictæ curiæ, intelligantur concessæ dicto Carolo in totum, non autem pro parte indiuisa, hoc ostẽdere videntur verba arbitramẽti descendentia in parte assignata dicto Carolo sub hac forma videlicet: domos omnes, quas tenet Bartholinus Marochi cum omnibus suis portionibus existentibus ante ipsas domos quibus cohæret à mane intrata de Ricasellis quæ aperietur à sero sereola communis, a meridie domus tangens parti Blasij de Peri cum residuo curtis. & subdit: Item tres tractus fenilis magni retro per mediũ dicto-
1 rum tractuum. † Nam appellatione residui venit id totum quod supererat. l. 1. C. de hæredi. institu. l. vxori. in princ. cum ibi not. ff. de legatis. 3. & in l. qui non militabat. §. fi. cum duabus. l. sequentibus. ff. de hæred. institu. & licet dicatur in arbitramento cum residuo curtis, & sic in singulari. & istę videantur esse duæ curtes, tamen hoc non habet obstare d. Carolo:
2 † quia indefinita in singulari prolata siue circa res siue circa personas

personas æquipollet vniuersali quando est eadem ratio oium contentorum sub indefinita. l. si plurib. cum ibi not. per Bar. in prin. l. si ita relictum. in prin. ff. de leg. 2. & no. Dyn. in rub. de reg. iur. in 6. & glo. in c. vt circa. versic. aliorum de electione. in 6. & Iac. de Belui. in l. si necessarias. §. si annua. ff. de pig. act. Sed eadem est ratio in vtraque curia, vt contineatur in dicta parte assignata domino Carolo: quia etiam de vtraque curte fuerat assignata portio alijs duobus fratribus suis, quib. in dicto loco de Iicasellis fuerunt assignatæ pro diuiso partis suę, vt in dicto arbitramento continetur: & ex multis capitulis dicti arbitramenti comprehēditur d. Titium voluisse quantum potuit æqualem diuisionem facere inter dictos fratres, vt patet maximè in illis diuisionibus aquarum, & dicit tex. in l. in-
4 ter filios. C. famil. ercifcun. † ꝙ æqui iuris est bona ascendentium diuidi pro virili portione inter filios: & tunc succedit doctrina Ang. in l. pen. C. de impube. & alijs substi. dicentis, ꝙ vbi æquitas dictat ꝙ indefinita æquipolleat vniuersali; tunc æquipollet per. l. si seruitus. ff. de seruitu. Vrbano prædio. & p d. l. si pluribus secus si æquitas dictat contrarium per l. 2. & l. placet & l. cum quidam. ff. de libe. & posth. Sed æquitas hoc casu dictat ꝙ dominus Carolus pro diuiso habeat partes in dictis duab. quemadmodū alij fratres, vt in d. l. inter filios. &c. Corroborantur prædicta per id quod not. glo. in l. semper sti-
5 pulationibus. ff. de regulis iur. † quæ dicit ꝙ ex qualitate rei præsumitur quid si actum à contrahentibus. Vnde si vendo tibi librum pro decem florenis, & non dixi de quibus florenis, hoc discerneretur ex qualitate valoris libri. vnde dicit Bar. ibi & in l. patronus. §. 1. de legatis 3. ꝙ si vendo tibi talem domū vsque ad talem domum protentam, & dubitetur an dictio vsque, stet inclusiuè, & sic comprehendat illam aliam domum,
b hoc discerneretur ex qualitate precij & rerum. [b] Similem. decisionem ponit Ang. in l. quicquid astringendę, in prin. de ver bo. obliga. Et verbo fertur ꝙ pars assignata Apollonio in qua vertitur lis non est deterioris conditionis quàm sit pars dicti Caroli: accipiendo partem dicti Caroli, vt sub ea comprehendantur dictæ duę curtes eo modo quo ipse petit. ergo qualitas portionis dicti Apollonij ostendit quid sit actum in dicto arbitramento. Nec obstant not. per Bart. in l. quod conclaue. ff. de damno. infecto. quia dicta verba sed cū residuo curtis, &c. & dictæ aliæ demonstrationes concurrentes, quæ non erant in eo casu quo loquitur Bart. omne remouent obstaculum. ¶Ex quib. concludo ꝙ dictæ curtes de quib. in themate per d. Carolum intelligantur comprehensæ in partem suam. Alexan.

ADDITIONES.

* Consideratis verbis.] Idem Alexander consi. 33. libro 7. Natta.
a ¶Hortum. supra lib. 2. consi. penul.
b ¶Et rerum. glo. in obscuris de re iu. Aret. consi. 6. Soc. l. vterum si quę situm. not. 2. de reb. dub. Alber. Bru. consi. 62. consi. 81. Alexan. infra, lib. 5. consi. 68. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta cui lege vel officio iudicis debentur, non potest petere si habet aliunde vnde se alat.*
3 *Mulier quæ potuit exigere dotem, & neglexit, non potest petere vsuras medij temporis etiam prætextu alimentorum: nisi esset consueta dare pecunias ad honestum lucrum, & hæredes fuissent in mora. nume. 4.*
5 *Testatoris dispositione non licet capere vltra sortem. Et pœna successiua in testamento apposita non valet tanquam vsuraria. num. 6. & 8.*
10 *Causa requisita ad substantiam actus debet verè subsistere.*
11 *Interesse futurum taxari non potest per pactum in mutuo.*

CONSILIVM XXVII.

Viso themate suprascripto & omissis non necessarijs, puto verum esse de iure dictas pensiones apothecæ esse computandas in sortem & quantitatem dotis dictæ Catharinæ, ad quod præsuppono ꝙ soluto matrimonio per mortem dicti mariti præcedentis dictæ Catharinæ pro dote debita in pecunia nulla ei debebant alimenta nec pro primo anno quo solutum est matrimonium, quo dotem nō potest repetere: & multominùs pro sequentib. annis. quib. si voluisset, potuisset dotem exigere duntamen ipsa haberet aliunde vnde se aleret, vt respondet gl. 2. ibi & hoc sequitur Dyn. Bal. Bar. & Ang. & communiter Moder. in l. diuortio. in prin. ff. soluto matrimonio. & Guliel. Cyn. & communiter scribentes in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio. & Spec. in titu. qui filij sint legi. versic. sed nunquid si vxor petiit. & Bal. post Richar. Malumb. in l. fi. C. de bonis maternis.
1 † in quibus locis concluditur ꝙ intra annum soluto matrimonio quando dos est in pecunia, non debentur mulieri ab hæredibus viri alimenta quando habet vnde se alat de suo, se
2 cus si non habet vnde aliunde se alat. † nam ille cui ex dispositione legis seu officio iudicis alimenta debentur ita demum petere potest si aliunde non habet vnde se alat. l. si quis a liberis, post princ. versic. deniq;. & §. alimenta. ff. de lib. agno. post annum etiam soluto matrimonio nihil debetur mulieri, quādo non curauit dotem exigere ab hæredibus viri, quam exigere potuisset, vt no. Inno. Ioan. Ant. de Butr. & do. Car. Flor. & do. Abb. in c. salubriter. de vsur. & Host. in summa. de vsu. §. an aliquos. ver. quid econtrario casu &c. & Bal. in l. insulam. §. vsura. ff. so. ma. & Bar. & Ang. in l. at qui. §. non tamen. ff. de neg. gest. & Bar. in consi. 38. inci. Franciscus. Pet. de Anch. in consi. 150. inci. In quæstione quæ vertitur inter nobilem dominam. per l. 1. §. fi. ff. de vent. in pos. & l. Fulcinius, in princ. ff. quibus ex cau. in pos. ea. l. Titio. ff. de sol. & Laurentius de Rodul. in repe. c. consuluit, de vsuris. in quæs. 52. idem tenent Ange. & Ioan. de Imo. & Ludo. d. l. diuortio, in prin. s. quādo mulier habet vnde se alat, vel non curauit dotem exigere seu petere ab hæredib. viri. ꝙ non possit aliquid loco alimentorū petere. & ita etiam tenet Ange. in l. Titia. ff. de solu. per illum tex. & Bal. in d. l. fi. C. de bo. mater. & ista est communis opin. & ita dicit Raph. Cu. in d. l. diuortio. §. vsuras. quicquid secūdum eum dicit Bal. in auth. ei qui. C. de bonis autho. iudic. possess. nam illud quod vltra dotem petitur, est vsura, quæ est prohibita: cap. quia in omnibus de vsu. 14. q. 4. quid dicam.
3 † & secundum Pau. de Cast. in d. l. diuortio. quando erat in potestate mulieris petere dotē, & ipsa nō curauit, & nō petijt non pōt aliquid petere, per l. 1. & no. per glo. & doc. ibi. C. de sen. quæ sine cer. quantit. vbi qui habebat in potestate sua exigisse sortem non potest deducere in iudicium vsuras medij temporis quas aliàs deducere potuisset: ergo cum præsupponatur quod dicta Catharina nunquam petiit. & dotes etiā habuerit de suo aliunde vnde se aleret, nihil petere & consequi potest nisi quantitatem sortis, verum est secundum Io. de
4 Imo. in d. l. diuortio, † quod vbi hæredes viri fuissent in mora
a restituendi dotem, & mulier esset consueta [a] dare pecunias suas ad honestum lucrum mercatoribus ratione moræ deberet haberi ratio interesse consistentis in lucro quod verisimiliter mulier percepisset, sicut fecit de alijs suis pecunijs, per l. 2. §. fina. cum ibi not. ff. eo. quod certo loco. & per id quod not. Bartol. in l. 1. circa versi. veniam ad vltimam partem. C. de senten. quæ pro eo quod interest. alias autem mulier nihil emolumenti petere potest secundum eum. præsupposito ergo quòd dictæ mulieri nulla alimenta, nullumque emolumentum debeatur: est modo videndum an vigore dicti testamenti dicta mulier licitè possit consequi dictas pensiones annuatim sibi relictas in compensatione & satisfactione alimentorum dictæ dotis, donec & quousque ipsa mulier recuperauerit dotas suas ab hæredibus, quas dotes voluit testator dictam suam vxorem posse exigere ad omnem voluntatem ip
5 sius Catharinæ. † & concludo [b] quod virtute dicti testamen-
b ti non potest licitè dictas pensiones retinere dicta domina, vel alias petere pro tempore quo cessauit, & non curauit dotes exigere, si vltra dictas pensiones velit dotem integram exigere. moueor per tex. in l. 3. §. fin. de annu. leg. & ꝙ ibi not. Bart. vbi etiam in testamento non potest aliquid relinqui pro vsuris illicitis occasione dilationis quæ fieret in soluendo. Et Bart. dicit ꝙ etiam de iure canonico cum sint prohibitæ vsuræ, nullo modo poterit aliquid peti quod esset vsura etiam si testator in testamento illud relinqueret. & ita ēt not. idem in l. 2. ff. de his quæ pœnæ nomine. Et Bart. in l. cum stipulari, in fin. ff. de
6 verb. oblig. † & ibi not. dicit quòd quando testator apponit hæredi pœnam annuam vel menstruam soluendam, scilicet quando cessauerit in solutione alicuius quantitatis, qd tunc censetur esse vsura, vt d. l. 3. §. fi. & ita etiam Bart. not. in effe-

ctu in l.Iul. §. idem Papinia. ff. de actio.emp.& in l.tutor qui
repertorium.§. fi.ff.de admi.tu.& Bal.in l.cum allegas.in 10.
opposi. C. de vsuris. hoc indiuiduo decidit post eum Petr.de
Ancha.consi.93.inci. Verba testamenti ita solenniter &c. vbi
consuluit ꝙ si testator in testamento ita cauit, videlicet, Volo
ꝙ in casu quo vxor mea ab hærede non petierit dotem suam.
aut in bonis hæreditatis meæ nec exigeret, quod dictus hęres
meus perpetuò quolibet anno donec dictam dotem tenebit,
& eam non soluerit, debeat dare dictæ vxori meæ pro vsufru-
ctu dictæ dotis octoginta libras singulo anno, an sit vsura? Et
arguit primò quod non: quia dicta mulier videtur dicta 80.
percipere tanquam interesse dotis suæ non solutæ tempore de
bito.l.non curabit.C.de ac.emp.secundò, quia extante matri
monio potest maritus recipere lucrum ex pecunia in dote pro
missa, & non soluta: quia sustinuit onera matrimonij. c.salu-
briter, de vsuris. ergo etiam viro mortuo videtur iustum &
æquum si vxor non recipit dotem tempore debito quod pro
alimentis quibus dos fuit, apud hæredes viri quòd ipsa reci-
piat certam summã. c.per tuas.de dona.inter virũ & vxo. Ter-
tiò de iure ciuili videtur casus in l.vnica. §. exactio. C. de rei
vxo.acti. Quartò, quia testator videtur adiecisse ista. 80. per no
7 men pœnæ contra hæredem morosum in soluendo. & † cer-
tum est qđ pœnæ in testamentis apponi possunt sicut in alijs
dispositionibus contra non soluentem. l. 1. per totum. C de
his quæ pœnæ nomine.& insti.de leg. §.fi. vnde si non vt vsu-
ra, saltem vt pœna videtur quòd possit peti dicta quantitas ab
hærede moroso. sed istis non obstantib. contrarium decidit, s.
quod dictum legatum cùm sit annuum, non sit pœna sed vsu
ra. Item quia adiecta est dationi quantitatis contra hęredẽ mo
rosum. allegat no.per Bar.in præal.l.3.§.fi.nam sicut apponẽ-
do hoc in contractibus esset vsura: sic & in vltima voluntate
apponendo datori pecuniæ. unde si dico quod donec sortem
non soluas, debeas soluere. 80. annua, esset vsura: ita etiam hac
ratione dicendum est in testamentis. & per hoc tollit quartũ
argumentum adductum suprà in contrarium. pro hoc etiam
9 adducit no.per Bar.in d.l.insulam.§. vsuras. † dum Bar. dicit
ꝙ illud quod datur mulieri vltra dotẽ, esset vsura: licet aliud
in marito quãdo esset facta mora, vt ibi per Bar. cum maritus
sustineat onera matrimonij. & per hoc dicit esse responsum
ad primum & secundum articulum adductum in contrariũ.
& respondet ad dictum. §. exactio, qui non loquitur eo casu
vel iure quo vsuræ sunt prohibitæ, vt supra dixi. bene facit qđ
uoluit ipsemet Pet.de Ancha.in consil. 139. incip. In quæstio
ne quæ vertitur inter T. ex vna &c. vbi concludit quod si sol.
mat. post mortem viri hæres eius se obligauit vxori dare decẽ
pro centenario nomine alimentorum dotis suæ quolibet an-
no donec fuerit integrè ipsa soluta de dicta sua dote, mulier
non potest licitè exigere dicta decẽ pro centenario: quia quã-
uis alimentorum causa sit multùm fauorabilis. l.cum hi. per
totam illam.l.de transac.l.1.C.de fideicomm. cum tamen nul
la causa est adeò pia & fauorabilis, ex qua plus possit pecuniæ
deberi, quã sit ipsum debitũ principale, nec pro alendis paupe
ribus, nec pro alẽdis captiuis est licitum fænerari. c. super eo.
de vsur.& in regula.peccatũ.li.6.in mercurialibus.& cũ fue-
rit apposita dicta quantitas per dinumerationẽ annorum, qa
singulo anno aliquid veniebat soluendũ, censetur vsura esse:
vt no. Bar.in præall.l.cum stipulanti. Et licet dicatur in instru
mento quod promisit nomine alimentorum, vel nomine in-
teresse, vel quocunque alio nomine: tamen effectum rei po-
tius quàm verba intueri debemus, imò semper vsura est. c. ple
rique 14. q. 4. non enim rex sermoni, sed rei sermo subiectus
esse dicitur. c. intelligentia. de verborum. signific. 1. q. 1. Mar-
chion, & Basilides, & licet etiam de iure communi possit peti
interesse pecuniæ non soluto matrimonio, vt no. in c. conque
stus. de vsur.& in l.2. C. de vsuris.& in d.l.curabit. tamẽ illud
debet intelligi quando de interesse præterito constat per pro-
bationes, non autem debet sufficere ꝙ super obligatione an-
nua adijciatur, ꝙ illud promittitur pro interesse futuro quan
do nondum esset natum: quia vbi causa requiritur ad essentiã
actus, non sufficit illam haberi pro subsistente: nisi verè eam
subsistere probaretur. l. fortè. ff. de cast. pecu. aliàs semper pos-
set fieri pactio in fraudem vsurarum, vt est fraus in mutuo cõ-
ponendo, videlicet ꝙ singulis annis, quia promitteret solue-
re decem pro damno & interesse: sed fraudibus est obuian-
dum. c. in quanto, de vsuris. l. cum hi. §. si pretor. ff. de transa-
ctio. sic etiam diceremus quando pœna præsumitur adiecta
in fraudem vsurarum: vt not. in d. l. cum alias.& in capitul.
cum dilecti. de arbit.& in capit. tuam de pœnis. facit l. prima.
§. si mutuam. ff. si quid in fraud. patron.& ita residet ipse in di
cto consilio. bene facit quod no. Bart. in l. rogasti, §. si tibi. ff. si
11 certum petatur. † vbi quærit, quòd si mutuo tibi decem quæ
promittis reddere tempore nundinarum, & si non reddis pro
mittis reddere 15. & confiteris nunc prout extunc tantum esse
interesse meum, & nomine interesse tanti facis istam promis-
sionem, quæritur an valeat promissio? & arguit ꝙ sic, per l. fi.
ff. de præt. stip. Et quia in muto venit etiam interesse ratione
moræ per l. vinum. ff. si certum petatur, & not. in l. nummis.
de in litem iuran.& in l. 1. C. de summa Trinitate & fide Ca-
c tho. tamen ipse decidit contrarium [c] quia talis confessio vide-
tur fieri contra & in fraudem legis. vt in l. qui testamentum.
ff. de probatio.& arg. eorum quæ not. in l. per diuersas. C. man
dati. nisi probaretur tale interesse per alias coniecturas. l. traie
ctitiæ. ff. de actioni.& obli.& not. doctor. l. fi. ff. de prætori. sti
pulatio. quando illa pœna vel quantitas obligationis erat
adiecta obligationi facti. Et respondet ad d. l. vinum. cum simi
li. ꝙ ibi loquitur in vera æstimatione, sed quæstio Bald. loqui-
tur in interesse.& idem etiam in effectu voluit Bald. in l. 1. C.
de sen. quæ pro eo quod interest. in versic. quid si promitto ti-
bi ex causa emphy. tradere &c. ¶ Fortificantur prædicta me-
liori ratione, quia testator legauit suæ vxori dictas pecunias
pro alimentis, quæ pro tẽpore debebuntur ei pro debitis suis
considerandum est ꝙ illa verba scilicet. quæ pro tempore de-
d bebuntur, [d] faciunt conditionem: quia relatiuum * iunctum
* verbo futuri temporis erit, ut l. imperator. ff. de leg. 3 & l. si fue
rit. ff. de reb. dubi. ergo nisi illa conditio sit impleta scilicet ꝙ
alimenta debeantur: non habet locum legatum: patet in l. pu
blius. in princ. ff. de conditio.& demonst. ubi quando testator
uoluit præstari aliquid alicui pro onere uel in onere consula-
tus, onus non debetur nisi impleta dicta conditione scilicet
consulatus no. in d. l. Titio centum. §. Titio. ubi notabiliter ꝓ-
12 batur hoc argu. ff. de condit.& demon. † quòd si relinquitur
pro aliqua causa, oportet ꝙ causa illa insit ad hoc, ut legatum
debeatur. l. nec semel. §. inhabitatum. ff. quando dies lega. ced.
& ideo si relinquit testator centum pro tali puella maritanda,
oportet ꝙ sit nubilis, ad hoc ut legatum possit peti, ut inquit
Imo. in d. §. Titio genero. in fi. Cùm ergo nunquam affuerit ca-
sus quo dicta alimenta dotis deberentur dictæ dominę Catha
rinæ, eo quia habuit ipsa semper unde se aleret soluto matri-
monio: & cum ipsa nunquam curauerit, uel tentauerit exige-
re dotem, meritò non est locus dicto legato, quia nulla alimen
ta de iure ei debebantur, ut suprà probaui: tantominus dubi-
tari debet an mortua Catharina domina Magdalena eius hæ-
res petere aut consequi potuerit dictas commoditates usus fru
ctus, seu pensionis, cum ususfructus dictę apothecę ad hę-
redem non transeat. & in hoc arguendo uacuum esset insi-
stere stantibus supradictis. Et sic concludo, quòd dictę pen-
siones debent compensari in causam dotis, & aliter non pos
sit licitè retineri. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶Consueta. hanc rationem omnes probant. Sed sequeretur quòd di
uiti reique agendi attento potius quàm pauperi & studioso vsuræ
compensatoriæ deberentur, quod est iniquum plenè dixi in tra-
cta. de vsura. super l. eos. nuper reperi plenum & eruditum consi-
lium domi. Aymo. consil. 189. vbi in plerisque nimis rigidus est: dis-
sentit ab his quæ dixi in d. tract. & in consue. Parisien. §. 1. gloss. 9.
numero 19.

b ¶Concludo, idem Alex. infra eo. consil. 63. libr. 5. consi. 74. consi. 141.
Saly. d. l. cum allegas. Pau. consi. 101. lib. 1. Anchara. consil. 93. repeti. c.
peccati. rep. ca. nemo potest. de regu. iur. in 6. Lancelot. Decius in l.
apud Iulianum. §. fructus. not. 4. de leg. 1. l. 3. in fi. de an. leg. Soc. con-
sil. 56. lib. 3. Ias. repet. l. 1. C. de summa Trini. in l. vnica. C. de ijs quæ
pœnæ nomi. Io. de Monte fera. in repe. l. nemo potest. de leg. 1. Cora.
tract. contrac. q. 34. in fi. Hiero. Cagn. rep. l. curabit. C. de ac. emp. sed
hęc sententia licet cõmunis, est erronea, vt latè probaui in d. l. eos, &
contrarium tenent Bald. in l. rogasti. §. si tibi. in fin. nouæ lectu. si cer-
tum peta. Pau. in rub. ff. de ijs quæ pœnæ nomi. & ibi Soci. in l. 2. Al-
cia. paradoxo. lib. 5. c. 20. Roma. consi. 510. Io. Gerson trac. de contra.
& melius, & sic concludo quod Alexan. hic malè consuluit.

c ¶Con-

c ¶Contrarium.idem Bal.l.1.de sum.tri.& d.l.si tibi. Anc.cō.150.consi. 2.Deci.consil.111.consil.116.119.Ant.Rub.consil.20.in fi.consil.65. consi.88. Hiero.Cagno.rep.d.l.curabit.dic vt per Dec.c.cum venerabilis.4.de exceptio.vt quæ dixi in d. l.eos.* Istud pulchrè prosequitur Decius consilio centesimo octuagesimo tertio, circa fin. & not.etiam consilio 119. dub. 2. columna penultima, & consilio 39. colum.2. vbi censet hoc etiam procedere in solito negotiari. & repetit consi.322.col.2.& consil.116.colum.2.vbi arguit,quòd vniformis præstatio arguit vsuram. Vide Alexan. qui videtur aliter loqui, consi.200.lib.6.Vide etiam Dec.ad c.cum venerabilis. col.6. de except. Natta.

d ¶ Debebuntur. fidem hic desidero: quia verba deprauat quæ referuntur ad alimenta:sed ad pensiones quæ pro temporis rata currēt & vice alimentorum interim legentur vt patet ex narratis in consi.

* Quia relatiuum.] Idem tenet Bar.ad l.Stichum,qui meus erit. per illum tex.ff.de leg.1. Natta.

EPITOME.

STATVTVM quòd locatio intelligitur tacitè ad idem tempus cum eisdem pactis renouata nisi fuerit per tres menses ante finem denuntiatum habet locum etiam in locatione ad longum tempus, in qua etiam pactum est quòd conductor possit & teneatur rem emere. h. d. hic, sed alibi melius sensit contrarium.

CONSILIVM XXVIII.

Ponderatis verbis dicti statuti & his quæ in themate suprascripto narrantur, videtur fortasse dicendum dictam locationem non intelligi renouatam aut prorogatam hijsdem pactis in longius [a] tempus finito dicto decennio, quia vbi verba legis vel statuti nō coueniunt
1 nec etiam legis † dispositio vel statuti. l.4.§.toties.ff.de damno infec.l.ita autem.in prin.ff.de admi.tu.c.ad nostram.el 3. de iureiur. c. indemnitatibus. §.sed cum eos de elec.in 6. sed dictum statutum loquitur in eo locatore vel conductore,qui per tres menses ante finem locationis poterat denunciare, ꝙ volebat in dicta locatione vel conductione persistere. sed in proposito videtur ꝙ dicta denunciatio fieri non poterat, quia non fuerat simplex locatio, & sic virtute talis pacti non poterat locator inuito conductore ab illo discedere,nec econtrà. l. sicut.C.de actio.& oblig.l.in commodato.§.sicut.ff. commo.
2 l.perfecta. C. de do. quæ sub modo. † nam pactum prædium appositum iuxta contractum bonæfidei, vestitur cohærentia contractus, & non solum exceptionem, sed etiam actionem parit. l. in bonæfidei. & l.petens. C.de pac.l.iurisgentium.§.
3 quinimmo. ff. de pac. † præterea statutum loquens de simplici locatione,non videtur ꝙ extendatur ad contractum mixtū, & faciens transitum ad contractum venditionis, prout fuit in proposito iuxta.l.sicut emptio.§.1.loca.quia statutum contra ius commune loquens de simplici non extenditur ad casum mixtum.l.vim passam.§.præscriptione. ff. de adult.l.si ita scriptum.in princ.de libe.& posthu.& ibi no.doc.maximè Ang. & omnes doc.in l.2.in prin.ff.de verb.ob.& Iac. But.& Bald. in l.certi condictio. §.quoniam.ff. si certum pet.& Bald. in l. omnes populi. in 12.colum. ff. de iust.& iur.& in l.hac consultissima.in 3.col.qui test.face.pos.Io.de Imo.in l.qui fundū. in prin. ff. ad l.Falci.cum simi.sed dictum statutum non solū in locatione, sed ad pensionem vel ad affictum, seu ad dimidiam vel aliam ratam fructuum extenditur, igitur non debet extendi ad dictam locationem in qua est adiectum pactum, quòd conductor possit & tenetur francare,seu titulo emptionis acquirere, & per consequens remanemus in dispositione iuris communis, secundum quam videtur renouata locatio pro alio decennio. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca.
4 † Sed præmissis non obstantibus contrariū [b] puto in proposi-
b to de iure verius,quia conductio & locatio ad tempus 10.annorum, seu ad tempus longum appellatur locatio & conductio.l.fi.cum glo. ff.si ager vecti.vel emphy.c.ad audientiam, de rebus eccl. non alie. & ideo dicimus ꝙ licèt emphyteutæ non fiat remissio mercedis quando fructus non percipit. l. 1. C. de iure emphy. tamen secus est in locatione facta ad longū tempus,vt not.& traditur per Cyn.& Bald.in d.l.1.C.de iure emphy. & Pet.de Anch. & Io.de Imo.in ca.potuit.de loca.& Ang.in §.quia verò Leonis.in auth.de non alie. vnde cum dictum statutum simpliciter & indistinctè loquatur de locatione vel conductione ad affictum, vel ad pensionem vel ad certam partem fructuum,disponendo ꝙ nisi facta fuerit dicta denuntiatio per tres menses ante finem locationis, intelligitur locatio & conductio facta eisdem pactis,pensionibus, pœnis, & obligationibus,& qualitatibus pro eo tempore,quibus prima locatio facta fuerat, negari non potest ꝙ dicta conuentio de francando non sit pactum & obligatio. l. 1. ff. de pac. ideo nil repugnat quin dicta locatio intelligatur facta cum eodem pacto & obligatione francandi, pro eodem tempore secūdum dispositionem dicti statuti. statutum enim indistinctè loquēs, debet indistincte intelligi.l.de pretio.ff.de publi.l.1. §.generaliter.ff.de leg.præstan.Nec obstat ꝙ verba dicti statuti nō conueniant casui nostro,eum non possit locator inuito conductore a locatione recedere,nec econtrà,& sic nō possit denunciationem facere, quia respondeo ꝙ imò verba optimè conueniunt,& ꝙ post dictam denunciationem locator facere debet, quia si locator non vult ꝙ finito tempore locationis primæ, conductor perseueret in locatione, potest vti hac denuntiatione, dummodo hoc faciat per tres menses ante finem locationis,& tunc oportebit ꝙ conductor instante locatore soluat p̄tium francationis,& rem acquirat titulo emptionis, vt fuit cōuentum, & si non vult conductor facere hoc poterit cogi ad hoc virtute dicti pacti de francando quod producit actionē, vt dixi.& sic cogendo conductorem francare, non durabit vlterius locatio, quia locatio non potest consistere re effecta propria conductoris.l.is a quo.ff.de vsuc.l.neque pignus. ff. de regu.iur.& plenè in l.si aliquam rem.ff.de acqui.poss. & posito quòd non francaret, tamen operabitur denunciatio facta per locatorem, ꝙ conductor non poterit finita locatione dicere intelligi prorogatam, seu renouatam locationem pro eodem tempore,& eodem modo quo primo facta fuerat propter contrariam protestationem declarantem ꝙ non est consensus locationis sine quo consensu tacito vel expresso, locatio perficī non potest l.consensu,in prin.de ac.& obli.& d.§.qui impleto & operatur etiam dicta denūtiatio, vt non possit in fine dictæ locationis conductor dicere ꝙ non tenetur in fine primæ locationis francare. & quod vult differre francationem in fine renouationis locationis quod allegare posset conductor si dicta denuntiatio facta non fuisset stante dispositione dicti statuti indistinctè loquentis.Et sic patet ꝙ denuntiatio prædicta operabitur effectum suum etiam quamuis non possit locator denunciare,quia vult discedere a pacto de francando,nisi volente conductore & econtrà.tamen potest bene denunciare ꝙ finito tempore locationis primæ,non vult amplius in locatione continuare,eo quod nihil est ꝙ repugnet. Et eodem modo si intentio conductoris est nolle finita locatione perseuerare potest ante finem locationis per tres menses hoc denuntiare locatori, & operabitur ꝙ in fine primæ locationis non poterit locator dicere,ꝙ non vult rem per dictum conductorem francari nisi in finæ renouatæ locationis, si autem erat in principio, & tempore contractus locationis, & quod conductor in fine temporis locationis francaret, tunc clarum est ꝙ propter denuntiationem prædictam non intelligitur reuocata locatio cum ijsdem pactis,& per consequens poterit conductor in fine primæ locationis francare inuito conductore: quod facere non posset,si dicta denuntiatio facta haberet effectum,& ideo non potest ea non ob. eo quia non intelligitur renouata locatio sub eodem pacto francandi, illo tunc ante per tres menses facta denuntiatione:sed solùm tunc in fine temporis primæ locationis. Potest etiam responderi quod argumentum factum in contrarium non militat in casu nostro in quo ex narratis in themate non apparet quod conductor esset obligatus francare:quia verba de necessitate hoc non important, nam dicitur in themate quod locatio facta fuit ad decem annos, cum pacto francandi: nam possunt dicta verba intelligi ꝙ licet dicto conductori francare:non ꝙ teneatur, quia illud gerundium francandi,non denotat necessitatem,vt not.Bart.& alij in rubri.C.& digestorum.& patet in rubrica de in ius vocan.& in
5 rubrica de postula. cum simi. † & verba dubia debent interpretari contra illum qui se fundat ex scriptura.l.veteribus. ff. de pac.c.in præsentia.de renuntia. & ideo si locator vellet dicere ꝙ statutum non habet locum in ea locatione in qua conductor tenetur francare, haberet probare ꝙ locatio ita facta fuerit.

fuerit.l.ei qui.& l.in exceptionibus. de probatio. ergo sic potest dicta scriptura locationis intelligi ꝙ liceat dicto conductori francare, & ꝙ erat in potestate dicti conductoris denunciare se nolle amplius stare locationi,& discedere a locatione, & a pacto de francando. tutiorem tamen puto præcedentem responsionem,quæ meo iudicio vera & expeditissima est, Nõ ob.quod statutum loquens de locatione simplici non extendatur ad istam locationem mixtam,quæ transitum facit * ad cõtractum venditionis: quia negari potest ꝙ statutum loquatur in simplici locatione, imò loquitur indistinctè in locatione facta ad pensionem vel affi- um vel ad certam partem fructuũ, quamuis etiam contineat alia pacta,alios modos & cõuentiones,& qualitates,vt in statuto expresè dicitur, & ista conuentio de francando est pactum, vt dixi. & sic iste non est casus omissus,imò comprehensus a dicto statuto indistinctè loquẽte.nec etiam est verum quod dicta locatio sit locatio & venditio seu alienatio, imò est locatio cum pacto de vendendo, qđ est aliud quàm venditio.l.in bonæfidei. ff.de eo quod certo loco.vbi autem fuissemus in terminis iuris communis, constat

6 † quòd cum tractemus de locatione prædij rustici, si conductor vel eius hæres finita locatione cœpit perseuerare in retentione fundi sciente & patiente locatore, intelligitur reconducta,& relocata, non per decem annos sed pro vno anno, d. §.qui impleto.& l.legem.& ibi no.C.loca. Et adhuc intelligi

c tur facta cum clausula[c] & modis, quibus facta fuerat prima locatio:ita inquit Bald.in d.l.legem.per illum tex.quod reputat not. & ita dicit ibi Ang. & sic etiam pactum francationis intelligitur repetitum.

ADDITIONES.

a ¶ Longius. idest longum seu simile decennium.

b ¶ Contrarium. hic contra morem suum sibi contrarius est,vt in locis allegatis,supra eo.consil.17. nume.12. vbi tenuit non fieri reconductionem quando est ad longum tempus etiam stante d.statuto. quod intelligo nisi ad vnum ceptum annum,prout alias de iure cõmuni cessantibus alijs pactis his commune habentibus hoc verissimum puto, vt dixi in consue. Parisi. §.195.& sic Alex.hic male consuluit.

* Transitum facit.] Contrarium super hoc eodem statuto, quòd non procedat in locatione cum pacto de reuendendo,respondit Alexander idem consilio 76.libro 5.sed Alexandrũ hic sequitur latè Ruin. consilio 78.libro 1. Natta.

c Clausulis. verum est de illis quæ congruunt locationi, secus puto de prorsus separatis,vt in hoc pacto. vnde si locaui ad quinque annos cum pacto ꝙ poterit conductor intra idem tempus soluendo mille emere,licet si remaneret in 6.anno intelligatur fieri tacita reconductio pro illo anno cum similibus pactis congruis de substantia & natura actis vt sub eadem pensione, non tamen sub eodem separato pacto vendendi vel acquirendi intra illum sextum annum vt plenè & nouè probaui in consuetudinibus Parisi.

EPITOME.

VXOR relicta domina vsufructuaria stantibus filijs habet tantum alimenta, sed si postea decedat sine filijs, incipit habere plenum vsumfructum non obstante statuto,quo prohibetur relinqui vxori vltra 16. florenos stantibus descendentibus. hoc dicit.

CONSILIVM XXIX.

* Viso themate *& dubitatione de qua quæritur, an dicta Catharina vxor domini quondam Bernardini, perseuerans in viduitate possit retinere totam hæreditatem quantum ad percipiendum ex ea integrum vsumfructum totius hæreditatis sibi in testamento Melchionis relictum. in quo prætermissis superfluis puto ꝙ sic,hoc probatur per ea quæ not.Bar.& alij in l.Titia cum testamento.§.fi.ff.de leg.2.dum quærit Bar. an dato quod testator reliquit in testamento vxorem dominam & vsufructuariã, nam filijs testatoris hæredibus institutis solùm intelligantur

a vxori relicta alimenta.[a] vt no.per glo.& doc.in auth. hoc locum.si secun.nup.mu. vtrum habebit hoc locum si filius fuerit institutus hæres, & hæreditas postea mortuo filio transiuerit ad alios qui non sunt de succedentibus testatoris, puta ad substitutum pupillarem,qui est hæres pupilli.l.fin.& l.si plures.§.ad substitutos.ff.de vul.& pup.l.pater filio.in fi.ff.de hære.insti.de pupilla.& subst.in prin.alias ad alios similes hære-

1 des.de pup.& concludunt doc.† ꝙ aut testator dixit in testamento simpliciter relinquo vxorem dominam & vsufructuariam,& tunc etiam mortuo filio non debeantur vxori nisi alimenta, quia iam ex persona pupilli ceperunt solum deberi alimenta, ex quo nec in plus debet teneri substitutus pupilli vel alius hæres eius.l.qui fundum. §.qui filium.ff.ad l.falcidiam. Sed si testator adiecit in dicto relicto illa verba, videlicet donec domina vxor vidua seu casta vixerit &c. prout adiecit in casu nostro, tunc propter illam dictionem, donec apparet ꝙ legatum est annum. l.legatum. ff. de an. leg. & sic pro primo

b anno est purum, pro sequentibus est conditionale[b] idest, si vxor vixerit, & castè in viduitate &c. & plura sunt legata vnũ pro quolibet anno.l.si in singulos.de an.leg.l.senatus. §. fi. ff. de don.cau.mor. & sic mortuo filio quò ad sequentes annos, cepit legatum deberi a substituto pupilli, seu ab eo qui est hæres pupilli l.si fundum sub conditione.& §.si pater. de leg. 1. vnde cum talis hæres pupillo non sit de descendentibus testãtis integer vsusfructus debetur vxori per no.per glo.in d. aut. hoc locum.& istud expresè in quocunque hærede pupilli tenet Bar.consi.61.inci.B.fecit testamentum. & consi. 170. incip. Petrus Marioli. dicit tamen Bart.in dictis duobus consi-

2 lijs † quòd talis vsusfructus debetur vxori in omnibus bonis testatoris,deducta tamen legitima filiorum,in qua non potest testator alteri relinquere vsumfructum,vt no.per glo.& doc. in l.vxori meæ. ff. de vsufruc. leg.& in auth.nouissima. C. de inoffi.test.& no.in proposito meo.Spe.in tit.qui filij sint legi. §.1.versi.quid si quis ita. & Host.in summa.de pigno.§.qualiter constituatur.versi.quid si quis ita dicat & Lapus in c.si pater.in prin.de testa.in 6.& probatur in §. prohibemus. in aut. de trien. & semis. & istam opin. etiam sequitur Bart.in l.si ita scriptum fuerit.ff.de iniust.testa.per illam l.in fin.& idem tenet Bar.Bald.& Io.de Imo.in l.si quando. de vulg.& pup.per id quod no.glo.ibi,& idem not. Bald.in l.fi. C. de ind.vidui.

3 to.vbi concludit Bal. † ꝙ si vno anno viuat filius,tunc pro illo anno vxor non habebit nisi alimenta,sed eo mortuo poterit mulier petere vsumfructum de iure communi, iuxta l.si Titio.ff.de vsufru.leg.& idem in effectu tenuit Ang. in d.auth. hoc locum.& plenius Ange.consi.109.inci.In dicto testamẽto continetur. & licet essent fratres testatoris post mortem pupilli,tamen per hoc non debet denegari dictus vsusfructus dictæ vxori, quanquam dicti fratres testatoris succederent pupillo,quia illud quod no. in d.auth.hoc locum, scilicet quando sunt instituti descendentes.& vxor est relicta domina Massaria, & vsufructuaria non habeat vxor nisi alimenta viuentibus descendentibus, non habet locum quando hæreditas vadit ad transuersales.vt not.Bald.in d.l. Titia cum testamento. §.fi.arg.in l.5.§.1.ff.de lega.præstan.& cõfirmat expresè Ange.consi.338.inci.Ser Simon de Regio. & quia illa conclusio quod filius institutus,verba illa restringuntur ad alimẽta tantum,est ex interpretatione & consuetudine, vt not.per glo.& doc.in d.auth.hoc locum,cum concordantijs, de quibus supra quæ cum sit exorbitans a propria significatione verborũ, non debet ad aliàs personas quæ non sint de descendentibus extendi.arg.l.quod uerò.& in l. ius singulare. ff. de leg.& qđ not.per Cy.in l.1.C.quæ sit lon.consue.& alia est ratio in descendentibus ad quos transit hæreditas ascendẽtium ex voto ascendentium.l.scripto.ff.vnde li.l.nam & si parentibus.ff.de inoffic.testa.quod non ita requiritur in transuersalibus, quibus non adeò est debita successio sicut descendentibus. l.fratres.C.de inoffi.testa. l.1. de impo.lucra.descr.& Ange.idem consuluit.consi.371.inci.Maritus filium nasciturum.Superest solùm videre vtrum dictum statutum sub rubrica de dotibus & donationibus mulierum,habeat prædictis obstare.in quo concludo ꝙ non nam dictum relictum factum vxori est conditionale post primum annum,quia intelligitur annuum, & sic sunt plura legata per illam dictionem donec, & Bart.in d.l. Titia cum testamento.§.fi.& in l.qui concubinam. §. vxori.ff.de leg.3.& in l.eum qui ita.ff.de verbo.oblig.& talis conditio quæ erit in dicto legato, suspendit dictum legatum annuum.d.l.si in singulos.& in l.1. quando dies leg.ce.& declarat Bart.in l.ita stipulatus.ff.de verbo.bblig.in versi. tertiò uidendum

dendum est quando obligatio habet multiplicationem obli-
4 gationis &c. † sed ita est quod legata quæ sunt facta sub conditione quæ suspendit, sunt huiusmodi naturæ ꝙ licet talia legata ab initio non valeant propter aliquem defectum assistẽtem tempore testamenti, tamen reconualescunt ex post facto si cessat talis defectus impediens, quia in talibus legatis non habet locum regula Catoniana. hæc leguntur ex not. in l. 1. & 2. & ibi declarat Bar. s. in d. l. 1. ff. de reg. Cato. l. eotem. §. 1. ff. de lega. 2. & colligitur ex not. per glo. & Bar. & modernos in l. cum filio. & gloss. in verbo, ex persona eorum. in fin. ff. de lega. primo. & in l. si dominus Stichus. ff. de lega. primo. & in l. qui filiabus. §. fin. cum ibi not. per Bald. & Ioan. de Imo. eo. tit. ergo dato quòd propter statutum disponens quòd si maritus habuerit ascendentes vel descendentes masculos, vel fœminas non possit relinquere quicquam in vltima voluntate vxori vltra florenos 16. non potuisset valere tale legatum vsusfructus in persona vxoris propter descendentes testatoris, qui extabat tempore testamenti vel tempore mortis, tamen cessan-
c te[c] impedimento hoc, id est deficientibus descendentibus & ascendentibus, reconualescere debet legatum conditionale,
5 vt dixi. † Alia ratione etiam debet reconualescere tale relictũ quia quatenus legatum valere non potest mixta ratione personæ legantis & legatarij, vt in casu nostro, quia maritus potest legare naturaliter cuicunque, sed non vxori, & vxor potest capere relictum a quocunque, sed non a marito, si defectus & incapacitas erat talis quod non erat in potestate testatoris prouidere quod tale legatum valeret, vt in casu nostro, quia existentibus ascendentibus vel descendentibus, non poterat maritus vxori relinquere obstante statuto, certè si tunc ex post facto esset ille defectus incapacitatis, quia desinunt extare ascẽdentes vel descendentes legatum reconualescit. ita voluit. no. Bart. in d. l. 1. in versic. venio ad quartum & c. ff. de regu. Cato. & Bald. in l. 2. C. de leg. & Paulus de Castro, in l. cætera, in princ. ff. de leg. 1. arg. l. 3. §. quando autem. ff. de iure fis. vbi p
6 illam. l. dicit † quod si statutum dicat quod non valeat legatum factum forensi contigit quod legatarius erat forensis tempore testamenti postea effectus est ciuis: certè capiet, quia regula Catoniana non habet locum in prohibitionibus nouarũ legum, vt ibi. Non obstant etiam quod in statuto præmisso dicatur quod donec mulier in domo vel in bonis mariti sui defuncti habitare vel stare voluerit honestè victum & vestitũ secundum possibilitatem bonorum quondam mariti sui habeat non vltra & quanquam relicta fuerit a testatore domina massaria, & vsufructuaria &c. quia respondeo quod talis particula statuti dicentis, quanquam relicta fuerit à testatore domina, massaria &c. intelligitur & intelligi debent quando extarent descendentes aliter non. & hoc colligitur ex pluribus,
7 † vt cum statutũ non sit conforme iuri cõi debet interpretari vt lędat ius cõe, quanto minùs esse põt, vt in l. 2. C. de noxali. l. quãuis. ff. de in ius voc. c. cũ dilectus. de consue. l. si. §. in cõputatione. C. de iure delib. Tum qa aliàs statutum esset sibi ipsi contrarium, imò ꝙ proximè dixerat in verbo, si verò nõ habuerit descendentes, vbi cauetur quod qñ maritus non habet ascendentes vel descendentes hẽt potestatem relinquendi vxo-
8 ri quicquid voluerit, † & dẽt fieri interpretatio vt statutum sibi ipsi non sit cõtrarium. c. cũ tu. de test. 1. const. C. §. quibus. no. Bar. in l. scripturæ. C. de fide instr. & in l. 1. §. emptionem. ff. qd vi aut clam. cum simi. non enim est verisimile ꝙ statuentes incontinenti voluerint se cerrigere. l. nam ad ea. ff. de cõd. & demon. hoc etiam apertè innuunt verba eiusdẽ statuti post dictum verbum, donec &c. ibi dum dr̃, ita tamen ꝙ filij vel filiæ, nepotes, vel neptes, ex testamẽto, vel abintestato succedẽtes vnà cum vxore debeant percipere fructus, & ex eis &c.
9 † Nam per sequentia declarantur præcedentia. l. si seruus plurium. §. fina. l. qui filiabus. in princi. ff. de leg. 1. l. vtrum. ff. de petitio. hæredita. ergo cum nunc defecerint descendentes, & nulli sunt ascendentes testatoris, sequitur quod cessat omnis defectus, & propterea dictum relictum reconualescere debet pro futuris annis, vt probaui. cessat enim mens & ratio statuti quæ fuit fauere descendentibus & ascendentibus: ergo cessare debet dispositio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. cap. t. cum cessante. de appella. Ex quibus concludo dictum vsumfructum totius hæreditatis deberi dictæ vxori eo modo quo dictum est.

ADDITIONES.

* Viso themate.] Vide eundem Alexandrum consi. 40. lib. 1. Natta.
a ¶ Alimenta supra lib. 3. consi. 56. cum seq.
b ¶ Conditionale. Istud non est ad propositum, quia non proinde sequitur quòd mutetur vel mutari possit qualitas vel modus legati in singulis annis. Tamen hæc ratio nedũ non concludit, sed non est ve quia verbum donec, in legato vsusfructus, vel fundi non facit legatum conditionale, sed limitatum seu finiendum illo casu aduenien te vt dixi in d. l. legatum. in no. intellec. Vera autem non est quia huiusmodi legatum de per se, & mero iure est de pleno vsufruc. Limitatur autem hæc & restringitur ex tacita mente & æquitate ad alimenta honorifica fauore liberorum. Et si quandiu illi supersunt. Illis autem deficientibus cessante causa limitatio. arg. l. Titia Seio. §. vsuras. de lega. 2. Quare idem dico indistinctè siue simpliciter legatum quærit, siue sub illa alia limitatione donec vidualem &c. vt deficientibus quandocunque liberis reintegratur legatum vsusfructus deducta legitima.
c ¶ Cessante. & sic loquitur Alex. etiam casu quo filij post obitum patris testatoris decedant sine filijs superstita matre: & tunc dico ꝙ stante dicto, vel simili statuto pessimè Alex. consuluit, vt in simili dixi in consu. Parisi. §. 155. ad fin. plus dico quòd etiam si testator legaret vxori vsumfructum, vel fundum sub expressa conditione, si contingat filios suos decedere sine liberis, non valet si semel tempore mortis liberis reliquerit, nec conualescit quandocunque deficientibus liberis, quia interest eorum non grauari, etiam sub conditione, vltra metas statuti, & alioquin non possunt filij liberè disponere, vel ad hæredes transferre, prout voluit statutum. intelligo tamen quòd saltem vidua capiat quantum per statutum ei capere licet. Nec est simile de forensi vel alio qui est prohibitus capere odio sui. Quare si die legati cessante sic quamuis cessat tota ratio odij, & statuti, & sic valet legatum, sed hic vxor non est prohibita plus capere odio sui, sed fauore filiorum, qui fauor non cessat in totum licet filij sine filijs decedant ante diem legati facti vxori cedentem, sed post acquisita bona paterna, etiam si filij in vita non disposuerint, vel disponere, fortè infantes vel furiosi non potuerint, quia interest eorum libere ad hæredes transmittere. nec obstat ꝙ nuper dixi reintegrari legatum pleni vsusfructus deficientibus liberis post obitum patris. licet illi relinquant hęredes extraneos, quia ibi non erat vxor prohibita totum vsumfructum capere sicut hic, vnde sicut ibi restringit legatum vsusfructus ex tacita mente, & consuetudine, ita ex eadem tacita mente, & consuetudine redintegratur.

EPITOME.

POTEST legitimatio fieri ita vt succedat filius in eo quod patri placuerit, vel in certa parte tantùm: & tunc est potius dispensatio, hoc dicit.

CONSILIVM XXX.

* Vltra ea quæ aliàs * consulendo scripsi in causa vertente inter Faustinam agentem & dictam Mitam & Nardum & Palmerium se defendentes
1 † quæritur vtrum attenta quædam copia assertæ legitimationis Faustinæ mihi ostensa, debeat Faustina obtinere, in quo breuiter concludo ꝙ non. Primò, quia nec probatum est per testes Faustinam fuisse filiam dicti Ioan. Aurispæ, vt in alio cõsilio dixi nec etiam in præsenti legitimatione narratur ꝙ dominus Io. Aurispa asserat Faustinam fuisse filiam suam, imò, potius contrarium, vt patet ex illis verbis tanquam filios edu-
2 cari de bonis proprijs fecerit &c. † Nam illa dictio, tanquam, est nota impropriet atis & similitudinis. c. solitæ. de maiori. & obedientia. & ibi no. Iacob. But. & Bar. in l. 1. circa finem principij. ff. de offi. eius cui manda, est iurisdi. & Archidiac. in c. j. de homici. in 6. & Bald. in l. si pater. §. qui duobus. ff. de adop.
3 † patet etiã ex his verbis, pietatis intuitu, per quæ videtur filios non enunciari. & per quæ verba similiter nõ denotantur proprietas & varietas. l. quidam cum filium. ff. de verborum. obl. l. mortuo. ff. de fideiuss. cum similibus. ergo non potest dici quod habuit filiam velut naturalem, & ei effectæ legitimæ per legitimationem debeatur legitima, & moueri potuit do. Ioannes ad impetrandam legitimationem ad tollendum dubium: videlicet ne quis possit opponere ꝙ ipsa Faustina erat incapax relictorum iuxta aut. ex complexu. C. de incest. nup. l. 1. C. de natura. libe. Sed posito quod Faustina fuerit filia dicti Ioannis adhuc stante dicta legitimatione, dico eam nõ posse petere legitimam contra voluntatẽ dicti testatoris, prout petit. Hoc probo primò per id quod no. Ant. de But. in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi. in versi. sed est dubium an pater &c.

4 ter &c. † vbi quærit, an pater possit filiam legitimare seu legitimari facere hoc acto, ꝙ in incerta tantum parte succedet? & tenet ꝙ sic, & refert ꝙ ita inuenit tenere Bart. in l. quæsitum. ff. de adop. in reportatis antiquis per text. in c. 1. de filijs natis ex matrimonio ad morga, contracto, in vsibus Feud. & Pau. de
a Cast. in l. pactum. C. de coll. idem tenet. nam dicit[a] se consuluisse quod valeat legitimatio facta cum hoc quod filius succedat in eo quod patri placuerit. allegat text. in d. ca. 1. & quod not. Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de succes. abintesta. §. fin. in addi. incip. vbi hoc dicit Rofredus &c. & dicit ꝙ tunc non est propriè legitimatio sed dispensatio, cum non sit legitimus quò ad omnia per not. per Bart. ff. de vsucap. in l. si is qui pro emptore. dum tractat de fictione inductiua, ibi dum alleg. l. rescriptum. ff. ad Macedo. in verbo, vice. & ita etiā dicit Pau. de Cast. se inuenisse consultum per Ray. de For. in ciuitate Pisarum, & istud tenet etiam Lud. Romanus in d. l. pactum. & in l. qui superstitis, de acqui. hæred. sed ita est quòd ipse dominus Ioannes ipsam Faustinam legitimari fecit quò ad succedendum in bonis quæ ipse sibi relinqueret, aut inter viuos, aut etiam mortis causa donaret, vt patet ex verbis legitimationis ibi dum dicit, intendit quòd tempore obitus sui, seu etiam ante, aliquid ex bonis de quibus liberam habet ex iure, seu etiam ex concessione apostolica testandi seu disponendi facultatem inter viuos, seu etiam causa mortis, sicut etiam ex testamento concedere, donare, legare, seu relinquere, sicut etiam ibi dum dicit, atque plurima ex bonis suis eis donare ac relinquere in posterum intendat, & ibi omnes & singulas tam inter viuos quàm etiam ex causa mortis donationes, & concessiones, relicta legata, & etiam hæredis institutiones, & substitutiones in bonis ipsius Ioannis Aurispæ facta valuisse, & valere ex testamento; & ab intestato succedere. cum ergo dicta Faustina non petat dictam legitimam abintestato, quia dominus Ioannes decessit testatus, nec etiam ex testamento, sed petit contra testamentum, vel saltem præter testamentum, quia testator sibi reliquit duntaxat libras centum cum certa modificatione &c. & Faustina non fuit legitimata ad succedendum contra vel præter voluntatem testatoris, vt patet ex verbis præmissis, ergo ad talem successionem admitti non potest, vt supra probaui. istud etiam voluit Ange. consil. 264. incip. Dominus Papa. Ex quibus concludo dictam legitimationem non obstare.

ADDITIONES.

* Quæ aliàs.] Vide per eundem Alexandrum consi. 174. lib. 7. Natta.
a ¶Dicit Pau. consi. 30. lib. 1. vide plenè infra lib. 5. consi. vlt.

SVMMARIVM.

3 *Dos data nepti computatur patri in legitimam in bonis aui, qui in dubio censetur contemplatione filij dotasse.*
6 *Filius præsumitur acquisiuisse ex bonis patris, nisi quatenus sunt coniecturæ in contrarium.*
10 *Donationes quæ morte confirmantur, imputantur in legitimam.*

CONSILIVM XXXI.

Viso testamento ser Andreæ de Castaldis, & ꝓcessu causæ inter Castaldum eius quondam filium agentem, & Galuatium & Nicolaum filios quondã alterius Nicolai olim dicti ser Andreæ se defendentes: & visis narratis in themate suprascripto, vis omnis consistit in discernendo, quæ deduci debeant de bonis & hæreditate dicti ser Andreæ priusquam detrahatur legitima petita per dictum Castaldum, posito ꝙ illa sibi debeatur:
1 & etiam quid debeat sibi in dictam legitimam imputari. † Et in primis clarum est, deducendum esse omne æs alienum, & funeris impensam antequam legitima detrahatur. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. testa. & propterea deducendum erit illud quod Dominicæ pedissequæ relictum est. & hoc quatenus ei debitum erat pro mercede sua. & si legatum agnoscat, vel si legatum repudiet, debebit deduci quatenus sibi deberi constabit pro eius operis & mercede: vsque in tempus mortis testatoris facit. l. creditorem. ff. de leg. 2. l. 1. §. si creditori. ff. ad l. Fal. iuncta. l. qui vxori. in princ. cum ibi not. ff. de auro
* 2 & argento leg. ¶ † Imputari autem in legitimam debet omne id quod ad dictum Castaldum in potestate patris existentem peruenit ex bonis dicti ser Andreæ, vel iure legati, vel in vim modi, vel aliter titulo non oneroso. l. eriam. §. penul. ff. de bo. li. l. quoniam nouella. & l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. test. & plenè not. per Bar. & alios in l. in quartam. ff. ad l. Falc. & in l. filium quem habentem. C. fami. ercisc. & ibi etiam habetur quòd illud quod cõcessum fuisset in peculium filio exi
3 stente in patria potestate, computatur in legitimam. ¶ † Sed iuxta hoc est videndum an dos quam dedit dictus ser Andreas filiæ dicti Castaldi, debeat computari ipsi Castaldo in legitimam. & iste est no. articulus in quo breuiter concludo quod
a sic. &[a] hoc in terminis firmat Cyn. in l. scimus. in 5. q. C. de inoffic. testa. vbi ad hoc allegat dictam l. quoniam nouella. hoc
4 idem probatur ex his quæ not. Ange. in d. l. in quartam. † vbi quærit, quid si auus dotauit neptem. & auo ac demum patre mortuis, vult dicta neptis venire ad successionem patris sui: vel vult saltem legitimam ex forma iuris vel statutorum: an dotem quam habuit ab auo debeat sibi imputare in legitimã debitam ipsi nepti in bonis patris sui. & ibi refert se pluries consuluisse: quod si auus dotauit neptem contemplatione sui & hoc constet liquidò, vel per vehementia indicia: non computabitur in dictam legitimam: quia illa dos non fuit profecta a patre, sed ab auo: ergo non debet in legitimam debitam in bonis patris imputari. d. l. sancimus. §. repletionem. sed si auus dotauit contemplatione filij: vel dubitatur cuius contemplatione, quo casu scilicet quando dubitatur est idem ac si cõtemplatione filij sui dotasset. l. dedit dotem. & ibi no. Iaco. de Are. & Bart. ff. de col. bo. & tunc debet imputari in legitimã sibi debitam in bonis patris, quasi ipsa a patre suo dotata sit. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. breui enim manu censetur dos primò tradita filio: & per filium nepoti. l. 3. §. fi. ff. de do. inter vir. & vxorem. l. singularia. ff. si cert. per. & in hac conclusione residet Ang. in præallegata. l. in quartam. & ita vult ipse in suo consi. 78. incip. Io. Philippi. & in consi. seq. & Pau. de Cast. lib. 2. consi. 96. incip. Dicta Cornelia &c. Si ergò in dubio dicta dos data nepti contemplatione filij, & nepti computatur in legitimam sibi debitam in bonis patris sui, ergo sequitur vt dicit Ange. ꝙ censetur prius ab auo data filio & per consequens venit computandum filio in legitimam sibi debitam in bonis patris sui per d. l. quoniam nouella. & l. profectitia. in princ. ff. de iur. do. & l. omnimodo imputari. C. de inoffi. test. & per not. etiam per Bart. in d. l. in quartam. dũ tractat quæ debeant in legitimam imputari. bene facit quod no. Bar. in auth. ex testamento. in fi. C. de secun. nup. Nec obst. id quod no. gloss. in d. l. qui in aliena. §. interdum. in versic. faciet hæredem. ff. de acqui. hære. & ibi doc. & Bar. in l. quæsitũ.
5 in prin. ff. de leg. 1. † vbi habetur quod illud quod obuenit nepoti ab auo non dicitur profectitium respectu patris, & sic non censetur profectum a patre, sed ab auo contemplatione patris: quia respondeo quod ibi loquitur quando auus da-
b ret nepoti aliquid ad quod non tenetur[b] propter filium, secus in dote ad quem tenetur propter filium, vt in d. l. dedit dotem. & ibi not. Iaco. de Are. & Bart. & ita etiam respondet Ang. in præallegato consilio. Si tamen appareret ꝙ non contemplatione Castaldi; sed neptis dotem dedisset, tunc dos nõ imputaretur Castaldo in legitimam, & ita procedunt alia quę in contrarium possunt adduci. & istam opin. etiam insequutus sum legendo dictam l. in quartam. vbi etiam hunc articulum plenius prosequutus sum: vt ibi videre potes si vis. Quęritur etiam de eo quod dedit in dotem Castaldus dictæ suę filiæ ignorante ser Andrea vltra id quod pro ea dederat dictus ser Andreas in dotem, an præsumatur fuisse acquisitum de bonis patris, id est dicti ser Andreæ, & similiter quid de libris sexcentum Bononenorum, quas reperitur Castaldum secretè seu inscio patre dedisse ad mercandum, tempore quo ipse seorsum à patre habitare cepit, & de alijs bonis quæ postea reperiretur Castaldum acquisiuisse, stante quòd à patre habuerat certa prædia, & quædam bona pro vsu fructuando, & pro alimentis suis, præsupposito quod Castaldus non erat vir talis industriæ quod ex sua industria quærere potuisset huiusmodi bona, & quòd viuebat ex reditibus prædiorum sibi

sibi assignatorũ per patrem pro alimentis, & si quid vltra habebat aduentitium, parum erat, & aliquando administrauit de
6 alijs bonis paternis antequam seorsum a patre habitaret. ¶ † Et adhoc respondeo ꝙ stantibus prædictis videtur concludendũ, ꝙ potius ex bonis dicti ser Andreæ quàm aliunde acquisiuit, per id quod no. gl. & doc. in l. cum oportet. in prin. C. de bon. quæ liber. & in l. Quintus. ff. de dona. inter vir. & vxor. & per Spec. & Io. And. in tit. de actore. §. 1. versi. quid si dubitetur. & per Io. And. in c. 1. de pecu. cleri. & Iaco. But. in aut. legitima. C. de episc. & cler. & Bald. in auth. ex testamento. C. de col. in versi. vndecimum capitulũ &c. & in l. iubemus. §. j. C. ad treb.
7 vbi concluditur † ꝙ quando reperitur filium aliquid habere, & ignoratur vnde quæsiuerit, recurrendum est ad coniecturas, adeo ꝙ si filius nihil sciebat operari & pater erat diues, pręsumitur ꝙ ex bonis patris quæsiuerit. plus dicit simpliciter Io. And. & Ant. But. in d. c. j. de pecu. cle. & Guido de Suza. in l. fi. C. de pig. per illum tex. & Bal. in l. 2. per illum tex. C. de pa. po
8 testa. † ꝙ in dubio etiam si non appareant* aliæ coniecturę pre
* dictæ, præsumetur filium acquisiuisse de bonis patris. Et si q̃d etiam supererat vltra expensam alimentorum ex reditibus prædiorum ipsi Castaldo assignatorum a patre pro alimẽtis, illud debet restitui hęredibus dicti ser Andreę, vel si Castaldus vult retinere, debet sibi in legitimam imputari, attento ꝙ onus alẽdi dictum Castaldum spectabat de iure ad patrem, probatur hoc per tex. no. l. creditor. §. si inter. & ibi no. ff. man. bene facit quod no. per Cyn. Rayn. Ioan. de Imo. in l. Lucius. §. a te pe-
9 to. ff. de lega. 2. † dum dicunt ꝙ si ambasiatoribus datur aliquid pro expensa itineris si quid eis superererit, tenẽtur restituere, secus si datum sit eis ratione suscepti oneris legationis. quia licet ciuius redierint quàm æstimatum fuerit, nihil reddere debent, per dictum. §. a te peto. iuncto. d. §. si inter. & l. Seio. in princip. ff. de annu. leg. & hoc tantomagis procedit in casu nostro, quia etiam si illud plus quod superfuisset ex reditibus dictorum prædiorum, intelligeretur donatum dicto filio existenti in potestate patris, computaretur in legitimam attento ꝙ talis donatio morte confirmatur. l. 2. C. de inoffi. do. iuncta. l. donationes quas parentes. C. de dona. inter vir. & vxor. & iuncta. l. etiam. §. si debita. versi. sed & mortis. ff. de bon. libe. & d. l. filium quem habentem, secundum lect. Azo. & firmat Bart. &
10 alij in d. l. in quartam. & Bal. in repe. c. si pater. de test. in sexto. † vbi concluditur huiusmodi donationes, quæ morte confirmuntur, in legitimam imputari. Et per prædicta etiam patet quod in legitimam imputari debet vestes festiuæ vxoris Castaldi: & iocalia factæ & facta sibi per dictum ser Andream, si sunt seu remanserunt apud dictum Castaldum, quia non intelliguntur donatæ mulieri, per ea quæ plenè traduntur per Bald. & alios in l. pen. §. 1. ff. solu. matrimo. & in l. si vt certo. §. interdum. ff. commodati. & in l. 1. §. nec castrense. ff. de colla. bono. & Nico. de Neapo. in l. rem legatam. ff. de adimen. leg. & Bald. in l. cum te. C. de dona. ante nup. & Sali. in l. sicut. C. de dona. inter vir. & vxo. & l. ex animo. ff. eo. titu. & dictas vestes, & iocalia legat dictus ser Andreas dicto Castaldo, & constat quòd legata debent in legitimam imputari. d. l. etiam. & dictũ est supra. ¶ Circa dotes autem vxoris Castaldi quas eidem vxori reliquit testator prædictus, non est insistendum, quia illæ ve
11 niunt deducendæ † de hæreditate ante legitimam, tanquam æs alienum si illas recepit dictus ser Andreas, vt d. l. in quartã.
12 ¶ † Solum superest videre, an ante detractionem dictæ legitimæ, debeant deduci tanquam æs alienum, ea quæ pro dotibus relicta sunt per dictum ser Andream quatuor neptibus suis natis ex Nicolao eius filio præmortuo, quæ nondum nuptę erãt. & pro hoc quòd debeat deduci, facit id quod notant Bald. & Ange. in l. Papinianus. §. vnde si quis ff. de inoffic. testa. vbi per illum tex. cum glo. dicunt quòd si ex forma statuti filiæ fœminæ non admittuntur ad successionem sed debent dotari congruè existentibus filijs masculis, & contingat dubitari quanta debeat esse legitima filij masculi, existente dicta filia fœmi-
* na,* debebit considerari in ratione legitimæ, ac si filia non esset in rerum natura, & filia detrahet in primis dotem tãquam ęs alienum, & filius masculus de residuo habebit integram tertiam pro sua legitima, & in proposito nostro etiam statutum disponit ꝙ fœminæ non succedant sed dotentur, tamen hoc vltimum non pono pro constanti: sed cętera superiora firmo & approbo. Alex. de Imo.

ADDITIONES.

a ¶ Quod sic. quia in dubio præsumitur datum contemplatione filij & idem tenet Bald. auth. ex testamento. C. de colla. Dec. consi. 81. Bertr. consi. 73. Viso casu. libr. j. Alcia. trac. præsump. reg. præsum. 17. Fran. Rip. & omnes d. l. in quartam. & vbique & in hoc non est difficultas de iure. quid autem dicendum sit de consuetudine Franciæ, dixi in consuetu. Parisi. §. 125. adde supra lib. j. consi. 24.

b ¶ Non tenetur. in his terminis loquitur. Alex. infra eo. consi. 89. nu. 6. infra lib. 5. consi. 138. & sic non est sibi contrarius his quæ tradit hic. & supra lib. 1. consi. 24.

* Etiam si non appareant.] Sequitur Soci. consi. 92. col. 9. versi. circa primam difficultatem lib. 1. & Ias. consi. 25. lib. j. Natta.

* Filia fœmina.] Super hoc articulo latè scribit Fran. Cur. cons. 5. quod incip. Astulphus pater, Dum Alexand. dicit, quòd dos filiæ vt æs alienum detrahitur. adde Bartol. ad l. 2. §. 1. ff. de priuileg. credi. Imò dos data a matre habetur loco æris alieni. l. a filia. in princi. ff. ad Trebelliani. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excussionis non opposita, non reddit processum inualidum. & nu. 5.*

2 *Exceptio discussionis si non opponatur ante litem contestatam, vlterius opponi nequit.*

3 *Fideiussor indemnitatis an sit statim obligatus.*

4 *Succurrendum est magis ei, qui tenetur ex dispositione legis, quàm hominis. itidem si ex causa necessaria, quàm volũtaria.*

6 *Excussionis beneficium potest alijs quam meris fideiussoribus competere.*

7 *Libellus nõ requiritur in causis, in quibus proceditur absq; figura iudicij. intellige tamen sanè, vt ibi.*

8 *Libellus generalis quibus casibus non procedat, etiam parte nõ opponente.*

9 *Exceptio excussionis est sublata per renuntiationem beneficij de fideiussoribus. Item & per renunciationem generalem de omni legum auxilio.*

10 *Fideiussor non dicitur, qui animo nouandi pro alio promittit, & ideo potest conueniri nulla facta excussione.*

11 *Fideiussor non dicitur, sed correus, quando quis se vt principalem obligat pro alio, & simul & eodem tempore.*

12 *Excussio nõ est necessaria, quando fideiussor promisit facere & curare, &c. ac etiam iurauit.*

13 *Causa cui non potest cõmitti, quod nihilosecius potest articulus causæ committi.*

14 *Fideiussor promittens plus quam principalis, nihil agit, nec promissio tenet. fallit tamen.*

CONSILIVM XXXII.

* In causa executionis* motæ contra Bartholomæum Brachellam, promissorem indemnitatis per Ludo. & Alex. de Taxonibus, sentio partem aduersam super nonnullis conari facere fundamentum ad impediendum executionem petitam, & maximè an obstet illis de Tassonibus ꝙ non fecerint excussionem contra principalem debitorem id est dominum Lud. antequam peruenitetur ad ipsum principalem seu promissorem indemnitatis. nam videtur ꝙ sic, quia in iure antiquo contra talem fideiussorem indemnitatis non poterat experiri nisi prius facta executione in bonis principalis quasi verba obligationis idem sonent scilicet ꝙ videtur promittere id quod a principali seruari non poterat. l. 1. C. de conue. fi. debi. lib. 10. l. 2. C. de senten. quæ sine certa quantitate. l. 1. C. de decu. lib. 10. cum gl. l. curatores. §. fi. & ibi Bar. ff. de ad mi. rerum ad ciui. perti. no. Bart. in l. quæro. ff. loca. & ideo dicimus ꝙ etiam dato ꝙ talis promissor indemnitatis renunciasset beneficio fideiussorum, non videtur per hoc releuari actor ab excussione facienda contra principalem quasi dictam necessitatem excussionis magis inducat natura obligationis quàm beneficium de fideiussoribus cõcessum secundum Bar. in l. 1. C. de reuo. his quæ in frau. credi. Ang. in l. fi. ff. si cer. pet. Bald. & Sal. in l. si pro ea. C. manda. & Fulg. in l. quæro. ff. loca. tamen hoc non obstante contrarium in proposito nostro verius est. quia posito ꝙ ad excussionem illam tenerentur illi de Tassoni
1 bus † tamen ex quo non fuit hæc exceptio opposita non reddit processum nullum. ita firmat Bart. in l. fin. in fin. principij. ff. si cert.

cer.pet.vbi vult φ in terminis illius legis fi.scilicet quando Ti
tius erat debitor meus in 10.puta & stipulatus sum a seio quã
tominus consequi potero a Titio φ si postea non facta excus-
sione contra Titium agam contra Seyum φ nisi opponatur ex
ceptio excussionis procedit iudicium.l.1.cum ibi no.C.de ap
pel.& ita etiam transit Pau.de Cast. in d.l.fi. & in l.decem de
verb.obli bene facit.l.2.cum ibi no.C.communi diui.& in l.
si mancipium.§.j.ff.de euic.cum ibi no.hanc etiam opi.in ter
minis nostris firmat Bald.in d.l.1.in 3.col. C.de conue.fi.de-
bi.lib.10.& in l.1.C.de decurionibus lib.10. quæ iura in ef-
fectu loquuntur de fideiussore obligato de indemnitate φ de-
beat opponi exceptio excussionis ante litem cõtestatam. & po
2 nit duas opiniones. †Prima est quòd possit opponi post litis
conte. quia talis exceptio excussionis in casu isto venit a con-
uentione tacita quasi tacitè fideiussor indemnitatis videatur
promittere illud quod creditor non poterat exigere a princi-
pali,& sic actor videt' obligatus ante exigere seu excutere prin
cipalem, quæ obligatio actoris, circa hoc non videtur quòd
pereat per litis contestationem.nihil tamen allegat. subiungit
secundam & vltimam opin.quòd non possit opponi post litis
contestationem: quia talis tacita conuentio valet quòd debeat
primo fieri excussio & ordinatur non ad impediendam natiui
tatem actionis sed exercitium actionis.& ideo cum cepit exer
ceri si non opponatur exceptio videtur renunciatum illi taci-
tæ conuentioni sicut dicimus in qualibet dilatoria iudicij. l.
exceptionem cum ibi no.C.de proba. & in qualibet alia exce-
ptione ordinis.l.si maritus.§.pen.ff.de adul. & hanc opin.po-
nit Bald.pro vltima.& sic in ea videtur residere iuxta not. per
gl.in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad trebel. & in l.bona fides. C.
deposi.& ibi Bart.Sic ergo Bald. vult quòd si talis exceptio nõ
est opposita ante litis contestationem non possit vlterius oppo
ni tanquam dilatoria.& no.etiam Cy.in auth.præsente. C. de
fideius.& Bal.in d.l.exceptionem. & Bart.in l.3. ff. de excep.
quãto magis in casu nostro debet valere processus cum nullo
tempore fuerit opposita.& hanc opi.esse verissimam probatur
ex his quæ ipse Bald.ponit in d.l.1.C.de conue.fis.debi.li.10.
3 vbi quærit† an iste fideiussor indemnitatis sit obligatus sta-
tim.an tunc demum nascatur obligatio quando principalis ef
ficeretur nõ soluendo.& concludit quòd statim est obligatus
sed suspenditur exactio quia non intercedit per modum con-
ditionis.sed per modum causæ vnde obligationem non suspẽ
dit.ob hanc enim causam fideiussor se obligat vt reus deficiẽs
non periclitet creditorem. non autem se obligat conferendo
substantiam obligationis in illum euentum scilicet si a debito
re principali creditor exigere non poterit.hoc etiam probat ip
se quia talis fideiussor indemnitatis statim pignus pro se dare
potest.l.curatores.§.fi.ff.de admi.re.ad ciui.perti. alias seque-
retur quòd ista obligatio particulariter committeretur pluries
scilicet quantum & quotiens principalis desineret esse soluen
do & probatur etiam natam esse obligationem ante excussio-
nem per tex.in l.cum eorum.C.de senten. cum ibi no.per Bal.
in ver.opp.quòd fideiussor &c. de qua. l.etiam infra proximè
faciam mentionem.Quod etiam nata sit obligatio & actio pro
batur in d.l.curatores.§.fi.aliter inducendo. Vnde ponderan-
do ibi tex.dum dicit rectè conuenitur. hoc enim nil aliud est
dicere nisi quòd potest agi sed non rectè,quia obstat exceptio.
l.j.in fi.cum gl.ff.quando dies vsusfruc. lega.ce.facit.l.cedere
diem.ff.de verb.sign.vbi peti possit.& l.item quia in versi. ma
le petitur. ff.de pact. & ibi no. posito quòd in promissione &
fideiussione indemnitatis videretur inesse tacita conditio scili
cet quòd possit aduersus talem fideiussorem exigi illud quod
non potest seruari & exigi a principali. tamen talis tacita con-
ditio cum insit exactioni non impedit natiuitatem actionis &
obligationis.l.ita demum & ibi ita no.Bart. ff.de arbi.& Bart.
in l.3.C.de arbi.& ibi declarat Sal.& etiam Bartol.in d.l.item
quia.Et quòd insit petitioni & exactioni talis tacita conditio,
patet in l. libertus.§.filium.ff.ad municipa. ibi dum tex. dicit
non ante conuenire iuncta.l.cedere diem,ibi,peti possit. ff.de
verb.sign.nec dicatur quòd d.l.libertus.§.filium. & etiam de-
cisio Bald.in d.l.1. C.de conue. fi.debi. dum dicit quòd nata
est obligatio & actio procedat in illo fideiussore qui tacitè vi-
detur promisisse indemnitatem seu in eo quòd teneretur pro-
mittere indemnitatem ex dispositione. l.nos autem in expres-
sa fideiussione indemnitatis facta sponte ex dispositione homi
nis,quia dico quòd hæc non est sufficiens responsio,quoniam
eadem est ratio imo maior in fideiussione indemnitatis tacita
& necessaria quàm sit in fideiussione expressa & voluntaria. l.
4 cum quid.ff.si cer.pet.l.triticum.ff.de verb. oblig. † & magis
succurritur ei qui tenetur ex dispositione. l.quàm ei qui tene-
tur ex dispositione hominis.l.Celsus.in prin. ff.de arbi.& ma-
gis succurritur ei qui ex necessaria causa se obligat quam ei φ
ex voluntaria.l.si fideiussor.§.qui necessaria.ff.qui satis.cogan.
ergo potius deberemus dicere non esse natam obligationem,
& actionem in casu dictæ l.libertas. cum si. quam in casu ex-
presso & sic nulla est vrgens ratio diuersitatis. hoc etiam pro-
batur in d.l.cum res. §.fi. vt dixi bene fateor quòd vbi non fi-
deiussit quis de indemnitate, sed dixit promitto quãto minus
a Titio exigere poterit potest dici promissionem illam esse cõ-
ditionalem expressam,vt loquitur tex.in d.l.decem. de verbo.
obli.si ergo est nata obligatio, ergo si non opponatur exceptio
procedit iudicium inchoatum & ante diem d.l.exceptionem.
& per Bart.in l.ita stipulatus.in 2.q.prin.de verb.obli.cum si.
5 †Pro hac opin.etiam quòd procedat iudicium contra fideius
sorem indemnitatis si non opponitur exceptio excussionis,est
tex.in l.cum eorum.C.de senten. & illum ita intelligit ibi Bal.
in 10.oppo. quòd fideiussor non potuit conueniri non excus-
so reo &c.& tex.ille loquitur in fideiussore indemnitatis vt ibi
in tex.& clarè ibi no.Fulg.allegando. l.j. C.de conue.fi.debi.
Per prædicta patet non obstare quòd renunciatio facta benefi
cio auth.de fideius. non operetur quin fideiussor indemnita-
tis opponere possit exceptionem excussionis, quia respõdetur
quòd talis renunciatio dicti beneficij non comprehendit istũ
dominum,quia beneficium de quo in auth.de fideiusso.est cõ
cessum illis qui iure antiquo poterant conueniri ante princi-
palem.l.iure nostro.C.de fideiuss. sed non sic est in fideiussore
indemnitatis,seu promissore d.l.cum res.§.fi.& Bart.in d.l.1.
de conue.fi.debi.lib.10.& no.Bart.in l.quæro.ff.locati. Item
6 † beneficium excussionis potest competere aliter quàm meris
fideiussoribus,vt in auth.hoc si debitor. C.de pig.& in l.j.cũ
ibi no.C.de decu.lib.10.merito nimirum,si promissor indem
nitatis renunciando beneficio authenticæ de fideiussorib. nõ
videtur renunciare dictæ exceptioni excussionis faciendæ.sed
in casu nostro talis promissor indemnitatis si non opponit in
iudicio exceptionem videtur eam remittere. l.ita demum. C.
de procurato.l.pomponius. §.rati. ff. de procura.debuit ergo
opponi dicta exceptio excussionis a prin.vt per Bart. in l.3.ff.
de excep.& Cy.& Bal.in d.l.exceptionem. & Cyn. in authen.
præsente.C.de fideiuss.& debuit opponi specificè & carè quia
obscura vel generalis exceptio non releuat, vt inquit Bart.in l.
1.ff.de excep.per l.j.§.Labeo.ff.de flumini. Nec obst. si adhoc
diceretur quòd debet sufficere generalis exceptio opposita p
parte dicti Bart.Bachele,præsertim per ea quæ no. Bart.in ex-
7 trauagan. ad rep. in verbo figura iudicij. vbi dicit† quòd in
causis in quibus procederetur sine figura iudicij non requiri
tur quòd libellus seu petitio habeat omnia illa solemnia quæ
de iure communi regulariter requiruntur. vnde secundum eũ
videretur quòd libellus generalis procederet.arg.l.fi.C.de an-
na.excep.ita pari ratione debet esse in casu nostro in excep. cũ
ex forma statutorum in vtroque casu procedatur summariè &
sine figura iudicij quia respondeo quòd dictum Bart. intelli-
* gitur * si pars non opponat ita loquitur d.l.fin.& ibi not.C.de
anna.excep. quam ipse allegat. & sic debet intelligi dictũ suũ
secundum legem quam allegat ipsemet Bar. dixit in l. non so-
lum.§.liberationis.ff.de libe.lega.Et si aliter intelligeretur de-
cisio Bart.non esset vera vt probatur per gl.& doc.in cle. sæpe.
de verb.sign.in versi:pronunciatio.& in versi.contestatio. vbi
apparet quòd in talibus causis summarijs petitio debet esse ta
lis quòd reus deliberare posit generalitas autem impedit deli
berationem quia parit obscuritatem.l.ita fidei. ff.de iure fisci.
l.prætor edixit in prin.& §.quod autem.ff.de iniur.l.ita exigit.
ff.de dolo. Item in dictis causis summarijs non debet auferri
defensio, vt in d.cle.sæpe. quæ videtur auferri si impediretur
facultas deliberandi & suas defensiones indistinctè præparan-
di. & ita alias vidi me aduocante in ardua causa per doctum,
& iustum virum Bononiæ iudicari.Sed ita est quòd proposito
contra dictas exceptiones generales fuit replicatum quòd erãt
generales & obscuræ & tamen non fuerunt declaratæ, igitur
nõ releuat dicta exceptio generalis. ¶Et si diceretur quòd hoc
modo

modo intelligendo dictã doctrinam Bart. sequeretur q̃ nihil speciale esset in causis summarijs. ad hoc respõdeo q̃ imò erit
8 aliquid speciale. † Nã multi sunt casus in quibus quando causa ordinariè tractatur libellus generalis non procedit parte nihil opponente: de quibus casibus verbi gratia statim aliquos casus subijciã. In illis ergo casibus si contingeret causam esse tractandam summariè & sine figura iudicij procederet libellus si pars non opponeret. Casus aũt in quibus causa ordinaria tractatur non procederet libellus generalis etiam parte nõ opponente traduntur in varijs locis. vnum posuit Bald. in l. 1. C. de confes. circa 14. col. versi. sed iuxta hoc pone dicit statutum &c. vbi voluit q̃ libellus generalis licet procedat in causis ciuilibus parte non opponente adeo q̃ interrumpit prescriptionem. d. l. fi. tamẽ secus esset in criminali per l. libellorũ. ff. de accu. & ita ẽt voluit Bald. in l. edita. C. de eden. in repe. pa. circa 12. col. versi. quęro cognoscã an libellus sit ineptus &c. Et ita propriè loquitur dictũ extrauagans ad reprimendũ qđ commentauit Bar. aliũ casum posuit Ang. consi. 6. incipiente lata est sententia vbi dixit q̃ vbicunq; iurisdictio alicui attribuitur in certo & indeterminato casu. q̃ non procedit libellus nisi specificetur ille casus in quo iurisdictio est attributa, quamuis aliàs libellus generalis procedat parte non opponente. vt d. l. fi. vbi not. & hanc dicit esse decisionem Io. And. post Inno. in c. cum sit generale, de fo. compe. quam dicit Ang. cõ-
9 muniter ignorari a legistis. ¶ † Secundò principaliter moueor, quia posito q̃ dicta exceptio excussionis non esset sublata per renunciationem beneficij de fideiussoribus, tamen videtur sublata per illa alia verba generalia posita in instrumento videlicet & omni alij legum iuris beneficio & auxilio. hoc decidit Bal. in l. 1. C. de conuen. fi. deb. lib. 10. in 3. vel 4. col. vbi quærit, pone q̃ pater consensit filio dato tutori alicuius & renunciauit beneficio de fideiusso. an poterit pater petere q̃ primò excutiatur filius, quia est principalis quàm exigatur ipse pater, & respondet q̃ aut renunciauit simpliciter beneficio de fideiusso. & tunc põt allegare q̃ primò excutiatur principalis ar. l. pe. §. pe. ff. de bon. li. & l. 1. §. sed videĩ. ff. de succes. edic. Si
* aũt renunciauit omni legũ * auxilio & beneficio tunc non põt allegare excussionem, vt in auth. vt sine prohibitione debi. & credi. §. quia verò multã. nam per pactum põt remitti beneficium de fideiussoribus vt in auth. de fideiu. §. 1. in glo. in verbo accedit & tacita conditio mutari põt per expressam allegat in argumentũ l. naturalis. §. fi. ff. de pręscrip. verbis non q̃ per dicta verba tacita fideiussio deducatur in expressam. hoc enim sine stipulatione fieri nequit l. blanditus. C. de fideiu. l. 5. §. satis acceptio. ff. de ver. ob. sed q̃ nouam naturam assumat bene fit per dicta verba ita resider Bal. in d. l. 1. Constat aũt q̃ pater quando consentit filiũ dari a iudice tutorẽ videtur tacitè fideiubere & promittere indemnitatẽ pro filio, & non põt conueniri nisi excusso filio sicut & qñ pater consentit q̃ filius accipiatur decurio, iuxta l. 1. cũ ibi no. per Bar. C. de decu. lib. 10. & l. libertas. §. filium. ff. ad municip. licet glo. tenuerit contrariũ in l. tria onera. l. seruũ. ff. de excu. tut. in verbo. quia voluntatẽ in fi. dũ gl. ibi vult patrem non habere exceptionẽ excussionis quando cõsentit filio dato in tutorem a iudice. sed illa reprobatur. & Iac. de Are. & doc. ibi communiter. & per Bar. in l. cum filius, in prin. primæ col. ff. de ver. obli. & in d. l. libertas. §. filium & in d. l. 1. C. de decur. & ita præsupponit Bal. in l. 1. C. de conuen. fis. debi. & tamen ibi vult Bal. q̃ quãuis per renunciationẽ beneficij de fideius. non releuetur actor ab excussione. tñ releuatur p illa verba magis lata in renunciatione. s. & omni alij legũ auxilio & beneficio &c. ¶ Tertiò principaliter moueor ad ostendendum q̃ non obst. exceptio excussionis quia dictus Bart. intercessit & promisit indemnitatem
10 † aĩo innouandi * se principalem obligationem & promissionẽ
* indemnitatis factã per d. Azonem potestatẽ. & d. Lodouicum iudicem maleficiorũ se principaliter obligãdo. sed ita est q̃ vbi quis intercedens pro alio se obligat tanquã principalem aĩo innouandi põt conueniri nulla facta excussione ac si esset principalis vt est glo. fin. ab oĩbus approbata in auth. de fideius. in prin. probatur in l. antiqua. §. 1. cum ibi no. per Bald. C. ad vellei. Non ob. ad hoc si diceretur q̃ dato q̃ sit nouata illa patris obligatio contracta per dictum potestatẽ & iudicem tẽpore quo Bar. Badrella fideiussit tñ superest alia obligatio nõ nouata quę prius fuerat contracta p dictos potestatẽ & iudicẽ tempore quo ad eorũ instantiã dictus Alexãder: & Ludouicus fideiusserint de iudicato soluendo pro dictis potestate & iudice & sic dictus potestas & iudex possunt dici obligati d. Alexandro & Lodouico actione mandati, quia rñdeo q̃ hoc nil facit ad rẽ eo quia dicti de Tassonibus nil petunt occasione dictæ obligationis non nouatę & cõtractę ante dictum instrumentũ promissionis indẽnitatis, sed petunt executionem illius obligationis quę fuit cõtracta tempore dictę obligationis seu pro missionis indemnitatis p dictos potestatẽ & iudicẽ, & postea transfusa p nouationem in dictũ Bar. Badrellũ iuxta. d. l. j. ff. de noua. Quinimmo & fortius dico si non essent adiecta illa
* verba aĩo innouandi sed solum obligasset * se pro alio tanquã principalẽ dictus Bart. si simul & semel in eodẽ contractu se obligauit in quo erat obligatus dictus potestas & iudex, nõ requiritur excussio ꝯ talem se obligantẽ vt principalẽ quasi tũc videantur duo correi. Sed si diuerso tempore obligauit se pro alio iste qui cõstituit se principalẽ debitorẽ, tunc bene distinguitur an dixerit se obligare vt principalẽ aĩo innouandi. & tũc non requirit excussio. aliàs secus, vt dixit gl. in d. auth. de fideiussor. in prin. & ita limitando illã glo. decidunt no. Pe. Cy. & Ray. in auth. præsente. C. de fideiuss. referentes hãc fuisse limitationẽ traditam per Fran. Accursij ad illã gl. Et de ista limitatione habent quidã libri additionem in d. auth. de fideiuss. in prin. bene facit qđ no. Bal. & Sal. in l. dictantibus. C. de testa. &
11 in hoc non reperio † contradictorem. * Cũ ergo obligatio di-
* cti Bar. Bachelę obligantis se vt principalem fuerit facta simul & eodem tẽpore cum obligatione dicti dñi potestatis & iudicis, sequitur q̃ in Bartholomeo censet principalis adeò q̃ ad hoc vt agi possit ꝯ eum requirat excussio pręcedẽs sicut non requiretur qñ duo æquè principaliter promitterẽt me conseruare indemnẽ ab aliquo facto vel obligatione. bene facit qđ no. Guil. de Cu. in l. sed & Iul. §. 1. ff. ad mace. quem ibi sequit Ang. in §. itẽ si filius ea. l. & Bal. in l. executionẽ. C. de execut. rei iud. in 6. col. in versi. sed statim ego quęro nunquid statim obligatus se simul &c. & sic licet aliqui sentientes secuti gl. in d. auth. de fideiuss. vellent q̃ non obstat q̃ ille ad quẽ res non pertinet, sed verè intercedit pro alio promittens tanquã principalis, tñ non posset agi ꝯ eum nisi excussione facta, tñ ipsi non loquunt qñ simul in eodẽ contractu vtriusq; obligatio celebratur. Item nõ loquuntur qñ obligatio est celebrata animo
12 nouandi. ¶ † Quartò principali fundamento ostendo non fuisse necessariam excussionẽ in proposito, quia hoc expressè decidit Bal. singul. in c. ex rescripto de iureiur. in summario suo. & plenius in notabilibus vbi per illum tex. cum glo. fi. not. q̃ quando fideiussor etiam indemnitatis promisit se facere & cu-
* rare. ac etiam iurauit, * non requiritur præcedere excussionẽ debitoris principalis. Sed hęc promissio Bart. Bachellæ fuit huiusmodi vt patet in instrumento ergo &c. Quod autẽ damnum passi sunt dicti de Tassonibus est probatum per instrumenta solutionum pecuniarum suarum per quas dicitur apparere de damno suo. ca. fin. de fo. compet. in 6. & patet in l. damnum. ff. de dam. infec. Et per hoc est resoluta ista dubita-
* tio de excussione. ¶ Capio aliud dubium * an acta illa sint nulla propter illam subrogationem & in hoc non insisto. quia statutum allegatum per partem aduersam non obst. quia solum prohibet illum qui fuit notarius sex mensiũ ad illud officium exercere posse illud officium alijs sex mẽsibus. Sed in casu nostro non fuit subrogatum pro alijs sex mensibus, sed solũ pro tẽpore pmisso a statuto vel prouisione quæ prouidet solum posse surrogari per 15. dies ideo iste casus est omissus a statuto & remanet in prouisione illius statuti volentis quòd per 15. dies possit subrogatio fieri. facit. l. commodissimè. ff. de li
13 be. & posthu. † Pro hoc facit quia videmus q̃ ille cui non potest committi causa, potest committi articulus vnius causæ vt not. Archi. in c. statutum, in ver. causæ in prin. & ibi etiam gl. in versi. causæ de rescrip. in 6. & not. Bart. in l. more. & in l. so
14 let. ff. de iurisd. om. iud. ¶ † Quintò & vltimò dicitur etiam dictam promissionem Bart. Bachellæ non tenere eo quia plus promisit quàm principalis, se defendendo & sicut intercessit in duriorem causam. l. græcè. §. illud de fideius. sed respondet quòd etiam principalis per solam promissionem indemnitatis videbatur ẽt promisisse de defendendo. l. pater in principio & ibi not. Bar. ff. de dote prelega. Bal. in l. cum tibi. C. de euic. ¶ Secundò respondeo q̃ posito q̃ intercessisset in durio-

D rem

rem causam tamen tenet eius obligatio propter iuramentum quod operatur, vt si promissio fideiussoris promittentis in duriorem causam non potest obligare eum vt fideiussorem, obliget eum vt principalem, ita inquit Bar. in l. si quis pro eo in 8. membro. ff. de fideiu. & Ang. in l. hi qui eo. ti. & canoni. in c. cum contingat de iureiur. Ludo. Roma. in l. 1. §. si quis ita de verbo. obl. quia iuramentum tantum operatur quod si actus non valet eo modo quo agitur valeat alio modo quo melius valere potest l. cum pater. §. filius matrem de lega. 2. Ita dico & consulo ego Alexander de Tartagnis de Imola. ¶ Vtrum augumentum & prelegatum dotis veniat in fideicommisso vniuersali facto a filia.

ADDITIONES.

- Executionis motæ.] Quę hic dicuntur in hac eademmet causa, habes per Alexandrum etiam consil. 29. dub. 3. principali vsque ad finem, lib. 7. licet hic plura fuerint intertexta ad corroborationem fundamentorum. Natta.
- Intelligitur.] Vide Ias. in l. edita. in 2. not. C. de edendo. & eundem Ias. in l. 1. col. 2. ff. eodem titulo. Natta.
- Omni legum.] Intelligitur per hæc verba renunciatum beneficio excussionis, diuisionis, & ordinis; Are. consi. 33. col. penul. Guido Pa. quæst. 367. Natta.
- Animo innou.] Qui animo nouandi pro alio promittit, non dicitur fideiussor; nec statutum de fideiussore in eo procedit; Bald. in l. in personam. §. qui pecuniam. ff. de pact. & qui obligatur plus quàm principalis, in eo excessu non dicitur fideiussor; Bart. in l. si quis pro eo. col. fi. ff. de fideius. Et vide de istis Dec. consil. 268. vbi habes qui sit fideiussor proprie, & impropriè. & quòd promittens animo nouandi, non habeat excussionis beneficium, Alexand. consi. 159. col. fina. lib. 2. Natta.
- Obligasset.] Vide Bart. in l. 3. in fine 6 quæst. ff. de duobus reis. vbi vult quòd vnus ex correis debendi potest petere vt alius excutiatur, modò ostendat quòd ad illum peruenit pecunia, & quòd suo periculo, & sumptu excutiatur: & cum Barto. tenent ibi scribentes. Natta.
- Contradictorem.] Istud etiam sequitur Ias. consil. 58. colum. 2. lib. 3. volens, quòd vbi quis eodem tempore obligat se pro alio, nunquàm dicatur fideiussor, sed quòd dicantur duo rei debendi; adeò quòd non possit dici fideiussor, vt habeat locum regula, quòd existente principali obligatione nulla, non tenet obligatio accessoria. Tamen quis dicatur propriè principalis, & quis fideiussor, vide per Dec. consil. 298. Natta.
- Etiam iurauit.] Istud de iuramento non tenet Alex. in l. fi. in prin. ff. si cer. pet. de quo vide ibi. Dec. improbat Ias. in l. 10. col. 6. de verbo. obli. Hippolyt. in Rubr. de fideiusso. col. 2. Natta.
- Dubium.] Istud est quartum dubium in illo consi. 29. lib. 7. Natta.

TESTATOR reliquit dominæ Bartholomeæ eius filiæ nuptæ pro supplemento & æquamento dotis dictæ dominæ Bartholomeæ cum dote Sebastianæ alterius filiæ. In omnibus suis & rebus mobilibus & immobilibus iuribus actionibus & nominibus debitorum vbicunque sint & inueniri possint & poterunt supradictas dominas Sebastianam & Bartholomæam eius filias hæredes vniuersales instituit pro ęquis portionib. hac tamen conditione videlicet quòd si qua earũ decesserit quandocunque sine filijs legitimis & naturalibus quòd tunc & eo casu pars talis vt præfertur sic decedentis sine filijs legitimis & naturalibus deueniat & deuenire debeat in superuenientem & eius filios &c. ¶ Quæritur an mortua Bartholomæa debeatur Sebastianæ prælegatũ supradictum.

EPITOME.

TESTATOR legauit Bartholomææ filiæ suæ nuptæ certam quãtitatem pro supplemento, & ęquamento dotis suæ, cum dote Sebastianæ alterius filiæ deinde in omnibus suis bonis mobilibus, immobilibus, iuribus, & actionibus dictam Sebastianam & Bartholomæam eius filias hæredes vniuersales instituit pro æquis portionibus; hac tamen conditione, quod si qua earum decesserit quandocunque sine filijs legitimis & naturalibus, quòd, tunc eo casu pars talis sic decedentis deueniat in superuiuentem, & eius filios. Quæritur an mortua Bartholo. sine liberis debeatur Sebastianæ, etiam dictum prelegatum? Respon. Alex. quòd sic. Sed aduerte ex his habes limitationem ad d. l. a filia, vt procedat in dote data, vel debita ex contractu, secus in augmento dotis voluntario seu liberali facto in testamento, quia huiusmodi augmẽtum censetur inter mera prælegata, & sic cadit in restitutionem fideicomissi, quod ego puto verum simpliciter, sed non in casu isto in quo loquitur Alexan. quia subtiliter perpendendo malè consuluit, quod ostendo sic ex sua hypothesi: prælegatum istud seu augumentum non est factum simpliciter, sed pro æquamento dotis dictæ Bartholo. senioris filiæ, cum dote Sebastianæ iunioris filiæ, quæ posterius & vberius dotata fuerat, vt colligitur ex principio & fine consilij. ex quo & ex alijs videlicet ex æquali institutione, & æquali onere apparet quod voluit pater testator eas omnino esse pares, & æquales in bonis suis, tam in commodis, quàm in oneribus. & sic dico quòd hoc supplementum dotis, etiam in testamento voluntariè factum non cadit in restitutionem fideicommissi, quia dos Sebastianæ si prædecessisset, non caderet in restitutionem, nec in totum, nec in partem, ergo idem esse debet in dote Bartholo. & eius augmento. alioquin filiæ nõ essent ęquales in commodis, & oneribus prout voluit testator, sed iunior filia esset melioris conditionis, quàm primogenita, quòd noluit testator, & sic hoc fideicommissum non intelligitur nisi de portione merè hæreditaria, in qua facta est institutio. cur etiam non tantum operetur verisimilis, imò aperta mens testatoris ex multis verbis, & tota rei serie collecta quàm vnicum verbulum hæreditaria semel emissum, & ita censeo faciunt quæ de fauore equalitatis inter filios, & eius effectibus scripsi in consu. Pari. §. 124.

CONSILIVM XXXIII.

Videtur super dicto quæsito fortasse dicendũ dictum prælegatũ relictum dominæ Bartholomeæ pro supplemento & æquamento dotis eius cum dote Sebastianæ suę sororis, prout in testamento cõtinetur, non venire in fideicommissum prædictum, per id quod habetur in l. a filia. in prin. & l. Lucius. §. maritus. & in l. cum hæres deductis, in fi. ff. ad trebellianum. & l. cum pater. §. fideitu æ. ff. de leg. 2. quinimmò filia grauata restituere hæreditatẽ patris vel fideicommissum, potest se dotare de bonis subiectis restitutioni fideicommissi, & diminuere fideicommissum l. filium. §. cum proponeretur. ff. ad Treb. & in aut. res quæ. C. cõmunia de le. cũ ibi not. maximè per Bal. ¶ † Tamen his non

1 obstantibus, puto contrariũ in casu proposito esse verius, quia prælegatũ relictum vni ex hæredibus venit in fideicõmisso reciproco, postea iniuncto hæredibus in eodem testamento de portione pręcedentis, quando de portione sua simpliciter est facta mentio in fideicõmisso absque; eo quod cum illa dictione portione, sit adiecta illa qualitas hæreditaria, vt l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Treb. iuncta. l. fideicõmissaria. §. fi. eo. tit. & plenè not. in l. cum virum. C. de fideicommiss. sed testator hic primò legauit Bartholomeę certã quantitatẽ pro supplemento & æquamento dotis dictę Bartholomeę, cũ dote dictę Sebastianæ. deinde instituit hęredes dictas duas filias, & eis substituit hoc modo: Si qua earũ decesserit quandocunque; sine filijs legitimis & naturalibus, quod tunc pars sic decedentis sine filijs deueniat ad superuiuentẽ, & eius filios, ergo venit dictũ prælegatum in fideicommisso. sed ea quæ loco æris alicui habebat, & non merè ex prælegato, non veniunt in fideicommisso. & ita loquuntur iura allegata in contrariũ. ¶ † Nam dos da-

2 ta vel promissa a patre pro filia, loco æris alieni habet, imò illa non venit in fideicõmisso, hoc est propriè, quod dicit text. in d. l. a filia. in prin. ibi, ęris alieni, & ita et loquitur text. in d. §. maritus. sed in dote debita a testatore vxori. facit. l. pater filiam. in princ. ff. ad l. falci. & l. Pomponius Philadelphus. ff. fa. erc. & l. si quis mandato. in fi. ff. de neg. gest. Quinimò tex. in d. l. a filia. potius facit pro ista opinione a cõtrario sensu, s. quod vbi dos non est data vel promissa a patre non habeat locum dispositio illius legis & tantò magis hoc procedit in casu nostro: quia præsupponitur quod ante tempus testamenti conditi per patrem dictarum mulierũ, iam dicta Bartholomeą nupta erat, & dotata a patre & pater cogi non poterat ad aliud dandũ pro dote dictæ Bartholomeæ, cum functus esset officio necessario iuxta l. qui liberos. in princip. de ritu nup. & not. in l. fin. C. de do-

dot.promiſſ. Fortius voluit Bart.Saly.& Fulgoſ.in d.auth.res
quæ.quòd ſi filia erat nupta, quamuis non erat dotata à patre
nec ab alio, non poſſet diminui fideicommiſſum à patre roga
to reſtituere hæreditatem propter fideicommiſſum, quia tūc
non cogitur pater dotare filiam, quando filia eſt iam nupta,
cum maritus tenetur eam alere, vt plenè not.per Cyn.in l.qđ
in vxorem.C.de neg.geſt.& per Dyn.& alios in l.ſi cum dotē.
3 §.ſinautem in ſeuiſſimo.ff.ſol.mat. Sed † imò cum pater non
tenetur iure obligationis, ſed officio iudicis collocare filiam
in matrimonium & dotare.d.l.qui liberos. & not.in d.§.cum
proponeretur.& not.in l.ſi ſocer.in princ.ff.ſol.mat.ceſſat di-
ctum officium iudicis, ſi filia habet aliunde vnde ſe alat. l.ſi
quis à liberis.§.2.& d.§.alimenta.ff.de liber.agnoſc.& tamen
ſi filia non eſſet nupta pater fideicommiſſum iniunctum po-
tuiſſet minuere pro dote congruè danda filiæ ſuæ quando ad
eam dotandam cogi poterat, per id quod legitur & not.in d.
auth.res quæ.& not.maximè per Bar.in d.l.à filia.in princ. &
ita etiam in propoſito noſtro not.Bart.in d.l.obligamur. in §.
lege.ff.de act.& oblig. vbi reprehendit gl.ibi aliter ſentientē,
& hoc ſaltem quando pater nō nimium differebat nubere fi-
liam, vt ibi per Bart.& ibi etiam tenuit Guil.de Cug.& l.cum
his.§.ſi mulier. ff.de condi.indeb.per §.quamobrem.in fin.in
auth.de reſtit.& ea quæ par. & ita etiam determinauit Sali.in
l.qui liberos.in prin. & videtur hoc etiam velle Bal.ibi expreſ
ſè & do.Abb.in ca.1.de adult. & licet nonnulli in hoc teneāt
contra Bar.in d.l.obligamur.& in d.auth.res quæ.tamen quò
ad caſum noſtrum illa diſputatio non videtur omnino expe-
diens, quia præſupponitur quod dicta domina Bartholomæa
ante tempus teſtamenti à patre fuerat dotata, & etiam credi-
tur quod congruè fuerat dotata. attenta cōditione viri & mu
lieris, & facultatibus patris, iuxta l.quæro. ff.de iure dot. & l.
cognouimus.C.de hæred.inſti.& l.ſi filiæ. ff.de leg.3.cum ſi-
4 mil. † plus voluit* Paul.de Caſt.lib.1.conſil.275.incip. Sub
* anno quadrageſimo, quod filia dotata à patre non poſſit dice-
re ſe incongruè dotatam cum iuris præſumptione pater me-
lius quàm alius conſilium capiat pro liberis. l.nec in ea.ff.de
adult.& ideo ꝙ ſibi competens viſum fuit pro filia, non debet
alteri videri incompetens.arg.l.ſi furioſo puber. in fi.ff.de cu
rat.furio.nec redargui poteſt ab aliquo, cùm nullus amor vin
cat paternum.l.fi.in prin.C.de cur.fur.niſi ſecundum eum ex
magno exceſſu appareret contrariū, ita quod dolus patris poſ-
ſit redargui.arg.l.vnde ſi Neruæ. cū ſeq.ff.pro ſoc.& licet pa-
ter poſtea voluerit augere in teſtamento dotem dominæ Bar-
tholomeæ, per hoc non ſequitur ꝙ tempore quo fuit nupta &
dotata fuerit incongruè dotata, debet enim attendi tempus
quo pater ab initio eam dotauit, vt dicit Bald.in d.authen.res
quæ.in verſi.quæro ſtatuto cauetur &c. & præſupponitur qđ
pater ex poſt ſuperlucratus fuerit.l.ſi defunctus. C.arbi.tute.
l.Titia.§.deficientium.ff.de mune.& hono.potuit etiam con-
tingere quod pater tempore teſtamenti deſtitutus ſpe haben-
di alios liberos maximè maſculos, animaduerti poſſe facere
vberiorem dotem dominæ Bartholomeæ, quę ratio ceſſare po
terat tempore quo eam in matrimonio collocauit. facit d.l.ſi
filiæ. & per hoc etiam patet reſponſum ad allegata in contra-
rium. Concludo igitur dictum augmentum dotis relictum in
teſtamento dictæ dominæ Bartholomeæ in dicto fideicommiſ
ſo venire. Alex.

ADDITIO.

* Plus voluit.] Iſtud conſi.Pauli Caſt.refert, & ſequitur Socy.conſilio
228.dubio 2.lib.2.Dec.conſi.26. Facit ad rem, quia ſtatutum requi-
rens conſenſum propinquorum in contractu filij, non procedit vbi
filius contrahit cum patre, vt per Alex.conſi.106.in fi.lib.j.Andr.Si-
cul.in cap.cauſam matrimonij.colum.3.de offic.delega.Vide Deci.
conſi.180.col.j.& conſi.505.Et dum Paul.Caſtren.dicit, Niſi ex ma-
gno exceſſu appareret contrarium, adde text.in l.2.§.fin.ff.vbi pupil.
adiect.deb.vbi tutor ſequi debet modum alimentorum à patre ſta-
tutum, & niſi vltra vires ſtatuerit facultatum.Et iſtud conſilium Ca
ſtrenſis eſt mihi 275.Super primo quæſito dicendum videtur dictas
ſubſtitutiones.dubio 7.lib.j.Adde Bald.conſi.228.Cum in cauſa Pi-
ſani conuentus.2.dubio.libr.3. vbi ponit, an poſſit peti ſupplemen-
tum dotis, eo quòd ſorores in agris fuerint dotatæ; & ibi quòd in
dubio pro parte præſumitur. Et vide Gram.deciſio.101.num.68.&
Pauli Caſtren.meminit etiam Dec.in l.pactum.quod dotali.in fine.
C.de collat.Ruin.conſi.53.col.antepen.lib.3. Natta.

CONSILIVM XXXIIII.

CONFIRMAT Conſi.29.infra lib.7.

* Conſultus aliàs in principali cauſa* in fauorem
agentium contra Bartholomæum Ba
a chellam conſuluit[a] nunc repetitus in appellationis cauſa. nō
video ex his quæ mihi exhibita & relata ſunt quicquam noui
actum ſeu deductum eſſe pro parte dicti Bartho. appellantis,
propter quod iure dici poſſit firma non ſubſiſtere ea iuris fun
damenta, quæ in cauſà principali in fauorem agentium in cō-
ſilio deduxi, nam in cauſa appellationis, ſi rectè inſpiciatur,
non eſt oppoſita exceptio excuſſionis, quoniā in ſcriptura ap-
pellationis ſolum appellans narrauit ſe oppoſuiſſe in præteri-
tum.i.in cauſa principali exceptionem excuſſionis non factæ
1 contra principalem. † illud autem non dicitur eſſe opponere
de præſenti exceptionem excuſſionis, quia ille qui allegat fuiſ
ſe in iudicio de præterito, non videtur illud affirmare de prę-
ſenti eſſe, ſed potius negare, vt not.glo.ſingularis in l.certum.
§.1.ff.de cōfeſ.in ver.confeſſus.& ibi Bar. & alij, & no.Bar.in
l.ſi minorē.C.de in integ.reſtit.mino.& in l.edita. C.de eden.
& Ang.in l.1.in princ. ff.de eden.cum ſim. vnde cum nō op-
poſuerit in cauſa principali, vt in conſilio deduxi, ſequitur ꝙ
non eſt oppoſita, nec in cauſa principali, nec in cauſa appella-
2 tionis. ¶ † Secundò adhuc dico ꝙ poſito quod fuiſſet oppoſita
expreſsè in cauſa appellationis, tamen non poterit de iure op-
poni in cauſa appellationis, poſtquam nō fuit oppoſita in cau
b ſa principali, quia cum ſit exceptio dilatoria,[b] quæ debet op-
poni ante litis conteſtat.ſecundùm omnes opin. vt not.Pet.&
Cy.in auth.præſente. C.de fideiuſſ.cum concor.de quibus in
conſilio.& conſuluit Pet.de Anch.conſi.294.incip. Ex prædi
ctis ſubtiliter allegatis. quod eſt repetitum conſil.317. Si non
eſt appoſita in cauſa principali, non poteſt opponi in cauſa ap
pellationis, vt eſt text.notab.in l.ita demum.C.de procurat.&
not.Cy.in l.per hanc. C.de temp.appel.in ver.quæritur ſecun
do loco. & Bal.ibi expreſsè in ver.vel pone exemplum in exce
3 ptione præpoſterationis, † vbi dicit quod exceptio præpoſte-
rationis ordinis, ſi non fuit oppoſita in cauſa principali, non
poteſt opponi in cauſa appellationis, per dictā l.ita demum.
Tertiò ad idem conſiderandum eſt quòd per exploratores &
nuncios ad hoc electos facta eſt excuſſio non reperiri de bonis
4 ipſius Ludouici, † & qui vult dicere quòd in aliquo loco bo-
na habeat ſtante dicta relatione & excuſſione, habet hoc pro-
bare per not.per glo.in l.cum de lege. ff.de probat.& Bartol.
in l.ſi conſtante.in princip. ff.ſoluto matr.in prima quęſtione
primę partis principalis, & in l.decem. de verborum obligat.
& in l.fin.§.licentiam. C.de iure deliberan.& Ange.in l.mul-
tum.§.1.de acquir.hęredit.Quartò ad exceptionem excuſſio-
nis reſponderi poteſt per alia plura remedia in conſilio dedu-
cta ſcilicet quòd non requiratur excuſſio etiam ſi opponatur,
quia Barth.Bachella ſe tanquam principalem obligauit ani-
mo innouandi obligationem principalem. Item quia cum iu-
ramento promiſit ſe facturum & curaturum &c.Item propter
illa verba renunciationis, omni alij iuris auxilio &c. vt serioſè
in conſilio ſcripſi. Inſuper in cauſa appellationis ad cautelam
magis roborata ſunt iura agentium. Nam probarunt per duos
teſtes, ꝙ tempore quo Chriſtoph. Carundinus notarius actor
cauſę tanquam infirmus ſubſtituit Gaſparem fratrem ſuū, ve-
rè erat infirmus, & ſic ex forma prouiſionis ſubſtituere po-
tuit.& dico quod hęc probatio fuit ad cautelam, quia non vi
5 detur quod fuerit neceſſaria, † quia ſtatur dicto officialis aſſe-
* renti ſe impeditum tali impedimento * propter ꝙ ſibi permit
titur alteri officium cōmittere & delegare, vt eſt gl.valde not.
in c.paſtoralis.in verbo exonerans.de offi.deleg. & idem dicit
Guil.de Cug.& Alb.de Roſ.in l.1.ff.de offi.eius. & Bal.in ca.
de cauſis.de offi.deleg.& in l.imperium. de iuriſd.om.iud.al
legant iura dicentia credi debere dicto ſeu literis officialis. l.
diuus.in ver.cum autem.ff.de offic.pręſid.& in §.ſi quis verò
comprehenſorum.in auth.vt nulli iud.& in gl.ſi publica.§.1.
ff.de publ.Sed clarius probatur in gl.in d.c.paſtoralis.licèt p̄-
fati doctores illam non allegent. bene facit quod ſingulariter
dicit Bar.in l.ambitioſa.de decre.ab ordi.faci.in ver.viſis &c.
Cum ergo illud inſtrumentum ſurrogationis, in quo ſer Chri
ſtophorus aſſerit ſe infirmū, fuerit productum in cauſa princi
pali: ſequitur ꝙ Bartholomęus debuit & debet condemnari

in expensis, etiam causæ principalis, nedum causę appellationis, quod apparet, quia cùm ex antiquis actis debuisset succũbere. accedit dispositio statuti ciuitatis disponentis q̃ in negotio principali succumbens debeat semper condemnari in ex-
6 pensis, quinimò si dictus † Barthol. Bachella in dicto instrumento promiserit reficere expensas &c. prout plerunq; in in-
c strumentis apponitur, tunc etiam propter iustam [c] causam litigandi non debebit ab expensis absolui, vt est glo. sing. & ibi Ang. in §. oportet. in auth. de iud. & not. Bal. Ang. & Saly. in l. properandum. §. sinautem alterutra. C. de iud. Bal. in l. omnes. §. cautione. C. de appel. Bald. & Ange. in l. non solum. ff. de rei vend. Iac. Butr. in l. 1. ff. de alie. iu. mu. causa fa. Ant. de Butr. in c. finem litibus. de dolo & contum. bene facit gl. not. in authen. de exhib. reis. iuxta princ. in ver. causam. & quod ibi no. Ang. & gl. Bar. Bal. & alij in l. 3. §. si rem. ff. de leg. 3. Alex.

ADDITIONES.

* In principali causa.] Istud consi. habes supra eo. consi. 32. Natta.
a ¶ Consului. infra lib. 7. consi. 29.
b ¶ Dilatoria. Imò in fideiussore indemnitatis est potius exceptio intentionis, per ea quæ dixi infra lib. 7. consi. 29.
* Tali impedimento.] Sequitur idem Alex. in l. 1. ff. de offic. eius. & Felyn. in d. c. Pastoralis. Natta.
c ¶ Iustam. Imò vt de statuto dixi. infra lib. 5. consil. 183. in fin. fa. not. supra lib. 2. consi. 37. in fi. & Alex. hic non loquitur nisi tanquam aduocatus, confirmando allegationes, quas fecerat pro cõiunctis suis infra lib. 7. consil. 29. * Nota quòd iusta causa litigandi, non excusat ab expensis promissis, neque etiam à pœna conuentionali, vt ẽt tenet Alex. consi. 135. col. pen. lib. 6. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio quid importat.*
3 *Territorium cohæret passiuè.*
4 *Collectarum exactio arguit iurisdictionem.*
5 *Superior vel pacta ciuitatum non intelliguntur lædere ius alterius.*
8 *Relatum est pars referentis.*
9 *Proditio per rei euidentiam nunquam censetur exclusa.*
11 *Cautio verbum sufficiens intelligitur secundùm materiam subiectam.*
12 *Collectarum onus spectat ad eum qui fructus percipit.*
14 *Genitiuus, propriè denotat dominium, sed attenditur materia subiecta.*
16 *Persona mutata mutatur status rei.*
19 *Territorium an sit de esse iurisdictionis.*
20 *Exceptio firmat regulam in non excepto.*

CONSILIVM XXXV.

Viso processu inter communitatem ciuitatis Serezanæ agentem, & commune Castri noui ac consilijs, & allegationibus præstantissimorum doctorum mihi transmissis, & literis magnificæ ciuitatis Serezanæ, necnon generalis capitanei Bisanæ requirentis, vt in dicta causa consulere debeam, quæ futuræ sint partes suæ attenta commissione sibi facta per excelsos dominos communitatis Florentiæ, de qua cõmissione apparet in literis mihi trãsmissis, & registratis in actis causæ, discutiendum est quales debeant esse partes præfati domini commissarij super contentis in petitione producta pro parte dictæ communitatis Serezanæ, & primò super eo q̃ in prima particula petitionis declarari, videlicet vigore maximè sententiæ latæ per spectabilẽ dominum Iacobum de Guizardinis, & capitulorum initorum cum excelso communi Florẽtiæ, omnes partes iurisdictionis, & quæ iurisdictionem concernant ipsis Serezanensibus concessis per dicta capitula competere & licere exercere, & exequi exceptis collectis terrarum, quas, vt supra probarẽt singuli homines de Castro nouo, & licuisset & liceret alibrare pro ipso communi Serezanæ in catastro totum terrenum, & omnes terras existentes in loco qõnis habitæ à strata romea infra eundo à ciuitate Serezanæ, vsq; ad aquã perniguiolæ maximè in locis & terris super quibus prædicti de Castro nouo iurisdictionem prætendebãt. ¶ Prætermissis superfluis dico quod merum & mixtum imperium, & iurisdictio dictorum locorum est translatum in excelsum commune Florentiæ, vt est declaratum per dictam sententiam à partibus approbatam, saluis tamen his quæ reseruata & concessa essent dictæ ciuitati Serezanæ, & dicto communi Castri noui per capitula inita cum excelso communi Florentiæ, ita in effectu continetur in præmissa sententia. vnde solum competit dictæ ciuitati Serezanæ iurisdictio quatenus per capitula est ei reseruata, seu concessa. & de dictis capitulis mihi transmissa sunt tãtum nonum 12. 18. 21. & 31. & in d. c. 12. continetur q̃ dictum commune Serezanæ debeat manuteneri, & conseruari in quibuscunq; suis iuribus honorarijs, & consuetudinibus debitis & rationalibus, & in eis defendi contra quoscunq; turbatores, inuasores contradictores per commune Florentiæ & eius officiales in tota iurisdictione cõmunitatis Serezanæ. Et secundùm priuilegia tam imperialia, q̃ apostolica concessa cõmunitati Serezanę, & hominibus eiusdem, & posito q̃ ante dicta capitula apud dictam ciuitatem Serezanæ fuisset merum & mixtum imperiũ, & iurisdictio ex concessione liberalitatis imperialis facta a Se-
1 renissimo Romanorum Imperatore Ludouico † cuius cõces-
a sio loquens de iurisdictione simpliciter videbatur largè [a] accipienda vt comprehenderet merum & mixtum imperium, &
* simplicem iurisdictionem vt cõcludit Io. And.* in addit. Spe. in tit. de iurisd. om. iud. in addit. quæ incipit vidisti duas &c. Oldr. in consi. 251. incip. Ad quæstionem. & clarè Bal. in l. fi. ff. de const. princ. per illum tex. cum sim. & no. per Bal. in l. pen. C. de bo. quæ lib. Tamen quia per prædicta capitula secundũ quod continetur in dicta sententia est cautum & dispositum de capitaneo mittendo ad ciuitatẽ Serezanæ cũ mero & mixto imperio & de vno iuris prouisore qui ius tradat in ciuilib. d
2 † apparet q̃ iurisdictio etiam in genere sumpta prout comprehendit merum & mixtum imperium & simplicẽ iurisdictionem iuxta id quod legi. & no. in l. 1. & in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. non debet esse actiuè apud cõitatem Serezanæ q̃ non habet ptãtem iurisdicendi & terrendi. l. pupillus. §. territorium. ff. de ver. sig. & no. per Inno. in c. cum accessissent. de constit. & Iac. de Bel. in auth. de defen. ciui. §. 1. & 2. in 3. q. & Bal. in c. 1. si de inuestit. inter do. & vasal. lis ori. & in c. bonæ. et 2. de post. præla. & in l. 1. ff. de iurisd. om. iud. bene verũ est quod merum & mixtum imperium ac simplex iurisdictio cohæret territorio ciuitatis Serezanæ materialiter siue passiuè, vt in d. §. territoriũ. l. fi. & ibi no. Bar. & Bal. C. vbi & apud quẽ in integ. rest. & in l. 1. §. 1. & ibi Bal. de offi. præfe. vrb. & declarat Bar. in l. 1. ad fi.* de iur. om. iud. & Bald. in c. is ad hæc. de *
pace iur. fir. & in auth. habita. C. ne filius pro patre. & in l. data. C. qui accus. non poss. & in d. l. imperium. in prin. & Ange. in l. more. in l. fi. ff. de iuris. om. iu. & canonistæ in c. cum con-
3 tingat. de foro comp. & in cle. 2. de rescrip. † Erit ergo passiuè in territorio ciuitatis Serezanæ merum & mixtum imperiũ, & simplex iurisdictio, etiam in loco de quibus fuit habita cõtentio coram præfato Iacobo Guizardino arbitro & de quib. in compromisso & sententia fit mentio. Actiuè aũt erit apud commune Florentię seu magistratus, qui per ipsum cõe mittuntur, quò ad quædam tamen erit iurisdictio ẽt actiuè apud dictam cõitatem Serezanæ. s. quò ad contenta in dictis suis capitulis vt quò ad ea quę concernunt ius collectandi & similia
4 ibi specificata, † quia per impositionem & exactionẽ collectarum deprehendit locũ vel villam soluentem collectas esse de territorio seu iurisdictione illius ciuitatis cui soluit collectas, vt in auth. quib. mod. nat. effic. sui. §. si quis ex qualibet. l. 3. & ibi not. Bal. C. de natur. lib. not. Bal. in l. data opera. C. qui accus. hęc fuit intentio pręfati Iacobi in sua sententia lata secundum consilium collegij pręstantissimorum doctorum Florentię, vt ex inspectione primi consilii registrati in sententia euidenter apparet dum dr̃, ibi, q̃ ista talia dicuntur lata esse de iurisdictione & non spectant ad pręsentem cõmissarium discutere an dicta sententia fuerit iuxta lata vel non, quia est à partibus approbata, ẽt quia sic se habet commissio ab excelso dominio cõis Florentię facta dicto commissario, intentio igitur pręfati do. Iac. iudicantis fuit q̃ omnis authoritas & potestas concessa per dicta capitula cõitati Serezanę accipiatur pro iurisdictione. pro quo facit. l. inter tutores, cum ibi not. ff. de admi. tuto. vbi ẽt iurisdictio qñque accipitur largè pro administratione tutelę seu bonorũ, vnde ẽt oẽm authoritatem & potestatem quam ex antiquis consuetudinibus rationabilibus hr̃e consueuisset cõitas Serezanę in locis dictę dñię adhuc exercere poterit vigore dicti 12. c. dummodò non essent contra ea q̃ specialiter

specialiter continerentur in d. snia vt in dictis alijs capitulis.
Item ius & facultas depascendi in pascuis q̄ sunt in districtu.
imò ipsa pascua per dicta capitula spectant ad dictam cõitatẽ
Serezanæ ex forma dictorũ capitulorũ vt patet in c. inci. Itẽ ꝙ
5 pascua &c.† intelligo tñ de pascuis quæ tpe dictorum capitu-
lorum quò ad ius particularis dñij non spectabant ad alium,
nã de illis non debent intelligi dicta capitula, tum quia nõ põt
superior seu ciuitas auferre sine cã ea q̄ spectant iure dñij ad
vnũ & alteri concedi. l. si priuatus. ff. qui & a quib. l. toties. ff.
de pollici. l. itẽ si verberatũ. ff. de rei vend. & no. in l. fi. C. si con
tra ius. & in l. quoties. de preci. impe. offe. & in l. 1. ff. de const.
princ. & in c. quæ in ecclesiatũ. de consti. tum quia in generali
illa dispositione non debet intelligi superiorẽ debuisse aufer-
re ius tertij. l. 2. §. meritò. & §. si quis a principe ne qd in loco
publi. & in c. super eo de offi. dele. Accedit singulare verbum
6 Cõpo. in c. causam quæ. de rescr. per illũ tex. cum ibi no.† vbi
voluit ꝙ si Papa dicat se conferre beneficiũ tali, cum hac clau
sula nõ obstante collatione alteri facta, ꝙ dicta clausula intelli
gitur de collatione inualida, & ne alteri præiudicetur. & simi
liter ꝙ si Papa concedit alicui gratiã cũ clausula tali, videlicet
vt alijs p̃feratur, intelligit illa clausula nisi illis alijs sit ius quę
situm, & cũ hoc transeunt cõiter do. in d. c. causam q̄. & de iu-
7 re constat † ꝙ in p̃dijs alterius inuito dño prędij non est licitũ
* depascere nec ingredi. * l. Quintus. ff. ad l. aquil. l. per agrũ. C.
de ser. l. fi. C. de pascuis pub. lib. 11. l. iniuriarũ actio. §. pe. cum
seq. ff. de iureiur. probat in c. 1. §. fi. & ibi no. Ant. de Iser. circa
hoc plura dicens in ti. de pace tenenda. & ẽt dico dictæ cõitati
Serezanæ licere allibrare ꝓ ipso cõi Serezanæ in catastro totũ
terrenum & oẽs terras existentes in loco qõnis habitę corã p̃fa
to Iacobo inter dictas partes videlicet a ciuitate Serezanæ eun
do per stratã romeã vsq; ad aquã perniguiolæ in locis & in ter
ris in quib. dictum cõe Castri noui p̃tendebat habere iurisdi-
ctionẽ coram d. Iacobo, & per cõitatem Serezanæ contra dice
batur, prout de dictis locis apparet in dicto cõpromisso & snia
quantũ ad effectũ imponẽdi & exigẽdi collectas & alia facien
di, q̄ per d. capitula conceduntᷣ seu reseruantᷣ d. cõitati Sereza-
næ, exceptis terris, bonis & possessionib. quibuscunq; existen-
tib. in aliquo loco qõnis prędictæ, videlicet a dicta strata. j. ver
sus mare q̃uolibet pertinẽtib. ad quoscunq; hoĩes & personas
aut loca tam secularia q̄ ecclesiastica, aut pia dicti cõis Castri
noui, vt in d. snia continetur. quę exceptio & reseruatio quali-
ter intelligatur, declarabitur. j. tertiã partem petitionis cõita-
tis. Et quia hęc particula ꝙ liceat d. cõitati Serezanæ alibrare
dictas terras quò ad effectũ prędictum vr̃ satis clara ex verbis
ipsius snĩæ, & maximè ex declaratione q̄ resultat per exceptio-
nem factã de terris spectantib. ad illos de Castro nouo. l. nã qđ
liquidę. §. fi. ff. de pec. leg. §. vt aũt. in aut. de non alie. ideò circa
eã vlterius non insisto. Et potestas declarandi prędicta vt s̃. si-
ne dubio cõprehenditur sub cõmissione facta pręfato cõi; vt
ex dictis literis euidenter apparet. Et dato ꝙ in literis non dica
tur de declaratione capitulorum, tñ in partib. in quib. snĩa se
refert ad capitula apparet ꝙ ille qui habet potestatẽ declaran-
8 di snĩam habet ẽt potestatem declarandi capitula dicta, †quia
in his in quib. snĩa se refert ad capitula dicuntur ipsa capitula
b esse pars [b] snĩæ. l. ait prætor. §. 1. ff. de re iu. l. asse toto. ff. de hæ-
red. insti. l. si ita scripsero. ff. de cond. & dem. & c. cum venera-
bilis. de excep. cum si. Erunt ergo partes capitanei circa hanc
primam particulam petitionis in pronunciando dictæ cõitati
Serezanæ licere exercere illam iurisdictionem seu facultatẽ ac
facultates eis concessas per dicta capitula inita cum excelso
cõi Florẽtiæ quatenus ad illa facta est relatio per dictam snĩam
spectabilis Iacobi, & propterea licere etiam prędicto cõi Sere-
zanæ allibrare in catastro totũ terrenum, & oẽs terras existen-
tes in loco & locis qõnis habitæ coram præfato arbitro & in-
ter dictas partes videlicet strata Serezanæ eundo per stratã ro-
meam vsq; ad aquã perniguiblæ. & in locis & in terris in qui-
bus dictum cõe Castri noui prętendebat coram d. Iacobo habe
re iurisdictionem, & per cõitatem Serezanæ contra dicebatur
prout de dictis locis apparet in dicto compromisso & snĩa, &
puncto in eis inserta quantũ ad effectum imponẽdi & exigen-
di collectas & alia faciendi quæ per dicta capitula concedun-
tur seu reseruãtur exceptis terris & possessionib. in bonis qui-
buscunq; existentibus in aliquo loco qõnis prędictæ. s. a dicta
strate infra versus mare q̃uolibet pertinentib. ad quoscunque
hoĩes, personas, aut loca tam secularia q̄ ecclesiastica, aut pia
dicti cõis Castri noui seu ad dictum cõe Castri noui, secundũ
qđ declarabitur infra circa tertiam particulã petitionis dictæ
cõitatis, & propterea etiã licere dictæ cõitati Serezanæ vti pa-
scuis quibuscunq; in districtu & iurisdictione dictæ cõitatis
existentib. & prouentib. & redditib. eorundem tanq̄ rebus ad
ipsam cõitatem pertinentib. non tñ intelligẽdo hoc in pascuis
quæ essent seu tpe dictorum capitulorum fuissent alterius in
quib. non intelligitur d. cõitas habere hãc potestatẽ nisi aliter
haberet pręscripta & legitima consuetudo d. cõitatis. Nũc ca-
pio secũdam particulã petitionis d. cõitatis in quam petitum
est declarari ꝙ strata siue via de qua fit mentio in supradicta
snĩa, & in puncto qõnis aliàs habitæ quæ dr̃ via hospitalis sit
illa q̄ est iuxta hospitium dicti hospitalis a latere inferiori ver
sus perniguiolam, circa quã non inuenio in processu probatũ
ꝙ dicta via hospitalis sit vel non sit via illa, quæ est iusta hospi
tium dicti hospitalis, ideo inspectis actis causæ partes dñi ca-
pitanei essent in pronunciando non liquere seu probatum nõ
esse intentionẽ dictæ cõitatis, & in hac parte absoluere a peti-
tis causę Castri noui & eius syndicum iuxta. l. qui accusare. C.
de eden. & in c. j. vt ecclesia. beneficia. Tamen quia ab excelsis
dñis Florentiæ commissum est dño capitaneo vt ad dicta loca
dr̃iæ accedere debeat, & scd̃m quod sibi constiterit terminet,
ꝓpterea consulo ꝙ dñs capitaneus ad locum accedat, & si ex
inspectione locali vocatis partib. & ex dictarum scripturarũ
lectione constabit sibi esse prout in petitione d. cõitatis conti
netur ita pronunciet & declaret, vt in l. si irruptione. ff. fin. re.
9 & in l. 3. C. eo. ti. Sin aũt pronunciet & absoluat vt dixi. † talis
in probatio q̄ fit subijciendo locũ oculis est tantæ virtutis vt
c illi nunq̄ [c] intelligatur esse derogatũ, & p̃feratur cuicunq; alij
probationi, vt no. Azo in sum. C. ad l. aquil. & Bal. in l. contra
negantẽ. in fi. eo. ti. & in rub. de prob. & in l. 1. C. si aduer. ven.
liberta. ¶Circa tertiã particulam petitionis in qua petitur de-
clarari ꝙ pro ipsis tm̃ terris & terreno quas & quos probabũt
prędicti hoĩes de Castro nouo spectare ad ipsos iure dominij
vel quasi, & non possint hoĩes ipsi qui ita probabunt grauari
aliquo grauamine collectarũ & gabellarum quousq; in iure &
dñio siue quasi dñio ipsorum de Castro nouo steterint. Si ve-
rò excesserint possunt Serezanenses iuxta ptãtem eis reseruatã
per supradicta capitula collectas illis ad quos peruenerint im
10 ponere, † rñdeo ꝙ qualitercunq; bona spectent ad dictos de
Castro nouo siue iure dñij siue possessionis tm̃ non debent di
cti de Castro nouo collectari, hoc ostendunt verba snĩæ dum
loquuntur de bonis q̃uolibet pertinentib. ad eos. & illa verba
latã habent significationem aptam cõprehendere p̃dicta vt pa
tet in l. verbũ illud pertinere. cum ibi no. per Inno. & Host. de
resti. spol. no. gl. in l. si quis intentione. ff. de iudi. cum si. & at-
tento qđ illa verba proferãtur circa materiam impositionis &
exactionis collectarum debent secundum subiectã materiam
intelligi. l. si vno. in prin. ff. locat. l. si stipulatus. in prin. ff. de
vsu. c. consti. de reli. domi. & dato ꝙ verba viderẽtur pręgnan
11 tia. † vnde videmus * ꝙ licet alias qñ fit mentio de cautione
* sufficienti intelligatᷣ regulariter cum fideiussore pp illã dictio
nem sufficienti. l. si mandato Titij. §. fi. ff. mand. cum ibi no. fal
d lit [d] tñ vbi hoc exprimeretur in materia in qua nõ esset neces-
saria cautio cum fideiussoribus, quia intelligitᷣ sine fideiusso-
rib. pp rationem subiectæ materiæ. ita inquit Ant. de But. in l.
12 fi. de resti. spo. † Cum ergo munus collectarum veniat impo-
nendũ illis qui possident ꝓ suo, & suo iure faciũt fructus suos,
c vnde emphyteuta [c] fructuarius & similes possidentes qui lu-
crantur fructus, tenentur ad p̃dicta. l. si pendentes. §. si qs cloa
cam. in ver. possessores. ff. de vsufru. l. 2. C. de iure emph. l. quę
ro. ff. de vsufr. leg. & ibi Bar. l. neq;. ff. de impensis in reb. dota.
fa. Vnde dicit Bal. in l. 1. C. de iu. emphy. emphyteuta tenetur
ad collectas, sed colonus qui non possidet, sed detinet non te-
netur, & si aliquid solueret repeteret a domino, alleg. l. ędiles.
ff. de via publica. & d. §. si quis cloacã. Et ideo quicunque de
Castro non habens possessionem ciuilem non posset collecta-
ri dato quod non haberet alium titulum vel aliud ius in re,
quia illa ciuilis possessio est illa quæ causat acquisitionem fru
ctuum, vt est glo. not. & ibi not. docto. in l. 3. §. ex contrario.
ff. de acquiren. possessio. & not. Guiliel. de Cug. in l. licet. ff. de
acquiren. possessio. & Francis. Tigr. in l. 1. in fin. C. de seruit.
fugit. & Bald. in l. certum. C. de rei vendi. & in capitu. 1. in

prin.in tit.qui feu.da.pos.& in l.2. C.si quis rem minoris esse
13 ignoret.& ibi gl.no. secundum Bal. † quæ vult ꝙ regulariter
vbi potest habere locum vsucapio ibi potest habere locum ac
quisitio fructuum. Et vbi reperitur bona fides & possessio in
dubio præsumitur iusta præterquam quò ad alium qui se pro-
baret antiquiorem possessorem, vt no.Bar.in l.Celsus.ff.de vsu
ca.& Ang.in l.super long.temp.præscrip. & Ant.de But.in c.
si diligenti.de præscri.bene facit quod no. Bar.in l.communi
diui.§.inter prædones.ff.cõmuni diui.Et maximè quando per
longum tempus puta decem annorum possedisset.l.3.§. si ser-
uus.ff.de acq.pos.not. Inn.& alij in c.2.de resti.in integ.& Io.
And.in addi.Spe.in tit.de testib.§.nunc videndum,in 1.addi.
mag.in ver.itẽ opponunt.& Ang.in l.pe.C.quib.non ob.lon.
temp.præscri.& Ant.de But.in d.c.cum ecclesia.& do. Abb.
Sicu.in d.c.si diligenti. pro nullis ergo rebus debuit dictis de
Castro nouo imponi collecta.quia aut ipsi possident ciuiliter,
prout dixi.vel sunt domini, vel habent ius in re quo mediãte
debent suo iure acquirere & lucrari fructus, & non debet eis
imponi collecta vigore sententiæ,aut ipsi detinent bona nomi
ne alieno,& tunc etiam non debet eis imponi collecta sed illis
quorum nomine detinent, & sic illis qui haberent ius in re vt
s.dictum est.¶Quantum verò ad gabellas imponendas in reb.
importandis per dictos de Castro nouo per loca dictæ quęstio
nis ac per ciuitatem Serezanę & eius curiam,licet prima facie
verba.d.sententiæ videantur solũ habere locum in rebus quæ
iure dominij pertinuerunt ad illos de Castro nouo,quia verba
sententiæ dicunt pro quibuscunq; rebus ipsorũ de Castro no-
uo, & eundo & redeundo portandis, & sic loquitur per geni-
14 tiuum.f.† ipsorum, qui quidẽ genitiuus [f] secundum propriã
f significationem denotat dominium.l.3.§. in loco.ff.de reli.&
sump.fune.tamen rõne subiectæ materiæ in qua probata sunt
verba dictæ sententiæ,genitiuus potest importare aliud quàm
ius dominij.l.1.in prin.in §.non solum.ff. de arbo.ced.& no.
gl.in l.2.in prin.ff.de ori.iu.& Bar.in rub. ff.de ope.no.nun.
& in prin.capituli vbi etiam dicit ꝙ ex communi vsu loquen
di importat etiam ius quod esset infra dominium.& dixit ex-
presè Imo.in d.rub.ff. de ope.no.nun. quod genitiuus etiam
refertur ad illud quod ad me pertinet alia ratione quàm domi
nij quando ratio subiectæ materiæ hoc suadet.& probatur ex
no.per Bar.in l.Quintus.ff.de auro & arg.leg.vnde quomodo
cunque res pertineant ad dictos de Castro nouo portantes seu
portare facientes noĩe suo,non debent soluere gabellas,quan-
uis debuissent pro illis rebus soluere alij portantes qui nõ erãt
de Castro nouo. Si autem nomine alieno portarent,soluendũ
erit.s.per illos quorum nomine portarẽtur,quia inspici debet
persona cuius nomine seu mandato portatur.l.si publicanus.
15 §.de rebus.ff.de publi.& in cle.præsenti.de censi. ¶† Quantũ
verò ad illud quod petitur declarari quod si dicta bona exiue
rint manus illorum de Castro nouo possit pro illis bonis im-
poni collecta, & ꝙ alia non sit virtus dictæ sententiæ dico qđ
poterit imponi collecta illis ad quos dicta bona peruenerint si
essent personæ quibus tales collectæ possent alias per dictam
cõmunitatem imponi.l.ætatẽ.in fi.de censi.& in l.3.in princ.
de mu.& hono.per quæ iura & alia hoc decidit Ioan. And.in
addi.Spe.in tit.de censi.§.nunc dicendum.in addi.mag.versi.
tractauit Hubertus.bene facit quod no.Spe.in tit.de cle.con-
iug.§.1.ver.ad huius.& Arch. & Io.And.in c.1.de immu.ec.
16 lib.6.† vbi dicunt quod in istis collectis imponendis mutata
* persona mutatur status rei.* & cõsideratur qualitas noui pos-
sessoris.l.1.C.de impo.lucra.descrip. & est munus,quod im-
ponitur personis pro rebus,vt no.in l.rescripto.§.fi.de mune.
& hono.& in l.2.C.de anno.& tribu. lib.11.& in rubri.C.de
excu. mune. lib. 10.& quod non transeat dicta communitas
ad alias personas & successores.bene facit.l.1.ff.de iu.immu.
& c.cum venissent,cum ibi no.in gl.de insti.& per gl.16.q.j.
& c.possessionis.& Io. And.in regula priuilegium.in mer.cũ
si.& sic quantum ad istam tertiam particulam petitionis, par
tes domini capitanei sunt in pronunciando & declarando di
ctæ communitati non licere imponere collectas pro bonis,ter
ris,& possessionibus quibuscunq; existentibus in aliquo loco
quæstionis prædictæ cum adiecta strata infra versus mare quo
modolibet tempore dictæ sententiæ pertinentib.ad quoscun-
que homines, personas aut loca tam secularia quàm ecclesia-
stica, aut pia dicti communis Castri noui, seu ad dictum cõe

Castri noui, siue ad eos pertineant iure dominij, seu iure so-
lius ciuilis possessionis bona fide retentæ ex causa alterius iu-
ris in re propter quod suo nomine possidentes possint fructus
sibi legitimè acquirere,vt ex causa vtilis dominij, vel vsusfru-
ctus, vt quò ad dictum effectum colle&andi non possit dicta
communitas Serezanæ allibrare dictas terras,& bona in cata-
stro,& hoc tenetur quousq; nõ transiuerint dicta bona ad ma
nus aliorum quibus de iure posset dicta cõitas Serezanæ col-
lectas imponere, & etiam non licere dictæ communitati gra-
uare dictos de Castro nouo pro rebus ipsorũ portandis in eun
do & redeundo per loca dictæ quæstiõnis,ac per ciuitatem Se
rezanæ & eius curiam. & hoc vltimum intelligatur de bonis
& rebus spectantibus ad dictos de Castro nouo quomodocun
que,dummodo nomine suo portent,aut portari faciant, & nõ
mandato alterius. Quantum verò ad quartam petitionis parti
culam in qua petitur declarari ꝙ respectu damnorum datorũ
super terris quas probabunt prædicti singuli homines de Ca-
stro nouo ad ipsos pertinere iure dominij vel quasi,iurisdictio
sit magnifici domini capitanei,& vicarij,qui tempore fuerint
Serezanæ, decisio & executio tanquam officialium pro dicto
cõi Florentiæ, & in ipsa ciuitate Serezanæ pro ipsis damnis da
tis tam per Serezan. quàm per alios quoscunq. ad ipsum vica
rium iurisdictionem spectare, & etiam petit declarari ꝙ pro
ipsis dãnis illatis per Serezan.ad illos de Castro nouo,siue ha-
bentes causam ab ipsis, pro alijs dãnis verò datis per quoscun
que in ipsis prædictis terris & locis sit ipsorum Serezanẽsium
ipsa commoditas per capitula reseruata, & iurisdictio prout
latius in dicta petitione continetur.Qua mente & ratione mo
ti fuerunt præfati & excellentissimi doctores collegij Floren-
tiæ ad cõsulendum ꝙ per dictum arbitrum ita iudicaretur vt
in fine dictæ sententiæ cõtinetur. nouerunt ipsi & pro senten
tia secundum eorum cõsilium lata multum est præsumendũ,
ideo ad me non pertinet ponere os in cœlum,stante etiam ap-
probatione dictæ snĩæ facta per partes.Vnde viso quod in fine
dictæ snĩæ continetur.ꝙ quò ad damna data aut damna quan
docunq; in & seu super terris,possessionibus, & bonis prædi-
ctis de Castro nouo per Serezanenses, vel habentes causam ab
eis, vel per illos de Castro nouo sit iurisdictio ipsis Serezan.sed
tm̃ cõitati Castri noui prout etiam per capitula eorum de Ca-
stro nouo disponitur &c.dico quod pro damnis datis seu dan
dis super terris,& bonis prædictis de Castro nouo, intelligen-
do de terris & bonis de quibus est facta declaratio. s. circa ter
tiam particulam petitionis,qñ talia damna dari contingat per
Serezan.vel habentes causam ab eis, vel per illos de Castro no
uo non habeant cognitionem,neq; decisionem talium causa-
rum officiales seu ius dicentes ciuitatis Serezanæ, nec vllam
commoditatem habeat cõitas Serezanæ ex condemnationib.
ferendis super dictis damnis datis. Sed spectare debet iurisdi
ctio ac cognitio, & decisio dictarum causarum ad ius dicen-
tes.in d.terra Castri noui,& commoditas quæ venit percipien
da ex condemnationib.prędictis, pro pace quærenda,quæ ve-
nit ex forma statutorũ applicanda cõi, debeat spectare ad cõe
17 Castri noui. Mouetur, quia in snĩa prędicta iudex† vsus est
signo vniuersali negatiuo,dũ dixit, nulla sit iurisdictio ipsius
Serezan.ergo nihil ꝙ sit iurisdictionis in casu prædicto specta
re debet ad ciuitatem Serezanã.l.si is qui ducenta.§. vtrum.ff.
de re.dub.c.solitæ.de maio.& obe. Itẽ quia per illa verba snĩę
dicentia,sed tantum cõis Castri noui, prout etiam per capitu
la eorum de Castro nouo disponitur &c.Et in quarto capitu-
lo capitulorũ suorum continetur ꝙ oẽs & quęcunq; condem
nationes in posterum faciendæ vigore suprascriptorum statu
torum tam pro criminalib. quàm ꝓ damnis pro dimidia sint
& esse debeant,aut suprascripti cõis Castri noui.&c.Põderan
dum est quod loquitur capitulum de condemnationib.feren-
dis vigore statutorum cõis Castri noui. vnde non põt fieri in-
terpretatio ꝙ agnitio & decisio dictarum causarum expediret
per officiales Serezanæ in ciuitate Serezanæ qui haberẽt pro-
nunciare secundum formam statutorum Sere.l.oẽs populi.ff.
de iusti.& iu.l.3.in fi.ff.de testi.& no per doc.in l.cunctos po
pulos.cum suis concor.C.de sum.Tri.& ꝙ postea cõmoditas
& vtilitas taliũ condemnationũ spectet ad cõe Castri noui,qa
istud non est adhęrere capitulis cõis Castri noui prout adhęre
re voluit dictus arbiter in snĩa sua,quia capituli Castri noui lo
quuntur de condemnationibus ferendis vigore statutorum
Castri

18 Castri noui. † cum ergo dicta sententia in hac parte damno-
rum datorum sit specialis, derogat his quæ in genere cōtinen
tur in alijs partibus dictæ sententiæ.l. sanctio legum.ff.de pœ
nis.l.vxorem.§.fœlicissimo.ff.de leg.3.& licet iudex non pos-
sit exercere iurisdictionem contra eos qui non sunt de territo-
rio & iurisdictione sua qui nihil commiserunt aut fecerūt in-
tra territorium iudicis.l.fi.ff.de iurisd.om.iud.c.vt animarū.
de consti.in 6.respondetur vt inquit Bart.in aut.habita. C.ne
19 fil.pro pa.† ꝙ posito ꝙ territorium sit de esse iurisdictionis or
dinariæ vniuersalis. l.fi. C.vbi & apud quem in inte.resti.non
tamen est de esse iurisdictionis ordinariæ certarum personarū.
per no.per gl.in d.aut.habita.alleg.etiam no.per Bar.in l.2.§.
fi.ff.de op.le.bene facit id quod habetur.in c.cum contingat,
de foro compe.cum ibi no.per Host.& Io.And.ita hic quantū
ad homines de Castro nouo, & Serezanenses non repugnat ꝙ
possit dari iurisdictio illis de Castro nouo absq; territorio, &
sic mens dicti arbitri vt verba ostendūt fuit ꝙ agnitio & deci
sio sit communis Castri noui accipiendo commune pro perso
na repræsentatiua habente iurisdictionem cum eligat cōsules
ius dicere debentes, vt in capitulis eorum continetur.ad hāc
interpretationem & intellectum accedunt verba Bar.in l.1.in
fi.ff.de iurisd.om.iud.dum declarat an populus qui elegit po
testatem dicatur habere iurisdictionem.Pro damnis autē quæ
dari contingat super terris,possessionibus, & bonis prædictis
per alios quàm per Serezan.vel habentes causam ab eis:ac per
alios quàm per illos de Castro nouo omnis iurisdictio specta-
re debet ad Serezanen.secundum dispositionem dictæ senten
tiæ vigore illius capituli in quo generaliter declaratur in sen-
tētia iurisdictionem spectare ad Serezanen. in locis prædictæ
quæstionis quatenus per capitula eorum sit eis reseruatū vel
concessum. & cum in suis capitulis habeat ꝙ capitaneus Sere
zanæ habeat merum & mixtum imperiū & ꝙ alius iudex do-
ctor habeat ius dicere in ciuilibus, vt in sententia narratur.&
in capitulis etiam continetur ꝙ condemnationes damnorum
dictorum fieri debeant secūdum formam statutorum & pro-
uisionum ciuitatis Serezanæ:& licet in capitulis non fiat men
tio specialiter de istis locis quæstionis; tamen ꝙ illa capitula
seruari debeant in istis locis prouidet.d. sentētia vt ex eius in-
spectione clarè apparet.Cū igitur quò ad damna data vel dan
da per alios quàm per Serezan. vel habentes causam ab eis nō
sit facta exceptio a regula generali, sed solū sit facta exceptio
de damnis datis a Serezanensibus & ab illis de Castro nouo,se
20 quitur † ꝙ exceptio in casibus non exceptis firmat regulam.l.
quæsitum.§.deniq;.ff.de fun.instru.§. vt autem.in aut.de non
alie.l.in his.ff.de leg.& in l.1.ff.de reg.iur.Partes igitur domi
ni commissarij erunt in pronunciando super hac particula ꝙ
pro damnis datis seu dandis super terris.& bonis prędictis de
Castro nouo de quibus est facta declaratio super tertia particu
la petitionis quando talia damna dari cōtingat per Serezanen
ses vel habentes causam ab eis vel per illos de Castro nouo,nō
habeant cognitionem seu decisionem causarum officiales seu
ius dicentes ciuitatis Serezanæ neq; vllam commoditatem ha
beat communitas Serezanæ ex dictis condemnationibus sed
spectare debeat cognitio & decisio causarum ad ius dicentem
in Castro nouo,& commoditas quæ venit percipienda ex con
demnationibus prędictis pro parte quæ venit ex forma statu-
torum applicanda communi,debeat spectare ad cōe Castri no
ui secundum formam suorum capitulorum.¶Pro damnis au-
tem quæ dari cōtingeret super dictis bonis seu in dictis bonis
per alios quàm per Serezanenses vel habētes causam ab eis &
per alios quàm per illos de Castro nouo omnis iurisdictio spe-
ctare debeat ad Serezan.& quia vtraq; pars est victrix,& victa
absoluatur vtraq; pars ab expensis.Laus Deo.

ADDITIONES.

a ¶Largè.dixi in consu.Pari.§.j.gl.5.nu.48.cum seq.
* Ioan.And.] Vide no.Felin.in c.quòd sedes.col.2.de offi.ordin.& in oppositum vide Affli.decisi.122. prima tamen concessio excepta intelligitur; idem Afflic.decisi.334.& contra Alex. hic tenet Ias.in l. Imperium.col.5.ff.de iurisdic.omnium iudic.Sed eius fundamentis respondet ibi Dec.dicens opinionem Alex.esse communiter approbatam. & idem tenet Pract. Papiensis in forma libelli super actione confes.super verbis,Plenam,& omnimodam.Dec.in c.licet causam.col.2.de proba.Curt.iun.in l.j.ff.de offi.eius. Natta.
* Ad finem.] Vide Ias.ibi latè. Natta.
* Nec ingredi.] Valet tamen consuetudo quòd liceat.Crau.consil.4.colum.2. Natta.
b ¶Pars.idem Alex.supra lib.2.consi.3.Roma.consi.305.fa.quæ dixi in consu.Pari.§ 5.nu.75.cum seq.
c ¶Nunquam supra lib.j.consi.116.in fi.Cur.sen.consi.69.nu.6.Ias.l.cū qui.§.in popularibus.ff.de iureiur.l.j in prin.de ope.no.nunc.Alcia.tract.præsump.par.2.nu.16. And.Tiraq.in consue. Picto.tit.retrac.§.4.glo.j.nu.36.
* Vnde videmus.] Ias.improbat in l.sancimus.C.de verb.sig. Natta.
d ¶ Fallit. ita vt intelligatur etiam de iuratoria, secundum materiam subiectam.Dec.c.j.l.2.de iu.c.qua fronte.in fi.de ap.Alex.supra libro 3.consi.57.
e ¶Emphyteuta.infra lib.5.consi.4.
f ¶Genitiuus.Bar.l.2.§.in hac.ff.de vi bono.rap.Alex.in rubr.ff.de iurisdi.omn.iud.Panor. Dec.c.quia.de iudi.Cor.consi.201.lib.j.j̃.lib.5.consi.54.nu.2.consi.98.nu.6.
* Status rei. Sequitur Ias.consi.20.lib.j.Dec.in l.in omnibus causis.ff.de reg.iur.in fi.Brun.consi.94.vbi dicit,hoc procedere etiam è conuerso,si prædia regiſtrata de non immuni, transeant ad immunem. Et adde quòd priuilegium immunitatis non transit ad hæredes, & successores; Ias.consi.217.col.j.lib.2.& adde Bal.in rub.C.de vsur.q.4.Et quòd,si res transeat ad immunem,seruetur immunitas;Cald.consi.7.An si statuto.col.2.subdit tamen de conti.& consi.& consilio statuto.col.pen.de censibus quod est in ordine 2. idem tenet Abbas consi.13.lib.2. Natta.

SVMMARIVM.

2 *Appellationis desertio trahitur retro,& nu.16.17.19.*
4 *Appellans an possit vti beneficio appellationis contra appellantem.& nu.21.*
5 *Gabella non debetur de actu ex quo non quæritur ius. numero 8.& 14.*
6 *Appellatio an extinguat iudicatum.*
7 *Appellatio frustratoria non debet prodesse.*
9 *Spes non habetur pro veritate in statutis.*
10 *Iura præcisa recipiunt interpretationem.*
11 *Hæredi quod iungitur intelligitur a die aditæ hæreditatis.*
12 *Tempus non currit executoribus testamenti nisi a die sententiæ mortis testatoris.*
13 *Annullatio actus est pœna.*
22 *Veritas attenditur nō ignorantia, quæ alias noceret ignorāti.*

CONSILIVM XXXVI.

Viso themate suprascripto & his quæ copiosè, & elegā-
ter superius cōclusa sunt per ambos clarissimos do
* minos supra consulentes,* conuenio cum eorum sententia,&
ne incogitatus ad rem accessisse videar aliquid subiungam.Et
in primis videtur contra do. Leonardam facere statutum sub
rubrica de gabella bonorum infra sol.& c.vbi expresse proui-
detur ꝙ si solutio non fuerit facta infra 15. dies a die dationis
insolutum numerandos, ipsa datio insolutum non valeat ipso
iure super ea, vel a die quo pronunciatum fuerit appellatio-
1 nem desertam,† ergo a verbis non est recedendum. l. prospe-
xit.ff.qui & a quibus.& l. seruum qui. §. non dixit prætor. ff.
de acquiren. hære. & in l.1.§.si is qui nauem.ff.de exer.& præ
sertim vbi est decretum annullatiuum, quia tunc statutum vr̄
inducere ꝙ illud sit de forma, vt in ꝓposito nostro notāt doc.
Bal.& Mod.in l.1.ff.de libe.& posth.& Moderni in l. hac con
sultissima.C.qui testa.fac.pos.& Pet.de Anch.in repe.c.cano-
num statuta. de constit. in ver.quæro etiam si statuto cauetur
ꝙ notarij &c.& Sal.in l.fi.post Bal. C.de senten.ex breui.reci.
Nec obstare videtur si dicatur ꝙ fuerit appellatum a sententia
dationis insolutum, per quam extincta fuit seu suspēsa prima
sententia, iuxta.l.si ex causa cognita. C.de transac.l.1.in fi.ff.
ad Turpil.c.venientes,extra de iureiur.cū si.quia pōt respon-
2 deri † ꝙ attento ꝙ appellatio est deserta,perinde est ac si appel
latum non fuisset, & retro videtur confirmata prima senten-
tia.l.fi §.illud.C.de tempo.appel.l.furti.in princ.ff.de his qui
no.infa. & not.in l.2.in ver.execu.C.de tempo.appel.l.eos.C.
de appel.in princi.Ideo in proposito dicit Sal.in l.2.C.de vsu.
3 rei iudi.†ꝙ si statuto cauetur ꝙ ꝓ quolibet vulnere * quis con
* demnetur in centū,& si non soluerit intra mensem ꝙ ei ampu
tetur manus,& contingat ꝙ condemnatus ꝓ vulnere in centū
appellauerit & postea intra elapsum mensem sn̄ia prima cōfir
mata sit per iudicem appellationis pronūciantem super iusti-

 tia causę

tia cauſæ ꝙ tunc ſoluere poterit infra mẽſem a die vltimæ ſen-
tentiæ confirmatoriæ. per d.l.2. ſed ſi eſt confirmata prima ſen
tentia per deſertionem appellationis, vel quia pronunciatum
fuit appellationem fuiſſe fruſtratoriam, & tunc ſoluere nõ po-
terit quin manus ei amputetur, quia retro prima ſentẽtia con-
firmatur & ex ea agitur ab ea tẽpus eſt elapſum per d.§. illud.
& l.furti.in prin.& no.per gl.in d.l.2.& ita limitat & ampliat
ea quæ not.Bart.in d.l.2.& præſertim cum potuiſſet domina
Leonarda in appellatione ſatisfacere ſtatuto antequam iudex
per lapſum inſtantiæ communis appellationis confirmaret pri
mam ſententiam. auth.ei qui. C.de temp.app.& in c.abbate.
de app. Præterea ſententia tranſiuit in rem iudicatam quò ad
certos hæredes primi viri contra quos etiam actum fuit, vnde
videt ꝙ attento ꝙ quò ad dictos certos primi viri hæredes cla
rum eſt, ꝙ non fuit ſeruata forma ſtatuti prædicti, & ſic actus
dationis, quò ad eos eſt nullus. ita etiam eſſe debet quò ad di-
ctos certos poſſeſſores. arg.l.ſi poſt mortem.§.hi qui.ff.de con
4 trata.& l.nonnunquam.cum ſi.ff.de le.j.† Confirmatur quia
do.Leonarda nõ debet poſſe contra appellantem eo inuito vti
beneficio appellationis interpoſitæ per ipſum appellantẽ.arg.
l.amiciſſimos.in fi.ff.de execu.tuto.& l.ſi iudex circunuento.
ff.de mino.pro hoc etiam facit, quia ſtatutum prædictum non
videtur habuiſſe reſpectum ad 15. dies niſi connumerentur a
die primæ ſententiæ etiam ſi ſit appellatum per aduerſarium,
quia poſſet contingere ꝙ ille qui habuit adiudicationem non
habet intra quindecim dies cõtinuos a die dictæ adiudicatio-
nis notitiam appellationis interpoſitæ ab appellante prout in
dubio videtur ignoraſſe do.Leonarda, quia in facto alieno prę
ſumitur ignorantia.l.fi.ff.pro ſuo l.qui in alterius.ff.de re.iu.
ergo videtur omnino quod do. Leonarda fuit negligens, & in
culpa, quia durante termino 15. dierum ignorauit ſentẽtiam
adiudicationis eſſe ſuſpenſam per appellationem, & tamen nõ
ſoluit. ſed imò videtur ꝙ ſentẽtia ſit nulla, & hæc videtur fuiſ
ſe mens ſtatuti. ¶Sed præmiſſis non obſtantib. puto verius eſſe
ꝙ dicta ſententia non ſit nulla præſertim ex illa ſcriptura da-
5 tionis nulla. & primò præſupponendũ eſt † ꝙ de actu de quò
a non quæritur ius non ſoluenda eſt gabella. [a] l. vnum ex fami-
lia, in prin.& ibi no.Bart.ff.de leg.2.& primo videmus ꝙ ſi ex
forma ſtatuti de quolibet relicto debet ſolui gabella & alicui
relictum fuerit aliquid annuum a principio non ſoluetur ga-
bella niſi pro relicto primi anni, & pro reliquis ſoluetur quan
do cedit dies, quia ante non eſt quęſitum ius niſi ſpe, ita con-
cludit Bart.in l.cum Titio.ff.ad l.Fal.Bal.in l.in annalib.C.de
leg.per id qđ habetur in l.lex falcidia ſi interuenerit.in princ.
ff.ad l.fal.& etiam de actib.inutilib. & inualidis nõ eſt ſoluen
da gabella.& ita no.Bal.& Sal.in l.1.C.de eunuch.no. Bar.&
alij in l.fi.§.ſinautem. C.cõia de leg.& Ang.in l.non dubiũ.in
prin.C.de leg.& Ang.in l.Marcellus.§.res quæ.ff. ad Treb.ſed
ex ſnĩa adiudicationis antequam tranſeat in rem iudicatã, non
eſt nata actio nec quęſitum ius victori, quia ſtatim per appella
tionem eſt extincta ſnĩa.d.l.1.in fi.ff.ad Turpil.& probatur in
d.l.furti.in prin.& ibi hoc gl.& Bar.tenuit & ſaltem hoc verũ
inſpecto illo prę́ſenti ſtatu qui erat conſiderandus, quia tracta
batur de ſoluenda gabella intra 15.a die adiudicationis cõnu
6 merandos, & tractabatur de curſu tpis tunc prę́ſentis † & in-
ſpecto prę́ſenti ſtatu appellatio extinguit, ſed inſpecto futuro
b euentu ſuſpendit, [b] quia põt eſſe ꝙ deſeratur appellatio, & ſic
ꝙ tacitè cõfirmabitur prima ſentẽtia.& firmat ita Bal.in rub.
C.de ap.& Ang.in l.tale pactum. §.qui prouocauit. ff.de pac.
& Ant.de But.& Imo.in c.venientes.de iureiu.& Imo.in rub.
ff.de ap.& in l.1.& ibi Lud.Ro.ff.de re iu.& hæc eſt vera con
cluſio per quam omnia iura ad cõcordiam reducuntur. vnde
ſi quæratur an quò ad ea quæ occurrebant tempore pendentis
appellationis diceretur prima ſententia extincta per appella-
tionem pendentem, dicendum eſt quod ſic, vt pręal.l.furti.dũ
dicit pendente iudicio nondum inter famoſos habetur. ſi quæ
ratur an durante illa appellatione debuerit ſoluere, dicendum
eſt ꝙ extincta erat ſententia, & ex illa non erat acquiſitum ius
adiudicationis victori non debebat ſolui gabella. ¶Confirmo
per ea quæ no.Bal.in addi. Spe.in tit.de ſent.in ver.dicit ſtatu
tum &c.vbi concludit ꝙ ſi ſtatutum dicat ꝙ condemnatus ꝓ
vulnere ſi non ſoluat condemnationem intra decem dies, am-
putetur ei manus, & incipient ei currere tempora a die ſenten
tiæ ſi non eſt appellatum. Sed ſi eſt appellatum, tunc currunt
ſolum a die confirmationis ſententiæ, niſi dolo vel lata culpa
eſſet appellatum, quia tunc fruſtratio ei non debet prodeſſe. l.
2.& ibi no.C.de vſu.rei iu. Et ita etiam concludere vr̃ Bal.in
8 d.l. 2. † Accedit quia ſtatutum loquitur de eo qui habuit vel
accepit aliqua bona inſolutum.& intelligitur cum effectu, vt
l.nomen filiarum.§.fi.de verb.ſig. vbi litera dicit habere ſicut
peruenire cum effectu accipiendum eſt, & tantò magis, quia
per verba præteriti perfecti loquitur ſtatutum.l.1.§.1.in fi.cũ
ſuis concor.ff.quod quiſq; iur.& quod no.Bar.in l.1.§.diuus.
cum ſuis concord.ff.de ſica. ¶Fortificantur per ea quæ no.vo-
luit Bar.& alij poſt eum in l.Gallus.§.videndum.ff.de libe.&
9 poſth. circa quæſtionem notabilem. † vbi tenet ꝙ ſpẽ haberi
pro veritate, eſt ex interpretatione extenſiua & non propria.
d.§.videndum.& talis interpretatio non habet locum in ſtatu
tis.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.mat.l.quid conſtitutio. ff.de teſta.
mili.& plenè per Bar.in l.omnes populi.in 6.q.prin.ff.de iu-
ſti.& iu.ergo in propoſito quamuis per ſententiam latã ſuper
adiudicatione ceperit ſtatim do. Leonarda habere ſpẽ haben-
di & recipiendi prędicta bona, tamen quia nondum habebat
cum effectu pendente appellatione, non operabitur eundẽ effe
ctum in ſtatutis illa ſpes quem operatur ipſa veritas. Et prædi
cta concluſio corroborabitur in reſponſionib. ad argumenta
in contrarium adducta quibus reſpondeo. Et primò dum di-
cebatur ꝙ verba ſtatuti pręciſè loquuntur de 15.diebus a die
dictæ donationis inſolutũ, quia reſpondeo quod cum ſtatutũ
in ea parte referat ſe ad dationem inſolutum, de qua in princi
pio dixerat, vt oſtendunt illa verba dictæ donationis & in prin
cipio ſtatutum diſponit de eo qui habuerit vel acceperit bona
inſolutum cum effectu, vt fuit oſtenſum ſupra ergo apparet ꝙ
illud temporis non currit niſi poſtquã dicta datio habuit effe
10 ctum per deſertionem appellationis. † Pręterea videmus in ſi-
mili ꝙ verba etiam pręciſa recipiunt interpretationem & ſup
pletionem ex natura & qualitate rei, ſuper qua proferuntur. l.
3.§.ſi quis hęredi.ff.de ſtatu lib.l.ſi in diem.in prin.& ibi no.
11 Bar.& alij.ff.de cond.& dem. † vnde videmus ꝙ ſi teſtator in
* teſtamento * mãdat hr̃di ſcripto ꝙ intra decẽ dies a die mortis
ipſius teſtatoris debeat ſoluere tali. & hr̃s intra decẽ dies a die
mortis teſtatoris nõ adiuit hr̃ditatẽ, ac imò nõ ſoluit ſed poſt-
ea ſoluit intra decẽ dies a die aditionis hęreditatis, non incur-
rit pœnam, quia illa verba teſtatoris dicentis intra decem dies
c a die mortis teſtatoris, debent ſuppleri.ſ.a die aditæ [c] hæredi-
tatis, quia non poteſt tanquam hæres ſoluere. ita inquit Bal.in
l.j.in ver.12.quæritur teſtator mandauit hæredi &c.C.de his
quæ pœnæ noĩe, alleg.l.tali.in prin.de iur.dot.& melius pro-
batur in alijs iurib. s̃.alle.& ex his quæ no. s̃.l.ſi Imperator.de
iu.dot.& ita etiam decidit Pet.de Anc.& Io.de Imo.in c.nos
12 quidem, in notabilibus, de teſta. ſic † etiam ſimiliter videmus
ꝙ ſi diſpoſitio epiſcopi eſt ꝙ executores vltimarum voluntatũ
debeant exequi intra ſex menſes ſub pœna a die mortis teſtato
ris connumerandos, tamen debet intelligi a die ſciẽtiæ, vt no.
Bar.& alij in l.genero, per illum tex.ff.de his qui no.infa.& in
l.50.de excu.tuto.& ſequuntur cõiter doc.vbiq; quantum ad
pœnam impoſitam executorib.euadendũ. cum itaq; in propo
13 ſito agatur de pœna do.Leonardæ, † quia annullatio actus dr̃
d eſſe pęna. [d] l.ſenatus.ff.de contrah.emp.l.turpia.& ibi no.Bal.
de le.1.& in c.priui.de elec.in 6.& Bar.in l.prætor, in prin.ff.
de ope.no.nun.& in l.ſanctio legũ.in prin.ff.de pœnis.& Bal.
in l.nemo Martyres.C.de ſac.ſan.eccl.& in l.non dubium.C.
de legi. meritò debet ſubintelligi ꝙ dicta do.Leonarda nõ de-
beat dictam pœnam incurrere, niſi fuerit negligens in ſoluen
14 do a die quo ipſa cum effectu habuerit bona inſolutũ, † quia
cũ ex illa ſnĩa adiudicationis erit quæſitum ius, ſaltem cũ effe
ctu, tunc tenetur, non aũt ante debebat gabella, quæ ſolui de-
bet de actu tribuente ius cũ effectu.& ante non, vt dictum eſt
ſupra alias ſequeretur ꝙ imputaret do Leonardæ, ſi ante con-
firmationem ſnĩæ non ſoluiſſet, & ſic ſequeretur ꝙ alias fru-
ſtrà expectaretur ꝙ ſua ſnĩa confirmaretur in cã appellationis,
qđ non eſt dicendum, iuxta no.in l.iubemus.in fi.C.de teſt.&
15 l.ſi putator.ff.ad l.Aqui. † accedit quia ſtatutum recipit inter
pretationẽ reſtrictiuã, ne quis indebitè damnũ patiatur.l.adi-
gere.§.quãuis, de iu.patr.l.quãuis.de in ius voc.l.2. C.de no-
xa.& no.Bar.& alij.in l.oẽs populi.in 6.q.princip.ff.de iuſti.
& iu.& l.non dubium. C.de leg.& in repe.d.l.2. C.de nox.&
16 in l.ſi vero.§.de virò. ff.ſol.mat. † Non obſtat dum dicebat ꝙ
poſtquam

postquam appellatio est deserta, perinde habetur ac si appellatio nunquam fuerit interposita, quia desertio retrotrahitur ad tempus primæ sententiæ quia respódeo ꝙ illa procedunt quò ad ipsius damnum, qui neglexerit appellationem prosequi, & sic videtur frustratoria appellatio, & ita loquitur decisio Sal. in d. l. 2. C. de vsu. rei iudi. Sed in proposito nostro sequeretur totum econtra scilicet ꝙ desertio appellationis & negligentia ipsius appellantis, redundaret in vtilitatem ipsius appellantis, & damnum appellati, contra mentem doctorum & dictorum
17 iurium. ¶†Confirmatur etiam per ea quæ no. Gui. de Cug. & Bart. Bald. & Ang. in d. l. furti. vbi quærunt an si Titius fuit cõdemnatus de furto, & appellauit, & pendente appellatione tulit testimoniũ in alia causa, & constat ꝙ tempore lati testimonij nõ erat infamis per d. l. furti. postea deserta est eius appellatio, & sic retro fingitur non appellasse, & fuisse retro infamis, vt in præalle. l. furti. & in d. §. ab alio. an hoc testimonium eis latum in alia causa erit nullum tãquam testimonium infamis,
* iuxta l. 3. §. lex Iuli. ff. de testi. Et fortè dicunt ꝙ non, c quia negligentia ipsius appellantis, quia non prosequitur suam appellationem, debet sibi nocere & non alteri secundum præfatos doct. arg. l. nam & postea. in fi. ff. de iureiu. & in l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. sed in proposito nostro non solum noceret
18 alteri, sed etiam prodesset appellanti, vt dixi. ¶†Illud etiã probatur per id quod no. Bal. & alij post eum in l. qui a latronib. §. j. ff. de testa. vbi concludunt, ꝙ si ex forma statuti bannitus potest impune offendi, & Titius fuerit bannitus a qua sẽtẽtia appellauit, & pendente appellatione fuit offensus, si postea deserta est sententia, poterit ne ille puniri criminaliter? & dicunt ꝙ sic, quia illa desertio & negligentia non potuit nocere fisco, sed ipsi appellanti. arg. l. quoties. ff. de dona. in fi. & l. si indebitum. §. fi. cum ibi no. ff. rem rat. hab. & in l. fin. ff. de pac. ¶Nec ob. ꝙ domina Leonarda poterat prosequi appellationem, & fa
19 cere confirmari sententiam. † Quia respondeo ꝙ licet appellatus non prosequatur appellationem, quam appellans patitur deseri, non tamen per hoc iura volunt appellatum debere pati damnum, sed solum ipsum appellantem, vt patet in d. l. fi. §. illud. sciebat enim appellatus ꝙ quamuis non sciret primã sententiam confirmari, tamen ius suum saluum manebat per desertionem appellationis. l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. Non ob. ꝙ sicut adiudicatio est nulla, quò ad certos heredes mariti, ita debet esse quò ad dictos tres possessores,
20 quia respondeo primò ꝙ†non videtur verum ꝙ sententia contra heredes non appellantes transiuit statim in rem iudicatam, vt no. in l. si quis separatim. §. fi. & ibi Bart. ff. de appel. & in l. j. C. si vnus ex pluribus appellauerit, & expressius probatur per Bart. in l. a sententia. in prin. ff. de appel. in versi. quæro vtrum sententia lata pro vno appellante &c. & no. doc. in ca. cum super. de re iudi. & per Ange. expressius in d. l. si quis separatim. §. fin. vel respondeo, & tutius, ꝙ posito ꝙ sententia transiuisset in rem iudicatam, tamen tenet contra certos hæredes tãquam appellantes, & non per hoc debet reddi sententia nulla, quia quò ad eos erat extincta dicta sententia inspecto statu præsenti. & sententia lata contra duos potest ex post facto contra vnũ remanere valida, & quò ad alium rescindi. d. l. si quis separatim. §. fi. cum concord. sicut etiam videmus quod sententia cõtra vnum potest esse valida, & non contra alium. l. de vnoquoque. ff. de rei iud. l. non idcirco. ff. de iudi. facit quod per prædicta iura no. Bart. in auth. sed cum testator. C. ad l. Falci. cum si. Nec obst. d. l. si post mortem. §. hi qui. quia ibi testamentum ab initio in totum fuit nullum ipso iure ita vt prætextu defectus priuationis vnius filij contratabularetur, ideo omnes filij etiã non præteriti possunt dicere nullum, & contratabulant in beneficium filij præteriti licèt non possit testamentum ab initio quò ad causam hæreditatis esse vtile pro parte, & pro parte nõ. i a no. insti. de hære. insti. §. & non autem. & l. ius nostrum. ff. de re. iu. sed in casu nostro secus, vt in d. l. de vnoquoque. cum si. vnde in proposito nostro sententia a prin. valuit quò ad omnes & quàm primum fuit appellatum per dictos possessores cepit quò ad eos sententia extingui, & sic quia sententia carebat viribus, ita ẽt & executio, attento quod oportebat executionem fieri contra possessores, & fieri non poterat propter dictã appellationem extinguentem, ideo in culpa non fuit domina Leonarda, quæ non soluit gabellam quam soluere non debebat de sententia quæ erat sine effectu vti dictum est, & si possessores euasissent victores in causa appellationis, talis victoria absorbebat omnem effectum adiudicationis insolutum, propterea non fuit soluenda gabella per no. per Bart. & alios in d. l. vnum ex familia. l. cum in vno. § j. cum si. ¶ Præterea licet reperiatur ꝙ illud beneficium contratabulandi trahatur ad alios. argum. d. l. post mortem. tamen non ita reperitur in nullitate senten-
21 tiæ vt in d. l. de vnoquoque. ¶†Non obstat quòd domina Leonarda non debet vti posse beneficio appellationis interpositæ per appellantes ei inimicos. d. l. amicissimos. & d. l. si iudex circonuento. quia respondeo quòd non loquitur in eo qui vult vti iure cõmuni, prout est in beneficio appellandi. l. & in maioribus. C. de app. iuncta l. scio. ff. de mino. resti. 2. q. 7. c. omnis. Et quòd possit appellatus inuito appellãti vti appellatione, patet in c. j. de ap. in 6. in l. fi. C. quando prouoca. non est neces. & in auth. ei qui. C. de tempo. ap. & in c. oblatæ. de appe. & no. Bar. in l. si quis libellos. C. de ap. cum si. Præterea dicitur post quòd domina Leonarda beneficio isto appellationis pendente est vsa contra fiscum cui non soluit nec soluere debebat durãte appellatione. Et contra tertium potest vti dicto beneficio quod quis habeat ab alio d. l. amicissimos. in fi. & l. j. in fin. C. de leg. l. si quando. C. de ope. no. nun. & in d. l. si post mortem. §. fin. & ibi Bar. in l. peten do. C. de temp. in integ. rest. pe. & ex ibi notatis per Bar. & alios, colliguntur etiam aliæ responsiones in ista materia. Nec obst. vltimum argumentum quòd domina Leonarda intra dictos quindecim dies a die latæ sententiæ primæ ignorauit esse appellatum, & sic non fuit negligens, quia respódeo quòd per hoc non sequitur, quòd attento quòd purè erat appellatum extincta sententia non debuerit prius ipsi mulieri intimari, quòd comprobo, quia vbi allegatur igno-
* rantia * alicuius vt ex ea damnum sentiat, non attenditur igno
22 rantia sed veritas. † vnde si ex forma statuti bãnitus possit impuni offendi, & tu offendisti vnum bannitum, tamen ignorabas eum esse bannitum, nõ punieris. l. inter omnes. §. rectè. vbi no. Bar. ff. de iudi. & no. Bar. in d. l. qui ergo, per illum text. de infamibus. Ex quibus concludo dictam adiudicationem non reddi ex prædicto capite nullam &c. Alexan.

ADDITIONES.

* Supra consulen.] Super hoc eodemmet casu consuluit Socin. consil. 76. Visa facti contingentia lib. j. Natta.
* Vulnere.] Vide hac de re latè per Alexan. in l. 2. ff. de re iudi. Natta.
a ¶Gabella. supra lib. j. consi. 104 nu. 6.
b ¶Suspendit. Alex. l. j. & ibi Ias. Franc. Rip. de re iu. Alcia. l. si causa. C. de transact.
* In testamento.] Iste tex. est singularis, vt per Bart. in l. fi. §. j. C. de iu. de liberan. & Ri. consi. 228. dubio primo, vbi plura no. ponit. & Ias. sequitur in l. j. nota. 2. ff. si quis caut. Ale. in l. si mihi, & tibi. §. si quis seruos. ff. de lega. j. quod confirmatur ex eo, quod Ias. scribit in l. fideicommi. ff. de leg. j. si testator relinquat centum fratribus Prædicatoribus, vt infra annum a die obitus sui cõstruant capellam in eorum ecclesia, subintelligitur a die consequuti, siue adepti legati; quæ res est adnotatu digna. Natta.
c ¶Aditæ. dixi in consue. Parisi. §. 4. numero 6. Dec. l. hæredem. ad fin. de regul. iur.
d ¶Pœna. Cor. consi. 86 lib. 2. sed vide Io. An. Gem. Phil. Fran. ca. fin. de ele. in 6. Io. And c. odia. de reg. iu. in 6. Alex. infra lib. 7. consi. 90. in fi.
e ¶Quod non. Pau. d. l. furti. Alex. & alij l. j. ff. de re iudica.
* Ignorantia.] Sequitur idem Alex. consi. 114. col. 2. lib. j. Natta.

CONSILIVM XXXVII.

Lege. supra lib. j. consi. 49. quod hic duplabatur.

¶Consilium 38. supra lib. j. consi. 98 quod hic duplabatur.
¶Consilium 39. lege supra li. j. consi. 59. vbi plenius habetur, & consi. 18. lib. 6. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Posteriora derogant prioribus nisi se compatiantur. & nu. 27.*
3 *Fideicommisso renunciatum non censetur per clausulas generales diuisionis.*
4 *Donationis coniectura non debet capi vbi alia capi potest.*
6 *Assignare verbum intelligitur secundum subiectam materiam. & num. 8.*
9 *Partem certam in diuisione si dicitur quod vnus debeat habere, quam debeat vsufructuare toto tempore vitæ suæ, & post obitum*

obitum spectet ad talem, censetur interim dari dominium, non simplex vsusfructus.

10 *Alienationi consentiens rei sibi debitæ sibi non præiudicat.*

11 *Res vna in vniuersalibus succedit loco alterius.*

12 *Conditio est causa sufficiens pacti.*

13 *Lex, si vnquam. C. de reuocan. dona. non habet locum in donatione ob causam.*

14 *Verba purè, merè, liberè, non faciunt quin sit ob causam.*

15 *Lex, si vnquam, non habet locum in spurijs, nec in adoptiuis.*

16 *Donatio ob causam non reuocatur ob ingratitudinem. Et quid in simplici iurata.*

CONSILIVM XL.

Super primo dubio quæritur, an posito ꝙ per secūdam conuentionem factam de anno 1466. die 25. Ianuarij inter dictum Petrum Paulum, & inter d. Carolum tam suo nomine, quàm etiam nomine Raynaldi fratris sui, intelligatur esse derogatum primæ donationi & conuentioni factæ postea inter ipsas partes eadem die, & sic, etiā intelligatur fuisse derogatum per dictum compromissum, & arbitratorem & eius ratificationem dictæ secundæ cōuentioni in ea parte qua cautum erat ꝙ in casu in quo dicti fratres se adinuicem concordarent, & diuidendo dictam hæreditatem tam paternam quàm maternam dictus Petrus Paulus habere debeat secundā partem bonorum hæreditariorum, puta de duodecim plodijs terræ communibus inter ipsos fratres, tres ipse habere debeat & Petrus Paulus quatuor, & quam tertiam partem vsufructuare deberet dictus Petrus Paulus toto tempore vitæ suæ, & post mortem perueniret ad dictos dominum Carolum & Raynal-
1 dum, vt in d. instrumento. videtur † prima consideratione dicendum ꝙ sic, quia posteriora derogant prioribus. l. pacta nouissima. C. de pac. l. si quis ante. ff. de acq. poss. l. si mihi & tibi. §. in leg. ff. de leg. 1. Item quia arbitrator assignauit vnicuique partem suam purè & simpliciter in diuersis plodijs, non autē quò ad vsumfructum, sed quò ad vsumfructum partem suā, ideoque alijs tantum assignauit dicto Petro Paulo assignando simpliciter prædia & fundos intelligitur quò ad proprietatē. l. si Titio fundus. ff. de vsufru. leg. l. plane. la j. §. fi. ff. de leg. 1. & dictus d. Carolus saltem primum arbitramentum purè & simpliciter approbauit, vnde sibi debet præiudicare simpliciter consensus suus. l. Titius. ff. quibus mod. pig. vel hyp. sol. & l. si fundum per fideicom. in prin. ff. de leg. 1. l. fideiussor. §. pater. ff. de pig. cum si. Item videtur quòd non euenerit casus cōprehensus in dicta secunda conuentione, quia per illam debet Petrus Paulus habere tantum vsumfructum in vita, cum sibi assignata fuit eo modo tantummodo in diuisione tertia pars plodiorum spectantium ad dictos fratres, ergo arbiter in diuidendo non videtur hunc ordinem secutus quò ad alios, & sic iste videtur casus omissus, & pro omisso haberi debet. l. quicquid astringendæ. de ver. obli. l. si extraneus. ff. de condi. ob causam.
2 ¶ † Sed istis non obstantibus in proposita quæstione puto contrariam sentētiam de iure esse veriorem, quia compromissum & arbitramentum ratificatum se compatiuntur cum dicta secunda conuentione, ideo non debet intelligi derogatum dictę secundæ conuentioni. l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudi. l. fi. C. de noua. tanto melius quia dicta prima conuentio tendebat ad limitandam & modificandam dictam secundam diuisionē secutam per compromissum & arbitratorem ratificatum, quo casu potius priora derogant sequentibus quàm econtra, vt in priuilegio dicunt doc. in d. l. pacta nouissima. allegando. d. l. si mihi & tibi. §. in legatis. nam per dictam secundam conuentionem erat actum quòd si dicti tres fratres se adinuicem concordarent de diuidendo dictam hæreditatem tam maternam quàm paternam, dictus Petrus Paulus deberet habere tam tertiam partem bonorum hæreditariorum quam tertiam partem vsufructuare deberet toto tempore vitæ suæ & post mortē suā veniret ad dictum dominum Carolum, & Raynaldum. vnde ipsum compromissum & arbitramentum diuisorium fuit implementum conditionis adiectum in dicta secunda conuentione, meritò purificata conditione succedit illa dispositio partium quòd Petrus Paulus debeat vsufructuare toto tempore vitæ suæ dictam partem bonorum hæreditariorum sibi assignatam, & ideo post eius mortem deberet spectare ad dictum dominum Carolum & Raynaldū, iuxta l. vnicam. C. vt actio. ab hære. & contra habetur. l. hæreditariū. ff. de bo. auth. iud. poss. & iste videtur mihi esse verior sensus, & vera interpretatio dictorum actuum. Et confirmantur prædicta, quia huic iure de futuro. s. post mortem Petri Pauli competenti seu competituro ipso domino Carolo ex d. secunda conuentione, non debet videri esse renunciatum per illud arbitramētum diuisionum simpliciter factum & ratificatum, vt probatur in l. cum pater. §. hæreditatem, ibi, secundò, secundum vnū intellectum communiter approbatum. ff. le. 2. & l. qui Romæ. §. duo fratres. ff.
3 de ver. obl. cū ibi no. per Bar. in l. j. & 2. q. † imò videt᷑ quòd nedum per simplicē diuisionem non intelligat᷑ renunciatum iuri de futuro, sed etiam qn̄ in diuisione essent adiectæ clausulæ
a generales[a] de non veniendo contra diuisionem, vt ibi per Bar. hoc probantē per plures rōnes. & eius opinio est magis cōiter approbata a doc. post Bart. ibi saltem qn̄ illud ius de cuius remissione quæritur, non erat reciprocum, vti est illud pactum quòd post mortē vnius bona sint alterius superstitis, vt p Ang. in d. §. duo fratres. & consuluit idem Bart. consi. 58. incip. Ex themate prædicto tria dubia oriuntur. & Bal. & Ang. in l. qui cum tutoribus. ff. de transac. & Bal. in d. §. hæreditatem. & ita consuluit Bal. in consilio suo incipiente, Petrus Bratadi condidit testamentum. & Ang. in cons. 199. inci. Magnificus miles. Pau. consi. 188. Quia dubia. lib. 2. & in l. tres fratres. ff. de pac. & ibi dicit quòd cōiter tenet᷑ opin. Bart. & illam sum pluries secutus consulendo, & ēt in legendo in d. §. duo fratres, p plura quæ ibi refero, & nunc breuitatis cā, tanquam meo iudicio non necessaria in casu nostro omitto. sed non poterat in casu nostro locus esse isti iuri de futuro competituro d. dño Carolo, nisi fuisset deuentum ad diuisionem prędictā, quia ita tātum erat in dicta secunda conuentione, sed in casu conuentionis de qua traditur in d. §. duo fratres, per diuisionem non per pactionem expressam renunciatum illi iuri de futuro, nec erat necessaria diuisio illa vt fieret locus illi iuri de futuro. ideo ꝓbabilius dubitari poterat an per diuisionem cum clausula de non contraueniendo, intelligeretur remissum ius de futuro. &
4 hoc accidit, † quia vbi pōt præsumi alia coniectura quàm do-
b nationis, non debet capi coniectura[b] donationis. l. cum de indebito, in prin. ff. de prob. l. si cum vitium. ff. de sol. l. elegāter. §. qui reprobos. ff. de pig. actio. ergo cū possit intelligi quòd facta sit diuisio inter fratres secundū formam dictæ secundæ cōuentionis non debet capi coniectura remissionis vel donatio-
5 nis. † præsertim, quia dictum arbitramentū fundatum in compromisso censetur quędā transactio facta a partibus, vt in aut. iusiurandū quod præstat᷑ ab his. post prin. & ibi no. & no. in c. quintauallis, de iureiu. & verbum, assigno, prolatum in dicto arbitramento debet intelligi secundum subiectā materiā, ca. si canonici. & ibi no. Archi. de offi. ord. lib. 6. c. referente. de præben. l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de le. 2. & patet ex no. per Bart. in l. si constante. in 2. q. quartæ partis principalis. ff. solu.
6 ma. & Bal. in l. vbi adhuc. in fi. C. de iure do. & ibi dicit † quòd verbū assigno. importat vel non importat translationem secūdū quòd iuris ratio patitur, & no. Bal. in l. 2. C. cōia de leg. cū si. non debet ergo intelligi quòd p dictū arbitramentū & ratificationem seu aliā approbationē corā arbitratore factā sunt assignata dicta bona Petro Paulo nisi secundū ꝙ ius patiebat᷑ ꝙ assignaret᷑ Petro Paulo non irreuocabiliter nec pleno iure propter dictā connentionem ꝑcedentem, p quam erat acquisitū ius præfato dño Carolo & ius sibi acquisitum nō poterat sine consensu suo ab eo euelli. l. fi. ff. de pac. l. si partē. §. fi. ff. quemadmo. ser. ami. & d. dn̄s Carolus non vr̄ renūciasse suo iuri de futuro, vt proximè probaui, imò nec facta secunda conuentione, & facit per implementum cōditionis appositæ in dicta secunda conuentione, vt dictum est. Et ex istis apparet rn̄sio ad allegata in contrarium. non ob. dum dicebatur quod posteriora derogant prioribus: † qa responsum est, ꝙ illud est verū nisi
7 compatiant᷑ ēt inuicem posteriora cum prioribus, seu nisi priora tendant ad modificandū & qualificandū posteriora, sicut in casu nostro, vt fuit dictū. Non obst. dum dicebat᷑ ꝙ arbitrator assignādo Petro Paulo certam partē prædiorū vr̄ sibi assignasse quò ad proprietatem, non quò ad vsumfructum tantū d. l. si Titio fundus. & sic vr̄ contrariari dictæ secūdæ cōuētioni, & p
8 consequens ab ea videtur recessum, † quia rn̄deo ꝙ verbum assigno intelligit᷑ secundū causas pręcedentes & secundū ꝙ iuris

ris ratio patiebatur vt dixi.Item respondeo,dato ꝙ importaret
assignationem proprietatis, non tamē per hoc videtur contra-
riari dictæ secundæ conuentioni. quod ostendo,quia in dicta
secunda conuentione dicitur ꝙ casu quo dicti fratres se cōcor
darent diuidendo dictam hęreditatem tam paternam q̃ mater
nam,Petrus Paulus debeat habere certam partem bonorū hæ-
reditariorum,puta ex duodecim plodijs terrę communib. de-
beat habere quatuor, quam tertiam partem vsufructuare de-
beat Petrus Paulus toto tempore vitæ suæ, & ꝙ post mortem
suam pertineat ad d.do.Carolum & Raynaldum &c. certè qa
in dicta conuentione a principio dictum est ꝙ in diuisione Pe-
trus Paulus habeat certam partem bonorū, & plodiorū hęredi
tatis, non autem dictum est simpliciter quod habeat certā par
tem vsusfructus bonorū seu plodiorū,& important dicta ver-
ba quod habere debet proprietatem dictorū bonorū vt eis pos
sit vti & frui. & quod post mortem eius debeant restitui dicto
dño Carolo & Raynaldo. ¶†Nō aūt intelligit̃ esse actum quod
9 nudus vsusfructus tantum sit dicti Petri Pauli dum viuit. ita
no.in d.l.Titia cum testamento.§.fi.ff.de leg. 2. Vnde dicit ibi
Bart.in versi.vlterius formo tale dubium, si testator dixit, re-
linquo Titio talem domum vt ꝙ habeat in vita vsumfructū,&
post mortem suam reuertatur ad Sempronium, certè Titius in
terim dum viuit,habebit proprietatem per illum tex.secundū
quem bene facit etiam.l.species.ff.de ali.& cib.leg. Tertiò,da
to ꝙ per arbitramentum intelligat̃ assignata proprietas Petro
Paulo non dicitur in aliquo factum contra dictam conuentio
nem secundam. Ad istud videtur tutissimè vacare illud in quo
fortius videbatur dictum arbitramentum obstare dicto dño
Carolo, & per hoc etiam nō obstat quod do.Carolus videatur
consensisse & sibi præiudicasse per d.l.Titius.cū simi.quia re-
spondeo quod d.l.Titius,loquitur in iure de pręsenti,qđ bene
poterat videri esse sublatum, sed iuri de futuro non videbatur
renunciatum per diuisionem.ita respondet Bar.in d.§.duo fra
tres,in quarta opposi.Præterea ista diuisio erat præambulū ne-
cessarium ad causandum istud ius domino Carolo post mortē
Petri Pauli quomodo ergo dici potest ꝙ istud in causa acqui-
sitionis sit causa exclusionis vel econtra.arg.l.Titio cum more
10 retur,cū simi. ff.de vsufr. † Præterea qn̄ consentio alienationi
rei mihi debitæ in aliquem euentum; non dico rei meæ, tunc
c nō videor[c] per talē consensum mihi præiudicare. ita inqt Bar.
in d.l.si fundum per fideicommissum.in prin.de leg.j. per no.
in l.si a substituto.eo.ti.& ibi no. per Bart.in d.l.si fundum.&
ex hoc apparet non obstare illam legem cū si. Vlterius non ob.
quod nō euenerit casus comprehensus in dicta secunda cōuen
tione,eo quod arbitrator non assignauit Petro Paulo partē prę
diorum,secundum quod in dicta conuentione continet̃, quia
rn̄deo ꝙ intētio arbitri in dicta diuisione fuit diuidere dictos
fratres & in diuisione hæreditatis partes facere æquales, vt ex
pluribus partibus ipsius sententiæ colligitur,& primo dum in
assignatione facta a Paulo, dicit ꝙ ei assignat partē existentem
a mane cū onere soluendi libras centum quinquaginta, de qui
bus soluere teneat̃ dicto Petro Paulo cētum viginti libras pro
æquiualentia partis contingentis ipsi Petro Paulo. Item ibi dū
dicit ꝙ oēs res & mobilia quę non sunt affixa in domibus &c.
sunt cōia,& diuidantur, & diuidi debeant ęqualiter inter ip-
sos fratres in quatuor partes, & similiter in secunda sententia
dum in ea dicit̃ quod omnes res non diuisæ diuidant̃ æquali-
ter inter ipsos quatuor fratres, & quod omnia debita & credi-
ta sint cōia inter ipsos fratres, ita quod quilibet habeat quartā
partē.Nam ex his quæ sequunt̃,elicitur & declaratur quæ fuit
mens disponentis in præcedentibus.l.qui filiabus,in prin.& l.
11 si seruus plurium.§.fi.ff.de leg.j.l.verum.ff.de pet.hęr. † & in
d vniuersalibus,prout est in hæreditate, vna res succedit[d] loco
alterius l.Imperator. §.fi.& l.seq. ff.de leg.2. l.si rem & pretiū.
ff.de pet.hær.l.deducta.§.nummus.ff.ad Treb.& ibi no.in l.j.
§.itē si cum me.ff.si pars hære.pe.& no.Bar.in pręalleg. §.duo
fratres.in prima quæstione. vnde illa pars prædiorum & rerū
hæreditariarum,quæ fuit assignata Petro Paulo, succedit loco
illius partis tertiæ seu quartæ id est virilis portionis,quę secū-
dum formā dictę cōuentionis secundæ erat assignāda d.Petro
Paulo,quia imò non debet considerari tam numerus plodiorū
* quàm ēt bonitas & qualitas,* vt no.per gl.& Bar. in l.si ex fal-
sis.C.de transa.& habetur in l.qui solidum. §.j. ff.de leg.2.cū
si.Nec dicatis ꝙ dicta secunda conuentio intelligitur si ista cō
cors diuisio fuisset facta inter istos tres fratres,sed quia contin
git ꝙ fuit facta inter omnes quatuor fratres,ergo sic non videa
tur facta diuisio eo modo,quo id factum fuit, quia meo iudi-
cio hæc esset fragilis consideratio,cum in toto inest pars,& in
maiori summa inest minor. l.diem proferre. §.si plures. ff.de
arbi.l.j §.stipulanti.l.fi.de verb.obli.l.in toto. la 2. de reg.iur.
12 ¶†Super secundo quo quæritur, an pactum appositum in di-
e cta secunda conuentione[e] sit validum, scilicet ꝙ eo casu quo
dicti fratres deueniant concorditer ad diuisionem per scriptu
ram omnia assignata Petro Paulo post mortem eius perueniāt
ad dominum Carolum?& proculdubio dicēdum est ꝙ sic, cū
dicta conuentio sit facta sub conditione quadam contingen-
tiæ scilicet casu quo dicti fratres cōcorditer deuenirent ad di
ctam diuisionem, ideo omnis conuentio facta sub conditione
censetur habere causam sufficientem.l.a Titio. & ibi no.doct.
ff.de verb.obli.l.hoc iure.§.fi. ff.de dona. l.cum ad præsens.&
ibi Bart.ff.si cer.pet.quod autem dicta verba faciant conditio
nem,probatur ex l.Stichum qui meus erit,in prin. ff.de leg. 1.
& l.nuper. de leg. 3. & attento ꝙ de omnibus bonis tam præ-
sentibus quàm futuris est facta,non est dubium ꝙ valeat.l.om
nis.§.Lucius.ff.de his quæ in frau.cre.l.si quis argētum. § sed
si quis sibi.C.de dona.& no.plenè in l.fi.C.de pac. & per doc.
in l.stipulatio hoc modo concepta. ff.de verb.obli. & attento
ꝙ dicta cōcessio facta dictis domino Carolo & Raynaldo post
mortem Petri Pauli habet pro causa dictam conditionem di-
uisionis, vt dixi allegando d. l. a Titio. cum si.sequitur quòd
non potest reuocari per pœnitentiam,vel aliter, vt l.nam & si
cum moriar.cum ibi no.per Bart.ff.de condi.indeb. & l.1.C.
vt actio. ab hæredi. cum simi. habet dicta conuentio causam
conuentionis seu societatis, quæ in eo contractu inita fuit in-
ter dictos tres fratres, & in qua etiam omnia bona sua & plus
in cōmuni voluisse videtur dominus Carolus & Raynaldus,
& vltra quartam partem, quam quilibet eorum habebat in hę
reditate paterna & materna, posuerunt etiam dimidiam portio
nis hęreditarię eis donatam prius per dictum Petrum Paulū.
Et quia consenserunt ꝙ eo casu quo deuenirent ad concordiā
diuisionis Petrus Paulus perciperet toto tempore vitę suę vsū-
fructum totius illius virilis portionis,quam in principio antę
donationem habuit Petrus Paulus in dictis hęreditatibus, &
sic percipere debeat fructus etiā de eo quod donauerat prius
dictis domino Carolo & Raynaldo. & ad hunc casum etiam
apparet actum fuisse ꝙ post mortem Petri Pauli dicta portio
obueniens in diuisiene Petro Paulo peruenire debebat ad di-
ctos dominum Carolum & Raynaldum, ideoque sic non po-
test dici hanc fuisse simplicem donationem causa mortis irre-
uocabilem,per ea quę habentur in d.l.nam si cum moriar. cū
ibi no.per Bar.& alios. ¶Circa tertium dubium quo quęritur
13 † an per susceptionem liberorum superuenientium ex d.Pe-
tro Paulo intelligatur reuocata dicta prima donatio per eum
facta & etiam dicta secunda conuentio,quod superuacuò quę
ri videtur secunda conuentione stante: & licèt fuerit factum
fundamentum super dicta conuentione,& non super donatio
ne prima,tamen videtur de iure concludendum ꝙ non, argu.
sumpto ex d.l.si unquam.C.de reuoc.don. quę loquitur in do
natio. & sic debet intelligi de donatione propria scilicet quę
fit ex mera liberalitate, quia alię non sunt proprie donationes
quando sunt ob causam. l.1. ff.de dona. l.Aquilius Regulus.
f eo.tit.sed dicta donatio prima fuit ob causam[f] sed vt teneren-
tur dicti donatarij soluere debita quę pro quarta parte hęredi
14 taria spectabant ad dictum Petrum Paulum,ergo &c. ¶†Nec
obstant illa verba generalia posita in prin. donationis scilicet
clausula generali, dum dicitur, purè, merè, liberè, simpliciter,
quia illa verba non faciunt eam non esse donationem ob cau-
sam,quando specialis causa est postea expressa, quę concernit
commodum ipsius donatoris, vt in casu nostro. ita concludit
Oldr.consi.5.incip.Titius dedit per d.l.Aquilius. Pro hoc fa-
cit, quia licèt contrahentes contractum donationis vel loca-
tionis appellent contractum venditionis, non tamen per hoc
est contractus venditionis & emptionis. l.insulam. ff. de prę-
scrip.versi.l.si olei.& ibi no.C.loca.l.si vno in prin.ff.locati.c.
constitutus.de reli.do.cum simil. & quod dicta l.si vnquam.
* non habeat locum in donatione impropria, * firmat Ang.ibi-
dem,propter hoc volens non habere locum illam.l.in donatio
ne facta propter condigna benemerita. & idem tenet ibi Bald.
in

in aliquibus locis,& Ludo.Rom.in l.si verò.§.de viro.ff.solu.
matri.in 48.fallentia.ad hoc addo no.in l. si pater.§.fi.ff.de do
na.quem tex.alleg.Bald.in quodam consilio, & vide Ludo.in
consi.26.incip.Pro decisione eorum. Alia ratione etiam vide
tur quòd non reuocetur dicta donatio per superuenientiam li
berorum, quia non reuocatur, nisi quando saltem donatio
de dimidia bonorum omnium esset facta per dictam l. si vn-
quam.in versicul.partis. iuncta l.nomen filiarum. §. portio-
nis.ff.de verbor.significa. quam opi. secutus est Guil. de Cug.
in l. 1.C.de inoffic.dona.Et idem ibi Bald. in versicul.secundò
quæro &c.& Rayn.d.in l.si vnquam. & Bal.in l. si cum vel in
vtero.C.de testa.mili. qui dicit ita vidisse consultum per doc.
Bon.Vnde cum in dicta donatione actū fuerit quòd dicti dona
tarij deberent soluere creditoribus dicti Petripauli id in quo
eis tenebantur,& præsupponitur quòd creditores habebant,&
per consequens attento isto onere æris alieni donatio intelligi
tur esse minor dimidia.l.non amplius.in princi. l.ciuitatibus.
§.fin.ff.de leg.1.ideo non reuocaretur dicta donatio,tamen qa
plerique tenuerunt contra scilicet quod etiam si nouatio sit in
fra dimidiam dummodo non sit modica reuocetur per super
uenientiam liberorum,quod vltimum non pono pro constan-
ti.verum quantum est respectu secundæ conuentionis in casu
nostro puto esse verum quòd illa non reuocetur per superue-
nientiam liberorum,quia illa censetur esse donatio, vt dixi su-
per secundo dubio, & etiam per ea quæ dixi super hoc tertio
dubio allegando no.per Bart. & Ange.in d.l.si vnquam. patet
ꝙ illa lex non vendicat sibi locum in hac concessione quæ nō
est satis vera & propria donatio principaliter a liberalitate pro
cedens. Nam fuit ille contractus celebratus gratia vtriusque,
vnde tunc non vendicat sibi locum illa lex. l.si vnquam.l.j.cū
ibi no.per Bal.post Cy.C.de pac.¶Circa quartum dubiū, quo
quæritur an dicta donatio in secunda conuentione reuocetur
per superuenientiam liberorum naturalium, seu spuriorum,
aut adoptiuorum, vnde licèt videtur quòd ista discussio sit ne
cessaria per ea quæ dicta sunt in proximo præcedenti dubio,
15 tamen posito quod essemus in casu dictæ l.si vnquam. † dico
quod dispositio dictæ l.cum sit exorbitans a regulis iuris com
munis.l.perfecta.C.de dona.quæ sub modo. & l.fi. ff.de pact.
cum si.Et sic dispositio iuris positiui debet intelligi de liberis
legitimis & naturalibus.l.filium diffinimus. ff.de his qui sunt
sui vel alie.iur. l. 3. C. ad leg. Iul. de adul. & l. generaliter. §.
cum autem.C.de insti.& subst.sub condi.fac. secundum intel
lectum traditum ad illam l.per gl.in l.ex facto. §.si quis roga-
tus.ff.ad Treb.& Gui.de Cug.Bald. & Ange. in l.parentes. de
in ius vocan. & Pau. de Leaza.in clem.j. de bap. & Bald.in l.
Titia in lectura antiqua. ff.de rit.nup. & in l.2.per illum text.
in versi.legitimus. ff.de excus.tut. tamen quia in filio naturali
g plerique aliter g sentiunt, non firmo ꝙ dispositio dictæ legis,si
vnquam non intelligatur de naturalibus,sed bene puto esse ve
rum ꝙ non habet locum in spurijs, quia non sunt nominandi
filij.in auth.ex complexu.C.de incest.nupt. bene faciunt no.p
Bar.in l.ex facto.ff.de vulgari & pup.dum quærit,an pater pos
sit exemplariter substituere filio naturali vel spurio.& p Bald.
in l.humanitatis.C.de impu. & alijs subst. Nec puto etiam ꝙ
* habeat locum in filijs post donationem adoptatis.* quia sic pa
rata esset via semper ad infringendum donationes, & ad aufe-
rendum ius quæsitum tertio, contra l.fideicommissum. ff.de
condi.& demon.l.si ita quis. §.fi. ff.de leg. 2. & insti.de excu.
tu.post prin.iuncto §.sed adoptiui.& l.2.§.j.cum gl. in ver.le.
ff.de exc.tu.& in c.adoptiui.si de feu.fue. controuer.inter do.
& agna.& quod no.Spe.in ti.de loca.§.nunc aliqua. versi.73.
& Io.And.in addit. Spec. in titu.de suc.ab intest. §.fin.ad fin.
16 ¶†Frustra etiam quæritur de reuocatione ex causa ingratitu-
* dinis. quia talis reuocatio non habet locum * in donatione fa-
cta ob causam,vt no.gl.fi.in verbo inueniatur. C. de reuocan.
dona.& illam sequuntur ibi doc.ad idem.l.pen. §. 1.cum glo.
ff.de dona.& no.doct.ad idem in c.fin.de dona. Et etiam quia
in dicta donatione actum fuit ꝙ non reuocetur propter ingra
* titudinem,* & iuramentum interuenit. ideo standum est iu-
ramento.ca.quemadmodum.de iureiu.cum ibi no. ita voluit
Io.And.in ti.de dona.in §. 1. versi.quid si actum. & Pet.de An
cha.& Anto.de But.in c. fi. de dona. & hoc sum solitus sequi
h in consulendo,& etiam legendo.h l.fin. C.de pact.tenui alias.
veruntamen fateor quòd non obstante iuramento posset accu
sari per donantem donatarius si committendo ingratitudinē
delinqueret in donantem & hoc quo ad hoc vt puniatur ex de
licto ingratitudinis non tantum, sed delicti in reuocatione do
nationis,vt per Io.And.vbi supra.Nec etiam posset infringi di
cta donatio ratione minoris ætatis propter iuramentum per il
lud quòd habetur in auth. sacramenta pube. C.si aduer. ven.
& tantomagis cum se asseruerunt maiores 25.annis. per id qđ
17 habetur in l.2.& 3.C.si minor se ma.dixe.¶†Cum autem quę
ritur an dictæ conuentiones fuerint contractus innominati,
vel quid, respondeo quòd prima conuentio fuit donatio ob
causam,quæ appellatur contractus innominatus.l.2.& ibi no.
Bart.C.de condi. ob cau. tamen dicto contractui innominato
fuit iunctus contractus stipulationis,quę stipulatio interuenit
in actu, & in eo instrumento, & quæ stipulatio est contractus
innominatus.l. fi.ff.de pac. Vnde dicit Bar. in d.l.2.in fi.quòd
in omni instrumento notarij apponant stipulationem, ideo ra
ro reperitur probari contractum innominatum per instrumen
tum,imò erit recurrendum ad naturam contractuum nomina
torum secūdum eum,& probatur in l.ex placito. maximè per
Cyn. C.de rerum permu. ¶Secunda vero conuentio videt̃ fuis
se principaliter contractus societatis expresse cum certis pa-
ctis in ea adiectis accedente stipulatione sicut in d. l. societa-
tem.ff.pro socio. Sed cum supra de iuribus & effectu dictarū
conuentionum discussum fuerit, superuacuò disputamus de
nomine.l.testamento.C.de test.l.2.in fi. C.communia de leg.
Alexander de Imola.

ADDITIONES.

a ¶Generales.hæc veritas.idem Bal.consi.54.Casus breuis li.1.& con
silio 191.lib.2.Roma.consi.304.Cor.consi.42 consi.102.lib.4.Bald.c.
j.Impera.Lot.in vsi.feu.Deci.consi.495.Ias.consi.173.lib.4. Alex.in-
fra l.6.consi.208.Ber.consi.76.Dudum. lib.j.aliter tamen tenere vi-
sus est Alex.infra lib.7.consi.62.nu.4.consi.100.in fi.vbi dicam.
b Coniectura.s.lib.3.consi.114.in fi.
c ¶Non videor.hoc est contra tex.in l.nihil. §.j.de leg.j.ideo tollenda
est distinctio Pet. quam sequitur Bald. in d.l.si fundum per si.Paul.
Ias.ibi,vide Bal.consi.268.lib.2.
d ¶Succedit.latè And.Tira.in consue.Picto.ti.de retra. §.32. nu.10.cū
seq Ale.supra lib.4.consi.49.
* Et qualitas.]Idem Bal.dicit in l.2.C.de rescin.vend.Bart.in l.si quos.
eo.ti.pro qua re illud facit,ꝙ æstimatio succedit loco rei, & cense-
tur idem cum re,l.si ita fideiussorem,& ibi Castrensis not ff.de fide-
iuss.& æstimatio rei.inest;Bal.in authen.generaliter.col.penul. C.de
Episcop.& cleri. Natta.
e ¶Succedit.latè And.Tira.in consu. vbi supra d l.a Titio. Deci.in l.cū
ad præsens.si cer.pet.& in consi.115.& omnes vbique.ita tenent, sed
tamen non probatur iure.& in d.l.a Titio. ipsa conditio est de causa
iusta,quam implicat saltem hæc communis sententia non habet lo-
cum in simplici confessione de debito sub conditione de se ad obli-
gationem impertinenti,sicut & in cōcessione de debito in diem,nec
video ꝙ sit bona ratio differentię si quis promittat soluere decem
calendis Maij,vel si rex venerit, aut sub alia impertinenti conditio-
ne dixi in nouis intellect.
f ¶Causam And.Tiraq.rep.d.l.si vnquam.versi.donatione.C.de reuo.
* donat.* Non omnis donatio ob causam impedit reuocationem, sed
ea duntaxat,quæ minuit liberalitatem. Vnde donatio facta sub con-
ditione,Si nauis ex Asia venerit, dicitur simplex donatio, & facta a
patre in præmium emancipationis,vt declarat Dec.in l.Diuus Pius.
ff.de reg.iur.Et consi.Oldradi, de quo hic per Alex. habeo consi.5.
& meminit Ias.consi.154.col.pen.lib.2.& Oldradum sequitur Dec.
in l.si donatione.nu.24.C.de collat. Natta.
* Donatione impropria.]Idem tenet Ias.in l.ex hoc iure. ff.de iusti.&
iure.col.14.& Soc.consi.147.col.fi.lib.2. Natta.
g ¶Aliter.vt Fran Rip.rep.d.l.si vnquam.quæstio.28.& malè.dic quòd
naturales non faciunt esse locum d.l.vt rectè decidit d.And. Tir.ibi
versi.susceperit liberos.nu.45.
* Adoptatis.]Idem Dec.tradit consi.399.col.2. Natta.
* Non habet loc.]Donatio ob benemerita est reuocabilis, Gram.deci.
65.nu.24. Natta.
* Propter ingratit.]Vide Fel.in c.si diligenti.col.8.de fo.compe. Ias.in
l.fi.col.5. vel 6.C.de pact. & Alex. in l.stipulatio hoc modo conce-
pta,col.pen.de verb.obli.& vide Corn. aliter tenentem consi.102.li.
1.& d.Georg.in c.quamuis.col.17.de pactis in 6. Natta.
h ¶Legendo.vt in l.stipulatio hoc modo.de verb.obli.idem tenet Ant.
Petr.rep.l.1.de iu.iur.in 32.effec. Hier.Cag rep.l.fi. C.de pac.Bertr.
consi.46.Viso casu.lib.j.Ant. Rub. consil.114.sed licet in hoc distin-
guat Fran.Rip.rep.d.l.fi.q.54.ad fin.contrarium verius puto indistin
ctè vt tenet Roma.in l.stipulatio hoc modo. ff.de verbo.oblig.Cor.
consi.102.lib.j.

CON-

CONSILIVM XLI.

Lege supra lib. 2. consi. 172. quod hic duplabatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia impedit litis ingressum nisi sit nulla. & nu. 15.*
2 *Praeceptum executiuum ante sententiam non valet, nec necesse est de eo in rescripto mentionem facere. nu. 6.*
8 *Tempus datae attenditur quantum ad vitium surreptionis.*
9 *Notarij verba non probant, nisi de quo fuit rogatus.*

CONSILIVM XLII.

Viso processu causae vertentis coram episcopo Placentino inter spectabilem dominam Mariam Catharinā & filiam & haeredē spectabilissimi aequitis, & iuris vtriusque doct. domini Hugolini de Cantellis de Parma ex parte vna, & conuentum fratrum Minorum de obseruantia domus Beatae
1 Mariae annunciatae Parmensis ex altera. ¶ † Quaeritur an exceptio rei iudicatę opposita contra commissionem & delegationem apostolicam per dictos fratres, & eorum syndicū habeat obstare. ¶Et videretur prima consideratione dicendum ꝙ sic: quia exceptio rei iudicatae quamuis concernat etiam merita causae: tamen si opponatur contra rescriptum delegatorium seu ad impediendum litis ingressum, videtur ꝙ habeat impedire processum ad vlteriora. vt in c. 1. de lit. contestata. in 6. facit l. cum quaerebatur. cum ibi not. per Barto. ff. iudica. solu. vt etiam quando in supplicatione non fit mentio de sententia, videtur ꝙ rescriptum non subsistat: vt notat. gloss. in cap. super literis. de rescript. per l. fina. C. senten. rescin. non pos. & in ca. inter dilectos. de fide instrumentorum facit c. inter monasterium. de re iudi. ¶ Sed praemissis non obstantibus contrariam sententiam de iure probabiliorem esse puto in proposito. nam praesupposito ꝙ opponitur exceptio rei iudi. cuiusdam praecepti, vt dicitur facti per dominum Gregorium de Mayno pote-
2 statem Parmae, die 27. mensis Martij: † & tale praeceptum fuit nullum: quia fuit praeceptum executiuum factum nulla praecedente sententia condemnatoria qua de causa fuit nullum. l. 1.
* & ibi hoc no. Bar. & alij. * C. de exe. rei iud. Item fuit nullum:
3 quia non constat ꝙ processerint citationes requisitae: † nam licèt in dicto praecepto seu in eius narratione praecedente iudex dicat visa citatione; tamen illa verba non probant citationem praecessisse: attento ꝙ dictum praeceptum fuit factum & commissum absente dicta domina Maria Catharina, vt in auth. si quis in aliquo, & ibi not. Barto. & alij. C. de eden. & Inno. in c. quoniam contra. de prob. & Bar. in l. fi. ff. quando app. sit. & in l. 1. C. de relatio. Cy. & alij in l. emancipatis. C. de fide instru. & Specu. & Io. And. in tit. de instru. edi. §. restat. ver. in summa. & in titu. de proba. §. videndum. ver. sed pone iudex. & est magis communis opi. doc. in locis satis vulgaribus. ¶ Nec praedictis obstant literae ducales in quibus continetur ꝙ dominus Potestas prouideret quòd quicquid dicti fratres vigore testamenti vel codicillorum habere deberent illico consequerentur; quia respondeo ꝙ dato ꝙ de illis literis constaret, tamen illa verba aliud non important nisi ꝙ fiat ius summariè, vt l. si quis pecu nias. & ibi hoc no. Barto. C. deposi. & quod not. in l. momenta-
4 neae. C. vnde vi. † sed in causis summarijs requiritur prolatio sententiae, & partis citatio, & causae cognitio. in cle. saepe. de verb. sig. & cle. dispendiosam. de iudi. ergo debuit primo parte citata ferri condemnatoria, antequam procederetur ad executionem & praeceptum, vt dixi. si ergo dictum praeceptum
5 fuit nullum: † ergo sequitur quòd nō ob. exceptio rei iudi. ad impedientum litis ingressum & processum ad vlteriora, vt in specie firmat glo. in d. c. 1. in glo. magna. de lit. contest. in 6. & idem ibi firmat Io. And. in nouel. nec etiā talis exceptio sententiae obstat ad merita causae, si sententia est nulla. l. 4. §. condemnatum. & d. l. si cum nulla. ff. de re iud. facit ad praedicta quod no. glo. in c. ex tenore. in glo. 1. in fi. de rescript. & glo. in c. non praestat. de reg. iur. in 6. & c. cum nostris. de concess. prae-
6 ben. in gl. 4. quę dicunt † ꝙ licet in secundis literis debeat fieri
* mentio * de primis, aliàs non valeant secundę: tamen illud est verum si primę erant validę, secus si nullę, vt probatur in cap. bonę. de confir. vti. vel inuti. ita in proposito de ipsa sententia vel pręcepto nullo modo fuit necesse mentionem fieri, vt not. Io. And. in c. ex parte. de rescri. ¶ Si autem dicti fratres velint opponere exceptionem cuiusdam pronuncię factę per quendam vicarium potestatis Parmę: ad illam etiam dico ꝙ non parit exceptionem rei iudicatę, quò ad pręsentem causam: quia dicta pronuntia tendit ad executionem literarum illustrissimi ducis productarum coram Potestate Parmę per Antonium de Manfredis die 24. Martij, in quibus literis continetur ꝙ libri de quibus fuit & est quęstio, deberent consignari dictis fratribus dummodo prius fideiuberent de illis restituēdis, si postea per iudicem competentem & deputatum pronuntiaretur libros dictis fratribus non deberi: & etiam dicta pronuntia Vicarij, & dictę literę non impediunt quin cognoscatur an dicti libri debeantur, imò expressè in illis literis reseruatur pręsens cognitio negotij principalis. ¶Si autem dicti fratres velint opponere exceptionem rei iudicatę se fundantes in quadam declaratione facta per magnificum dominum commissarium ciuitatis Parmę, Laurentium de Pisauro die 27. Octobris 1459. in qua declaratione inter cętera notarius narrat in hac forma in effectu: videlicet. Cum sit quod coram d. domino Laurētio de Pisauro differentia versa sit, & in executione praecepti de cōsignando omnes libros praefatos &c. vigore praecepti facti per pfatū &c. quia iā dudū in rē iudicatam transiuit: & à quo non fuit appellatū secundū iuris formā inter Nicolaū de Lyra syndicū dicti conuentus, & Leonellum de Granellis velut procuratorem dictae dominae Marię Catharinę: penès quam reperiebantur duo libri, videlicet Gellij, & liber epistolarum Senecę quos idem syndicus in executione literarum ducalium & dicti pręcepti, & iuris d. conuentus asserit sibi dari &c. & tandē visis dictis literis ducalibus & viso ipso pręcepto coram ipso domino vicario, alias commissario exhibito cuius praecepti quod iamdudum in rem iudicatam transiuit, ipse Nicolaus petijt executionem, & viso mandato d. Nicolai, & visis pręceptis factis d. dominę Marię Catharinę, tam oretenus quam in scriptis de pręsentando ipsos libros, & visa exhibitione ipsorum duorum librorum. & visis omnibus quę videnda fuerunt ipse dominus Vicarius declarauit ipsos duos libros dari debere. Et ita dari mandauit d. Nicolao &c. ista sunt in effectu verba dictę scripturę. & certè ex hoc capite constat non obstare exceptionem rei iudicatę. ¶Primò, quia si cōsideremus declarationem & actum domini commissarij, ipse nihil declarauit: nisi
7 super dictis duobus libris. † Et constat quod sententia lata in vna re, non parit rei iudicatę exceptionem in alia. l. cum quęritur. & l. si in iudicio. ff. de excep. Item & quò ad illos duos libros: & sic ad declarationem commissarij fuit appellatum per dictum Leonellum. & cum omnes causę & lites vertētes inter dictas partes occasione testamenti & codicillorum dicti domini Hugolini sint per sedem apostolicam remissę dicto episcopo, poterit de iustitia dictę pronuntię coram eo cognosci. Nec ob. ꝙ de dicta appellatione non fuit facta mentio in supplicatione, vt sic cōmissio quò ad hoc vitiaretur: iuxta id quod habetur in d. c. ex parte. B. de rescrip. & in c. oblatę. de app. & no. Inno. in c. dilecti. de maio. & obe. & Io. And. in c. ex literis, de offi. deleg. quia respondeo ꝙ dicta declaratio, & pronuntiatio ac appellatio nondum emanauerant tempore datę commissio-
8 nis apostolicę. † vnde quantum ad vitium subreptionis, attenditur tempus datę in rescriptis. c. si eo tempore, de rescri. in 6. & plenè no. in c. eam te. de rescrip. ¶ Si autem non consideramus verba enunciatiuè prolata à notario circa scripturam dictę declarationis domini Laurentij de Pisauro commissarij, dum notarius videtur asserere ꝙ dictum pręceptum transiuit in rem iudicatam: in hoc dico ꝙ illa verba notarij non habent nocere dictę dominę Marię Catharinę: nec probant hoc infra
9 ꝙ dictum pręceptum in rem iudicatam transiuerit, † sed solū verba notarij probant id de quo tunc notarius est rogatus à partibus, vel id quod tunc factum esset à iudice si attestaretur de actu iudicis tunc aliquid agentis. Ita no. Inn. & communiter alij in pręalle. c. quoniam contra. de proba. hoc etiam fuit de mente Io. And. in addi. Spe. in titu. de teste. §. sequitur versi. & no. Ant. de Bu. in c. fraternitatis, de testi. dicunt ꝙ si in actis notarius dicit, talis testis iuratus deposuit &c. talia verba non probant iuramentum solenniter fuisse pręstitum per rationes de quibus ibi per eos. & potissimè quando pars non consensit illi enūtiationi ibi per Io. And. prout in proposito nostro: quia procurator dictę Catharinę non acquieuit dictis enuntiationi & declarationi: vt patet in actis. bene faciunt. no. per Bar. in d. auth.

auth. si quis in aliquo, & per Bald. in l. iurisiurandi. C. de testi. & in l. gesta. C. de re iudi. & Io. And. & Bal. in locis proximè allegatis. Ex quibus apparet qualiter debeat intelligi id quod no. Bart. in l. Theopompus. de dote prælega. & circa hoc plura ad idem adduci possunt, sed hęc satis sunt propter rei euidentiā. Ex quibus concludo, quòd non obstat hęredi dicta exceptio rei iudicatę: nec quò ad impugnandum rescriptū, nec quò ad impediendum litis ingressum: nec quò ad merita causę. Alex.

ADDITIONES.

* Barto. & alij.] Adde tex. in l. 2. C. commi. vel episto. vbi præceptum factum per epistolam de soluendo, non habet effectum rei iudicatæ. & ibi Bal. & Sal. dicunt ꝙ sententia per epistolam ferri non potest. & dicit Ang. in l. 1. C. eod. titu. ꝙ huiusmodi præceptum nunquam transit in rem iudicatam. Natta.

* Fieri mentio.] Mentio de actu nullo non est facienda, hoc sequitur Afflict. decis. 366. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Verbum pertinere, importat petitorium & possessorium.*
4 *Assertio meritorum non probat inter prohibitos.*
6 *Falsitas in parte vitiat totum testamentum.*
8 *Conductor non potest refricare quæstionem dominij.*
9 *Emens ab aliquo non fatetur habere ius.*
12 *Res ciuitatis non deputatæ ad publicum vsum vēdi possunt, & causa remunerationis donari.*
13 *Instrumentum an reprobatur per testes.* 14. 16. & 19.
17 *Testes quomodo debent deponere de negatiua.*
20 *Sensus omnium testium debet concurrere in eodem obiecto, licèt non in eadem immediata causa sciendi.*
23 *Testes integri non sunt singuli de vniuersitate in causa vniuersitatis.*
24 *Testes debent esse omni exceptione maiores ad reprobandum instrumentum.* & nu. 37.
25 *Verba impropriantur vt secundum naturā actus intelligantur.*
28 *Mens attenditur & non verba.*
30 *Demonstratio falsa vel causa non vitiat contractus non reciprocos.*
31 *Statutum prohibens donationem, non habet locum si fiat ob causam.*
33 *Numerus supplet qualitates testium.*
35 *Testium verba non sunt cauillanda, sed aptanda.*
38 *Iudex potest interrogare partem vel testem, etiam post conclusionem in causa.*

CONSILIVM XLIII.

Visis & ponderatis his quæ continentur in processu inter syndicum & homines communis Arquatę agētem, & Franciscum Malaguilinum se defendentem. ¶ Videretur prima consideratione dicendum partes domini iudicantis esse debere in condemnando dictum Franciscum tanquam detinentem vel possidentē petiam terræ, de qua in libello, spe-
1 ctantem ad dictos homines, & commune Arquatæ. † Nam præsuppono ꝙ ista verba posita in libello syndici narrantis di-
* ctam rē spectare, & pertinere ad dictum* commune possunt tanquam generalia comprehēdere petitorium & possessoriū. l. si quis intentione. cum glo. quæ ita exemplificat illam. l. ff. de iud. & l. verbum pertinere. ff. de verb. sig. Et licet in conclusione libelli dicatur quod petit Syndicus condemnari Franciscū ad restituendam dictam petiam terræ, tamen sustinetur: quia
* libellus importat non solum* petitorium, sed possessorium, vt concludit Fede. in consil. 283. incip. Consilium latum. & Anto. de But. in c. cum ad sedem. de rest. spo. in 3. col. post Io. And. in addi. Spec. in titu. de actio. & peti. §. sequitur. versi. sed
2 certe. in addi. incip. dicunt simplices. ¶ † Accedit, quia narratū est commune possedisse. Et in fine libelli apposita est clausula super quibus omnibus & singulis petit iustitiam ministrari: quo casu bene etiam super possessione est conclusum, qualiscūque sit conclusio specialis, vt no. Io. Cald. & Anto. de But. in c. 2. per illum tex. de ordi. cogni. Sed de dominio & possessione communis Arquatæ ante factam donationem Francisco, non
3 videtur in dubium refricari: † imò non posset Franciscus refricare quæstionem a communi ante donationem, vt no. in instrumento donationis. in l. si quis cum donationis. C. loca. l. cō modare. cum l. seq. ff. commo. & illa verba narratiua prolata in instrumento donationis probant ꝙ Franciscus conduceret. l. optimam. C. de contrahen. & commi. stip. & l. quædam. ff. de proba. ¶ Sed solum pro parte dicti Francisci ad se tuendum allegatur, quod dicta petia terræ fuit per dictum commune sibi donata: ergo superest dumtaxat videre de viribus dicti instrumenti donationis, & videtur dicendum donationem non valere. ¶ Primò per l. ambitiosa. cum ibi no. ff. de decre. ab or. facien. vbi donatio facta decurionibus in præiudicium reipublicæ, non valet, vt ibi. l. 2. C. de decre. decur. lib. 10. ¶ Nec ob. si diceretur quod ista nō fuit donatio simplex sed ob merita, quę fieri permittitur: vt no. Bar. in præal. l. ambitiosa. in 2. col. per l. diuus. ff. de bon. dam. & in l. tutor. secundum dignitatem. ff.
4 de admi. tuto. † quia respondeo quod oporteret de illis meritis constare aliter quam per illam simplicem assertionem factam in instrumento. l. si fortè. & ibi no. Bar. ff. de cast. pecu. & per glo. & doc. in l. si donatio. C. de colla. & in terminis firmat Io. And. in addi. Specu. in rub. de rebus eccle. non alie. vbi dixit quod prælatus concessit Titio ad vitam redditus prędictorum, expressa causa seruitiorū, quæ impenderat ecclesiæ: quærebatur an valeret etiam si interuenit consensus capituli, & videbatur secundum eum dicendum ꝙ sic: quia pro vtilitate ecclesiæ in benemeritos factum fuit 16. q. 6. illud. in verbo, munificentia 7. q. 5. Ioannes. c. 1. de solu. & donatio facta ob merita reuocari non potest. C. de dona. q̄ sub modo. l. pe. C. de reuo. do. l. 2. & 3. & l. generaliter. in prin. Cōtrariū dicit ipse fuisse iudicatum; scilicet ꝙ licitè possint prælati moderatè donare iuxta seruitij meritum. c. ad hoc. & c. relatum. el 2. in §. ad hoc. de test. tamen cum ex causa aliquid permittitur, non est occasio sumenda pro causa c. solitæ. de maior. & obe. l. furiosi. §. 1. ff. ad l. Iul. maie. sed veram & sufficientem causam ad id præcedere oportet. bene facit secundum eum. l. iubemus nulli. post prin. in ver. beneficij colorati. de sac. san. eccle. & l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 3. & l. qui testamentum. ff. de prob. bene faciunt no. per Bar. in l. per diuersas. C. mandati. & in authen. hoc ius porrectum de sac. san. eccle. ¶ Secundò, quia res
* publicæ* non videntur posse alienari. l. continuus. & l. cum quis. & ibi glo. & doc. ff. de ver. obli. l. sed Celsus. in prin. ff. de
5 contrahen. emp. ¶ † Tertiò, quia dicta alienatio non est probata per dictum instrumentum productum per Frāciscum: quia instrumentum videtur esse reprobatum principaliter per testes descriptos in instrumento, qui attestantur ꝙ non fuerunt præsentes his, quæ continentur in instrumento donationis, ergo instrumentum censetur reprobatum. l. 1. §. qui neget. & ibi no. ff. quemadmō. testa. ape. c. tertio loco. de proba. & c. cum literis. in fi. de test. imò fortius testes dicunt, & maximè Iacobus Tauanella, & Iacobus Penarinus ꝙ in contractu assertæ donationis nihil dictum fuit de beneficijs collatis per dictum Franciscum in commune Arquatæ, & ꝙ non potuisset fieri mentio de illis beneficijs, quin ipsi audiuissent, & sic concludenter probant negatiuam, vt not. per glo. & doc. in l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acqui. hære. & not. etiam Ange. in auth. de hęre. & fal. §. si uerò absunt. & no. in l. 1. §. 1. ff. de iti. actuque
6 priua. & no. Io. An. in c. bonę. de elec. † ergo falsitas commissa a notario in parte instrumenti totum instrumentum vitiat 9. dist. in c. si ad sacras. aliàs incipit, si ad scripturas. & 2. q. 9. in c. puta. & c. quanto. & ibi not. de his quę fi. à pręla. not. Inn. in c. fraternitatis, de heret. & in c. cum in iure. de offi. deleg. & Spe. in titu. de instr. edi. §. instrumentum. versi. quid si aliquid Cy. & Ray. Bar. & alij in l. si ex falsis. C. de transac. ¶ Pręterea dicūt testes in instrumēto descripti ꝙ illa donatio fuit facta hoc modo; videlicet ꝙ Franciscus interrogabat singulariter aliquos
a homines cōmuni Arquatę: me done[a] tu la tua parte de la tal pexa de terra? & quilibet eorum singulariter respōdebat. Io vi
7 dono la mia parte. † sed ita est ꝙ in rebus vniuersitatis homines singulares vniuersitatis non dicūtur habere partem: quia in his quę sunt communia pluribus non vt singulis, bona non dicuntur esse singulorum, sed vniuersitatū. l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusque vniuer. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. & in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diui. ergo sequitur ꝙ illa donatio nihil potuit transferre in dictum Franciscum, cùm singuli donauerint partem suam, cū partem non haberent. Accedit etiam probatio facta per aliquos testes pro parte communis, qui asserūt se nunquam interfuisse donationi,

ni; & in instrumento continetur ꝙ isti qui attestantur se non interfuisse, fuerunt de illis qui donarunt. ¶ Sed præmissis non obstantibus puto partes domini iudicantis esse in absoluendo dictum Franciscum a petitione Syndici. Et primò, quia aut consideramus petitorium aut possessorium intentatum pro parte communis. si consideramus petitorium, dico commune obtinere non posse: quia de aliquo eius dominio, vel quasi dominio, vel de aliquo suo titulo non est probatum ergo in petitorio obtinere non potest. l. in rem. in prin. ff. de rei ven. l. cum res. C. de proba. Nec ad hoc obstat ꝙ Franciscus conducebat dictam petiam terræ a communi ante donationem, vt narratur in instrumento donationis: ergo non potest referre quæstionē
8 dominij &c. † quia respondeo quod illud est verū quotiescunque locator ageret ex ipsa locatione finita. Sed si non ageretur ex locatione, sed actione in rē, & nullo modo se fundaret actor in locatione: tunc oportet probari de dominio, & potest referri questio dominij, vt no. glo. mag. Cy. & Bald. in l. si quis conductionis. C. loca. & no. glo. & doc. in c. inter dilectos. in glo. quæ incipit, sed hoc falsum. de fide instru. & in l. nec creditores. C. de pign. actio. & Bar. in l. legata. ff. de adimen. lega. & in l. si in aliena. in prin. ff. solu. matri. ¶ Præterea ad probandum locationem non potest Syndicus sumere fundamentum ex instrumento donationis: quia aut instrumentum est verum, & Franciscus habet intentum, aut est falsum: & tunc ratione partis falsæ totum vitiatur, vt dictum est supra. Nec similiter potest Syndicus sumere fundamentum ex ipso instrumento do-
9 nationis ad probandum dominium suum: tum † quia si emerem à te, vel alio titulo habili ad translationē dominij, acquiro
b à te, non videor fateri [b] te esse dominum, vt probatur ex no. per glo. in l. 1. in versi. à non domino. ff. de publicia. quam ad hoc ibi ponderat Ang. tum etiam quia actor in libello non se fundat ex traditione facta ex causa donationis inualidæ: sed simpliciter narrat rem ad commune pertinere. Vnde non potest Syndicus allegare ꝙ sibi non possit referri quęstio dominij: quia imò referri potest: & actori incumbit onus probandi se dominum: sicut videmus in locatore qui in libello petit sibi tanquam domino rem restitui, agendo simpliciter actione in rem: & nullam facit mentionem de contractu locationis: nam
c licèt postea appareat in iudicio de locatione; tamen [c] non obtinet, nisi aliter de dominio probet, vt no. glo. & doc. in l. si quis conductionis, cum concor. facit. l. habebat. in prin. ff. de instito. & in c. abbate sanè. de re iud. vbi non prodest actori probasse illud quod in libello non deduxit, vt not. Inno. in c. ex parte abbatissę. de priuile. & Bar. in l. 1. in princ. ff. de eden. Aut consideremus possessorium, & etiam ex isto capite nō videtur posse obtinere commune: quia de anteriori possessione cōmunis non constat. nec sola locatio sufficeret ad probandam possessionē. d. c. inter dilectos. in fi. imò nec ex ipsa locatione se fundat Syndicus, nec ex ea se fundare potest: vt proximè dixi, maximè cum eam finitam esse non appareat. Rursus obstat dicto communi exceptio, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. l. vendicantem. ff. de euic. l. dolo. ff. de doli excep. Nam dictum commune donauit in remunerationem beneficiorum Francisco prędicto dictam petiam terræ, & ei promisit commune de euictione, vt cōstat publico in-
10 strumento producto in actis. † Nec ob. ꝙ donatio non valuerit per l. ambitiosa, de decre. ab ord. fa. quia respondeo, quod verum est ꝙ decuriones non possunt donare res vniuersitatis vel populi, vt ibi. sed tota vniuersitas, vel populus seu maior representans totam vniuersitatem, bene potest donare secundum Bar. in prꝑalle. l. ambitiosa. in 2. vel 3. colu. per l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. idem no. Bald. in c. 1. §. iniuria. de pace iura. fir. & l. præses. in vltima col. C. de transa. Pręterea dicta donatio non fuit simplex, sed remuneratoria, vt constat ex instrumento, & de beneficijs seu meritis dicti Francisci est probatum per testes dicti Francisci, & pręsertim per Bartholo-
11 mæum Pascalis, & Dominicum de Arquata: † sed non est dubium quod donationem remuneratoriam facere potest non solùm vniuersitas, sed etiam regentes vniuersitatem, vt no. Bart. in pręalle. l. ambitiosa. & dixi supra nec obst. ꝙ non sufficiat assertio meritorum per l. si fortè. ff. de ca. pecu. quia vt proximè dixi, probata sunt per testes merita, quę pręcesserunt. Non ob. ꝙ res publicę vniuersitatis non possunt alienari. l. continuus.
12 §. cum ita. & ibi no. ff. de verbo. obli. † quia respondeo, quod illud est verum in rebus quę sunt deputatę ad perpetuū vsum publicum, vt platea seu forum, theatrum. & simi. ea verò quę non sunt deputata ad reditum bene possunt vēdi. l. sed &. Celsum. in prin. ff. de contrahen. emp. & ibi gl. in ver. pen. quæ dicit ꝙ molendini reipublicę vendi & alienari possunt & declarat Bar. in rub. C. de contrahen. empt. in 3. q. Non obstat insuper ꝙ dicta donatio non sit probata per instrumentū, & quod testes descripti in instrumento dicant se nō fuisse pręsentes in-
13 strumento donationis: † quia respondeo primò quod attento ꝙ per octo testes productos per dictum Franciscum probatur quod donatio illa fuit facta ab hominibus, & cōmuni Arquatæ dicto Francisco, dato etiam quod ex eo ꝙ testes in instrumēto descripti dicerent se non interfuisse præsentes, & eneruaretur fides instrumenti: tamen per illos octo testes descriptos, vt supra satis erit probatus contractus donationis: vt firmat Inn. Io. And. Anto. de Bu. in c. cum Ioan. de fide instru. & Nicol. de Matarel. & Bald. in l. in exercendis. ad finem. C. de fide instrumen. vnde dato quod notarius scripsit in instrumento ꝙ illi donationi fuerunt testes illi præsentes, & scriptura notarij intelligatur de præsentia testium, cum intelligentia eorū, vt not. Bart. in l. diem proferre. §. coram. per illum tex. ff. de arbi. & in l. 1. C. de erro. aduo. & ipsi testes dicant se non intellexisse, nec audiuisse ea de quibus in instrumēto, tamen satis est quòd illa fuerunt audita ab alijs ibi præsentibus: quamuis non fuerunt descripti, tanquam testes in instrumento: & sic probetur per eos veritas contractus. ¶ Præterea etiam specialius respondeo ad dicta testium communis: nam Anto. primus testis dicit ꝙ deueniendo ad villam Arquatæ vidit sub pauiglione multos homines: inter quos erat Iacobus nepos suus; qui dixit ei: costoro hanno donato certe terre a Francisco Malaguilino: & ꝙ
14 aliter non fuit præsens. † Certè dictum istius qui dicit quòd aliter non fuit præsens, non faceret instrumentum vacillare, ex quo ipse testis non erat de connumeratis, seu instrumentalibus testibus idest necessariò requisitis ad substantiam instrumēti, vt no. glo. & doc. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemad. testa. ape. Iaco. de Are. & Cy. in l. in exercendis. C. de fide instr. & communiter doct. in d. c. cum Io. potest etiam aliter responderi ad dictum istius testis: videlicet vt dicam infra circa quintum testem. Secundus verò testis, scilicet Iaco. Tiniuella non probat: quia est sibijpsi contrarius. l. qui falsa. ff. de testibus. & l. cos. ff.
15 de falsis. † & dictum vnius sibimet testis contrarij nunquam est reducendum ad concordiam, saltem vt probet, vt est glo. in c. in nostra. de testi. quam ad hoc ibi ponderat Anto. de But. & no. Iac. But. in l. cum de ætate. ff. de proba. & Bart. in d. l. eos. in fi. & Anto. de But. in c. cum tu. de testi. & Io. de Imo. in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. obli. Quod autem iste testis sit sibimet contrarius, patet: quia dicit quod nihil fuit dictum de beneficijs collatis per Franciscum, & ꝙ non potuisset fieri mentio de beneficijs, quin ipse aduertisset. Item dicit quod nō fuit renunciatum statuto de quo fit mentio in dicto instrumento, sed ꝙ tamen potuisset renunciari statuto ꝙ ipse nō audiuisset, quia non continuo animaduertebat. Certè iste est contrarius quia eodem modo quo fatetur ꝙ potuisset renunciari statuto ꝙ ipse non audiuisset: quia non continuo animaduertebat, eodem modo potuisset fieri mentio de beneficijs, quod ipse non audiuisset. ¶ Præterea iste testis non probat etiam alia ratione, quia dicit ꝙ non recordatur de omnibus verbis prolatis per dictum notarium; vnde esse potest ꝙ non recordatur de verbis substantialibus dicti contractus quæ fuerūt prolata a notario.
16 † Sed ita est ꝙ per testes instrumenti dicentes se non recordari de veritate contentorū in instrumento, non reprobatur instrumentum, vt probatur ex no. per glo. in d. §. si quis neget. & ibi expressè Bar. & Ang. & no. Inn. in præalleg. c. cum Ioannes, ergo &c. ¶ Tertius verò testis videlicet Nico. Penarius deponit ꝙ dum ipse esset sub pauiglione, vidit notarium scribere nomina certorum hominum, qui dicebant. Io gli dono la mia parte. & ꝙ facta descriptione notarius vocauit dictum testem vnà cum alijs dicens. Voi seriti testimonij, & io faro la charta. Et ꝙ non fuerunt alia prolata; & ꝙ si fuissent prolata audiuisset. certè iste testis de directo cōtradicit alteri, videlicet Paulo Geni producto, pro parte dicti communis, qui deponit ꝙ notarius vocauit ipsum Paulum tempore confectionis dicti instrumenti coram 20. vel 25. hominibus dictæ villæ, & dixit ei. Li huomini, & commune di questa terra donano à Francisco Mala

Malaguilino la commune de Zuchone. Et ꝙ notarius hoc le-
17 git in præsentia ipsius testis, & aliorum testium. † Sed ita est ꝙ vbi duo testes sunt adinuicem contrarij, neutrius dictum valet, vt not. Io. And. in c. in nostra. de testi. & in add. Specu. in tit. de teste. §. iã de interrogatorijs. in addi. incip. in caute &c. & Fede. de Senis in consi. 162. & Anto. de But. in c. cum tut. de testi. ¶ Quantomagis eneruabitur dictum istius Nicolai, cui contradicit non solum dictus Paulus, sed etiam contradicunt ferè omnes testes Francisci deponentes ꝙ notarius legit & publicauit ea quæ continentur in dicto instrumento donationis. l. ob carmen. §. fin. ff. de testi. & d. c. in nostra. ¶ Quartus verò testis videlicet Dominicus Bellia, deponit ꝙ vidit scribere notarium quando Franciscus interrogabat homines dictos. & dicebat scribe hunc; ꝙ notarius nihil dixit ꝙ audiuerit, & ꝙ nõ vidit aliquam congregationem. Nam iste testis non probat; tũ quia videtur reprobari ab omnibus testibus communis deponentibus ꝙ notarius dixit; Voi seriti testimonij: & io ne sero rogato. & sic patet quòd notarius aliquid dixit, ergo dictum eius non debet attendi, vt no. in c. in nostra. & etiam inquantum dicit ꝙ non vidit congregationem, contradicit reliquis testibus affirmantibus de congregatione; Pręterea iste testis deponit ne-
18 gatiuam, s. ꝙ non audiuit. † testis autem deponens super negatiua, s. ꝙ aliquid non fuerit dictum vel factum, oportet ꝙ concludenter deponat, s. ꝙ illo tempore non potuisset illud dici vel fieri, quin ipse audiuisset vel vidisset, vt no. glo. in auth. de hær. & fal. in §. si verò absunt. & ibi Ang. not. Dy. & Bar. in l. 1. §. 1. ff. de iti. actuque priua. & Io. And. in c. bonæ. de elec. & Cy. Iac. But. & Bald. in l. actor. C. de proba. ¶ Pascalis quintus testis deponit ꝙ vidit circa 40. homines sub pauiglione, & cum intelligeret de donatione prædicta, recessit, & non fuit præsens. testis iste non probat: tum per ea quæ dixi circa primum testẽ, tum etiam quia in dicto suo dicitur esse singularis: quia vt inquit Inno. in d. c. cum Ioannes in oppositione in qua ipse vide-
19 tur residere, † si duo testes descripti in instrumento dicant se non fuisse præsentes instrumento, non reprobant instrumentum, quia sunt singulares. ca. licet causa. de proba. ca. bonę. de elec. & hoc sequitur Anto. de But. & d. Abba. ibi, nisi isti duo testes darent se pro contestibus, vt quia quilibet eorum diceret se non fuisse præsentem tali instrumento, tali die, in tali loco, eo quia semper fuit illa die simul cum illo alio teste in alio loco. & dicunt ꝙ ad hoc non obstat ratio in contrarium assi-
20 gnata per Bar. in d. §. si quis neget. dum dicit Bar. † ꝙ satis est ꝙ testes sint concordes respectu obiecti, hoc est ꝙ obiectum repræsentetur simul & pariter singularibus sensibus omnium testium, ita ꝙ sensus simul concurrat ad obiectum, de quo testificantur, licèt attenta causa immediatè sciendi semper testes sint singulares, quia quilibet testis in sensu suo est singularis, vnde ad probandum hoc quòd non fuerunt pręsentes, dicebat Bar. ꝙ si deponerent ꝙ fuerunt præsentes, essent cõtestes, sicut ergo per appropinquationem sensati ad sensus sunt omnes cõtestes in hoc ꝙ non interfuerunt contractui: quia secundum Anto. de But. & d. Abba. ista ratio non est bona, quia quando quilibet dicit se non interfuisse, non potest negari quin sint singulares: quia quilibet de se tantum concludit. Non ob. secundum eos ꝙ appropinquatio sensati facit esse contestes: ergo & abstractio, quia secundum eos consequens est falsum omni lege & iure, quod appropinquatio sensati pluries attrahat sensus plurium simul, sed abstractio non potest abstrahere nisi singulariter: quia hoc non meo nec tuo sensu non fuit appropinquatum, non autem omnibus simul non fuit appropinquatum. & istam opi. tenet etiam Nico. de Mata. & Bald. in præalleg. l. in exercendis. Paulus Geni. sextus testis deponit ꝙ dum esset sub pauiglione præsentibus viginti vel vigintiquinq; hominibus eius iudicio de dicta villa notarius vocauit ipsum testem dicens, li huomini & commune di questa terra donano à Francisco Malaguilino la commune de Zuchone. & ꝙ non fuit præsens renunciationi statuti, neque alijs renunciationibus certè iste testis inquantum dicit quod erant suo iudicio præsentes viginti vel vigintiquinque homines non deregat instrumento
21 vbi de maiori numero testium fit mentio: † quia testis non debet deponere per verbum, iudicio, sed per alterum ex quinque sensibus corporeis. l. qui testamento. §. fi. ff. de testa. l. testium. C. de testi. & plenè in c. cũm causam. de testi. non obst. ꝙ dicat ꝙ non fuit præsens renunciationi statuti; quia ad hoc respondeo vt dixi supra circa primum testem, in alijs autẽ iste testis non contradicit instrumento. Vltimus testis videlicet, Bonanũcius deponit ꝙ vidit d. Franciscum & notarium sub pauiglione prædicto, & d. Franciscus sibi dixit, sei tu cõtento de donar me la tua parte del Zuchone. & ꝙ respondit, Io son contento sel commune vi dona la communa. & ꝙ vidit aliquos de hominibus ibi existentibus qui faciebant se subscribere, dicentes, Io dono la mia parte de la communa à Francisco &c. & aliqui eorum postea recedebant: & ꝙ nunquam fuit vocatus in testem ad dictam donationem factam per dictum commune: & ꝙ non sciebat aliquid de dicta donatione, & ꝙ fuit vocatus in testem ad dictam donationem factam per dictum commune: & ꝙ vidit alios vocari &c. Vnde iste testis videtur sibijpsi contrarius: dum dicit ꝙ fuit vocatus in testem: & prius dixit quod nihil sciebat de dicta donatione. Item in dicto suo peccat ratione singularitatis, prout dixi circa quintum testem: & negari non potest vt dixit Inno. & Io. An. in d. c. cum Io. & Nico. de Mata. & Bal. in d. l. in exercendis. ꝙ quanta fides in casu isto sit adhibenda testibus conantibus deponere contra instrumentum: istud committitur iudicantis arbitrio. arg. l. 3. §. 1. ff. de test. & per eum debet fieri accerrima indagatio. l. vbi. C. de
22 fal. & in l. iubemus. C. de prob. † & secundum eos semper debet potius præsumere pro instrumento. c. abbate, de ver. sig. c. si Papa. de priuil. in 6. concurrente maximè bona fama: & legalitate notarij: de qua omnes attestantur. Nec prædicto instrumento habet obstare ꝙ conantur deponere quidam alij testes, qui non sunt descripti in numero testium de ipsis personis
* descriptis in instrumento in numero personarum donantiũ,* & vniuersitatem repræsentantium: quia ad hoc potest respõderi, vt dixi supra, ꝙ isti testes non sunt integri testes: prout requiritur per d. l. optima. tum quia asserunt se prætendere interesse, ergo &c. l. omnibus. C. de testib. & l. nullus. ff. de testib.
23 † tamen etiam quia sunt de vniuersitate, & sic non sunt omni exceptione maiores: quia licet aliàs dicamus ꝙ in his quæ spectant ad vniuersitatem, & quæ respiciũt commodum vniuersitatis, & non singulorum: testes de vniuersitate possunt admitti, vt no. Guil. & Bar. in l. intantum. §. vniuersitatis. ff. de re. diui. & l. sed si hac. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. per illum text. & no. Cyn. in l. parentes. C. de test. & Inno. in c. cum nuncius. de test. cum simi. tamen tales non sunt omnino inte-
d gri. [d] ita dixit Arch. 12. q. 2. in summa. & sequitur Ant. de Bu.
24 in d. c. cum nuncius. & d. Abb. in c. insuper. de testi. † sed ad reprobandum instrumentum requiritur ꝙ testes sint omni exceptione maiores. l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipula. adeò ꝙ etiam leuissima exceptio repellit eos secundum Bald. ibi. ¶ Quinimò secundum Ange. in d. §. si quis neget. post Bart. ibi requiritur ꝙ dicatur & probetur ꝙ testes reprobantes sint optimæ opinionis, aliàs non posset quis obtinere. Non ob. ꝙ instrumẽtum sit reprobatum & pro parte falsum per dictos Iac. Tiniuellam & Nico. Penarinum, qui videtur concludere ꝙ nihil fuit dictum de dictis beneficijs: ergo instrumentum redditur in totum falsum ratione partis: quia respondeo quòd dicti duo testes non reprobant: quia sunt sibi & alijs cõtrarij, vt ego supra ostendi. ¶ Item dato quòd instrumentum fidem non faceret, tamen satis est ꝙ contractus sit per alios testes Frãcisci probatus, prout etiam in superioribus dixi. Non ob. etiã ꝙ aliqui ex dictis testibus communis dicant quòd illi homines communis Arquatæ dicebant, scriuete come io gli dono la parte mia: & ꝙ sic donabat tanquam rem singularem, quæ erat vniuersitatis: quia respondeo ꝙ testes pręditi non probãt
25 vt circa quemlibet de per se dixi. † Præterea verba impropriãtur in contractibus, vt intelligantur secundum naturam actus qui celebratur: vt actus ipse valeat. l. si insulam. ff. de præscrip. verbis. c. constitutus. de relig. domi. l. si vno. in prin. ff. locati. l. si olei. C. loca. Vnde si in instrumento in quo vniuersitas constituebat Titium actorem, dictum fuerit ꝙ vniuersitas constituebat Titium procuratorem valet, & verba improprianturper procuratorem, idest actorem. c. petitio. & ibi docto. de proc. & no. Bar. in l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusque vni. no. Fortius dixit Hosti. in d. ca. petitio. & Bald. in l. id quod pauperibus. de epis. & cle. & in l. si testamentum. in prin. C. de testib. & l. 1. in
26 prin. per illum tex. cum glo. C. de neg. gest. † ꝙ si dictum fuisset in instrumento, constituo te asinum ad causam meam tractandam, vel dilapidatorem meum ad administrandum, intelligeretur

ligeretur, idest constituo te procuratorem meum, vt not. Bald. in l. reum. C. de procura. Et in simili videtur si iudex dixit do tibi agnatum tuum in tutorem exponitur idest datum à lege confirmo: vt not. Bart. in l. 1. C. de neg. gest. vnde dicit Cyn. in l. si cum ante. C. de dona. ante nup. per illum text. vbi grosso modo proferuntur verba inter contrahentes, non nocet simplicitas grosso modo proferendi, allegat etiam in argu. l. si filia. in prin. ff. fami. erc. & ibi idem not. Bald. & Barto. in l. lege cū fi. C. de legib. hæredi. bene facit quod not. glo. & Bald. in l.
27 quoties. C. fam. erc. † satis est quòd de mente appareat, quę attendi debet non attentis verbis. l. ita stipulatus. ad fi. ff. de ver. oblig. l. si in venditione. cum simi. ff. communia præ. ita est in proposito dum dicebant rustici quòd notarius scriberet quòd
c donabant partem suam, intelligitur c quòd donabat & consentiebat tanquam vnus de vniuersitate, id quod quantum ad se erat vniuersitatis. & quid etiam ad eum spectaret ratione alicuius cōmodi, vt purà propter cōmodum pascendi, vel etiam rationem alterius commodi, quia si vniuersitas habebat aliquod commodum, alias reditum de illa re donata, dicebatur ad eam spectare aliquod commodum, quia si vniuersitas illud non haberet, oporteret quòd incumbentibus imponeret collectam, quam necesse haberent singuli soluere, vt not. glo. & doc. in l. 1. §. quòd si nemo. ff. quod cuiusque vni. nom. & per Barto. in l. 4. §. si actor. ff. de re iudi. & Bald. in l. etiam. C. de
28 execu. rei iudic. † Potest etiam illud quod est vniuersitatum largè dici esse singulorum aliquo respectu, vt si de communi collatione res pro vniuersitate empta est, si dissolueretur vniuersitas, quilibet deberet pro rata ferre partem suam. l. 1. in fi. ff. de colleg. illici. & sic accipienda est mens & intentio rusticorum qui iuribus ignari ita inneptè loquebantur. nam si donabant partem suam, dato quòd singuli putassent in dicta re partem habere, multòmagis donassent si putassent esse vniuersitatis: & sic nullam in ea partem haberent, & hoc fuisset eis decla
29 ratum, ergo pro ita donato habetur, † & in contractibus & in statutis si verisimile est quòd disponens si fuisset interrogatus, tale quid fecisset, illud pro expressè conuento haberi debet in l. tale pactum. §. fi. cum glo. & ibi doc. ff. de pac. bene facit. l. Ti
30 tius. §. Lucius. ff. de libe. & posth. † Et falsa causa, vel demonstratio in contractibus ab vna tantum parte obligatorijs, vt in donatione non vitiat. l. si diuortio. ff. de verbo. oblig. & not. in l. si ita stipulatus fuero hanc summam, in prin. ff. de verbo. ob. & not. Barto. in l. demonstratio falsa, in princi. de condi. & demon. ¶Non ob. id quod deponunt quidam alij testes, qui non sunt de numero testium instrumenti, sed sunt de numero illorum, qui donarunt, quia supra responsum est quod ipsi loquūtur pro se, ideo &c. Erant enim & sunt obligati de euictione,
31 prout in contractu promiserunt. Non obst. quòd † statutum communis Rodigij infringat vel prohibeat donationes fieri de bonis communis, quia tale statutum debet intelligi de mera & propria donatione quæ fit ex mera liberalitate. l. prima. & ibi hoc. not. Barto. ff. de dona. & Barto. in l. filiusfamil. eod. titu. Sed donatio quæ fit ob merita, & sic ob causam, prout fuit ista donatio, non dicitur propriè donatio, vt dicta l. 1. & in specie not. Barto. in princip. ff. dum tractat de donatione facta per Constantinum. & do. Abba. in rubri. extra de donatio. probatur in l. Aquilius. cum glo. & ibi Bar-
32 to. & in l. penulti. cum glo. ff. de dona. vbi habetur † quòd licèt donatio propria requirat insinuationem, & possit reuocari propter ingratitudinem, tamen hoc non procedit in donatione remuneratoria, vt not. Guil. de Cu. & Bald. in l. illud. C. de sac. san. eccle. & Bal. in l. si cum mihi. §. de dolo. & in l. 2. in fi. C. ne li. po. & in l. & si mortis. C. ad l. Fal. ¶Non obst. ꝙ testes aliqui videant deponere ꝙ Franciscus tempore contractus dixit: quando el più minimo non fusse contento, io non voria che ne fusse fatto niente &c. quia respondeo ꝙ illa verba possunt intelligi hoc modo, quando el più minimo, s. de illis qui aderant ibi propter causam donationis, tunc non contentaretur ꝙ fieret donatio, & ita debet in dubio interpretari contra volentem se fundare ex verbis illis. l. veteribus. ff. de pac. l. stipulatio ista. §. in stipu. de verb. obli. & debent intelligi de primo dissensu vel consensu. l. hæc conditio siliç meç. ff. de cōd. & demon. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signi. quod no. Bar. in l. dotis. per illum text. ff. de iure dot. & in l. 1. ff. ad leg. Iul. maie. & in l. cum quidam. ff. de annu. lega. & Bal. in l. diuortio

§. quod in anno. ff. sol. ma. ¶Præterea non potest dici ꝙ illa promissio producat obligationem efficacem, quia non fuit stipulatio, cum non præcesserit interrogatio prout est de forma stipulationis. l. 1. & ibi no. C. de vsu. l. stipulationum aliæ. §. stip. ff. de verbo. obli. & glo. ordi. in l. iurisgen. §. illud. ff. de pact. Ex quibus omnibus concluditur probatum esse donationem in Franciscum collatam. ¶ Post prædicta fuerunt mihi exhibita nonnulla alia, in quibus inter cætera apparet quod contra testes ser Francisci aliqua opponuntur, & inter cætera contra Bartholomæum Paschalem quod est attinens ser Francis. Sed ad hoc respondeo primò ꝙ tales non omnino repelluntur. sed debet attendi qualitas personæ, vt not. doct. maximè Anto. de But. in c. in literis, de test. no. per glo. & doc. in l. parentes. C. de test. & per Barto. in l. qui testamento. in princi. ff. de test. ¶Secūdò respondeo ex his quæ dixit Iaco. But. in l. 3. in princi. ff. de
33 test. † vbi inquit ꝙ licet aliàs magna amicitia diminuat fidem testis, tamen illud est verum vbi duo tantum testes producerentur, inter quos vnus esset magnus amicus producentis, secus si produceretur maior numerus purà tres, quia tunc
f propter maiorem numerum f reintegratur persona illius testis: allegat in argu. l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. bene facit. l. si quis & argentarijs. post prin. cum ibi not. per Bal. & Ang. ff. de eden. sed ita est in casu nostro quod dictus Barto. plures habet contestes, ergo &c. Non ob. etiam quod opponitur contra Dominicum quod ipse dicat quod Io. Vgozonus & Francis. Ley. & Io. Rubeus interfuerūt donationi, & ex illorum dictis cum iuramento cōtrarium apparet: quia respondeo ꝙ illi qui cum iuramento asseuerunt contrarium, nō sint idonei, & tractatur
34 de interesse eorum, vt infra proxi. dicam. ¶ † Præterea si vnus testis deponit aliquid factum fuisse præsente tali, licet ille dicat se non fuisse præsentem, non per hoc reprobatur dictum primi testis, vt not. Bald. in l. testium in 4. col. C. de testi. & no. Barto. in l. 1. ff. de autho. tuto. in §. 1. & Bald. Ang. & Imo. in l. hæredes palam. in princ. ff. de test. & Bald. in l. 1. in fi. C. de bo. poss. secundum tab. Facit etiam pars aduersa plures alias exceptiones satis friuolas contra testes, præsertim ad ostendendum ꝙ sint ꝯrij vacillantes, & falsi: quas si recensere vellem volumine magno opus esset: verum, quia sunt valde leues, & intuenti facilis patet responsio, ideo superuacuo sermone non vtar.
35 † Nam debet præsumere iudex quod verba testis non debent
g cauillosè g interpretari, sed debent adaptari, vt conueniant ad id quod dixit testis se scire, vt no. Bal. in l. 2. in prin. C. de tēp. app. & dictum testis debemus in dubio supplere, quantū fieri potest: vt probet, ita inquit Barto. in l. Labeo. ff. de sup. leg. & si fieri potest, debet interpretari ne testis sibi contradicat, vt not. Bar. in l. 1. in prin. in 1. col. ff. de ope. no. nun. cum si. ar. c. cum in tua, de testi. ¶Item apparet ꝙ pro parte dicti communis fuerunt producti plures alij testes, videlicet Iac. quondam Dominici Candioli, & plures alij, qui pro maiori parte sunt de illis qui sunt descripti in instrumēto donationis, tanquam donantes, & cōe repræsentantes. & isti conantur deponere ꝯ dictum instrumentum donationis, & quod non fuerunt præsentes instrumento: quia pluribus modis dico dicta eorum non obsta-
36 re, † quia isti testes fuerunt recepti post publicatas attestationes Francisci, qui per testes suos probauit donationem fuisse factam, ergo super directo contrarijs capitulis non potuerunt examinari, licet potuissent recipi super capitulis per indirectum elidentibus dicta testium ser Franci. c. ex tenore. & c. de test. extra de test. & in cle. fi. de testi. & not. Cyn. in l. si quis testibus. C. de test. & Barto. in authen. qui semel. C. de proba. Secundò non probant: quia videntur esse in dicto suo singulares dicendo ꝙ non fuerunt præsentes, vt probaui supra responden
37 do ad dictum Pascalis quinti testis. † Tertiò respondeo ꝙ testes qui producuntur ad reprobandum instrumentum debent esse omni exceptione maiores: & isti testes deponentes in fauorem vniuersitatis suæ, non dicuntur esse omni exceptione maiores, prout superius latius dixi. & pręsertim cum isti testes videantur omnino deponere ad commodū suum: quia vt ipsi asserunt, si cōe succūberet in hac causa, ipsi paterentur particulariter dānum expensarū: ergo nō sunt idonei testes d. l. oībus. Posset ēt iudex ex officio post conclusionē in causam ad indagandā veritatem interrogare Syndicū, & hoīes prædictos ante factam donationem prædictam, an omnibus de dicta vniuersitate liceret pasculare & frui dicta re donata, vt sic constet

iudici, an isti homines de vniuersitate sint testes idonei, & an
deponant ad proprium commodum.c.cum Io. de fide instru.
l.vbicunque.ff.de interr.act.no.glo.& doct.in c.quoniam cō-
38 tra.in versi.interrogationes.de proba. † Non solum enim po-
test fieri dicta interrogatio post conclusum ad fi.in causa decla
randi dubiam probationem: sed etiam ad fundandum de no-
* uo intentionem * partis: ita dicit Anto.de But. in c.1.in 3.col.
de iud. referens se ita consuluisse. per d.l.vbicunque. cum ibi
not.& per d.l.generaliter.§.1.C.de reb.cred.& idem no.Bald.
in l.si accusatoribus.vlt.col.de accus. ¶Et si rñdebitur ꝙ liceat
dictis hominibus pasculare & frui, & quod ita facere consue-
uerant, constabit apertissimè homines dictæ vniuersitatis non
esse idoneos testes, vt not. Guil.& Barto. in d.l.tantum. §.vni-
uersitatis. de rerum diui. & in l.sed si hoc. §. qui manumitti-
tur.ff.de in ius voc.& Cy.in l.omnib⁹. C.de test.& canonistę.
in c.cum nuncius, & in c.insuper, de testi. quamuis etiam ab-
sque hoc satis ex prædictis constet eos non probare. ¶Vlti-
mò dico quòd attento quod reus respondendo positionibus
Syndici confessus est circa dominium & possessionem illud
quod est fundamentum intentionis dicti Syndici, scilicet ꝙ an
te donationem dominium directum, & possessio pertinebat
ad dictum commune: sequitur ꝙ de alio non superest discepta
tio, nisi super virtute donationis, super qua sunt hincinde te-
39 stes recepti & publicati † & ideo nulla alia dilatio ad proban-
dum super deductis in processu dari debet: quia data non re-
leuaret.l.non cogendum.§.fin. ff.de procu.l.hæc stipulatio.§.
diuus. ff.vt leg. no.ca.no.doc.in l.fina. ff.de ferijs. & in d.l.2.
C.de eden.& ideo iura dicunt cum causæ cognitione dilatio-
nem esse dandam.l.oratione. ff.de ferijs. l.à præcedente. C.de
dilat.imò si statutum esset, cum statui non debuerit, debet re-
uocari.l.quod iussit.ff.de re iud.c.cum cessante.de appella.&
ideo nil aliud agendum est quam ad diffinitiuam sententiam
absolutoriam procedere.

ADDITIONES.

* Ad dictum.] Idem tradit Alexand.consi.98.col.1.lib.5. Natta.
* Non solum.] Verbum, Restituere importat petitorium, Dec.consi.
655.col.2.Feli.in c.inter dilectos no.1.de fide instru. Natta.
* Res publicæ.] Declarat Alex.infra.col.3. Natta.
a ¶ Aliquos. Ex hypothesi totius consilij apparet ꝙ huiusmodi dona-
tio explicata per reum ab istis rusticis, non ab omnibus vel maiori
parte collectiuè fuit facta, sed à quibusdã singulariter, qui nec fece-
runt nomine cõi vniuersitatis, nec cõmuni consilio, sed priuato no
mine & consilio cuiusque. Constat etiam vel per confessionem rei
in fin.consi.ꝙ ad ipsam communitatem spectabat dominium & pos
sessio fundi controuersi ante vel citra dictam donationem conse-
quenter inepta sunt & sophistica quæcunque hic longo sermone te
xit Alex.qui hic pessimè consuluit reum absoluendo, quia imò con-
clusiones Syndici erant adiudicande cum nihil esset dispositum nec
immutatum de iure communitatis: nec in dominio: nec in possessio-
ne per talem donationem not.in l.& hæred. §.hodie.de pac. in l.si-
cut: quod cuiusque vni.no.in l.aut facta, nisi per Bar.de pœnis. Ca-
no.in c.cum omnes.de consti.c.gratum. de postu. præl.fa.nota.Cæ-
po.de serui.rusti.prædio.c.9.Ias.consi.81.colum.1.lib.3. itaque non
est hic iustum consilium, sed simplices allegationes a parte re-
demptæ.
b ¶ Fateri.supra lib.1.consi.92.nu.1. * E conuerso venditor non po-
* test obijcere emptori ꝙ non sit dominus, glo.& Bart.in d.l.cum res.
quod nota. Natta.
c ¶ Tum. sed nonne saltem per restitutionem in integrum ex clausu-
la generali potest suspendere iudicium petitorium, & intentare con
dictionem ex d.l.si quis conductionis, dicendum ꝙ sic, secundum ea
quæ scripsi in consue. Pari.titu.3.in rub.
* Donantium.] Quòd testes Capituli dicentes, se non fecisse illum
contractum, admittantur, est tex. in c.tertio loco.de proba. Natta.
d ¶ Integri.supra lib.2.consi.69.
e ¶ Intelligitur. O sophistam, imò potius intelligitur ꝙ nil volebant
disponere nomine nec de iure vniuersitatis sed de particulari iure
si quid singuli vt singuli habebant duntaxat.
f ¶ Numerum.supra lib.1.consi.5.nu.7.infra lib.5.consi.149.nu.6.
g ¶ Cautiosè. infra lib.5.consi.149.nu.10.
* Intentionem.] Vide Feli. in d.c.1.qui tenet oppositum, inquantum
ad fundandum de nouo, vt ibi habes. colum.2. & in cap. cum Io.
colum. 5.de fide instrumen. Adde etiam quòd pars post litem con-
testatam non potest ponere interrogatiuè, & sic nec interrogare,
ne claudi vt iudicium, quanquis interrogans nihil ponat, vel affir-
met; secundum Domi.post Dominos de Rota in c.1.colum.pen. de
confessis, in 6. Tamen Barto. in l.1.ff de inter. actio. tenet quòd in-
terrogatoria, quæ poterant fieri ante litem contestatam, possint post
fieri. Natta.

CONSILIVM XLIIII.

LEGE supra eo.lib. consi.7. quod hic duplabatur.

CONSILIVM XLV.

LEGE supra lib.2.consi.111.quod hic duplabatur.

CONSILIVM XLVI.

AVRELIVS Mutinensis, est auctor huius consilij.

Copiose adeò scriptum sentio super hoc passu, vt alia suppletione non egeat, vt ex his plus
a quàm magis sentiam, d. Io. Mariam [a] nullo pacto de homici-
dio damnari posse pœna capitali, nec de occiso puniri posse &
1 sic gl.in l.itẽ Mela.§.si plures.ff.ad leg Aqui. loquitur, † quia
cum incertum sit quis ex eis illud vulnus letale intulerit, licet
certum sit apud rectam naturam, tamen sanctius est ipsum iu
dicem abstinere, quam fortè innocentem condemnare. vulga-
ta.l.absentem. ff.de pœnis. sicut & alia incertitudo etiam rem
fauorabilem suspendit, puta institutio hæredis, datio tutoris,
legatum & datio libertatis ipsorum quę impedit effectum ha-
beri, quia si non apparet quis sit hæres, nullus hęres iudicatur.
l.in tempus.§.1.ff.de hære.insti.Idem in legatario. ff.de rebu.
dub.l.si fuerit idem in tutore.l.duo.§.titij.ff.de testa.tut.Idem
si non apparet quis sit liber, non omnes; sed nullus iudicatur
libe.l.si quis.ff.de reb.dub. l.ex pluribus. ff.de ma.testa.& l. si
fuerit. de pupil.ergo. à fortiori in materia odiosa & restrictiua
iuxta regulam, odia.de reg.iur.in 6.& regulam. in pœnis.& l.
2 si de interpretatione.l.quidam de pœnis.† si non apparet quis
fuerit verè interfector, iudicari debet propter incertitudinem
nullus interfector, nec condemnandus. l.cum quidam, de li-
be.& posth Pro hoc facit gl.in c.fi. 24.q.vlti. vbi dicit ꝙ aliud
est secundum leges quam secundum canones.nam secundum
canones in lege promotionis, propter incertitudinem delin-
quentis omnes repelluntur à promotione, & sic condemnan-
tur. sed secundum legem ciuilem penitus sunt omnes pro in-
nocentibus reputandi d.l.absentem.& idem not. in ca.signifi-
3 casti.de homicid. Nec obstat glo.in l.si in rixa, † quia intelli-
gitur omnes puniendos, sed pecuniariter.& iste est intellectus
Io.secundum Dyn. & omnes doct. Bon. in §.illo.& in §.sed si
plures in d.l.ita Mela, quæ loquitur in ciuili, & ita tenet Cyn.
in pecuniaria pœna, & ita Old. apostillat ibi. & aduertendum
est ꝙ illa lex pręsupponit plures vulnerasse, & certos esse, dum
dicit ictus cuiuscunque, & tamen non omnes, patet.l.Corn.
teneri, multominus igitur tenebuntur in casu nostro, cum cõ-
stat de vno vulnere tantummodo letifero, nec apparet quis in-
tulerit, conueniens est vt innocens siue innocentes non dam-
nentur sed omnes absoluendos, cum ita in casu simili videa-
mus, vt in d.c.in præsentia.l.matrem.& l.ad probationem. cũ
simi.C.de proba.& maximè in causa ciuili.l.sciant.cum simi.
C.eo & in c.vbi periculum, de elec.in 6.nec similiter auxilian
tes tenentur cum non constet de delicto principalis, ideo non
potest etiam procedi contra auxiliantes secundum Barto. in
d.l. si in rixa. præsupponitur tamen non constare quis fuerit
principalis, vnde certitudo principalis obligati præfertur in
accessorio in potentia procedendi, vnde videantur omnes pa-
riter principales, argu.no. per Barto.in l.3.§.omnes. ff.vi bon.
rapto. cum quilibet qui agit vt principalis egisse videatur. Ex
quibus concluditur dictum Io. Mariam non tanquam homi-
cidio auxilium præbentem posse condemnari siue puniri, sed
aliter arbitrio iudicantis, iuxta not.in d.c.afferte mihi gladiũ,
de præsum. Et ita, vt supra dico & consulo ego Aurelius de
Mutina iuris vtriusque doctor.

ADDITIO.

a ¶ Mariam. subscriptio est ad consil. Alexand.supra libr.1.consil.15.
vbi videas.

CONSILIVM XLVII.

LEGE supra lib. 3. consilio 100. quod hic duplabatur,
& non est consi. Alexandri Imolensis, sed Alexandri de Neuo
Vicentini, vt ex alijs exemplaribus patet.

CON-

CONSILIVM XLVIII.

LEGE supra lib. 3. consil. 98. quod & supra lib. 3. in fin. triplabatur.

CASVS Quidam Pollidorius fecit obligari rusticum in forma transactionis ad octo florenos cum pacto præsentationis pignorum sub pœna centum florenorũ. deciditur hic & in duobus cõsilijs sequentib. non posse huiusmodi pœnam peti.

SVMMARIVM.

1 *Pœna apposita dationi quantitatis non valet tanquam vsuraria. Idem si præstationi facti nisi ex interuallo. nu. 9. etiam si in transactione. nume. 6.*

6 *Transactio super contractu bonæ fidei iudicatur bonæ fidei.*

7 *Iuramentum non videtur in fraudem vsurarum.*

21 *Stylus habet vim legis.*

22 *Clausula generalis non extenditur ad specificata.*

CONSILIVM XLIX.

Paucis vtar propter summam scientiam domini iudicis, quem scio non ignorare apud iura forum, ꝙ est improbatum crimen vsurarum. ff. de vsu. per totum. & per iura codicis reducitur ad certam quantitatem. in l. eos. C. de vsu. & si quidam dicant etiam vsurarum crimen iure codicis prohibitum, per tex. in l. 3. C. de sum. Trinit. & fide catho. per approbationem imperialem illorum quatuor conciliorũ, & omnium gestorum & statutorum in illis, in quibus inter cętera fuerunt prohibitæ vsurę propter illud Apostoli: Mutuum dantes nihil inde sperantes. & quicquid sorti accedit &c. iure autem authenticorum nemo dubitat prohibitas. in auth. ad hæc. C. de vsu. & in auth. de ecclesiasticis titulis. & de iure veteris testamenti: vt psal. Domine quis habitabit in tabernaculo. in illo versiculo: Et qui pecuniam suam non dederit ad vsuram. & tex. cum gl. in c. quia in omnibus, de vsuris. super versi. multi. vbi expresse firmantur vtroque iure ciuili, & canonico prohiberi. & allegat d. l. 3. & in auth. de ecclesiasti. titu. de approbatione concilij Niceni in quo fuerunt prohibitæ 47. dist. quoniam multi. nec super tales dispensationem canon admit-
1 tit ut in c. super, eo. titu. † & cuicunque contractui dationis
a aliquid dandum cohæreat pręter sortem, uel ultra sortem, canon improbat ut suspectum crimen usurarum. de pig. ca. illo uos. ubi per glo. Inno. & canonistas, & in c. ad nostram. de emptio. & uend. de usur. c. in ciuitate, & in cap. 1. & ca. 2. & 3. & quasi per totum 14. q. 2. & hoc euidens etiam est lippis super quo crimine non potest fieri dispensatio, ut est text. in c. super eo, etiam per Papam: quia cùm sit prohibitio inducta à iure diuino; vt in d cap. quia in omni. & d. cap super eo. statuendo ꝙ vsuræ sint illicitæ. & d. c. super eo. & similiter in cle. 1. de vsu.
2 quia cum sint prohibitę per euangelium, † & Papa contra euãgelium non potest statuere vel dispensare, vt probatur 26. di. c. deinde 14. dist. sicut arg. de cele. miss. cum Marthæ. Guil. in spe. de alleg. §. nunc breuiter. versi. 3. hoc ad literam firmauit d. Anto. in c. super eo. in primo. notabi. dicens, nota ꝙ contra prohibitum nouo & veteri testamento Papa dispensare nõ potest. hoc idem firmauit ibi Ioan. And. & clarius in mercuria. reg. peccatum. de regu. iur. lib. 6. in vltimo articulo secundi
3 membri disputationis, vbi in versi. sed si fiat vlterius dixit, † ꝙ si quæritur vtrum de iure can. debeat concedi: vel permitti cõtractus vsurarius, vel propter aliquod bonum consequendũ, vel propter aliquod malum euitandum. Et respondet simpliciter ꝙ non: quia de facto videmus ꝙ nullo prędictorum modorum ius ipsum concedit vel permittit: quia pœnam comminatur vel infligit facientibus tales contractus, vt patet in d. ca. quia in omnibus. & de vsur. c. quamquam. lib. 6. imò non permittit quod permittere non posset contra vetus & nouum testamentum d. cap. super eo. Nam vt ibi dicitur sacra scriptura prohibuit pro alterius vita mentiri: vt probatur 22. q. 2. ca. ne quis, ergo multò magis sicut dicitur ibi, prohibendus est ne pro redimenda vita captiui vsurarum crimine inuoluatur, cũ tamen illud videatur potissimum bonum, quod posset ex vsuris prouenire. Nec potest dici quod in ipso contractu cadat aliqua dispensatio ꝙ videtur per ipsum maius malum spirituale
4 quam sit istud malum, quod includitur in ipso contractu. † videtur enim illud malum ꝙ incurrit ipse vsurarius per dictum cõtractum ad aliquod maximum peccatum propter quatuor. Primò, quia cõtemnit Deum audacius. Secundò, quia contẽnit naturam expressius. Tertio, quia contemnit scripturas deterius. Quartò, quia contemnit iura diutius. & ibi Io. And. declarat singula membra. Et primum contemnit Deum: quia cum in omnibus peccatis quæ sunt expresse contra diuina mãdata homo erubescat & verecundetur: tamen in hoc quantũcunque sit contra diuina mandata, non diceretur verecundari sed gloriari & verè ita faceret Pollidorus noster non erubescendo, nec verecundando ꝙ istos 100. ducatos exegisset à rustico, cui leges fauent. l. j. ff. de eden. & in l. si quis id qd. ff. de iurisd. om. iud. sed se laudando & gloriando dicendo, io ho pur castigato questo villano. puto quod non tamen diceret, io lo robato. & probatur in c. quia in omnibus. Secundum, quia naturam contemnit, quia non solum contemnit in vno genere rerum, sed etiam in pluribus primò quòd denarij superualeant suo numero, & ponderabilia superualeant suo ponderi, & mẽsurabilia sicut est vinum, superualeant suæ mensuræ. quæ omnia trasẽunt contra naturam. benedictum est quòd contemnat naturam expressius. vult enim Polli. ꝙ octo floreni firmo semine genuerint centum. Faciet ergo Polli. quod natura facere non posset: & an Deus ipse, Pollido. iudicetur. Tertium quia contemnit scripturam: quia per infidelitatem, quæ est opposita fidei quam in baptismo professus est. Nam si perfectè crederet, impossibile esset ꝙ contra Deum vel eius scripturam sic apertè & inuerecundè procederet in hoc credo quòd Pollido. potius trecentos vellet qui centum, & de professione se excusaret, quia non ipse professus est, sed patres spirituales, & regulariter nemo promittens factum alienum obligatur, nec obligat eum cuius nomine &c. vt in l. stipu. ista. in prin. ff. de verb. obli. donec ille cuius nomine &c. ratum habuerit & si ratum habuit ipse scit non ego l. si. ff. pro suo. & si hæ solemnitates iuris ciui. non considerentur in Baptismate. Item contra vtriusque testamenti scripturas solent tales pertinaciter asserere ꝙ vsura non sit peccatum, contra quos emanauit cle. ex grandi. de vsu. dicit enim hic Pollido. quòd exactio huius pœnæ non est peccatum absque eo quòd consideret modicum lapsum tẽporis, quod plurimum leges considerant in l. & si post tres. ff. si quis cau. & per cano. in c. potuit. extra de loca. Quartò, quia contemnit iura, non obstãte prohibitione iuris cuiuscunque, in dicto peccato adhuc continue perseuerat, intantum ꝙ ad id vitium relinquendum vsque ad mortem sæpius se retardet,
5 propter quæ conuenienter sibi accidit quod dicit † Aug. in sermone de innocentibus. Percutitur hac animaduersione peccato, vt moriens obliuiscatur sui qui cum viueret oblitus est Dei. propter quæ concludit ibi Ioan. And. ius can. nullo modo concedere vel permittere contractum vsurarium, etiam propter vitandum malum: quia regulariter non apparet conditio in ipso, propter ꝙ ipsum valeret euitari. & propterea concludit per fortes rationes, & infert ꝙ in tali materia vsuraria prohibita ius ciuile debet conuenire cum iure canonico, de quo
6 dictum est supra. Referendo se † ad triplicem speciem permissionis, de qua ibi. & consultus Senis, dum ibi legerem à magistratibus dum ibi prædicaret sanctus Bernardinus, & prohiberet vsuras redargueretque prouisionem factam de potestate fœnerandi per Iudæos, respondi nec posse nec debere. & ita tunc obtentum fuit: & ita pluries dixi reuerendis dominis legatis concedentibus similiter Iudæis potestatem fœnerandi, & recolo me dixisse bonæ memoriæ episcopo Concordiensi, qui amplissimum priuilegium concessit Iudæis fœnerandi, quod præcaueret se à iudicio diuino. vnde post paruum tempus post fuit de ciuitate Bono. expulsus. cum ergo quantitas hic in iudicium deducta sit ex causa vsuraria, vt dicam infra sequitur ꝙ omnis prouisio facta per laicum, si reperiatur, non est valida: quia cũ hoc crimen animam concernat, & sit prohibitum ex quatuor capitibus: ius ciuile seu municipale non potuit illud licitum facere, vt per hanc rationem Io. And. conclu
7 dit ut supra & solũ nunc eius authoritate contentor. † Nec refert si prouisio loqueretur de pęna nõ de vsura, quia ẽt pęnę nomen de vsura pdicatur. l. lecta. ff. si cer. pet. l. qui sine. ff. de neg. ge. & arguitur permissiuè & ,phibitiuè de vno ad aliud: vt in l. quãuis. C. de vsu. & l. cũ allegas. in fi. C. de usu. nec in l. uerba inspicimus, sed mentẽ & uim legis, & pręsertim ubi esset dare fraudẽ legi: ut in l. fraus. ff. de legi. & ibi Bal. facit quod ẽt uoluit

luit Bald.in l.non dubium.C.de leg.& præsertim in tertia oppo.cum sit de nomine ad nomen,& exemplificat in eo qui nõ potest confirmari assessor: vt petat de nouo eligi: & vidi fieri hoc Bono.alle.ff.ad terty.l.2.§.tractari ibi: verba cauillant. & tex.in l.1.C.de priui.schola.lib.11.cum glo.quæ exemplificat in domino Oddone potestate Bono. Esset enim mutatio. non solum nominis de vsura ad pœnam, de qua in simili loquitur l.eum qui. C.de epis. & cle.in clerico qui non potest retinere concubinam:& ideo vocat eam sororem. simile cum verè est contractum pignus,& nominat emptionem & venditionem:
8 vt lucretur fructus.in l.emp.C.plus va.quod agitur. † Et propterea in hoc contractu de quo agitur:& si promissio sit facta sub nomine pęnæ,si adiecta est quantitati soluendæ,certè vsura est,vel in fraudem vsurarum adiecta.Primo per text.in d.l.cum allegas. in fi. vbi litera voluit ꝙ illa pœna quadrupli debeat reduci ad legitimum modum vsurarum, quia erat vsura. alias ad quid posita esset illa lex maximè adiecta per nomina multiplicatiua,& tunc nõ possit excedere quadruplum, iuxta d.l.1.C.de fen.quæ pro eo ꝙ interest profe.& in d. l.cum allegas.vbi pro pœna promissum erat quadruplum: & tamen restringitur.& sic si ibi non fuisset reputata vsura,non fuisset reducta ad legitimum modum vsurarum, qui est in d. l. eos. C. de vsu.quoniam nulla lex reperitur,quæ aliter pęnam taxet.& ex nullo alio potest præsumi vsura:nisi quia fuit adiecta quantitati, cui accedit vsura. 14.q.2.c.2.& 3. & hoc voluit glo.in l.rogasti.§.si tibi.ff.si cer.pe.secundum opi.Io.in l.Iul.§.idem. ff.de actio.emp.per tex. illum.& l.pœnam. & l.pecuniæ. ff.de vsur.Et ideo extendens debet reduci prout dicitur in d.l.cum allegas.Hoc idem firmauit Cy.in d.l.cum allegas,reprobando distinctionem illorum,qui distinguebant inter consuetum fęnerari,& non consuetum, vt voluit glo.& fuit opin.Mar. in l.stipu.§.alteri.de verb.obli. Et similiter reprobando opin.illorum,qui distinguunt per quę nomina multiplicatiua vel non, quia illa distinctio solùm habet locum cum tractatur de interesse:quia non potest excedere duplum communis. Item, quia in pœnis non habet locum illa differentia,per ea quę idem dicit in d.l.1.de sent.quæ pro eo qđ inter.profe.Reprobat etiam opin.distinguentium,an adijciantur dationi: vt sit vsura, aut facto,& non sit vsura: vt voluit gl.in d.§.si tibi. & in l. sed & si quis.§.fi. ff. si quis cau. si hoc fiat incontinenti. secus si ex interuallo esset apposita facto:& tunc videtur transire cum opi. Dyn.per ꝙ ipse Cy.reprobat practicam Dy.& Iac.But.de præsentatione pignoris, dicens hoc totum fieri in fraudem vsurarum propter solutionem pecuniæ:nam cum pœna adijciatur facto;& factum permittatur propter pecuniam: ergo &c. l.1. §.1.& §.hæc actio.ff.si quis testa.lib.esse ius.fue.& glo. etiam videtur hoc sentire in d.§.si tibi.quæ dixit tamen teneri: quia quicquid sorti accedit: vsura est.& si Barto.secutus fuerit prędictam dist.Iac.de But.& Dy.in distinguendo in qualitate facti promissi:quod nulla lege probatur.& idem videtur voluisse in d.l.Iul.§.idem Celsus.de actio.empt.remittendo se ad ca. suam.extra de pœnis. Huic etiam adhæret Ioan.And.in addi. Spec.de obli.& sol.§.ante omnia.ver.sequitur.in addi.quę incipt,non debuisset omittere. concludens cum doctr.Cyn. de qua supra vt adiectio facti videatur facta esse in fraudẽ: quod maximè dixit procedere in fœneratore:alleg.not.in c.illo vos. & c.ad nostram.& etiam quod dicitur de modis fraudandi legem in pluribus exẽplis not.in c.quanto,de priuile. & ad hoc etiam adducit.l.fi.in princ.C.de vsur.rei iud. & miror ꝙ Bar. & Io.And.non memorat quantum ad casum de quo quęritur,
9 † Idem voluit Bar.in l.cum seruus,de condi.& demon.dicens ꝙ aut factum est adiectum ex interuallo:& procedit glo.in d. l.sed & si quis. vt vsura non præsumatur. aut incontinenti & præsumatur vsura:etiam si fuerit adiecta facto,vt voluit Cyn. pro quo facit similitudo.l.commissoriæ adiectæ in pignore in l.1.& 2.C. de pac. pig. hoc idem Bald.in d.l.cum allegas, in quinta oppo.reprobando dist.Barto.de qua.in l.qui res.§.qui stipulatur.ff.de sol.per rationes ibi positas per eum: & dicendo ꝙ in §.qui stipulatus, ideo valuit: quia adiectio pœnæ respiciebat interesse stipulantis fortè quia non tenebatur alteri sub pœna.& ideo stipu.pœnam mihi dandam,si illi non soluerent. & sic valeret ratione interesse.l. sicut enim. ff. de verbo. obli.& in l.si debitor.ff.de neg.gest. Hoc idem voluit Ray. vt refert Bal.in d.l.cum allegas.dicens indistinctè ꝙ vbi est adiecta dationi quantitatis; non valet vltra legitimũ modum vsurarum:per illum text.& hoc idem sequitur Bal.ibi in 5.oppo. Hoc clarius voluit Bald.in fi.in d.l.cum allegas,indistinctè dicens,ꝙ vbi pœna adijcitur,& est manifestæ iniquitatis,& continet excessum intollerabilem præsumitur adiecta in fraudẽ: vt d.l.Iul.§.ibidem. & quis potest considerari maior excessus quam hic: vbi quantitati octo florenorum est adiecta pœna 100.flo.& sic ad rationem vltra mille pro centenario. Huic etiam adhæret Saly.in d.l.cum allegas.in not.dicens ꝙ opin.Io.non facientis differentiam,an stipulator pœnæ sit consuetus fœnerari, vel non sit pœna adiecta dationi excedit legitimum modum vsurarum,ꝙ non possit peti, quia præsumitur adiecta in fraudem vsurarum est vera.& hoc voluit ibi glo.dicens etiam quasi interesse non posse peti vsq; ad legitimum modum vsurarum,ex quo fuit adiecta in fraudem vsurarum. & hoc clarissimè sequitur ibi Saly.in secundo no.reprobando opi.illorum qui dicebant esse reducẽdam ad legitimum modum vsurarũ, vel saltem quatenus interest in eo qui fœnerari consuetus non est. Nam dixit ipse: nunc posset incipere.& in fine concludit
10 † ꝙ siue hæc sit adiecta dationi debitæ ex contractu mutui, siue ex alio contractu,si est adiecta in casu tardioris solutionis in fraudem vsurarum censetur adiecta.& de hoc dicit esse casum in d.l. Iul. §.idem Papi. qui cauillari non potest omnino. & l.prædia.eo.titu. quæ generaliter potest loqui in quocũque contractu: & ratio fuit vt apparentibus noxijs obuiaretur, & finaliter concludit se mirari quòd tunc doc.tam in iure ciuili quàm in canonico varient in hoc quominus omnes concludant quòd vbi dationi quantitatis adijcitur siue sit cõtractus mutui,siue alius contractus, siue sit stipulator consuetus siue non,quod talis pœna sit adiecta in fraudem vsurarum.sed hoc dixit fuisse ex defectu plenariæ & ordinariæ examinationis, quam super his non fecerunt.Et successiuè ad id quod dicitur si est adiecta facto,prout dixit glo.in l.sed & si quis.§.fina.ff.si quis cau.& Iac.de But.& alij quos Cy. refert in d. l.cum allegas. & sicut ipse Salyc.pro saluatione doctrinæ Iaco. de But. sui Bononiensis,qui in sua distinctione inter cętera concludit
11 † ꝙ vbi debitor esset talis qui verisimiliter potuisset adimplere quod promisit: tunc adiecta pœna facto præsumitur adiecta causa securitatis,& non in fraudem vsurarum,nisi quantitas pœnæ aliud suadeat: quia tunc si pœna est excessiua, puta quadrupli: tunc præsumitur in fraudem vsurarum adiecta.ita mirabiliter limitauit dist. Iac. But. sed hoc non est tantum in quadruplo,sed in decuplo,quia quasi nonaginta duobus pęna commensurata sorti excedit sortem.Fit ergo conclusio secundum omnes ꝙ hæc pœna adiecta intelligitur in fraudem vsurarum,& secundum omnes,& maximè secundum glo.vbi su-
12 pra † & ideo ab ea non est recedendum, vbi firmat pedes.secũdum eundem Iaco.But.in l.1. C.qui pro sua iur.Ioan.And.de constitu.c.ne innitaris,cui sicut Bon. adhærent carocio inhęreas,vt dixit glo.in l.omnis diffinitio.ff.de regu.iur. & secundum Bald.in l.precibus. C.de impu.dicentem in l.hæreditas. C. depo. quia melius non potest testimonium haberi testimonio Accu.& ideo refert in auth.defuncto.C.ad tertyl.se in cõsulendo nõ fuisse ausum recedere ab opi.gl. Accedit huic opi. Io.An.& Bar.etiam sequendo eum prout distinxit an ex interuallo,an incontinenti. Bal.etiam & Saly.clarè in terminis nostris,& Cy.d.Ant.de But.in c.dilecti.de arbi.& ibi do. Abba. Siculus.idem fuit secutus Rapha. in §.alteri.hoc idem firmat Ang.ibi dicens omissis superfluis pœna adiecta dationi pecuniæ,vel eius occasione, præsumitur adiecta in fraudem vsurarum allegat.d.l.Iul.§.ibidẽ.Et ideo quomodocunque sit adiecta,vel quauis sumpta occasione seu colore propter dationem pecuniæ non debebitur.& reprobant opi.distinguentium inter solitum fœnerari, vel non.Et in sua distinctione conclusit
13 † ꝙ si est adiecta facto successiuo obligationis,tunc esset quęsitus color, & ideo pręsumitur esse in fraudem vsurarum. & in effectu idem sequitur Io.de Imo.in d.§.alteri.quia cum tale factum sit subrogatum loco solutionis pecunię, debet sapere illius naturam.l.si cum.§.iniuriarum.ff.si quis cau.Et quia videtur in fraudem legis factum ideo non videtur posse peti. ar. l.quod contra.ff.de legi.& in c.quę contra.de reg.iur.lib.6.Et hoc etiam,vt dixi.tetigit Bar.in d.l.cum seruus.ff.de condi.& demon. faciendo differentiam an ex interuallo, an incontinenti propter id ꝙ dixit in l.quamuis. de sol. de pacto adiecto

in pigno-

in pigiore, de quo etiam in c. significante. de pig. & huic etiã
adhæsit idem Barto. in d. l. cum stipulatus sim. de verbo. oblig.
si vna pœna tantum fuit apposita, vt hæc fuit. consonat glo.
in cap. illo vos. de pig. dicens quòd vbi pœna est adiecta vltra
legitimum modum vsurarum, præsumitur esse in fraudem
vsurarum: vt hic. & quia hodie omni casu sunt prohibitæ
vsuræ, vt in cap. quia in omnibus de vsu. semper præsumatur
pœna adiecta dationi in fraudem vsurarum. his adhæret Host.
in sum. de vsu. §. fi. versi. quid si pœna. reprobando opi. Gofre.
dicentis hoc præsumi ex qualitate personæ creditoris, quod
non placuit ibi dicendo, ꝙ ex hoc daretur via creditoribus vt
semper currerent ad pœnas, attento ꝙ possent conuenire de pę
nis in infinitum. l. in conuentionalibus. ff. de verbo. obli. insti.
de inut. stipu. §. alteri pœnæ. in l. 1. C. de sen. quæ pro eo quod
interest prof. & multis crassantibus opus est exemplo. l. aut fa-
14 cta. §. fi. ff. de pęn. † & ideo concludit pręsumi in fraudem, nisi
pęna ponatur loco interesse, vel nisi releuetur ex honestate per-
sonæ. de procu. c. in nostra. & de nou. oper. nun. c. cum ex iniũ-
cto. & cum opi. Dy. de qua in d. l. cum seruus. transiuit do. Io.
de Imo. c. dilecti. de arb. dicens ꝙ op. Dy. est verior de iure, &
magis communis. & ita in practica seruari debet per not. per
Ioan. And. in c. 1. & c. ne innitaris. de consti. licet Bonon. obser
uetur opi. Ia. But. & malè. & opi. Dyn. sequitur d. Flo. in c. dile-
cti. & reprobat practicam quæ Bono. obseruatur. & idem etiã
firmauit in c. sacro. de sen. excom. in 31. q. Dyn. etiam expresè
firmauit in d. l. cum seruus. per illum tex. qui voluit potius cõ-
siderari dationem, quam factum quod accidit dationi, vt hic.
& ita Cyn. etiam ibi sequitur dicens in additione se audiuisse
do. Thadæum de Pepulis do. Bo. reprobasse partem suum Ro-
mæum, qui vtebatur similibus contractibus quia videt omnia
fieri in fraudem legis & vsurarum. & huic vltimo loco in d. l.
cum seruus adhæsit Imo. dicens hanc esse communem, & de
iure veriorem: quia negari non potest quin hoc verisimiliter
non sit factum in fraudem legis, & ideo non debet prodesse ar.
l. hæres meus. §. fi. cum ibi not. ff. de condit. & demon. arg. l. si
eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & dixit Ang. idem tenuis
se Dyn. in d. §. alteri. Nec refert tale pactum sic interpositum
ex interuallo vel incontinenti de iure canonico, quia ius cano-
nicum ex toto reprobat vsuras, licet fortè de iure ciuili vale-
ret, quatenus ad exceptionem dandam, non autem actionem.
sed dixit tamen ius canonicum præualere iuri ciuili, per not.
in d. auth. ad hæc. & in regula possessor. & in consulendo & in
iudicando vult non esse recedendum ab hac communi opin.
per not. per Barto. in l. fina. C. de pœna iud. qui malè iudi. Io.
And. in c. 1. de consti. & c. ne innitaris. de hoc etiam tetigit do.
Lau. de Rodul. de Flo. in c. consuluit. in 67. q. & bonæ memo-
riæ d. Ioan. de Ana. in c. 4. de vsu. in vlti. q. qui duo referunt ni-
hil cõcludentes, nec de sua opi. ponentes. & licèt quidã facere
voluerunt differentiam inter transactionem, & alium contra-
ctum; tamen Pe. in l. promissis. C. de transa. transiuit cum eadẽ
dist. aut in transactione venit factum, aut datio. primo casu dẽ
tur pœna: quia non præsumitur fraus. secundo casu non debe-
tur, & ita transiuit ibi Iaco. But. Cum ergo hic fuerit adiecta
dationi: vel etiam si facto, quia illa surrogata videtur esse loco
15 dationis, vt omnes fatentur: † idem dicẽdum in transactione
quod in alijs contractibus. & ita aliàs legendo Senis. l. promis
sis, dicebam procedere cum in iudicium super quo facta est
transactio quæstio vertebatur super quantitate. Item cum pę-
na esset magna, & excessiua & pro modico fuisset facta tran-
sactio: quia his tribus simul concurrentibus adiectio talis pę-
næ videtur facta in fraudem legis & canonis, maximè si perso-
na stipulatoris est sagax. & promissoris esset simplex & rustica,
cui licet ius ignorare, vt in l. fi. ff. de eden. & maximè in pęna-
libus. l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iudi. quæ omnia in ca-
su de quo quæritur concurrunt, petebat pecunia, promisit pe-
cuniam. & primò dico respectu petitionis factam transactio-
nem & pœnam maximam promittens fuit rusticus, & stipula-
tor sagacissimus. nec est hoc nouum: quoniam transactio regu
latur etiam secundum naturam contractuum, vt voluit Bart.
in l. Lucius. §. fi. ad treb. & not. Mod. in l. si quis cum aliter. ff.
de verb. obli. nec ob. si quis diceret: ex hoc sequitur ꝙ semper
possunt infringi transactiones, cum semper pœna sit in quan-
titate. sed hoc non tantum consideratur, sed cui adijciatur an
principaliter dationi, vel principaliter facto: nam in ea deue-
nit datio, vel factum in transactione, sicut in alijs contracti-
bus. l. siue apud acta. & l. si pro fundo. & in l. cum mota. C. de
transa. Et ideo sicut in alijs contractibus fit dist. inter promis-
sionem dandi & faciendi, quare non ita in transactione? Præ-
terea in hac fraude non consideratur nisi quod promittit debi
tor, scilicet an facere an dare, non propter quid stipulator sti-
puletur. Vnde licèt transactio ex parte stipulatoris contineat
factum, scilicet ante litem recedere. l. transactio. C. de transac.
& in l. 1. & 2. ff. eo. titu. Et si diceretur, non quia hæc pœna cõ-
mittitur, quia nõ seruauit transactionem, & istud est facti, sed
non clarè etiam dicitur facti. l. in facto. ff. de condi. & demon.
& not. Barto. & alij in l. 4. §. Cato. de verb. ob. & tamen sic non
soluendo non paruit contractui. nec seruauit cõtractum quis
omnis est facti. l. si consilio. de curato. furio. Pręterea, quare da
tio debita ex transactione non potest recipi accessorium vsu-
re, sicut debita ex cæteris contractibus, ideo non ineleganter
ille subtilis Iaco. de But. & radium suæ patriæ vbi supra dixit
idem in transactione, quod in cæteris contractibus. Præterea
etiam omnes inclinant in hoc ꝙ si quidem ad pœnam agitur,
quia pecuniam debitor non soluit, & tunc pœna non poterit
peti prout hic est petitum. Præterea omnes concludunt quòd
vbi veniret datio & factum, vt in ratione reddenda in l. cum
seruus. de condi. & demon. certè habet locum præsumptio. l.
Iul. §. idem Papi. ff. de actio. emptio. Sed veritate inspecta hic
ex parte promissoris venit datio. nec ob. l. promis. quia fateor
quod pęna licet sit adiecta dationi potest peti, quia idem de iu
re codicis dicitur in quocunque cõtractu etiam mutui, cuius
occasione principaliter sunt prohibitæ vsurę, iuxta illud Mat.
mutuum dantes 14. q. 2. & tamen deberetur, & peti posset iu-
re cod. quo vsurę non erant prohibitę vsque ad legitimum mo
dum, vt in l. eos. C. de vsu. sed non hodie, vt dictum est. & ideo
sicut alię leges loquentes de pœna de quibus. ff. de verb. obli. l.
stipu. ista & l. pœnam. & l. ad diem. & per Barto. in §. Cato. in
l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pac. & in l. si pacto quo pœnam.
C. de pac. & in d. l. cum allegas. C. de vsu. in l. cum proponas.
C. de pac. & in l. qui fidem. C. de transac. recipiunt dist. inter
dare & facere quò ad potestatem exigendę pœnę, ita etiam di-
ceretur ad l. permis. nec ex hoc redderetur transactio inutilis cũ
hic actor fuit stipulatus dari sibi 16. ducatos. & sic virtute sti-
pulati conuenietur ad soluendum. insti. de obli. in prin. & in-
sti. de actio. in prin. iuncta glo. præterea & si fuerit nuda pro-
missio prouidetur alio remedio: vt in l. cum mota. & l. si pro
fundo. & l. siue apud act. C. de transa. l. si rem quam. ff. de dolo.
& Bald. in l. vbi pactum. C. de transac. nec video si quis diceret
distinguendum an consueuit fœnerari vel non: quia hęc diffe-
rentia potius debebat considerari in contractu transactionis,
quam in alijs in quibus communiter hæc distinctio reproba-
tur. Præterea considerato ꝙ prius iudicium, cuius occasione
agebatur, erat super contractu locationis, & sic bonæ fidei. in-
sti. de actio. §. actionum. & in contractibus bonæ fidei, vbi est
adiecta dies & pœna admittitur moræ purgatio, vt eleganter
voluit Bald. in d. l. cum allegas. per tex. in l. Lucius. ff. de actio.
emp. & glo. ibi posita destruit illum tex. subaudiendo maximè
in ver. exhibuit. & ideo conclusit simpliciter dicendo, dic ꝙ
in contractibus bonæ fidei non obstante ꝙ sit adiecta dies &
pœna, admittitur moræ purgatio, sed in contractibus stricti iu
ris aliud fit: quia in illis inducitur nouatio. ex quo sequitur ꝙ
16 † cum transactio sit interposita super eo ꝙ petebatur ex con-
tractu locationis, & sic bonæ fidei, censetur bonæ fidei. & se-
cundum illius naturam debet iudicari. l. aliam. ff. de noua. &
l. si stipulatus. §. fina. ff. de vsur. præterea hic per commissionẽ
pœnæ non videtur prima nouata. nam si fuisset nouata indebi
tè percepisset quantitatem promissam de octo vel sexdecim:
quia illa fuissent indebita. l. 1. ff. de noua. & sic eadem esset ra-
tio purgandi morã eo casu in contractu stricti iuris, quæ in bo
næ fidei, & hic soluit quod promisit, & ille accepit, ergo statim
ꝙ est mora purgata, & secundum prædicta debet limitari illa
vulgaris clausula, quia pęna soluta vel non &c. quia illa nõ in-
cludit, vt patet ad sensum ꝙ mora purgari nõ possit, sed inclu-
deret solũ ꝙ per solutionẽ pęnæ non videatur abrogatũ stipu-
lationi sortis. & sic antequam pęna fuerit exacta, vnde nõ mi-
rũ si potest mora purgari, cũ purgatio sit ad pęnã euitandã. l. si
seruũ. §. sequitur. & ibi Bar. ff. de ver. ob. in l. si insulã. e. ti. & in
l. si post tres. ff. si quis cautio. vbi glo. Bar. & moder. vnde vera

sset purgatio moræ post solutionem pœnæ. sed hic post solutionem sortis petitur pœna: quia dictum est non soluisse intra diem promissionis, cuius euentus illũ debitorem in mora constituit. l. magnam. C. de contrahen. & commi. stip. l. traiectitię. §. de illo. ff. de acti. & obli. & in d. l. diem. in l. cum filius. ff. de verb. ob. plenè legitur & no. in l. pacto quo pœnam. C. de pac. ¶Nec ob. prædictis ꝙ hic iuramentum fuerit interpositum. & sic. l. si quis maior. C. de transact. primò: quia illa loquitur in actore, vt videtur fuisse de mente Bar. in l. fi. ff. de eo quod cer. loc. & verè probatur ex illa litera dum dicit actionem perdat, per quam clarè constat loqui de actore non de reo, cui non cõpetit actio, sed exceptio: & probatur etiam in ver. pręstita pœna, & cum hæc sit lex pęnalis non debet ad reum extendi, vt in c. odia. de reg. iu. li. 6. & in regula in pœnis. & in l. cum quidã. & ibi Bar. ff. de li. & post. & dato ꝙ illa litera procederet etiam in reo, prout fortè videtur de mente gl. tamen illa litera debet intelligi quando iuramẽtum fuisset validum, iuxta illud quod dixit Bar. in l. 1. alias 3. ff. quod vi aut clam. ꝙ iuramẽtum hoc nõ tenuit per ea quæ dicta sunt.
17 † Ex quo enim adiectum fuit in fraudem vsurarum, vt bene est conclusum, clarè constat tale iuramentum esse nullum per causam expressum. l. non dubium. C. de leg. iũcta. l. fraus. ff. de leg. dum litera dicit: nec distat fraus ab eo ꝙ contra legem sit iuramentum interpositum, illud non firmat, vt d. l. non dubium. in princ. dum dicit, non dubium est in legem committere, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem: nec pœnas insertas legibus euitabit, qui se contra iuris sententiam prærogatiua verborum fraudulenter excusat. quod contingit: quia vult euitare canonem prohibentem vsuras sub nomine pœnæ, quasi vsuras non fuerit stipulatus, qui tamen stipulatus est: vnde talis non tantũ canonem lædit, sed & mentem. & ideo non tenet, nec iuramẽtum super interpositum: vt ibi: quia legem fraudare noluit. & hoc voluit glo. in l. fraus. ff. de legi. quæ dixit quatuor modis fieri fraudem legi, & Bal. in d. l. non dubium, vt dixi supra de nomine ad nomen in 3. oppo. iungendo id quod voluit idem in d. l. cum allegas, in 4. oppo. in pe. q. allegando responsionem Dy. consulentis in ciuitate Lucana: vt refert Cy. in l. seruus ea lege. ff. de ser. ex por. in statuto quo cauebatur, ꝙ nulla pœna possit peti nisi interesse probato, & debitor promisit rem tradere. & si non traderet intra certum tempus promisit centum nomine interesse: non autem dixit nomine pœnæ. si aliter non probatur interesse an poterunt peti ista centum: & terminauit quòd non: quia non debemus facere differentiam nomine d. l. seruus ea lege. quia non refert qualiter dicatur, sed qualiter se habeat veritas, alleg. gl. in d. l. cum allegas. & ff. de ver. ob. l. cũ stipulati sumus. & quia non est in potestate contrahẽtium mutato nomine circumuenire dispositionem legalem, & attento maximè ꝙ prohibitio vsurarum inter cætera fuit facta ob publicam vtilitatem, tam ex parte fœnerantis, quàm ex parte debitoris: ex parte fœnerantis ne propter lucrum vsurarum deseretur agrorum cultura, cui lex fauet, & in qua vertitur publica vtilitas, in auth. vt nullus agricolam. etiam ex parte debitorũ ne efficiantur pauperes, publicæ enim vtilitati interest homines esse locupletes, vt in auth. vt iudi. sine quo. suffra. & istam rationem ponunt doc. summistæ, & do. Lud. de Rodul. de Flo. in suo tractatu de vsu. Vnde huic fauori non possunt renũciare. ff. de pac. l. ius publicum. alias de facili solo verbo committeretur fraus, quod est absurdum. ff. de test. l. qui testamentum. Dic ergo clarius quòd hic hæc promissio præsumitur fraudulosa, & in fraudem legis, vt soluta repeti non possent, per quod circunueniretur canon. extra de iurein. c. debitores, per quem text. & si videatur de iure canonico ad iuramẽtum & eius obseruantiam vnũquemque teneri: soluti verò habere repetitionem. tamen illud ca. loquitur cum ille creditor voluit legem vel canonem fraudare. Nam ibi debitor promisit ibi expresè vsuras, & iurauit illas soluere, vnde ille deliquit solum stipulãdo vsuras: hic verò in hoc etiam deliquit stipulando in alio: quia non voluit circumuenire canonem in d. c. debitores qui permittit repetitionem, & ipse reddere tenetur, vt ibi. quę redditio & repetitio cessaret, si non esset vsura sed simplex pœna: cum lex & canon etiam pœnam non sapientem vsuram admittit. de arbi. c. dilecti, & plenè per Inn. & cano. in c. suam. de pę. & ideo attento ꝙ si canon in d. c. debitores, non firmasset expresè iuramentum, illud iuramentum vt interpositum super re turpi a iure vtroque improbatum, non valeret, vt in l. si quis inquilinos. §. fi. ff. de legi. & in c. non est obligatorium. de reg. iur. lib. 6. & non poterit se eo iuuare per regulam. c. quia frustrà, extra de vsur. & ita ego alias obtinui in ciuitate Senarum,
18 † ex quo enim ille canon est odiosus,[b] debet restringi, vt in c.
b odio, de regu. iur. lib. 6. & in l. cum quidam. de lib. & posthu. dicit enim frustra legis auxilium implorat, qui committit in legem. & ibi glo. alle. plura iura secundum quæ debet intelligi doctrina Bald. in d. l. non dubium. vltima oppos. ad intellectũ d. c. debitores. dicens, petat absolutionem à iuramento, nam cum iuramentum tenuit non fecit fraudem legi, sed hic sic. & ita etiam intelligitur glo. in d. ca. debitores. quæ dixit licet propter iuramentum debitores sint compellendi ad soluendum nisi petierint absolutionem à iuramento, vt ibi voluit gl. & canon. licet iuramentum confirmet, non tamen promissionem vsurarum, secundum d. Anto. ibi dicentem ꝙ ideo non valet promissio: quia est turpis ex parte stipulatoris, cum quo debitor contrahit: & ideo valere non debet, & successiuè datum est repetendum tanquam turpiter datum per id quod legitur. ff. de condi. ob tur. cau. l. 1. Sed iuramentum ideo conseruat, quia iurans cum Deo contrahit. & non est credendum quòd Deus turpiter recipiat. Et ideo quidam dixerunt vt Gof.
19 † ꝙ licèt sit interpositum iuramentum, nihilominus huiusmodi stipulator petens vsuras potest repelli exceptione turpitudinis, & d. c. debitores. loquitur consulendo conscientię iurantis, vt non conuentus a creditore ante finem temporis soluat, ne periurium incurrat. Alij dixerunt ꝙ debitor conuẽtus excipiat: & in simul absolutionem petat a parte, quæ si noluerit soluere iudex absoluere debet. Nec obstat litera ibi dum dicit, compelli debet vi iuramenti. s. si non petijt absolutionem, vel ꝙ compellatur ad relaxationẽ. sic excipitur quo casu actor repelletur a tali exceptione cum talis exceptio sit admittenda: vt plenè in c. 1. eo. titu. de iureiu. & allegat etiam consilium Federici consi. 272. aliàs consilio 274. & transit d. Anto. in d. ca.
20 debitores. dicens † ꝙ licet Federicus eodem consilio voluerit
c in absolutio requiri citationem[c] partis & summariam causæ cognitionem: & si fuerit elapsus terminus ad soluẽdum, cum sit periurus, non est absoluendus, per regulam, quia frustra tamen ipse d. Anto. dixit hoc potest facere iudex si vult, tamen potest etiam sine his absoluere, & tenet absolutio sicut alias. de app. c. quia fronte: & hoc ex eo, quia stante ꝙ ex sola promissione agi non potest; & ex iuramẽto nulla oritur obligatio parti, licet ipsi Deo. & sic vbi quis petit absolui, tractatur de interesse Dei, & Deus semper est præsens, ideo in ea non requiritur aliqua citatio, sicut etiã dicitur de parte præsente. C. quomodo & quando iudex. l. si vt proponas. & ideo iudice absoluente ex quo ipse præsens est consentire videtur iudici, quia loco eius est sicut dicitur in dispensatione in quo non est vocanda pars, nec in concessione priuilegij iuxta doc. Ioan. And. & Inn. in c. veniens, de fi. presby. & de priui. c. cum olim. cum in illis non tangatur nisi ius superioris, & dispensati, & priuilegiati, & similiter etiam dixit ꝙ licèt non soluerit intra terminum, & sic est periurus, tamen adhuc poterit petere absolutionem, quoniam ad duo erat obligatus, & ad soluendum ad terminum, & ad soluendum simpliciter. l. Celsus. ff. de arbi. & de dolo. & contu. c. dilecti. & si nõ soluit in termino peccauit in hoc, & est periurus, sed inquantum obligatur post terminũ soluere, non peccauit, & sic poterit petere absolutionem. per quod ipse reprobat doctrinam Fede. in loco præallegato: per quæ hic data etiam validitate iuramenti, & si huic posset dici propter lapsum termini, quo non soluit sortem merum periurium incurrisse. tamen non incurrit periurium, quia non soluebat vsuras, quia cum illa promissio pœnæ habet conditionem si nõ soluerit. l. cũ quid si cer. pe. & plenè in l. ita stipulatus infra de ver. ob. & per lapsum termini dicit purifica ita conditio, vt in d. l. ita stipulatus. & sic illa purificata ꝓmissio non potuit eodẽ momento nasci, & in mora constitui. l. quoties. & ibi plenè per Bar. ff. de ver. ob. & illi non erat adiecta aliqua dies, meritò potest dici eũ in morã ex cursu tpis nõ incurrisse & successiue nec in periurium, & sic ẽt in nullo habet obstare doctrina Fed. ẽt si esset vera, nec posset hic repelli dicẽdo, tu es periurus qa quid ad te. l. loci corpus. §. cõpetit. ff. si ser. ven. qa fortè soluit: licet elapso termino, & recepit ergo sua nõ interest ex quo satisfactum est. tum ẽt quia in hoc Deũ habet vltorẽ: vt in l. 2.

C. de reb. cre. & illi est imponenda pœnitentia: vt ibi plenè. & quia quantum ad id quod petitur, non est periurus. & si periurus, potest excipere exceptione vsuraria per c. pastoralis. & ca. cum inter. de excep. Bart. Ang. & Imo. in l. de pupillo. §. qui re-
21 mis. ff. de nou. ope. nun. ¶ † Vltimò pondero aliud per quod resultabit ꝙ etiam dato quod hic non possit opponi exceptio vsuraria, sed remansisset in mera pęna exigibili in vtroque iure, tamen propter non solutionem sortis, nunquam venit illa cõmittenda stante forma conuentionis, quę est ꝙ debeat soluere per totum mensem Maij cum pacto pignorum &c. & stylus extensionis dictionis &c. est si non solueret intra dictum tempus, pręsentet pignora, qui stylus debet attendi: vt dixit Bar. in l. Gallus. ff. de lib. & posth. Guil. in l. si duo. §. idem iul. ff. de iureiu. habet enim vim legis, etiam quò ad obseruãtiam Cyn. & Bal. in l. 1. & l. fi. C. quę sit long. consue. & l. de quibus. ff. de leg. Illa ergo conuentio de pręsentatione pignorum, non habet locum nisi cum constet illum non soluere sortem, hoc autem non cõstat nisi termino elapso, per quem purificatur illa conditio, si intra terminum nõ solueret: vt in l. Celsus. ff. de arbi. per cuius lapsum obligatio ad pignora dicitur esse transfusa, & nouata: vt in l. obligationum ferè. §. fi. ff. de ac. & ob. & assignationi pignorum quorum obligatio committitur per aduentum diei: Sed non fuit adiecta dies, ergo nulla est mora commissa in assignatione pignorum, ergo non est pœna commissa. nec potest dici commissa mora per litis contest. quia in iudicio est petita pęna, quę non est commissa. Si enim volebat reum obligari ad commissionẽ pęnę, debebat petere illum cõdemnari ad pręsentationem & commissionẽ pignorũ: & illo non pręsentante ad pęnam, quod cũ non fecerit pęna non fuit commissa. imò & plus lite contestata super pignoribus potuisset moram purgare per l. si insulã. & quod ibi Bar. ff. de ver. ob. Et in hoc errant multi credentes ꝙ per lapsum termini adiecti ad solutionem, intelligitur lapsus etiam assignationi pignoris, qm̃ debuisset dicere intra dictũ terminũ, vel pręsentare pignora. Quo casu licet alterũ sufficiat adimplere. l. eũ qui certam. ff. de ver. ob. & si ad vtrũque simul teneatur. l. si duo. eo. tit. hoc est verũ, si intra dictum terminũ; sed in casu de quo quęritur, non simul ad vtrunque est obligatus, sed separatim & purè ad quantitatem soluendã intra terminum, & ad pręsentationẽ pignorum sub cõditione, si in terminum assertũ non soluerit: & hoc, vt dixi, solum per cursum temporis dicitur non soluisse: & sic ex tunc purificata est conditio, & facta est trãsactio illius quantitatis d. l. obligationum ferè. §. fi. & quod dixit Bart. in l. ita stipulatus. ff. de ver. obl. & ita per non solutionem pecuniæ nulla potest pœna committi: quia in defectũ non solutę quantitatis fuit aliter prouisum. nec potest obligatio committi ad præsentationem pignorum, & ad pœnam ne fieret transfusio obligationis & commissio pœnę, & maximè attenta doctrina
22 Bart. in d. l. ita stipulatus. in sua distinctione † prout conclusit in contractibus stricti iuris pœnalem stipulationem nouare præcedentem, per d. l. obligationũ ferè. §. fi. & maximè si priuatiua obligatio esset ex causa lucratiua, prout hic erat ꝑ maiori parte attenta forma transactionis, habita relatione ad narrata in quibus fit mentio statuti punientis agricolas non bene laborantes: per quæ satis concluditur pœnam. c. ducatorũ non fuisse commissam, quia non soluerit quantitatem intra terminũ, per rationem prædictam, similiter nec per non assignationem pignorum, attento ꝙ tempore litis contest. non fuerit in mora assignandi pignora. nec per litis contest. non est constitutus in mora: quia illa non petijt, sed pęnam. Præterea ex quo præsentationi pignorũ fuit adiecta specialis pęna. s. ad pęnã tantundẽ; quæ est iuxta legitimum modum vsurarum. l. eos iuncta. l. cũ allegas. per regulam. l. doli clausula. ff. de verb. obl. & ibi Dy. &
23 Bar. in l. sanctio legum. ff. de pę. † quibus dicitur clausulã generalem non extendi ad casus quibus specialiter est prouisum. l. libertis quos. ff. de ali. & cib. leg. & quod voluit Cy. in l. cum quæstio. de leg. sit ergo cautus aliquis stipulator in modo percipiendi stipulationem, & quæ si dubia est semper contra eum fit interpretatio. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de ver. obli. & ibi Dy. & Bar. dummodo aliquid operetur. & in l. triticum. eo. titu. & text. cum gl. in l. veteribus. ff. de pac. & etiam quia interpretatio fiat congrua, & non per subauditionem, vt in l. Titia. §. idem respondit. per gl. Dy. & Bar. eo. ti. interpretari autem ꝙ durante termino soluat pecuniam cum præsentatione pignorum hoc esset inconueniens dicere, & pignorum præsentatio esset nulla, cum per solutionem sit extincta omnis obligatio, cui non poterit accedere pignus in l. 2. C. de lu. pig. & intelligere ꝙ natura illius, vt dixi, est conditionalis, & conditio per lapsum termini purificetur, est bona, verisimilis & æqua, & iusta, & conueniens, & conuenit practicæ & doctrinę Iaco. de But. de qua supra est admittenda. secundum quam sequitur partes dñi iudicis esse in absoluendo reum conuentum declarando ipsum non incurrisse pęnã contractus, & maximè, quia stante aliqua dubitatione in iure potius est inclinandum in fauorẽ rei, tum quia reus. l. Arrianus. ff. de act. & ob. & l. fauorabiliores. ff. de re. iur. tum quia agitur ad pęnam. vnde succedit regula. l. si de interpretatio & l. præses, de pœnis. & in regula, in pœnis. de reg. iu. li. 6. cætera suppleat prudentia, & sententia ius dicentis. die vltima Februarij 1464. & ita vt supra scriptum est, dico & consulo ego Anto. de Prato veteri, iuris vtriusque doctor, Comes, & Sacri Imperialis consistorij consiliarius Bono. iura ciuilia legens.

ADDITIONES.

a ¶ Donationis. Adde no. supra lib. 2. consi. 119.
b ¶ Odiosus. Ad hoc quæ dixi in consue. Parisien. §. 62. q. 5.
c ¶ Citationem. Vide supra lib. 2. consi. 221. col. 3.

SVMMARIVM.

1 *Pœna adiecta donationi quantitatis indistinctè non valet tanquam in fraudem vsurarum nisi in compromisso. & nu. 4.*
2 *Determinatio respiciens plura, determinat æqualiter, nisi alterum sit magis fauorabile.*

CONSILIVM L.

Subscriptio Alexand.

* Viso instrumento * transactionis prædictæ, & his quę copiosè & eleganter scripta sunt per famosissimum dominum supra consulentem, quamuis negari non possit in hoc articulo varias esse opiniones, tamen adhærendo illi opinioni quam de iure puto veriorem & æquiorem, & quam legendo sum semper solitus sequi.
1 ¶ † Concludo vnà cum præfato dñ. consultore pœnam adiectam in contractu transactionis, in quo reus promisit actori soluere ad certum tempus quãtitatem pecuniæ cum pacto præsentationis pignorum, & promissione pœnæ æquiualenti ad sortem: & si pignora non fuerint præsentata: & cum promissione alterius maioris pœnæ, si contenta in instrumento transactionis seruata non fuerint, non posse cum effectu exigi. Nam præsuppono ꝙ verior videtur de iure illa opinio, quę habet ꝙ pœna adiecta dationi quãtitatis intelligatur adiecta in fraudem vsurarum, siue stipulator sit solitus fœnerari, siue non. l. Iul. §. idem Papi. & ibi glo. ff. de actio. emp. & l. cum allegas. C. de vsu. non violando illa iura. & sequuntur omnes illi, quos retulit consultor supra. & etiam Angel. in l. virum. ff. de petit. hæred. Rapha. Fulgo. in l. prima. C. de sen. quæ pro eo quòd interest. & Ioan. de Imo. in c. cum dilecti. de arbit. etiam si sit adiecta in contractu transa-
* ctionis: * in quo reus cõtra quem petitur pœna promiserat dare pecuniam. Item tenet Ray. Rapha. Fulgo. & Pau. de Cast. in l. promissis. C. de transact. quia est eadem ratio, quæ est in alio contractu. & intelligunt. d. l. promissis, quando pœna non erat adiecta dationi quantitatis pecuniæ, vel quando non excludebat pœna legitimum modum vsurarum permissarum illo tempore, iuxta. l. eos. C. de vsu. & ita etiam in contractu transactionis tenuit Ioan. de Imo. in l. cum seruus. ff. de condit. & demonst. referens quòd ita tenuit Iac. But. in d. l. promissis. sequendo vltramontanos. & reprehendit opi. quam ponit Bald. in d. l. cum allegas. & licèt Ioan. de Imo. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum obligatio. videatur tenere contrarium in contractu transactionis, scilicet quòd pœna sit exigibilis, tamẽ videtur moueri ratione non vrgenti. Mouetur enim ꝙ in pctõ transactionis licèt sit actum ꝙ reus det quantitatem sub pœna, tñ pęna non videtur adiecta merę dationi: quia nõ est apposita pœna merè in fauorem rei si actor contra faceret; sicut ergo reus tunc posset petere pœnam, quam petit ex eo quia actor non facit id quod facere promisit: ita econtrà si reus nõ adimpleat, debeat actor posse petere ratione æqualitatis seruandæ, argum. l. fin. C. de fruc. & lit. expen. l. iam hoc iure. ff. de vulga.

 & pu.

& pu.l.fi.ff.de acceptila.certè hæc ratio qua mouetur Ioan.de
2 Imo.in d.§.alteri,non videtur vrgens: † quia vbi qualitas obligationis suadet inæqualitatem seruari inter contrahentes, seruabitur inæqualitas. Vnde pone ꝙ vnus ex contrahentibus teneatur ad factum,in qua obligatione succedat obligatio ad interesse.l.stipulationes non diuiduntur, ver. Celsus.ff.de verb. ob.l.si quis ab alio.ff.de re iud.& alius econtrà teneatur ad dandum quantitatem,& ambo pariter promiserunt adimplere,dicemus ne ꝙ ratione æqualitatis seruandæ in hac obligatione dandi succedat obligatio ad interesse? certè non. l.iam hoc iure.§.fi.ff.de vul.& pup. Ad quod optimè facit quod no.glo.in l.ex empto.in prin.in ver.facere cogitur.& ibi clarius Bart.in prima quæstione.ff.de act.emp.Facit etiam.l.si seruus liber.ff. de statu.lib.& l.si ita scriptum fuerit cum Titius. ff.de manu.
3 testa.† vbi apparet ꝙ licet quando vna determinatio determinat plura determinabilia, debeat intelligi ꝙ pariter determinet omnia d.l.iam hoc iure.cum simil.tamen fallit nisi vnum de illis determinabilibus sit tale,cui iura magis faueant quàm alteri,vt ibi.& ita illum tex.ponderat Benedictus de Plumbino in d. l. si ita. sed ita est ꝙ iura magis fauent pœnæ adiectæ promissioni facti vel speciei,quam adiectæ promissioni dationi quantitatis.l.Lucius.ff.de act. emp.l.4.§.fi. ff.si quis cau.& no.plenè per doc.in d.§.alteri.cum concor.ergo &c.& præsertim: quia non pendet a potestate partium posse facere ꝙ illa pœna quæ præsumitur adiecta in fraudem vsurarum illicitarũ exigatur cum effectu.l.pecuniæ,in princi.ff.de vsu.l.eos.C.de vsu.cum simil.vbi autem penderet à potestate partium potuisset procedere ratio reddita per Io.de Imo.in d.§.alteri. nõ ergo debet concedi per indirectum id quod directè non conceditur.c.statutum.de hære.in 6.& in regula,cum quid vna.sicut ergo si separatim pœna est adiecta dationi quantitatis non potest exigi, ita nec si in eadem clausula concernente pariter dationem quantitatis ex parte rei. & præstationem facti ex parte
4 actoris.facit.l.falsa.§.fi.ff.de condi.& demon.† Nec etiam habet obstare ꝙ multi tenent pœnam adiectam in compromisso posse exigi, si non detur quantitas in qua danda condemnauit arbiter, iuxta ea quæ plenè traduntur in l. 5.§.fin. cum multis concor.ff.de ver.obli.quia alia est ratio in pœna adiecta compromisso: quia illa non potest dici ꝙ à partibus fuerit adiecta in fraudem vsurarum,cum partes tempore compromissi ignorent qui factus sit arbiter,quæ ratio cessat in contractu transactionis;& pęna in eo apposita,& ista diuersitas rationis & plures aliæ colliguntur ex notatis per doc.maximè per Io.de Imo.
5 in d. §. alteri. † nec etiam potest peti ex eo ꝙ sit adiecta pacto præsentationis pignorum apposito promissioni quantitatis: quia illa est verior & æquior, & magis communis opi. ꝙ si est appositum pactum prædictum in eodem contractu, non teneat: vt probat Dy.& Bar.in d.l.cum seruus.& dicit Io.de Imo. ibi,quòd ista est communis opi.& seruanda.& ita etiam tenet Ang.in l.vtrum.ff.de peti.hær.& in d.l.cum allegas.& Pet.de Ancha.Io.de Imo.in c.dilecti.de arb.& idem tenet ibi d. Car. vbi reprobat practicam prædictam; quæ instrumentis prædictis seruatur Bono.& ita etiam tenet ipse in c.sacro. de feu.excom. & alij quos retulit supra dominus consultor: & dicit
6 Ang.in consi. 98.aliàs 222.inci.Arnoldus &c.† ꝙ talis stipulatio pęnalis adiecta in fraudem vsurarum, non validatur iuramento, consulo tamen ꝙ dictus promissor pęnæ, si est in statu in quo possit petere absolutionem a iuramento illud faciat, iuxta not.per doc.in c. 1.& in c.debitores,de iureiu.& ita dico & consulo ego Alex.de Tartagnis.

ADDITIONES.

* Viso instru.] Vide per eundem Alex.& consi.97.eo.lib.4. Natta.
* Transactionis.] In contrariam iuit sententiam idem Alexand consil. 135.col.5.lib.6.secutus Imo.in contractu transactionis.Vide Ruin. consi.133.col.penul.lib.1. Natta.

CONSILIVM LI.

Ioan.de Zanis etiam subscribentis.

Cum dicatur 26.q.7.non obseruetis. siue manducatis siue bibitis,siue aliquid alind faciatis in nomine domini nostri Iesu Christi facite.& ea causa.q. 5. non liceat.dicatur, Deum inuocet qui eis sapientiam donauit.Ea propter inuocato præsidio Iesu Christi, ac gloriosæ virginis Mariæ aduocatæ meæ. dico visis consilijs prædictorum consulentium famosissimorum doctorum, videlicet d.Ant.de Prato veteri. & domi. Alex.de Imo. se subscribentium: quibus nil videtur posse addi, cum tot & quasi omnia deduxerint. & tam clarè huius consultationis veritatem demõstrauerint. Vnde rei tam clarè demonstratæ frustra petitur additio. l. 1. ff.de dote prælег.in fi.maximè;quia vt dicit tex.6.q.1.si omnia.superuacuis laborat impẽdijs, qui solem facibus certat adiuuare, & plenitudo adiectione non indiget, nec nulla requirit commẽdationis argumenta.facit tex.in c.bene quidem.dist.96.Tamen vo-
1 lens satisfacere petenti de sola subscriptione requisitus: † & qa veritas sæpius exagitata magis splendescit in lucẽ 35.q.9. grauo. & quia ꝙ repetitur, censetur magis validum & famosum esse ostenditur,iuxta.l.vnicam. C.de emenda. C. & integrum sit iudicium quod plurimorum sententijs confirmatur 64. dist. extra conscientiam, duxi ad confirmationem prędictorum pruden issimè consulentium, omissis quę in dictis cõsilijs allegantur & adducuntur vltra prędicta adducere dominum Ludo.de Roma pręceptorem, & dominum meum singu-
2 larissimum in l.& si quis.§ fi.ff.si quis cau.† vbi distinguit qđ aut pęna est adiecta dationi,aut facto.Primo casu ipse indistinctè tenet ꝙ vbi pęna est adiecta dationi, vt est in casu nostro, quod intelligitur adiecta in fraudem vsurarum. ¶Et nõ potest peti nulla facta differentia, an sit consuetus fęnerari vel ne. & sic in casu de quo quæritur indubitanter dico ꝙ non potest peti: & maximè propter excessiuum modum & quantitatem pęnę: vt deductum est dictum in 1. consi. Secundo verò casu.l. quando est adiecta facto: dicit quod dato ꝙ Dy.in l.cum seruus,de condi.& demon.& Io.And.in addi.Specu.in rubri.de obli.& sol.§.ante omnia.teneant quod non possit peti,cum ipsum factum cui pœna est adiecta,est promissum propter quantitatẽ: ergo pœna videtur adiecta tam facto quàm ipsi quantitati:sed si ita est,sequitur ꝙ exigi non potest.l.cũ allegas.C.de vsur.& quia ꝙ non licet vna via &c.c.4.de priuil.& c.tuę. de procu.sed certum est ꝙ ista pœna si adijcitur quantitati, non potest exigi; ergo idem si adijcitur facto promisso propter ipsam quantitatem:quia fieret in fraudem vsurarum:quia leges prohibent omnes fraudes. l.eos. §.machinationes. C.de vsur. & dato etiam ꝙ Bar.in d.l.cum seruus. dicat ꝙ aut factum est promissum ratione mutuatę pecunię incontinenti, & tunc procedit opi.Io.And.& Cyn. sed si incontinenti in eodem instrumento est adiectum pręsumatur in fraudem:secus si ex interuallo,tamen ista opi.ꝙ si ex interuallo non pręsumatur fraus, dicit ipse Lu. quòd non videtur sibi bona: quia interuallum non videtur tollere fraudis pręsumptionem. l.si mulier perfecta.C.ad vellei.vnde concludit ipse in d.§.fin.in hoc de pœna adiecta facto standum opi.Bal.in d.l.cum allegas. ꝙ aut istud factum celebratum ab eo qui consueuit fęnerari, & tali casu ipsa pęna est inexigibilis.c.illo vos.de pig.& gl.in l.pęnam. ff. de vsur.aliàs secus, vt ibi latius per eum. ¶ Ex quibus apparet in casu de quo quęritur nullo modo esse dicendum pœnam hanc exigi posse.Ad hoc etiam dicendum me mouet vltra authoritatem & decisionem d. do.Lud. mihi pręceptoris singularissimi in legibus, & canonibus alterius mei timoratę conscietię pręceptoris,& egregij do.Io.de Anania in c. fi.de vsur.
3 vbi licet primus consulens dicat ꝙ † recitatis opinionibus nil concludit. Tamen dico ꝙ cum ipse vltimò recitet opi. domi. Lauren.de Rodul. de Floren. qui voluit ꝙ vbi pœna adijcitur facto ꝙ potest peti quantũ est pro eo ꝙ interest ipsius petentis: Si verò adijcitur quantitati, nullo modo potest petere: quia semper pręsumitur adiecta in fraudem vsurarum.&c. quòd ipse videtur hanc approbare. Sic in simili dicimus de dictis Inno.in c.cum Bertoldus.de re iudi. vbi dicitur quando recitat opi. aliquas quòd videtur adhęrere vltimę, facit quod dicitur per glo.in l.qui filium. §. Sabinus. ff.ad Trebe.& Barto. in l.bona fides. ff. depo.& Bald. idem in authen. ex testamento.C.de colla.in 1.col.versi.preterea. vbi etiam per domi. Ludo.qui ad idem allega. Io. And. idem dicentem & referentem Hostien.dicentem ita se audiuisse viua voce ab Innocen.in c. 1.de pœnis.& in capitu.1.de senten.excom.in 6.in nouella.& Bald.etiam in ca. 1.an apud iudi.vel cur.do.quęstio terminade. Et sic cum dicti duo mei pręceptores hanc opi. sequantur scilicet ꝙ vbi est adiecta dationi quantitatis, vt in casu nostro quòd

quod cenſetur adiecta in fraudem vſurarum. Audacius dico
in caſu præſentis conſultationis, nullo modo poſſe petere di-
ctam pœnam, dato quòd vt patet ex prædictis conſilijs & di-
ctis præfati domini mei Ioan. de Anania doc. omnium opi.&
dictis recitatis de quibus in dictis conſilijs apparet hanc eſ-
ſe communem opin. vt etiam dixit do. Ioan. de Imo. in l.cum
ſeruus. ff.de condi.& demon. vbi dixit hanc eſſe communem
& veriorem opin. vnde ab ea nullo modo eſt recedendum in
iudicando & conſulendo: & maximè cum glo. Accurſij hoc
voluerit in l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cer.pet. vnde non eſt receden
dum ab ea: vt dictum eſt ſupra in 1. conſilio, vt dixit etiam
Bal.in l.1.in fin.ff.de vulg.& pup.& in c.1. in fi.tit.de natura
4 ſucceſ.feu. vbi dicit quòd † in dubijs opin. multum ſequitur
glo.ordinariam: quia non poteſt adhærere meliori. facit quod
not.Cyn.in l.non moriturum. C.de contrahen.& commi.ſti-
pu. vbi dicit: Aduocate audi idolum tuum, id eſt glo.&c. vn-
de ex prædictis idem eſt concludendum quod ſupra per præ-
fatos conſulentes eſt dictum. & maximè etiam: quia attento
ꝙ tot & tanti patres tam iuris ciuilis quàm canonici, vt eſt
Hoſti. qui eſt pater canonum & æquitatum Io. An. Bar. & Bal.
Saly. & Ant. de But.& alij de quibus vt ſupra in dictis conſi-
lijs: & in d.ca.fi.per d.Ioan. de An. recitatis poteſt ſummopere
dici non eſſe aliud dicendum, etiam ſi lex vel canon in hoc
5 deficeret: † quia ſufficit allegare autoritatem maiorum doc.
vbi deficit lex, ita probat text. egregius ſecundum Ang. in l.ſi
cum eodem. ad fi. ff. de iuriſdi.om.iud. pro quo etiã facit text.
& ibi etiam Domini. de S.Gemi. 20. diſt. de quibus. Vnde ex
prædictis conſtat ꝙ in deciſione concurrit authoritas maio-
rum doc.& quaſi omnium: vt ex prædictis in dictis conſilijs,
& locis deductis apparet: vnde non eſſet tutum aliquo modo
iudicare contrarium, quinimò iudicans poneret ſe in pericu-
lo, per id ꝙ dixit Bart. in l. 1. C.de pœna iudi.qui.ma.iudi.&
Io.And. in c. 1. de re iud.& in c.vt debitum. de appel. facit qđ
dixit Bald. in l.precibus. C.de impu.& alijs ſubſti. vbi dixit ꝙ
non audet recedere ab vniuerſitate doctorum: imò illos ſequi
tur poſt terga colligendo ſpicas, Facit text. cum glo. in c.in ca-
nonicis 19.diſt. glo.de pœni.diſt. 1.§.quidam.& text. in l.j. de
ſena. & in l.athletæ de ijs qui not.infa. & quod dixit Hoſti. in
c.cappellanus. de fe.& Bart. in diſpu. ſua quæ incipit, a ſenten
tia iudicis &c. Bald. in l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de offi. pro-
con.& Ange. in l.cum prolatis.ff.de re iud. Vnde nullo modo
conſulerem iudici ꝙ contra prædictas deciſiones iudicaret; ta
men pp præiudicium ſui, tam in foro contentioſo quàm ẽt in
6 foro conſcientiæ, † cũ pœnæ in foro cõſcientiæ non debeãtur:
vt habetur per glo. 12.q.2.fraternitas. Bald. in l.id quod pau-
peribus. de epiſc.& cleri.& Pet. de Anch. in c.pe. de teſt. vnde
debetis cauere ne velitis fauere huic peccato lucri cum alie-
na iactura facti: & contra conſcientiam: quia eſſetis partici-
pes peccati, cum debeat quis quantum poteſt prohibere ne
peccatum per proximum committatur. 93. diſt. diaconi 23.
q.4. ipſa pietas. & c. facientis. 86.diſtin. vbi dicitur facientis
proculdubio culpam habet ꝙ qui poteſt corrigere, negligit
emendare.& c.ſi aliena res. 14. q. vlt. circa medium. ibi, illud
enim fidentiſſimè alias euidentiſſimè dixerim cum qui pro
homine. & hoc interuenit ne male ablata reſtituat, & qui ad
ſe confugientem quantum honeſtè poteſt ad reddendum non
compellit ſocium eſſe fraudis & criminis facit. 83. diſtin. in
prin. ibi, mortem enim languentibus probatur infringere qui
hanc cum poſſit non excludit, nec caret ſcrupulo ſocietatis
occultæ qui manifeſto facinori deſinit obuiare, vt in ca.ſicut
dignum. de homi.& in c.error. 83.diſt. ibi, error cui non reſi-
ſtitur, approbatur. & veritas cum non defenſatur, opprimi-
tur: negligere quippe cum poſſis perturbare peruerſos, nil
aliud eſt quàm fouere: vnde ne videamini fouere tantam pœ-
nam & vſurariam nequitiam debetis a petitis abſoluere, ne ta
lis cum detrimento exigat, quod non debet: ne pro eius facto
anima veſtri iudicantis illaqueatur. vt in d.c.ſi aliena.& c. nõ
ſanè. 14. q. 5. attento maximè ꝙ non remittitur peccatum niſi
reſtituatur ablatum. in ca.cum tu. de vſur.& in regula pecca-
tum. de reg.iur. in 6. ¶Vnde expediret nobis.d.iudicanti ea ſa
tisfacere cum veſtri fauore, & facto indebitè reciperet per iu-
ra allegata.& text. in ca. præterea. in fi. ibi qui in crimina quæ
poteſt emendare non corrigit, ipſe committit. facit. c.quanto,
de ſenten.excom. vbi agentes, & conſentientes pari pœna pu-
niuntur. Et verè domine iudicans non omittam duo verba,
quæ fortè poſſent adduci pro contraria parte, ſcilicet ꝙ dato
ꝙ ſit tantorum, & tot doctorum opin. ſupra concluſa, nihilo-
minus poſſet dici ꝙ etiam ſunt aliqui in opi. contraria, quę &
ſi non eſt ſequenda, tamen adhuc dico, quãquam dicat Barto.
in l. 1. de pœna iud. qui malè iud. quòd propter opi. doc. lex di
catur incerta, iuxta ea quæ no. in prima conſtitutione. C.§.qui
bus facit quod no. l.2. de iur.& fac. igno. quod in hoc caſu de
bet diſcretio iudicantis prędictam opinionem, ſupra conclu-
8 ſam amplecti † cum in dubijs opinionibus maximè vbi tra-
ctatur de fauore animæ, illa eſt amplectenda quæ tutior eſt, vt
in c.iuuenis. de ſpon.& in c.illud de cle.exc. de pœn.diſt.7.c.
2. vbi dicit, tene certum, & dimitte incertum. Et etiam: quia
tutius eſt ex benignitate, id eſt ex remiſſione præmium expe-
ctare, quam de auaritia reddere rationem. 26. q. fi. allegat &
voluit d.Pet. de Ancha. in ca.ad liberandum, de iudæis. facit
quod not. in ca.ad audientiam, per glo.& doc. de homi.cum
ſi. vnde cum tenendo opi. ꝙ hæc pœna ſit adiecta in fraudem
vſurarum: & ſic non poſſit peti prouidebitur & conſcientiæ
iudicis & petentis, ne ſi ſecus fieret, cadat in laqueum. Ex qui
bus in ſumma concludo idem quod ſupra domini conſulen-
tes concluſerunt, ſcilicet ꝙ videatur adiecta in fraudem vſura
rum dicta pœna: & ſic non poſſit cum bona conſcientia domi
9 nus iudex aliter iudicare, quẽ abſoluere à pœna petita. † ſciẽs
quòd qui facit contra conſcientiam, ſibi ædificat ad gehennã
in c.per tuas, de ſimonia.& c. literas. de reſti.ſpo.& 28. q.1.§.
ex his. cum ſimi.& ita vt ſupra eſt dictum & concluſum, dico
de iure eſſe dicendum concludendum tam in foro contentio-
ſo, quàm conſcientiæ, Ego Ioan. de Zanis iuris vtriuſque do-
ctor Bononiæ iura canonica legens.

SPECTABILIS ac generoſus miles d.M. ciuis Bono.
condidit teſtamentum in quo inter alia diſpoſuit, hoc modo:
nam omnes fœminas filias competenter dotauit, filios verò
maſculos qui erant tres numero vniuerſales hęredes inſtituit,
& ſubſtituit per hunc modum, videlicet in omnibus autem
alijs bonis ſuis mobilibus & immobilibus, iuribus & actioni
bus tam præſentibus quam futuris ſibi hæredes, pro æquis
portionibus inter eos vniuerſales inſtituit, eſſe voluit, & reli-
quit. R. & G. eius filios legitimos & naturales, & etiam alios
quoſcunque ipſius teſtatoris filios maſculos legitimos & na-
turales, vnum vel plures poſthumum, vel poſthumos, aut me
dio tempore natum vel natos, & in luce peruenientes naſcitu
rum ſeu naſcituros ex ipſo teſtatore & domina L. eius vxore,
ſeu ex alia quacunque futura vxore legitima ipſius, & ipſos
omnes & ſingulos inuicem ac ſuperuiuentes ex eis præmoriẽ
tibus in pupillari ætate, vel aliàs quandocunque ſine filijs legi
timis & naturalibus ſubſtituit, & ſibi hæredes vniuerſales in-
ſtituit pupillariter, vulgariter, & per fideicommiſſum. & ſi cõ
tingeret dictos omnes eius ſuprà nominatos filios, & hęredes
natos, & naſcituros: vt ſupra mori & decedere in pupillari ęta
te, vel aliàs quomodocunque ſine filijs legitimis & naturali-
bus: tunc & eo caſu & caſibus eiſdem omnibus ſuis filijs ſic
decedentibus ſubſtituit & ſibi hæredem & hæredes inſtituit:
& eſſe voluit A. ſi tunc viueret & ſupererit, alias ipſo A. exiſtẽ
te mortuo ipſius A. filios maſculos legitimos & naturales, qui
& ſi tunc ſupererunt, & viuerent, & ipſo A. exiſtente tunc
mortuo, & ex eo tunc nullus ſupereſſet filius maſculus, vt ſu-
prà aut ipſi A. poſt mortem omnium dictorum ſuorum filio-
rum præmorientium ſine filijs maſculis, vt ſuprà, quandocũ-
que ſine filijs legitimis & maſculis, & naturalibus morienti,
& in omnibus & ſingulis caſibus prædictis ordine ſucceſſi-
uo, vt ſupra ſubſtituit, & ſibi teſtatori hæredem eſſe voluit, L.
eius fratrem, & ſi tunc viuet. & ſupererit. & ipſo tunc mortuo
exiſtente filios maſculos & legitimos & naturales. modò mor
tuo teſtatore mortuus eſt vnus ex eius filijs ſcilicet R. ab inte-
ſtato relictis filiabus fœminis, nullo vero maſculo, dubitatur
igitur vtrum iſtæ filiæ R. & per conſequens neptes teſtatoris
excludant patruos ſuos, ſcilicet G. & P. an verò patrui prædi-
cti eas excludant, ſaltem in dimidia parte ratione fideicomm.
& propter verba teſtamenti de quibus ſupra, & ſic quæritur
quid iuris: primò Andreas Barb. Bononiæ conſuluit pro pa-
truis locum eſſe ſubſtitutioni, & malè contrarium deinde pro
nepotibus, & bene, conſuluit Ludo. Bologninus cum ſuis col
legijs Ferrariæ.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Mens testantis attenditur etiam impropriando verba.*
4 *Honor & decus familiarum reseruatur per diuitias. & numero 42.*
7 *Masculinum an concipiat fæmininum.* 8.9.35.37.
10 *Lex extenditur ad amplitudinem suæ rationis.*
13 *Instrumentum vbi non loquitur, nec nos.*
14 *Vis maior expressi quàm taciti.* 41.
15 *Ratio tacita pro expressa habetur.*
17 *Verba licet offendere, vt seruiatur menti.*
19 *Coniecturis si constet de ratione legis sufficit.*
22 *Syllaba superfluere non debet in lege.*
24 *Priora ex sequentibus declarantur.*
27 *Exemplum traditum a notario qui recipit originale probat.*
28 *Notarij clausulas apponunt, quas non intelligunt, & nihil operantur.*
34 *Aequitas est abusiua, filias excludere vt masculi admittãtur.*
28 *Testatoris voluntas præsumitur conformis legi.*
40 *Probatio fit plena ex pluribus coniecturis.*
41 *Omissum non semper habetur pro omisso.*

CONSILIVM LII.

Andreas Barbatia.

* Circa hanc dubitationem in qua quæritur * vtrũ filiæ fœminæ natæ ex filijs institutis videantur vocatæ ad substitutionem, & per consequens videantur excludere patruos. Et indubitanter videtur de iure dicendum, ꝙ non: quia moueor ꝙ † tam de iure diuino, quam
1
a de iure positiuo attenditur mens [a] & voluntas testatoris, vt c. Marchion. & Basilides. 1.q.1. non in folijs sed in sensu consistit. Euangelium Lucæ 8. Matthæi 7. & 15. ad Roma. 4. l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demon. l. scire oportet. §. si maximè. ff. de excu. tu. l. 4. C. de necessa. hær. insti. l. ex facto. ff. de hær. insti. c. cum voluntate. de sen. excommu. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de sup. lega. l. scire leges. ff. de legi. c. proposito animi 32. q. 5. plene Fede. de Senis consil. 13. l. cum mulier. ff. sol. matri. l. pater Seuerinam. ff. de condi. & demon.
2 §. conditionum verba. † & impropriamus verba vt seruemus mentẽ legis, l. non dubium. C. de leg. l. quod Proculus. ff. de vsufru. Ideo dicimus ꝙ vbi manifestissimus est sensus testatoris, nunquam interpretatio verborum tantum valet, vt melior sensus existat. l. si quis filium. C. de liber. præte. & dicimus vt seruemus mentem testantis, ꝙ plus fuit dictum quam scriptũ. fingit enim lex quòd plus dixerit testator, quam notarius scripserit, & ideo dictum habetur pro scripto, & in hoc fuit multũm commendatus Papinianus iurisconsultus, vt l. cùm auus. ff. de condi. & demon. l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substi. & ex istis elicitur vera conclusio, ꝙ magnopere debemus attẽdere ad mentem huius testatoris, vt illa seruemus, cum non repugnent solennitatibus iuris. vt l. nemo potest. ff. de leg. 1. glo. in l. codicillis. ff. de leg. 2. cum sim. Deus profectò & sancti patres statuerunt omnibus modis seruandam esse vltimam voluntatem. ca. vltima
3 voluntas. 13. q. 1. † Præmitto etiam ꝙ facto ostenditur voluntas. l. reprehendenda. C. de insti. & substi. gl. in l. de quibus. ff. de legibus. glo. in l. dolum. C. de doli excep. iuxta illud poeticum: & facta loquuntur. Istis modò præsuppositis vt verissimis dico quod apto ore comprehendimus istum testatorem fecisse differentiam inter masculos & fęminas: quia filias suas proprias instituit in dotibus suis, sed masculos instituit in vniuerso, & ratio coniecturatiua mouens testatorem ad faciendum istam differentiam fuit conseruare familiam & agnationem suam: quæ sine diuitijs non conseruatur. l. 1. §. si seruus. ff. de ven. inspi. & doctor inclytus scripsit Augu. in libro de ci
4 uitate Dei † quod in familijs per diuitias conseruatur honor & decus. & facit illud poeticum, Haud facile emergunt quorum virtutibus obstat res angusta domi. & ẽt istud fecit respectu cuiusdam compensationis, quia vbi collocantur onera agnationis; vbi debent collocari commoda prouenientia ex agnatione. nã iniuriæ illatę agnationi vindicantur per masculos, & non p fœminas vt in c. 1. §. notandum qui feu. da. pos. & voluit Ia. de Are. in sua celebri quęstione, quã refert Io. And. in addi. Spe. in tit. de succes. ab intest. in rubrica quã egregiè ampliauit Bal. in consi. inci. Martinus Io. de Florẽtia posito inter consi. Ang. consi. 68. & quod voluit Bal. in l. certum. C. vnde cogna. & in l. 1. C. de adul. & in l. quod vero. ff. de legi. & in l. venia. C. de in ius voc. fœminæ enim transierunt in alienas familias: hac consideratione testator iste instituit filios masculos in vniuerso, & filias fœminas in dotibus, & est talis dispositio testatoris conformis legi Mosaicę: vt habetur numeri 26. c. vt commemorat Ange. in sua quæstione, Nobilis quidam gener. & Bal. & Sali. in l. cunctos. populos. C. de sum. Tri. & Sali. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. ergo illud voluisse videtur quod videmur fecisse: nam si ex verbis cognoscitur vo-
5 luntas, sequitur fortius ꝙ ostenditur facto. † voces enim sunt signa earum quæ sunt in anima passionum notæ: vt scribitur primo Periarmenias. Cùm ergo vocauit filios suos masculos ad vniuersam successionem sua exclusit suas proprias filias, sequitur ꝙ multofortius excluserit filias filiorum, & incluserit ipsos filios masculos: quia de quo minus videtur inesse: & tamen inest: ergo fortius & de quo magis. c. cum cunctis. de ele. vbi in glo. sunt concordantiæ. ergo si in viridi ligno istud fit, in sicco quid fiet? vt scribitur in passione dominica. Et adduco rationem quam adducit Bal. in l. Lucius. ff. de hæredi. insti
6 tuen. † vbi dicit quòd maiorem affectionem habet testator ad eos qui sunt in rerum natura, ergo sequitur quòd maiorẽ affectionem ad filias fœminas proprias tunc viuentes testator habuerit, quam ad neptes nasci turas ex filijs, & vocauit ipsos filios quos hæredes in vniuerso instituerat exclusis neptibus ex filio vel filijs nascituris. licet ergo testator quòd descendentibus suis filijs sine filijs legitimis & naturalibus instituebat, & substituebat superuiuentes, quòd tamen illa verba debent restringi ad filios masculos legitimos & naturales: videntur ergo vocati fratres altero fratre decedente sine filijs masculis legitimis & naturalibus. Cum ergo decesserint sine filijs masculis legitimis & naturalibus, est locus substitutioni: ergo quò ad istud fideicommissum sunt exclusæ fœminæ natæ ex isto fratre instituto. nec potest adduci aliqua ratio habens nec uum in contrarium: quia non est verisimile quòd testator vocauerit neptes, cum per prius non vocauerit suas proprias filias si testator non habuisset respectum ad agnationem substituisset filias sed illas non substituit: ergo sequitur quod multominus vocauit neptes futuras ad excludendum filios suos superstites masculos legitimos & naturales. & ideo dixit Bal. in l. 1. C. de ser. fug. ꝙ illud quod non est verisimile, est quædã falsitatis imago. l. milles. §. opem. C. de quæstioni. ¶ Et si quispiam dixerit ad eum casum ad quem adaptantur verba testamenti, adaptatur eius dispositio l. 4. §. toties. ff. de damn. infe. l. quod constitutum. ff. de test. mili. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. ca. identitatibus. §. sed cum eas. de elect. lib. 6. c. ad audientiam, de decur. l. 1. §. loquitur. ff. de magi. conue. sed illa verba, prædecesserint sine filijs legitimis & naturalibus, cõprehendunt filias fœminas: & per consequens excludunt patruos substitutos. Nam illud voluit testator quod verbis ex-
7 pressit, † Nullum enim est maius mentis nostræ testimonium
* quàm qualitas * inspecta verborum, vt dixit Bald. in cap. primo de test. allegans Cassiodorum, est enim lingua cordis præco, vt dixit Bald. in tractatu schismatis, & linguæ imperator est cor, vt dixit Bald. in cap. mandatum. de rescrip. facit. l. Labeo. §. item tubero. ff. de sup. le. Quod autem illa verba comprehendant genus fœmininum dum dixit, sine filijs legitimis & naturalibus, probat pręclarus tex. l. 1. de verb. significa. vbi text. dicit complectitur, quod videtur de significato proprio ac naturali: & per consequens non interpretatiuo: & istud sentit gloss. magistra. in d. l. 1. quæ dicit quòd ex mente & verbis masculinum concipit fœmininum: de qua gloss. facit festum Car. in clem. 1. de elec. pro qua est casus in d. l. 1. modo scribentes in c. si quis suadente. 17. q. 4. & in clem. 1. de elec. & in c. generali. eo. tit. libr. 6. & in l. si ita scriptum. ff. de leg. 2. & in l. 1. ff. de verbo. signi. & in l. si quis in tanta. C. vnde vi. & in l. quicunque. C. de ser. fugi. dicunt quod in casu fauorabili quãdo masculinum profertur a testatore comprehendit fœmininum. l. si quis. ff. de test. tut. cum si. sed istud masculinum sine filijs legitimis & naturalibus, exprimitur a testatore in casu fauorabili; ergo sequitur ꝙ comprehendit fœmininum, & per consequens filiæ huius fratris defuncti excludunt ipsos patruos

truos. Et istud est fortius quod posset adduci ex parte dicta-
rum neptum. Quia respondeo ad ista, & affero in medium qđ
b voluit Bal. [b] in suo consi. incip. De filio scriptum est. vbi dicit
8 † quod si masculinum concipit fœmininum ratione dignita-
tis, dicitur extensio: Si autem concipit ratione affectionis, dici
tur coniectura: si verò concipit propter identitatem rationis;
tunc dicitur comprehensio. modò in casu nostro si dicamus
quod masculinum concipiat fœmininum ratione affectionis,
istud est falsum, ex eo quia testator præsumitur habere maiorē
affectionem ad filias, quas tunc habebat quàm ad neptes quæ
tunc non erant in rerum natura: vt voluit Bart. in d. l. Lucius,
ergo ex affectione testantis non comprehenduntur filiæ fœmi-
næ. Aut dicimus ex identitate rationis, & maximè ex eo, quia
c testator non vocauit fœminas ad paria [c] cum masculis, cū pro
prias filias instituerit in dotibus, & masculos instituit in vni-
uerso, ergo sequitur quod non videtur testator voluisse mascu
linum concipere fœmininum. ¶ Præterea est diligenter ponde
randum, ponamus ꝙ ex isto defuncto remansissent filij & fi-
liæ, sequeretur ꝙ si illa verba importarent masculos & fœmi-
nas, quod simul viderentur fuisse vocati ad ipsam substitutio-
nem: quia cum masculinum concipiat fœmininū, quò ad pa-
9 ria fuissent vocati. † istud repugnat menti & voluntati testato
ris, qui fecit differentiam inter masculos & fœminas minus
honorando fœminas: ergo sequitur ꝙ in illis verbis ita gene-
ralibus, ꝙ non voluit comprehendere neptes. & si testator fuis
set interrogatus de hoc casu, vtrum in illis generalibus verbis
comprehendebat filias filiorum: indubitanter dixisset ꝙ non:
ergo perinde debet haberi ac si dixisset istud voluit glo. cele-
bris. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. glo. secundum Bal. ibi pro
cedit in legib. statutis & testamentis, vt ibi per eum facit gl. in
cle. abbates. de rescr. quæ idem voluit. & glo. in c. 2. de confes.
libr. 6. & glo. in c. diaconi 27. dist. & glo. in l. vnica. C. de rap.
virg. ergo viua ratione dicendum est, testatorem non voluisse
suos proprios filios masculos per existentiam neptum postea
natarum ex filio priuare. Præterea facit ad prædicta, testator
inuitauit filios masculos legitimos & naturales ad substitutio
nem filiorum, quò fit vt eodem modo videatur voluisse filias
suas excludi a fideicommisso per existentiam filiorum mascu-
lorum nasciturorum ex ipsis suis filijs, videt enim in isto suo
testamento voluisse prouidere agnationi, & illam prætulisse
neptibus. Ex hoc ergo euidēter apparet ꝙ illa verba sine filijs
legitimis & naturalibus, debent intelligi de filijs masculis, &
non filiabus, testator enim potius habuit affectionem ad agna
tionem suam, non enim est dare rationem quare magis voca-
d uerit filios legitimos naturales ipsius [d] Alfonsi masculos, & nō
filias fœminas: & voluerit vocare filias fœminas ad excluden-
dum suos filios masculos, sicut enim cōsiderauit fauorē agna-
tionis inter ipsos filios vniuersaliter institutos, cum ergo sit ea
dem ratio, sequitur quod erit idem ius: vt in ca. translato. de
10 consti. c. inter corpo. de transla. præ. † Præterea faciat vbicū-
que ratio legis est amplior dicto legis, extenditur dictū ad am-
e plitudinem rationis [e] ipsius legis. ista est glo. in clem. 1. de ele.
quam dominus Car. ibi reputat singularem pro qua est tex. in
l. pater filium. §. fundum. ff. de leg. 3. & in l. cum pater. §. dul-
cissimis. ff. de le. 2. & in l. regula. ff. de iur. & fac. igno. vbi Bar.
& Bal. vt probatur in ca. 2. requiris. de appella. & facit qđ vo-
luit Cyn. in l. non dubium. C. de legi. quia ratio legis est anima
legis, & voluit Dyn. in c. fi. de re iu. lib. 6. sed ratio agnationis
honorandæ in facultatibus & bonis, est amplior illius verbis,
decedentibus sine filijs legitimis naturalibus: ergo sequitur
ꝙ reducebatur ad limites agnationis, & limitabitur ad nepo-
tes masculos, & intelligitur si sine filijs masculis decesserint,
& ꝑ consequens dictum & dispositum legis reducitur ad ter-
minos rationis legis, & ampliat & restringitur ad amplitudi-
nem & restrictionem ipsius rationis: & prout res ipsa. & ratio
patitur. & in ar. faciat. l. 2. ff. de sta. ho. in versi. prout res pati-
tur, ita recto iudicio dici debet in testamento: quia seruatur
pro lege vltima voluntas. in aut. de nu. §. disponat. litera enim
11 occidit, † spiritus autem viuificat. cum ratio mouens istum
testatorem ad substituendum fuerit fauore agnationis: ergo
sequitur ꝙ omnes clausulæ positæ in substitutionibus debent
reduci ad fauorem agnationis. Quod autem fuerit fauor agna
tionis colligitur euidenter ex duplici capite, primò quia inui-
tauit masculos ad vniuersam suam hæreditatem, quo casu vi-
detur voluisse cōseruare suam agnationem in diuitijs, & suas
filias instituit in dotibus. Ex secundo capite colligitur ratio:
quia vocauit filios masculos legitimos & naturales nascitu-
ros ex illo Alfonso: ergo &c. Et si quispiam dixerit ꝙ prædicta
conclusio, ꝙ dictum & dispositum legis aut testamēti amplia
tur, & restringitur ad terminos rationis istud procedit quādo
ratio exprimitur in l. aut testamento. Sed quando non expri-
mitur: tunc est secus. sed in isto testamento in nulla parte ex-
primitur fauor agnationis: ergo cessabit ampliatio & restri-
12 ctio rationis: † quia illud quod nō est, nec extendi potest nec
restringi. l. sed si manente. ff. de præca. c. p. & g. de off. dele. ca.
significasti. de fo. compe. & per consequens cessabit ista argu-
mentatio: quia ꝙ non dixit lex, non dicemus nos: & quod nō
dixit testator, non dicemus nos. l. seruum. §. non dixit prętor.
ff. de acqui. hær. ideo dixit text. in l. fideiussores magistratuū.
§. pro Aurelio. ff. de fideiuss. in versi. lecta subscriptione. & l. si
quis sic stipuletur. l. stichum aut Pamphilum. in ver. parētib.
inspiciendus est sermo. ff. de verb. ob. & l. ad probationem. C.
de prob. in versi. quæ tenor designat. & c. præterea. de dila. in
versi. viso. tenore. & l. sancimus. C. de fideius. in versi. placiti
tenor. & in l. fi. C. de reb. ali. non alienan. & in c. si cui. de extra
* or. c. Corra. in vsi. feu. in ver. tenorem inuestituræ quem all. *
Bal. in procemio feu. l. si inter. C. de sol. c. tenor. c. recipiemus.
c. pe. de confir. vti. vel inuti. ideo dixit Bal. in ca. venerabilem
13 de ele. † ꝙ vbi instrumentum non cantat, nec ego cantabo. &
in ca. Rodulphus, de rescrip. dixit. vbi instrumentum non lo-
quitur, nec nos loquemur. & quod voluit idem Bald. in c. fin.
de proba. & in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & quod voluit.
l. quoties. C. de suis & legi. & in auth. cessante. C. de legi. hęre.
tex. in c. 1. de duo. fra. à c. inuesti. vbi Bald. dicit not. egregiū.
Cum ergo in casu nostro non exprimatur ex tenore testamen-
ti: & viso tenore istud exprimitur, vt in c. tenor. de re iud. er-
go sequitur ꝙ cessabit ratio agnationis: & illud quod non di-
xit testator, non dicimus nos, maximè ad præiudicium filia-
rum. ar. l. cum auus. ff. de condit. & demon. l. cum acutissimi.
C. de fideic. l. generaliter. C. de instit. & substit. & si quispiam
dixerit, sufficit ꝙ tacitè colligatur ratio fauendæ agnationis,
quia tacitum & expressum æquiparantur, vt l. cum quid. ff. si
14 cer. pet. cum si. † Quia ad hoc potest responderi ꝙ imo taci-
tum & expressum largè differunt, adduci posset quod voluit
Bar. in l. generaliter. ff. de verb. obl. vbi dixit quòd vbi stipula-
tio continet licitam & turpe causam, aut exprimitur causa tur
pis expresè, & tunc actus est ipso iure nullus. & ita soluatur
glo. quam Vltramontani reprobant. in l. iurisgentium. §. si ob
maleficium. ff. de pact. vt refert Cy. in l. 2. C. quod metus cau.
Aut illa causa turpis est tacita: & tunc actus non est ipso iure
nullus quia expressum est canon latæ sententiæ, sed non taci-
tum. & mouetur per id quod dicimus de sententia habente ex
pressum errorem: vt sit ipso iure nulla: & si habet tacitum er-
rorem, non est ipso iure nulla. vt in c. 1. de re iudi. l. 2. C. quan
do ꝓuocare non est neces. l. 1. §. j. quæ sen. sine appel. rescin. Ita
dicamus in proposito nostro. Item quia expressum facit silere
tacitum. l. fi. C. de pac. conuen. cum ergo in casu nostro testa-
tor dixerit, si sine filijs legitimis & naturalibus decesserit, ergo
sequitur quod satis expressit de fœminis per d. l. 1. ff. de verb.
sig. Quia ad ista, licèt videantur colorata facilè, & verum do
responsum. illud dictum Bar. in d. l. generaliter, reprobatur, &
etiam ratio sua, quia & illam reprehendit do. Car. in c. pactio
nes de pac. non tenet, in l. 1. C. de condi. ob turpē causam. nec
Ang. nec Ludo. Ro. in d. l. generaliter, vt videri potest. & alleg.
dictam rationem: quia tacitū & expressum ęquiparantur. vt d.
l. cum quid. & allegant alias rationes, vt ibi per Ludo. Roma.
15 † Quinimò plus dico de iure dicendum, ꝙ ubi nulla ratio ex-
primitur, ꝙ tunc illa ratio debet haberi pro expressa, quæ taci
tè colligi pōt tam in legibus q̃ in statutis, & in testamentis iste
est tex. ualde celebris. in l. quāuis. C. de fideicō. in uer. intelligi
potest. & non dicitur interpretatio extensiua sed intellectiua:
quia tex. ibi dicit intelligi potest: quia intellectus & ratio idē
sunt: ita formaliter dixit Bal. in d. l. quāuis. & facit ad hoc solē-
nis tex. l. quoties. C. de fideic. ubi tex. dicit agnatione, ut per il
la uerba testator uideat uocasse suos agnatos. & ibi per illum
tex. dicit Bal. qđ cū una sola ratio reddi pōt, & illa habetur ꝓ
expressa. & istud uoluit do. Abb. in ca. fi. de re iud. ubi allegat
ad hoc Cy. in l. non dubium. C. de legi. & Dy. in c. fi. de re. iur.
lib. 6.

lib.6.& Bart.in l.maximũ vitiũ. C.de lib.præt.& glo.in l.tale
pactum.§.fi.ff.de pact.& probat in c.2.requiris,de appe.& ita
tenet ibi dominus Abb.per illum tex.& ad hoc alleg. Cyn.in
d.l.non dubium. & text.l.scire oportet.§.sufficit. ff.de excu.
tut.facit glo.in l.codicillis.§.instituto filio.ff.de le.2.ecce mo
dò quod sublata est ista obiectio, quod illud non dicitur ap-
parere ex testamento,qđ expresè non colligatur ex testamẽto.
nam illud qđ potuit mouere testatorem ad sic disponendum,
habetur perinde ac si esset expressum in testamento, vt proba-
tur in d.l.cum auus, sequitur ergo ꝙ ob nullam aliam causam
testator iste præhonorauit masculos: nisi quia habuit respe-
ctum ad agnationem suam,ergo secundum illum fauorẽ iudi
cabitur tota illa substitutio, & sic habetur plus dictum quã
scriptum. nec ob.cum allegantur iure loquentia de rescriptis
quia sunt stricti iuris & strictę intelliguntur secundum suum
tenorem,vt c.significauit.ca.Rodulphus.& c.significante de
rescri.c.cum olim.de offi.dele. Nec obst.cum allegantur iura
loquentia de contractibus: quia eodem modo sunt stricti iu-
ris,vt l.quicquid astringẽdæ.ff.de verb.ob.l.veterib.ff.de pac.
16 † Nec ob. cum dicitur illud quod non dixit lex, nõ dicemus
nos,quia Bal.multum egregiè in l.omnes populi. ff.de iust.&
iure in suis verbis finalibus respondet ad d.§. non dixit præ-
tor,nisi ratione materiæ, in qua loquitur, suppleamus, quia
materia præstat omnibus interpretandi viam: ad hoc allegat
cle.exiui de paradiso,de ver.sig.quia impossibile est ꝙ habeat
verba.ita gl.ꝙ non indigeant glo. cum ergo in casu nostro te-
stator satis illud dixerit in dicto suo testamento præhonoran-
do masculos:& sic falsum est dicere quod testator in casu no-
stro istud non dixerit, quinimò apertò ore istud expressit: vt
ex inferius dicendis demonstrabo, & per consequens ꝙ ex ra-
tione & ex verbis testamẽti comprehensa sufficit vt dicamus
testatorem ita voluisse,& adduco celebre consilium Bal.posi-
17 tum inter consilia Ang. consil.68. in prin. vbi dicit † ꝙ non
obstante generalitate verborum, licitum est nobis offendere
verba vt deseruiamus menti:& ad hoc allegat.l.non dubium.
C.de legib.l.pater Seuerinam.§.conditionum verba. ff.de cõ-
di.& demon.l.cùm mulier.ff.so.ma.l.scire oportet.§.si maxi-
mè.ff.de exc.tu.l.cum tale.§.falsum.ff.de condi.& demon. al
18 leg.etiam Dy.in d. c.fi.de reg.iur.li.6. † & ideo dicit vbicun
que de ratione legis nobis apparet, per eandem legem vel aliã
possumus verba prolata absolutè restringere ad id tantum ad
quod se restringi potest ratio:& dicit hoc esse infallibile,& di
cit hoc probari per d. l.non dubium.in ver.amplexus. & per
19 iura pręallegata. † & plus dicit sufficere quod apparet conie
cturatiuè de ratione legis aut statuti, vt restringamus verba
generaliter & absolutè prolata ad id quod patitur ratio conie
cturatiuè apparens.ista sunt formalia Bal.in prin. illius consi-
lij. Modò hęc celebris doctrina apponit gladium ad radicem
huius hæsitationis, & est diligenter ponderandum illud suũ
20 dictum,vt sufficiat apparere de ratione cõiecturatiuè: † quia
coniectura denotat quandam improprietatẽ,vt not.in l.apud
aliquos.C.de furt.& probatur in text.valde singulari in l.1.in
versi.per coniecturas non propriè. ff. si tabu. testa.exta.quod
sempiterna est dignum memoria ad declarationem. d. l. quã-
nis.& l.quoties.& ad gl.quas allegaui superius,& sufficiat ap
parere per coniecturas de ratione. & cum tex.ibi dicit intelli-
gi potest.& ideo refert se ad intellectum,& sic ad fabricationẽ
intellectiuam, vt habet in l.1.§.legi.ff.de his quæ in testa.de-
len.per Bar.Bal.& Ang.& in c.humanum genus 1.di.vbi per
glo.& doc.do Bal.in l.vnica.in prin. C.de rei vxo.act.& in l.
vbi adhuc.C.de iur.dot.& in l.ad probationẽ. C.de prob a.&
in l.iurisgentium.§.sed ferè. ff. de pac.d.Ant.in c.translato de
consti. Modo reducendo ista ad propositum huius testamenti
in casu nostro apponuntur illa verba generalia sine filijs legiti
mis & naturalibus. possumus ergo restringere illã generalita-
tem verborũ ad masculos duntaxat:quia ratio coniecturatiuè
apparens ex testamẽto est, vt testator voluerit fauere suę agna-
tioni. quę coniectura apparet ex eo qa prętulit suos masculos
suis filiabus: voluit ergo fauere agnationi.Item qa vocauit fi-
lios masculos legitimos & naturales illius Alfonsi. licèt ergo
non ad fauorẽ agnationis hoc faciebat, sufficit qđ coniectura
tiuè istud nobis apparet.ad quid.n.prętulit filios filiabus in te
stamento,vt est dictum,nisi quia voluit fauere suæ agnationi?
21 † oẽ enim agens agit pp finem, & finis est qui mouet agentẽ,
& dicit finis causa causarum.ita dixit Bald.in commento.l.eã
quam. C.de fideicom.circa principiũ. causa ergo finalis insti-
tutionis & substitutionis fuit fauere suę agnationi.istud ergo
modis oĩbus debemus amplecti,& restringere illa verba ita ab
solutè posita ad filios masculos legitimos & naturales. & sic
Baldus apposuit securim ad arborem huius dubitationis, &
per cõsequens istæ filię ex mente testatoris natæ ex filio ipsius
testatoris non excludunt patruos. ¶Præterea vt iam strictius at
tingamus, capio verba ipsius testamenti. quę hoc modo sunt
concepta, videlicet,aut ipsi Alfonso post mortem oĩum dicto-
rũ suorũ filiorum pręmorientiũ sine filijs masculis, vt s̃.quan
docunq; sine filijs masculis legitimis,& naturalibus morienti
substituit Ludoui.&c.Ista verba diligenter sunt ponderanda:
qa verba post mortem oĩum dictorũ suorũ filiorũ præmorien-
tiũ sine filijs masculis, vt s̃. referuntur ad filios ipsius testato-
ris, & non ad filios ipsius Alfonsi,pp verba quæ immediatè se
quuntur ipsi Alfonso quandocunq; morienti sine filijs mascu
lis legitimis & naturalibus: ideo necesse est vt intelligamus il
la verba referri ad filios ipsius testatoris decedentes sine filijs
masculis:quia superfluò apponerentur illa verba, quandocũ-
que morienti sine filijs masculis legitimis & naturalibus: qđ
22 non est dicendũ, † qa syllaba non dẽt apponi superfluò in le-
ge,vt dicit glo.in l.1. ff. ꝙ me.cau.& dixit glo. in c.solitæ.de
maio.& obe.qđ dictio,tanq̃ non est ibi apposita superfluò, sed
cum ministerio aliquid operandi.facit qđ voluit Bald.in rub.
C.de contrahen.emp.& Bal.in l.quęstione.§.duo fratres.in 6.
q.ff.de ver.obl.cum ergo dicat testator post mortem oĩum p̃-
dictorum suorũ filiorũ pręmorientiũ sine filijs masculis legi-
timis & naturalibus.vt s̃.illud verbũ, vt s̃.declarat illam sub-
stitutionẽ præcedentẽ factam de suis filijs decedentibus sine
filijs legitimis & naturalibus,vt intelligatur de filijs masculis
legitimis & naturalibus: & sic dicit se substituisse suis filijs
moriẽtibus sine filijs masculis suos filios superuiuentes: dicẽ-
do vt s̃. videt aperto ore ꝙ in dicta substitutione dixerit,si filij
23 sui decesserint sine filijs masculis legitimis & naturalibus.† si
ergo notarius non apposuit, sufficit apparere ex verbis testato
ris ꝙ illud dixerat: qa illa dictio determinat oĩa pręcedentia.
vt l.1. C.de diuer.rescri.l.1. C.de libe.pręte.l.talis scriptura.
ff.de le.1.c.cũ dilecti.de dona.c.ecclesiã.el 2.de ele.c.2.requi
ris.& c.inquisitioni.de appel.l.si idem in eodẽ.§.fi.ff.de iuris.
om.iud.gl.in cle.sæpe.de ver.signi.in prin.qñ non est diuersa
ratio,vt in dictis iuribus: ideo vr̃ quod notarius omiserit illa
verba,sine filijs masculis. & sic vbi testator dixit limitatè quò
ad filios masculos, notarius apposuit absolutè: sufficit ergo ex
testamento apparere qđ de filijs masculis expressit,& per cõse
quens limitata causa limitatum parit effectum.l.in agris.ff.de
acqui.re.do.l.age cũ Geminiano.C.de transac.l.si de certa.C.
de transac.ex isto capite casus iste est sine aliqua dubitatione:
24 † quia ex sequentibus priora declarant.sicut, dicimus,ꝙ du-
bius contractus sequens recipit declarationẽ ex cõtractu prę-
ambulo p̃cedente, ẽt si pręcesserit ex interuallo,ita dicit Ang.
in l.si quis cũ aliter.ff.de ver.obli.& dicit fuisse dictũ elegans
Inn.sed idem Ang. dixit in l.pacta nouissima. C. de pac.& ad
hoc alle.Inno.in c.innotuit.de eo qui fur.ordi.susce. faciat gl.
in l.1.ff.de iudi.& quod habetur in l.eleganter.ff.de condi.in
de.& in l.Titia.§.idẽ respondit. ff.de ver.ob.& in l.item quia.
§.idem Iuliano.ff.de pac.& in l.1.C.de impo.lucr.descr.li.10.
vbi dicit a prin.tituli posterior formatur euentus,& sic ista iu
ra probant qđ priora declarant posteriora dubia. ita dicimus
25 econtra,& sequentia declarant pręcedentia.Item facit † quia
volens disponere actũ si referat se illum fecisse certo modo sta
tur suæ relationi.istud decidit glo.quã ibi sequitur Bar.& oẽs
in l.admonendi. ff. de iureiur. quod si dispositio legis referat
tenorẽ alterius legis,quæ non reperitur,qđ statur legi referen-
ti.probatur in auth.de test.§.qm̃.& in l.vt liberis. C.de colla.
ergo multò fortius qñ idem conditor refert se ita statuisse sta-
bitur suæ relationi,vt in casu nostro. facit ad hoc quod voluit
Bald.in l.1. C. de episc.& cler.& tex.in c.in nomine Domini.
de testi. cum ergo in casu nostro idemmet testator referat se
dixisse in superiori substitutione facta suis filijs si decesserint
sine alijs masculis,ergo stabitur suæ declarationi & suæ dispo
sitioni.facit.l.hæredes palam.§.sed si nota m. ff. de test. potest
enim quis declarare suam intentionem, vel. si quis intentio-
ne.ff.de iud.& c.cum dilecti.de accu. & ꝙ not.in ca.cum ad
sedem,

ſedem, de reſti.ſpon.& in l.Pomponius ſcribit. ff. de rei ven.
maximè quando in eodem inſtanti illud declarat. Nec obſt.ſi
quiſpiam dixerit qđ non videtur quis ſe incontinenti corrige
re,vt l.nam ad ea.ff.de condi.& dem.iuxta illud qđ dixit mo-
ralis philoſophus in ſecunda epiſtola, argumentum compoſi
tæ mentis exiſtimo poſſe conſiſtere,& ſecum morari, & in il-
26 lo Terentiano : Huy tam cito: † quia iſtud non ob.ex eo quia
teſtator ſe non correxit, nec incontinenti ne ex poſt facto: ſed
declarauit illam ſubſtitutionem quā fecerat ſuis filijs maſcu-
lis: quia dixerat, ſi ſine filijs maſculis deceſſerint.& ille qui de
clarat,nihil de nouo inducit, vt in c. 1.de ſum. Tri.& fide ca-
tho.lib.6.& d.l.hæredes palam.§.ſed ſi notam. ideo nulla ori-
tur correctio: & eſt talis aſſertio rationalis cōſideratio qđ præ
tulit filios ſuos maſculos fœminis.Vnde non eſt perimere illā
ſuam diſpoſitionem abſolutè factam: ſed illa rationabiliter di
cit ſe limitare & ſtrictè feciſſe, habito reſpectu ad maſculos,
facit in ar. d. c. cum dilecti. de accu. vbi poteſt interpretari &
nō perimere. vt ibi habetur.& ideo ſtabitur vltimæ ſuæ diſpo-
ſitioni; vt l.ſi quis priore.ff.ad Treb.l.ſi mihi & tibi.§.in lega-
tis.ff.de le.1.l.ſi quis in prin.teſt.ff.de le.3.c.1.de conſti. li.6.
vbi eſt gl.magiſtra.l.pacta nouiſſima.C.de pac.c.1.de tranſa.
27 ergo ſtabitur huic vltimæ ſuæ diſpoſitioni,ergo. ¶†Facit ſimi
le quod dicimus de notario qui fuit rogatus de originali in-
ſtrumento: vt ſi det copiam parti de illo inſtrumēto ꝙ non re-
f quiritur ſolennitas: quia creditur ſuæ copiæ [f] ex quo fuit roga
tus de originali. ita dicit Bal. in l.ſi quis ex argentarijs.§.præ-
tor ait.ff.de eden.quem ſequitur ibi Ang.& idem volunt ſcri-
bentes.in c.Albericus. de teſt. Et facit ſimile quod dicit Io.de
Imol.in l.j.ff.quemad.teſt.ape.de eo qui habuit copiam teſtiū
ab eo qui habebat originalē. fortius ergo ſtabimus dicto teſta-
toris in ſuo teſtamento,& per conſequens ſtrictius diſpoſui te
ſtator q̃ ſcripſerit notarius. & plus ſcripſit notarius quā dixe-
rit teſtator: ergo ſtabimus dicto teſtatoris,qui potuit de bonis
ſuis diſponere, vt potius venirent ad maſculos nepotes, quàm
28 neptes. † Nam notarij ſæpe apponunt clauſulas in teſtamen-
tis,quas non intelligunt. ideo Bal.in l.quoties. C. de hær.inſt.
dixit: Teſtator inſtituit filium ſuum hæredem vniuerſalem,&
fratri ſuo legauit mille, & in quinque libris inſtituit eccleſiā
parochialem filio ſublato de medio. Fuit dubium de hæredi-
tate: dicebatur quod acquirebatur eccleſiæ,ex quo fuerat inſti
tuta. Bal.decidit quod debet acquiri fratri,quem teſtator ma-
gis dilexit quam eccleſiam, & ſi lex diceret contrarium, malè
29 diceret. ¶†Nec obſt.quod notarius ſcripſerit ꝙ inſtituebat ec
cleſiam in quinque libris: qa notarij apponunt clauſulas quas
non intelligunt: ideo nihil operantur: & ſimile dixit Bar. in l.
1. ff.de iure codi. in 6.q.quod notarij apponunt clauſulas co-
dicillares,& teſtatores neſciunt quid importent. & ideo nihil
operantur.& quod voluit do. Ant.in repet.c.cum contingat,
de iureiur.& do.Abb.vbi loquuntur de notario apponēte ver
ba nimis ampla, quæ effugiunt deliberatam mentem contra-
hentiū,vt nihil operentur. Item voluit do. Ant.in rep.c.quin-
tauallis. de iureiu.& do. Abb.ibi,ita dicamus in propoſito ꝙ
notarius ſcripſit ſine filijs legitimis & naturalibus,qui debuit
ſcribere, maſculis: & omiſerit: quod appareat ex verbis ipſius
teſtatoris.& per conſequens cum iſta declaratio facta a teſtato
30 re habeat duo principalia † ex quibus regulantur actus huma
ni: vt eſt poteſtas & voluntas: & voluit Boetius, quem referūt
ſcribentes in c.cum ſuper abbatia. de offi.deleg.& eſt text.C.
commu.de leg.l.omne verbum.& iſtud colligit ibi Bal. ꝙ iſti
duo actus perficiunt humanos actus: licet idem in l.cum teſta
mentum. C. de iu.& fac.igno.dicat quòd requiruntur. tria.ſ.
voluntas, poteſtas, & ſcientia, & dicit iſtud voluiſſe philoſo-
phorū longè principem Ariſtotelē. Sed quis dixerit verius an
Boetius an Ariſtoteles, aliorū ſit iudicio verùm doc.oēs tran-
ſeunt cū Boetio: & ego allego tex.in c.ſuper inordinata. de p̄-
ben.in verſi.qui velit & poſſit.& c.ad hæc de ap.cum ergo in
caſu noſtro concurrant illæ duę potentiæ: quia teſtator voluit
& potuit quòd nepotes maſculi excludant filios ſuos inſtitu-
31 tos inter ſe: ſequitur quòd excluſit fœminas neptes: † quia vo
catio maſculorum eſt excluſio fœminarum. l. cum prætor. ff.
de iud.l.maritus.C.de procu.ergo ſtabimus voluntati teſtato
ris. ad quam ſequendam anhelant omnia iura humana & di-
uina: vt ſuperius fuit dictum. ¶Et facit ad hoc.l.Lucius. ff.de
hære. inſti.vbi dicitur, prudens conſilium teſtatoris animad-
uertitur: ita dicamus in propoſito: vt prudens conſilium teſta
toris animaduertamus: vt filij ſui maſculi non excludantur a
neptibus iſtis. & ſi quiſpiā dixerit ꝙ debet in illis verbis, ſine
filijs maſculis: vt ſ̃.illud quod dicunt doct.in l.Plaucius.ff.de
aur.& arg.leg.& in l.ſub prætextu.& in l.ſi de certa.C.de trā-
32 ſa.& in c. 1.eo.ti. † vbi dicunt ꝙ quando petitio eſt ſpecialis,
g & tranſactio eſt generalis, [g] quòd debet generaliter intelligi,
niſi ſalua ratione recti ſermonis poſſet fieri iſta reſtrictio: vt re
ſtringatur ad maſculos: quia ad hoc reſpondeo ꝙ glo.in cle.j.
de tranſa.tenet contrarium. ſentit enim vt tranſactio genera-
lis reſtringatur ad ſpecialem petitionem, & non vltra: quia ſe
parabilium ſunt ſeparabiles cauſę.l.age cum Geminiano.C.de
tranſac.& ex ſeparatis non infertur.l.eum actū.ff.de neg.geſt.
& limitata cauſa limitatū parit effectum. itē ipſi loquūtur in
contractu vbi fit interpretatio contra eum qui ſtat pro contra
33 ctu. † item caſus noſter eſt clarus & apertus: quia teſtator di-
cit ſe vocaſſe filios maſculos ſuorum filiorum, & ſic voluit ſi
ſine filijs maſculis decederent,quo caſu nulla cadit interpreta
tio.l.ille aut ille.§.cū in verbis.l.non aliter.ff.de le.3.l.ancillæ.
C.de fur.l.2.C.de leg.nō dixit tex.in d.l.ſi quis filium.vbi ma
nifeſtiſſimus eſt ſenſus teſtatoris, nuſquam interpretatio ver-
borum (vt ſ̃.dixi) eſt facienda: ergo in re ita aperta non cadit
illa regula, ſalua ratione recti ſermonis, vt in illo Terentiano
habetur. Intellexiſti an ne? ita apertè locutus eſt,nulla circui-
tione vſus,cum ergo verba ſint clara non recurremus ad inter
pretationem : quia interpretatio cadit ſuper dubio : & actus
actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito,ergo &c. ¶ Ex iſtis
tolluntur omnia iura ſuperius adducta in contrarium : quia
imò faciunt pro nobis, quia cum dicunt quod recurrimus ad
tenorem legis, ſtatuti, teſtamenti, contractus: & ſimilium: & il
lud dicimus quod ex tempore legimus: vt ita dicamus in caſu
noſtro vt ex tenore dicti teſtamenti colligatur expreſsè teſtato
rem in ſubſtitutione facta filijs, voluiſſe excludi per nepotes
maſculos, & non per fœminas neptes. Seruanda ergo eſt talis
voluntas rationabilis conformis legi diuinæ, & fauori publi-
34 co: vt eſt ſuperius dictum. Et ſi quiſpiam dixerit † quod eſt
æquitas abuſiua, vt excludantur fœminæ, & includantur ma-
ſculi: vt dixit Bald.in l.ſi defunctus.C.de ſuis & legi.quia re-
ſpondeo ſufficere debere nobis quod teſtator illam ęquitatem
prælegit in ſuo teſtamento: ſeruetur ergo vltima voluntas itē
ſalua honorificentia Bald. illud quod eſt a iure diuino intro-
ductum habet veram & propriam æquitatem, id eſt quod ius
canonicum ſuper iure diuino eſt æquum & ſaluum; vt in c.fi.
de præſcr.c.nouit.de iud.cum ſimi.ſed iſta æquitas eſt de iure
diuino, vt habetur numeri 26.c.ergo propriè & rectè eſt ęqua
& per conſequens non bene dixit Bald. in d. l.ſi defunctus.&
ſi allegetur in contrarium.l.maximum vitium.C.de libe. præ
ter illud eſt ideo : quia erant accuſatores naturæ item ſufficit
quòd hanc æquitatem eſt amplexus teſtator,& ex iſtis tollitur
35 illud quod opponebatur dicto tacito & expreſſo. ¶ †Præterea
iſtam quæſtionem decidit.d.Paul.de Caſt. lib.1.conſi.58.in-
ci.Viſo dicto teſtamento. vbi teſtator fecit ſubſtitutionem, ita
vt in caſu noſtro ſi ſine liberis deceſſerit, & deceſſit inſtitutus
cum filia. fuit dubium ſi illa filia excludat ſubſtitutum. videre
tur, inquit, ꝙ ſic, per iura quæ ſuperius allegaui. ſed reſtringit
iſtud niſi per coniecturas aliter poſſit apparere de mente teſta
toris : quia tunc illa eſſet ſeruanda.alleg.l.cum quæſtio.ad fi.
C.de leg.& l.cum proponeretur. ff.de leg.2.l.in conditionib.
primum locum.ff.de condi.& demon.& ſic in hoc concordat
cum dicto Bal.in conſilio ſuperius allegato, quod autē appa-
reat de coniecturata mente teſtatoris dicit apparere ex eo qa
magis dilexit filios ſuos maſculos,quàm filias ipſorum maſcu
h lorum, ſed filios prætulit ſuis filiabus: ergo [h] fortius prætulit
filios ſuos proprios filiabus filiorum: & ſic neptibus: quia po
tentius ius cauſat & producit cauſa immediata. l. digna vox.
C.de legi.ideo credendum, inquit, eſt, quod dum ſubſtituit fi-
lijs ſi deceſſerint ſine filijs, intellexit de maſculis ne filias filio
rum videatur plus dilexiſſe, quam ſuas proprias filias: ꝓ quo
dicit optimè facere quod not.Bart.in l.fi.ff.ad Trebe.& l.Gal-
lus.§.nunc de lege.ff.de lib.& poſthu.& alleg. quod voluit Ia
co.de Are.in ſua celebri quæſtione,quam refert Ioan.Andr.in
add. Spe.in tit.de ſucceſ.ab inteſta.in rubri.ita concludit ibi
do.Pan.cum ergo deceſſerit ſine filijs maſculis, ergo locus eſt
ſubſtitutioni,& ſic indiuiduo conſuluit in caſu noſtro, & di-
cit quòd

cit quòd æquitas istud dictat. & est perpetuò notandum dictum eius inquantum voluit quòd voluntas testatoris probatur per coniecturas: vt l. decet. in prin. ff. de lega. 1. & sufficiēs coniectura est ne videatur plus dilexisse neptes quàm proprias filias: & licet testator dixerit si sine liberis decesserit, & genus masculinum concipiat fœmininum: tamen in casu isto non concipit, sed restringitur ad masculos: & per consequens apponit securim ad arborem huius consultationis, ergo isti patrui non excluduntur a substitutione per existentiam istarum neptum: & sic remanet sine dubitatione ista consultatio. Præterea adduco ad prædicta quod voluit d. Pet. de Anch. in suis
36 reportatis, quas fecit ad l. tres fratres. ff. de pac. † vbi refert cō suluisse in contigentia facti: quod vbicunque filij & filiarum est diuersa successio: tunc appellatione filij non comprehenditur filia. & ideo si testator instituit filios hæredes vniuersales hæredes: & filiabus reliquit iure institutionis dotes suas, ꝙ istud masculinum non concipit fœmininum, & ita temperat. d. l. 1. ff. de verb. sig. & similes leges cum in casu nostro vocauerit filias ad imparia, cum ipsis filijs masculis: ergo non veniunt appellatione filiorum, sed si filiæ non sunt comprehensæ: ergo sequitur quòd multo minus sunt comprehensæ neptes: vt non excludant proprios filios testatoris: quia maior affectio est quò ad filias. Sunt enim vna & eadem persona cum patre: vt l. fi. C. de impub. & alijs substi. & magis pater diligit filios quam seipsum, facit. l. contra voluntatem. in versic. iura pietatis violare. C. de testa. manu. ideo dixit Bal. in c. per tuas, de prob. ꝙ melior amicus quem habeat filius. est pater, nullus enim amor vincit paternum. l. fin. C. de cur. fur. & refert Cyn. in l. propter insidias. C. qui accus. non pos. ꝙ Dauit Rex plāxit Absolonem tribus diebus & tribus noctibus: licet adinuicem essent inimici. facit. l. nec ea. §. fina. ff. de adul. & l. penul. ff. de obsc. & l. diuus. ff. de parri. & ideo dixit text. in l. nihil. §. facilior. ff. de bon. lib. quòd congruit voto patris filijs omnia patari. l. scripto. ff. vnde liberi. l. patrem. & l. debitorem. ff. quæ in frau. cred. iuxta illud Virgilianum? Omnis in Ascanio chari stat cura parentis. modo non videtur verisimile quod pater qui iure naturali & ciuili astringitur procurare pro filijs. & prætulerit suos filios masculos suis proprijs
37 filiabus: qui prætulerit neptes suis filijs masculis. † experimentum enim verorum sermonum est, vt concordent rebus sensatis, & intellectu fruentibus: vt magnus dixit Auerroys: & summus dixit Philosophus: quos refert Bald. in rubri. C. de probat. in tractatu schismatis, quem posuit in rub. C. si quis ali. test. prohib. & idem voluit Bal. in l. fin. C. de edi. di. Adri. tol. & in l. 1. C. de ser. fug. vbi refert in regno Franciæ fuisse castatam quandam inquisitionem, quia non potuit verificari in communem opi. hominum fruentium intellectum: idem voluit in l. testium. C. de test. vbi alle. Albe. & etiam dicit allegans Aristotelem, vbi habemus sensum, quærere rationem, est infirmitatis intellectus. modo in casu nostro nos habemus voluntatem expressam dicti testatoris: vt superius dictum est, & rationem coniecturatam ad includendum ipsos filios superstites nullo modo excludendos propter existentiā ipsarum neptum. ¶ Præterea adduco quod voluit Bald. in l. 1.
38 C. de sac. san. eccl. † vbi dicit quòd voluntas testatoris pręsumitur talis qualis esse debet. modo si testator prætulit suos filios masculos proprijs filiabus: debuit sua voluntas esse talis: vt prætulerit suos filios masculos neptibus. Præterea adduco egregiam doctrinam Bald. in l. precibus. C. de impub. & alijs substitu. rationabile inquit est, vt verba reducantur ad cogitatum & restringantur. ad hoc alleg. l. si quis ita. §. pe. ff. de test. tu. istud decidit casum nostrum: vt illa verba apposita in dicta substitutione, sine filijs legitimis & naturalibus, restringātur ad masculos: & sic Bal. ibi firmat illud quod dixit in consilio suo allegato superius. cum ergo testator præferendo suos filios masculos proprijs suis filiabus, videtur cogitasse vt eodem modo filij masculi pręferantur neptibus: & sic illa verba restringuntur ad filios masculos: vt optimè faciat illud dictum pro consilio domini Pauli de Cast. alleg. superius. ¶ Pręterea faciat quod voluit idem Bald. in commento. d. l. pre-
39 cibus. in præfata colum. † quia testator fingitur cogitare il-
K lud quod lex [k] disponit. & ad hoc alle. l. cum quidam. ff. de acqui. hær. licet quandoq; testator velit vnum: & lex velit aliud. modò clarum est quod lex vult quod magis diligat filiam quā habet de præsenti, quàm neptem, quæ adhuc non est in rerū natura: vt voluit Bar. in d. l. Lucius, & quia est causa magis immediata & proxima, vt superius fuit dictum, ergo si prætulit suos filios filiabus quòd eodem modo prætulit suis neptibus: & fortius in casu nostro: cum ita expresserit. ¶ Et si quispiam opponat quòd non est statutum hoc Bononiæ excludens filias propter super existentiam patruorum: & ideo cessare debet illud quod dici possit ꝙ testator videtur velle id quod vult statutum suę patriæ: vt voluit Dyn. consulendo & etiam voluit in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. quem ibi refert & sequitur Barto. Ang. & alij. & sic cessabit illud quod voluit Bar. in l. iusiurandi. §. si liberi. ff. de ope. lib. vbi dixit quòd si consuetudo est vt mulier dote contenta succedat in emphyteusi, & pater accepit em phyteusim pro se & filijs: quòd videtur accepisse etiam pro filiabus, licèt in contractu masculinum non concipiat fœmininum. vt voluit Guil. de Suza. quem refert & sequitur Archi. in c. si quis suadente 17. q. 4. quia videtur voluisse regulari dictum contractum emphyteusis secundum consuetudinem loci, & in contingentiam facti refert sic con-
I suluisse Io. de Imo. [l] in commento ca. potuit. de loca. in finalibus verbis, vt testator videatur voluisse illud quod disponit consuetudo suæ patriæ. & idem voluit do. Pet. de Ancha. consil. 125. Visis consi. 433. Postquam. & idem videtur voluisse Bar. in l. & hȩredibus. §. fi. ff. ad Treb. & idē voluit Abb. in c. in pręsentia, de proba. & per consequens non videtur iste testator voluisse suos proprios filios excludere per filias sui filij: quia statutum istud non disponit, cum etiam præsumendum est quòd magis dilexerit auus iste neptes nascituras ex filio suo, quàm ipsos patruos. arg. d. l. cum auus. ff. de cond. & demon. quia ad ista respondeo quòd in casu nostro non facimus fundamentum super aliquo statuto, vt testator non videatur velle aliud ꝙ̄ velit statutum suæ patriæ: sed nos facimus fundamentū si testator voluerit sub illis verbis si sine filijs legitimis & naturalibus decesserint, restringantur ad masculos duntaxat, & non comprehendant fœminas. clarum est quòd sic. Primò, quia comprehendimus coniecturatiuè vt superius est
40 ostensum, † & ex pluribus coniecturis & præsumptionibus oritur plena probatio, vt dixit glo. in l. 2. ff. de excu. tut. & glo. c. cum causam. de proba. & testator istud expressit in suo testamento, vt est dictum supra. Nec obst. d. l. cùm auus. quia lex fundat se in præsumptione. quòd testator magis dilexerit nepotem in portione patris quàm proprium suum filium. vt etiā habetur in d. l. cum acutissimi. quia respondeo quod in incertis & non certis locus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. ob. l. si certis annis. C. de pac. l. certa forma. C. de iure fisci. lib. 10. sed in casu nostro testator magis dilexit masculos filios sui filij, ꝙ̄ alios suos proprios filios: sed nō neptes ex filio. illa. n. verba, sine filijs legitimis & naturalibus, cōprehendunt duntaxat masculos nepotes & non neptes ad excludendum proprios filios ipsius testatoris, & per consequens illa pſumptio d. l. cum auus, in casu nostro restringitur ad nepotes
41 masculos, & non ad neptes fœminas. † Nam expressum facit silere tacitum, ut l. fin. C. de pact. conuen. & sic quò ad neptes ex filio, non habet locum pręsumptio. d. l. cum acutissimi. & d. l. cum auus. & l. generaliter. §. cum autem. & sic non facimus fundamentum super statuto. Sed sicut magis dilexit suos proprios filios masculos, quàm fœminas suas proprias filias, eodem modo magis dilexit suos proprios filios: quam nepotes ex filio. ¶ Præterea ego pondero rationem quare ille pater uocauit ad imparia filias proprias & filios proprios quia masculi succedunt oneribus defunctorum ad propulsandam iniuriam actiuè & passiuè, & ad alia multa onera. necessarium ergo æquitate suadente, ut ibi collocentur commoda prouenientia. l. manifestissimi. §. sin autem. C. de fur. l. 1. §. fina. ff. de aqua plu. arc. Item considerauit hoc ratione cuiusdam publicę vtilitatis, quæ expostulat facultates suas agnationibus con-
42 seruari. † sordescimus enim ob paupertatem, vt l. quisquis, in versi. in paupertatem sordescat. C. ad le. Iul. maiesta. & dicimur deprimi ob paupertatem, vt in c. si qui testium, de testi.
43 in uersi. paupertatem, depressi. † & adeò quòd dignitas ecclesiastica uilescit ob paupertatem. ut in cle. in plerisque. de electio. nam dignitas & honestas absque diuitijs non seruatur. [l] ab omnibus. circa princi. ff. de leg. 1. l. 1. §. si seruus. ff. de uen. inspi. l. pietatis. C. de suspec. tuto. l. creditores. ff. de priui. cre-

quia

quia honores & munera publica honestioribus & potioribus viris collocanda sunt: vt l. honores. ff. de decurio. l. ad subeunda. C. eod. lib. 10. in authen. vt omnes obediant iu di. prouin. circa principium expedit etiam reipublicæ habere ciues locupletes. vt in authentica, vt iudices sine quoquo suffra. §. cogitatio. munera enim publicorum officiorum gerendorum ad virilem sexum, & non ad fœminas spectant. vt. l. fœminæ. ff. de re. iur. in l. cum prætor. ff. de iud. conseruatur & perpetuatur memoria agnationis per agnatos masculos, vt dicta l. 1. §. si seruus. modò testator iste habuit hanc considerationem vocando ad imparia filios proprios masculos & filias fœminas proprias, & istæ fuerunt rationes mouentes istum testatorem ad sic disponendum, sed rationes habent locum in substitutione facta ipsius filijs decedentibus sine filijs legitimis & naturalibus, ergo erit idem ius. l. non dubium. C. de legib. & consti. ¶ Et adduco elegans & solenne dictum Bald. in l. si
44 mater. C. de insti. & substi. † vbi dicit quod licet casus omissus habeatur pro omisso, siue omittatur à lege, siue à rescripto, siue à paciscente, siue ab appellante, siue ab impetrante, vt latè ibi per eum qui allegat do. Ioan. And. in ca. susceptum. de rescriptis. lib. 6. quod si deficit solennitas in casu omisso, habetur pro omisso. l. commodissimè. ff. de liberis & posthu. l. si extraneus. ff. de condi. ob. cau. l. si cum dotem. in prin. ff. solu. matrimo. Sed si non deficit solennitas, & est eadem æquitas casus omissi, & eadem omnimoda similitudo, tūc casus omissus habetur pro expresso, ad hoc allegat. l. fin. C. de his qui veni. æta. impe. & l. fideicommissum. ff. de conditio. & demon. indubitanter hæc doctrina apponit gladium ad arborem huius consultationis. & decidit casum in quo consuluit Paulus de Cast. in cons. superius allega. ¶ Cum ergo in casu expresso testator præhonorauit filios suos masculos suis proprijs filiabus, licèt omiserit in substitutione exprimere filios masculos, tamen quia non deficit solennitas in casu omisso: & est eadem & maior æquitas, & omnimoda similitudo, sequitur quòd dicta substitutio restringitur, si sine filijs masculis quòd in casu nostro sempiterna est dignum memoria. sequitur ergo quòd multofortius restringitur ad filios masculos ex eo, quia testator non solum fuit contentus coniecturis, sed euidenter expressit de filijs masculis, & ista pars est æquior, vt conseruentur pro agnatione. & est talis æquitas coniecturatiuè expressa in isto testamento, & etiam expressa, quia ob nullam aliam causam testator expressit, sine filijs masculis, decesserit, vt suprà: quia volebat conseruare bona ipsis filijs masculis, nec volebat eos excludi per neptes, cum sit scripta, ergo est præferenda in iudicando & consulendo: vt l. placuit. C. de iud. ca. fin. de transact. not. l. 1. C. de leg. & etiam tendit ad publicum bonum, quod est præferendum priuato. vt l. 1. ad fi. C. de cad. tol. & ista pars est de iure verior. & sic cócludo istos patruos non esse exclusos a fideicommisso per existentiam ipsarum neptum. Andr. Barbat.

ADDITIONES.

* In qua quæritur.] Consuluit Iaso. in materia consil. 1. cum duobus sequen. libro 2. & secundum quòd concluditur hic, consuluit Dec. latè consil. 15. per totum. & consil. 270. colum. 3. & in l. fœminæ. ff. de reg. iur. in argum. vtrum masculinum concipiat fœmininum, limit. 4. & idem Dec. consil. 370 per totum. & consil. 514 per totum. & consilio 515. dub. 2. & consilio 545. colum. 2. & ferè per totum. Idem Ruin. tenet consilio 110. colum. 2. & penul. libro 2. & consilio 188. colum. 3. eod. lib. vbi omnino vide. Huc accedat, quòd Alcia. consil. 492. Explicitus est casus. numero 18. dicit, quòd in conditione, si decesserit sine filijs, hæc conditio non excludit nepotem testatoris, quamuis testator proprias filias excluserit: & testatur hanc esse magis communem opinionem. Natta.

a ¶Mens. Paul. consil. 123. libro 1. Cur. senior consil. 45. Deci l. 1. colum. 2. C. de condit. instit. infra eodem consilio 54. numero 7. latè Andreas Tiraq. l. si vnquam. versi. libertus. numero 42. C. de reuo. donatio.

* Quàm qualitas.] Facit ad rem quod scriptum reliquit Bald. in ca. transmissa. de restit. spol. dicens quòd cor est datum hominibus ad significandum Deo, labia autem data sunt ad significandum hominibus: vnde vox est instrumentum voluntatis, & rationis. Et dicit Bald. consil. 160. Facta fuit inuestitura libro 1. quòd talis intelligitur esse mens in corde, qualis est verbum, quod profertur in ore; nam tuba cordis, est lingua loquentis, & nullum est maius mentis testimonium, quàm qualitas inspecta verborum. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supel. lega. deinde subdit seruandum esse id quod verbum sonat, & quòd verbum non sonat, pro nullo habendum; l. quicquid astringendæ. ff. de verborum obl gatio. l. contractus. C. de fide instrumento. De prædictis etiam scribit Dec. in l. semper in stipulationib. no. 1. ff. de reg. iur. Ias. in l. neque professio. col. penul. C. de testam. Natta.

b ¶Bald. adde Bald. consil. 186. quia allegatio res. lib. & omnium plenissimè Andr. Tiraquel. in consti. pic. §. 1. gloss. 9. numero 221. cum sequen.

c ¶Ad paria. Fateor inquantum vocat ad substitutionem. sed non sequitur, ergo noluit deficere grauamen per filias filij grauati: quia ipsorum filiorum interest vel filias suas transmittere id que naturæ congruit, & expresse dispositioni iuris communis. l. qualiter. §. cum autem. C. de instit. & sub. hanc igitur verisimilius est fuisse mentem testatoris & sic Barbat. hic tota via erat, & prorsus paralogizatur.

d ¶Alfonsi. Alias Alexandri, vt in consil. sequenti iste non erat filius testatoris, sed extraneus secundo loco post filios masculos substitutus.

e ¶Rationis supra lib. 3. consil. 59. num. 3.

* Quem alleg.] Vide præterea Dec. consi. 305. in prin. Natta.

f ¶Copiæ. Dixi in consu. Parisien. §. 5 num. 42.

g ¶Generalis supra lib. 2. consi. 11.

h ¶Ergo. Istud argu. est planè sophisticnm, & fallacissimum: quia bene verum est. quòd prædilexit filios filiabus in hoc quòd vocauit & substituit filios, & non filias: & sic ex hoc bene potest colligi quod filiæ & fortius neptes etiam ex filijs non possunt dicere se vocatas, & substitutas: licet filij hoc dicere possunt casu contingente: sed non proinde sequitur, quòd filiæ filiorum a portione bonorum patris sui excludantur per alios superstites filios testatoris patruos suos: quia hoc non disposuit nec voluit testator: quia non substituit filios superstites prædecedenti filio, & casu quo ille decederet cum filiabus, sed solum casu quo decederet sine filijs legitimis: in quibus verbis includuntur filiæ. & longè aliud est fœminas non vocari ad commodum substitutionis: sed solos filios vt hic. voluit testator aliud scilicet nedum filias non vocari ad hoc lucrum: sed etiam damno affici, & priuari portione bonorum patris sui quod non apparet hic: nec verisimile est testatorem voluisse. Et sic dico quod Pau. in d. consil. 58. lib. 1. pessimè consuluit: adde quæ dixi. infra lib. 6. consi. 48. nume. 4.

i Non concipit. Fateor in hac vel simili dispositione quæ fit de filijs successiuè: quia tunc meritò referri potest ad statutum eiusdem materiæ propter Symbolum, non tamen hæc ad aliam materiam extendi potest: vt dixi in consu. Parisi. §. 137.

K ¶Quod lex. & sic totum hoc consilium subuertitur vt supra eod. numero 8.

l ¶Io. de Imo. consi. 38.

CONSILIVM LIII.

Ludouici Bolognini superiori contrarium.

Inuocato diuino suffragio quo mediante veritas elucescat: nā dominus prope est inuocantibus eum, & ipse scientiarum est dominus &c. Memorque illius in simili solennis text. in c. vt commissi. in §. conuocandi. §. aduocandi. de hæret. libr. 6. vers. sic. peritos quoslibet vt vobis assistant & in ferendis sententijs consilium vobis præbeant opportunum: Licet ego inter eos minimus sim, iuncto. ca. nolite 11. quæst. 3. licet hincinde affinitatis strictissima ratio & consanguinitatis vincula haud minima me vrgeant & vexatum reddunt, adeò vt ex vna parte mihi silentium imponant, & ad tacendum inuitent: Ex alia autem, vt omnino loquar me incitent ac me compellant: attamen & omnibus hincinde perscrutatis non possum negare quod in præsentia à me petitur, vt loquar pro ipsa veritate tantum. nam amicus & coniunctus Plato, magis amica veritas. Non propter hoc affinitatis iura lædere in aliqua parte sui intendens, aut violare credens, imò vt vera loquendo, & ut mediator ueritatis & amicabilis compositor inter ambas partes mihi æqua lance coniunctas pacem & concordiam potius ex infra per me dicendis imponere habeam. & ille qui æterna omnium est ueritas, utrique parti eam aperiat, ac referat. & concordes tandem & unanimes faciat, quòd ut fiat supremum Deum exoro. ¶ Viso igitur puncto mihi proposito, & diligenter ponderatis uerbis prædicti testamenti, de cuius uirtute nunc dubitatur, antequam ueniam ad iura, & rationes pro ipsa ueritate ostendenda adducendas, Præmitto unum necessarium in proposito casu, scilicet quòd uerba
1 dicti testamenti, si bene considerentur, † circa institutionem, quæ est fundamentum totius testamenti, ut dicit text. in §. ante hæredis. inst. de leg. in uersi. quia testamenta uim ex institutione

tutione hæredem accipiunt. & ob id velut caput atque fundamentum intelligitur totius testamenti hæredum institutio &c. & in l. penul. ff. de his quæ in testa. delen. in versi. Calfurnius Longinus aduocatus fisci dixit illud non posse testamentū valere, qđ hæredem nō habet &c. & in l. 1. in prin. ff. de hære. insti. in versi. ab hæredis institutione plerunque initium debet facere testamentum &c. cum si. ¶ Quinque principaliter videtur in se continere. Primò institutionem dictorum trium filiorum dicti testatoris tunc temporis existentium, nec non omnium filiorum masculorum legitimorum & naturalium vnius vel plurium qui nascerentur ex ipso testatore, & eius consorte tunc existente, vel futura. & est iste primus gradus dictæ institutionis. ¶ Secundò principaliter continet dicta pars testamenti substitutionem reciprocam seu breuiloquam dictorum trium filiorum decedentium in pupillari ętate, vel alias quandocunque sine filijs legitimis, & naturalibus, Nec non continet pupillarem, vulgarem & fideicommissariam substitutionem. ¶ Tertiò principaliter dicitur in dicta parte testamenti quòd si dicti omnes tres filij & alij ex eodem testatore nasciturì decederent omnes in pupillari ætate, vel alias quandocunque sine filijs legitimis & naturalibus, tunc instituit dictum Alexan. vel eo mortuo tunc ipsius Alexandri filios masculos & naturales & legitimos tunc existentes. ¶ Quartò principaliter disponitur in dicta parte testamenti quòd si contingeret dictum Alexan. esse mortuum, nec ex eo superesse filios masculos, vt supra, &c. substituit Ludo. præfatum dicti testatoris fratrem. ¶ Quintò principaliter ponitur in dicta parte institutionis, quod mortuo existente dicto Ludo. substituit filios ipsius masculos legitimos & naturales, tunc existentes, & etiam futuros &c. Hæc sunt in effectu quinque quæ principaliter colligebam ex dicta institutione, qua ponderatione dictorum verborum sic præmissa. Videtur prima fronte dicendum in præsenti hęsitatione dictas tres filias fœminas nunc existentes ex. R. vno ex dictis filijs masculis dicti testatoris, primo loco instituto, nunc præmortuo ab intestato non posse succedere in talibus bonis fideicommissarijs, sed debeant dotari competenter secundum qualitatem & conditionem huius nobilissimæ familiæ, nec non secundum qualitatem maritorum suorum, & quantitate patrimo-
2 nij &c. quòd † Primò arguo, sic. Si de quominus videtur inesse, & inest: ergo de quo magis. authen. multomagis. C. de sacrosanc. eccles. authen. multomagis. C. de episc. & cler. l. quantomagis. ff. de iureiur. ca. cum in cunctis. extra de elec. Sed multominus videtur inesse, & multominus inest verisimile quod dictus testator excluserit proprias filias fœminas a successione talium bonorum, & tamen hoc inest, ergo multomagis debet intelligi voluisse excludere neptes vlteriores
3 in gradu. ¶ Secundò ad idem adduco: nam † vbicunque est eadem ratio, idem ius esse debet. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. a Titio. ff. de verborum obligatio. Sed ratio propter quam testator prædictus intelligitur exclusisse proprias filias fœminas, est, nec potest alia coniecturari nisi propter conseruationem agnationis & familiæ, quæ agnatio conseruatur per masculos, vt dixit text. not. in l. 1. §. seruus. versic. publicè. ff. de ven. inspicien. in versi. vt ordinum dignitas familiarumq; salua sit &c. in quo text. fundata sunt statuta hodierni temporis in nonnulis partibus Italiæ, excludentia fœminas propter existentiam masculorum, vt dicunt doct. in locis infrà latius allegandis, sed ista ratio ita habet locum in neptibus, sicut in filiabus: ergo idem ius debet esse in eis quod in filiabus præ-
4 terea ad confirmationem prædictarum facit: † quia non debent esse melioris conditionis existentes in vlteriori gradu quàm existentes in priori & citeriori gradu. text. est in l. si inuita matre. C. de bon. maternis. in versic. non est tamen ab re, vt in hoc casu non sinantur esse deteriores nepotibus &c. vbi text. propriè loquitur in filijs & nepotibus, & disposuit quòd filij qui sunt in primo gradu non debent esse deterioris conditionibus nepotibus, qui sunt in vlteriori. cuius contrarium esset in casu nostro si istæ neptes testatoris vocarentur ad successionem bonorum, à qua exclusæ fuerunt dictæ filiæ priores in gradu: ergo &c. ¶ Vlterius pro eadem parte facit:
5 † quia dispositio legis & dispositiones statutorum a pari procedunt. §. disponat. in authen. de nup. & voluit Bald. Salyc. & alij scribentes in l. maximum vitium. C. de lib. præte. sed ita est quòd statuta excludentia filias fœminas habent locum, & multomagis verificantur in neptibus. dicta l. si inuita matre. per quem text. ita determinauit Bald. in l. venia. C. de in ius vocan. & Barto. in l. liberorum. ff. de verborum significatio. & Barto. in l. secunda §. fina. in fin. ff. ad Tertyl. dicens se ita de facto consuluisse. & Bald. in l. si verò, §. de viro. ff. soluto matrimo. & Bald. in l. scimus. in princi. C. de inoffi. testa. & Bald. in d. l. maximum vitium. C. de libe. præte. Ange. in l. de quibus. ff. de legi. & Ange. in §. neque. in authen. de trien. & semi. & Paulus de Castro, in l. qui superstitis. in fin. ff. de acquir. hære. & Ioan. de Imo. in dicta l. si verò. §. de viro. & Ioan. de Imo. in l. Gallus. §. instituens. ff. de libe. & posthum. & Petrus de Anchar. in repetitione ca. canonum statuta. extra de consti. in verbo, his igitur 5. membris &c. & Petrus de Ancha. in clemen. 1. extra de baptis. in quibus locis concludunt præfati docto. quod statuta excludentia filias fœminas, multòmagis excludunt neptes: & non solum neptes sed nepotes ex filia: ergo idem est dicendum in dispositionibus testatoris & per consequens in casu nostro, vt testator excludens filias proprias, multomagis debet intelligi exclusisse neptes parificando dispositionem statutariam, & testatoris, vt supra proximè dixi in
6 princi. istius art. ad idem adduco: † quia validum est argumentum a sufficienti partium enumeratione, vt in §. actionum, instit. de act. sed in proposito nostro, ego arguo sic. Aut istæ neptes volunt succedere ex persona sua, aut ex persona patris olim sui, & vtroque casu ostendam quòd non possunt: nam si ex propria succedere volunt, non debent posse: quia alij duo filij testatoris, & per consequens patrui sui sunt in primo gradu, ipsæ verò sunt in secundo, vt in §. primò, gradu. insti. de gradi. & per consequens tanquam remotiores in gradu excluduntur. l. secunda §. 1. ff. de suis & lega. cum simi. aut istæ neptes volunt succedere ex persona. R. patris præmortui: & etiam non possunt. Nam qualitas masculini sexus, quæ erat in patre, non est in eis, nec sibi conuenit: ergo non possunt repræsentare personam paternam, nec succedere ex persona paterna. argum. l. fina. C. de natu. lib. & hoc argumento sæpe numero vtitur Barto. in hac materia, maximè in dicta l. liberorum, de verborum significatio. in versi. quæro pone retento. & in versi. sequen. & ita in indiuiduo voluit Ray. Fulg. in dicta l. venia. C. de in ius voc. concludens quod statuta excludentia filias fœminas non solum verificantur in neptibus prouenientibus ex linea fœminina, sed etiam neptibus ex linea masculina, quod dictum non mediocriter facit contra istas neptes succedere volentes parificando dispositionem sta-
7 tuti & testatoris: vt supra dictum est. ¶ † Præterea pro eadem parte facit ratio euidens quia vbicunque disponens aliquid omittit, de quo si fuisset interrogatus illud idem disposuisset in casu omisso quod disposuit in casu expresso, semper intelligitur idem statuisse, & ordinasse glo. est multum notabi. in l. tale pactum. §. fina. ff. de pac. & glo. in l. 1. C. de rap. vir. & glo. in auth. cassa. C. de sacrosan. eccle. & glo. in clemen. 1. extra de rescri. quam ad hoc propositum ponderat ibi do. Ant. & glo. in cap. 2. de confes. lib. 6. quam glo. ibi commendat Do mi. de sancto Gemi. glo. in clemen. 1. de sup. neg. præla. & glo. in c. diaconus. 27. distin. & glo. in ca. vnico. de rer. permu. libr. 6. pro quibus glo. facit text. multum sing. in l. scire oportet. §. j. ff. de exc. tut. & tex. in §. j. inst. de legi. pat. tu. & text. in c. j. §. si quis rusticus. de pace tenen. Si ergo in casu nostro. d. disponens fuisset interrogatus de suis neptibus, est verisimile, imò certissimum iuris præsumptione, quòd idem statuisset in neptibus, & multomagis quod statuit in filiabus proprijs, & forsitan minus reliquisset neptibus quam filiabus tanquam
8 proximioribus. ¶ Vlterius pro hoc faciat: † quia validum est argumentum ab absurdo. l. nam absurdum. ff. de col. bo. Sed si diceremus dictas neptes posse succedere in dictis bonis: sequeretur absurdum & inconueniens, quòd filiæ propriæ testatoris quæ sunt proximiores, excluderentur & exclusę fuissent prout sunt, & fuerunt: & istę neptes quę sunt vlteriores admitterentur. Demum dato quòd prędicta non obstarent, adduco aliud: nam pręfatus testator videtur expresè exclusisse dictas neptes, nam instituit illos tres filios masculos tunc temporis natos, & etiam omnes nascituros masculos. ex eo, & vxore præsente, tunc & futura. Item instituit dictum Alexan. & eo moriente eius filios masculos: quibus deficientibus

substitu-

substituit dictum Lud. quo deficiente substituit eius filios masculos: & si testator in omnibus istis casibus & gradibus substitutionum, semper considerauit sexum masculinum: vnde non immerito videtur apertè exclusisse fœminas. & per consequens istas neptes, de quibus tractamus. & sic iste casus videtur indubitabilis: cum ista fuerit voluntas expressa testatoris. vnde succedit regula posita in l. ille aut ille. §. cum
9 in verbis. ff. de lega. 3. in versic. † cum in verbis nulla ambiguitas est, non debet admitti quæstio voluntatis. & in l. non aliter eodem titulo in versicu. à significationem verborum, non aliter recedi oportet, quàm cum manifestum est aliud sensisse testatorem &cæt. ¶ Postremò, dato quòd ista non fuisset expressa voluntas testatoris de neptibus excludendis: tamen fuit saltem tacita: maximè propter existentiam & nominationem masculorum: in quorum fauorem videtur factum fuisse dictum testamentum: & eorum contemplatio-
10 ne ita testasse. † per quos masculos, vt supra dixi, conseruatur dignitas familiarum. dicta l. 1. §. seruus, & eo maximè ne diuitiæ exirent familiam dicti testatoris, per quas diuitias conseruatur etiam honestas familiarum, vt dicit text. in §. sancimus. in authen. de test. & not. Cyn. in l. pub. C. de adul. & Ioan. And. in addit. Specul. in titul. de succes. ab intest. & Bald. in l. cunctos populos. C. de summa Trini. & Bald. in dicta l. maximum vitium, de libe. præte. vbi dicit quòd ista videtur esse ratio statutorum hodierni temporis excludentium fœminas propter existentiam masculorum: & sola supradicta ratio reddi potest secundum eum ibidem, & non alia. Ita ergo dicamus in proposito quòd dictæ neptes non possint succedere cum patruis suis: nam succedendo diminuerentur diuitiæ, & per consequens dignitas huius familiæ nobilissimæ & vetustissimæ: quod esset omnino contra mentem dicti testatoris, æquiparando eius voluntatem dispositioni statutariæ: quæ æquiparatio procedit, vt supra dixi, & per hoc breuiter videretur dicendum omissis superfluis prima facie dictas neptes omnino excludendas a dicta successione bonorum, & dote congrua debere esse contentas, admittendo dictos patruos tanquam veros & legitimos successores, secundũ expressam & tacitam mentem testatoris. In quibus rationibus non dubito tenentes contrarium facere fundamẽtum: & leuiter prout infra patebit. ¶ Nihilominus prædictis non obstantibus, quæ in veritate non obstãt si rectè & subtiliter ponderentur, vt infra clarissimè ostendam iuribus & rationibus, in con-
a trarium est veritas. ¶ Primò [a] ꝙ omnino dictæ neptes admittãtur ad successionem bonorum paternorum, & omnium ad eorum olim patrem quomodocunq; pertinentiũ. probatur pluri-
11 bus medijs, & primò formaliter arguo sic: † Subrogatum debet sapere naturam illius in cuius locũ subrogatur. l. si cum. §. qui iniuriarũ. ff. si quis cautio. cum si. sed dictę neptes subrogatæ sunt loco dicti R. præmortui earum patris: & ex eo peruenerunt, ergo debent sapere eius naturam & conditionem. vnde sicut ille succedebat, ita & istæ succedere debent tanquam ex stipite habili ad succedendum, & repræsentantes eorum patrem: per quam rationem reperio in terminis nostris determinasse Bald. multum singulariter loquentem in
b dicta l. venia. [b] in fi. C. de in ius voc. vbi dixit: statutum excludebat filias fœminas extantibus masculis: contingit quòd ex pluribus filijs masculis vnus decessit, relicta filia: dubitabatur vtrum filia excluderetur a patruis tanquam fœmina. refert se consuluisse in contingentia facti quòd non: quia illa filia repræsentat patrem suum, & idem in terminis voluit Petrus de Anchara. in repe. cap. canonum statuta, in versic. is igitur quinque membris circa medium repetitionis, extra de constitut. ergo ita dicamus in proposito. & multomagis ex quo non sumus in dispositione statutaria, imò in dispositione testamenti: in qua benignior fit interpretatio. l. in testamentis. ff. de regulis iuris, & illud solemne dictum Bald. in dicta l. venia. refert ibidem Paulus de Castro, & plus non dicit. ¶ Secundò pro eadem parte facit: quia validum est argumentum de toto ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vendica. l. cum pars. ff. pro dereli. cum dictus. R. præmortuus qui appellabatur in totum admissus fuerit ad dictam successionem: ergo istæ neptes, quæ erant, & sunt pars, d. R. debent etiam admitti. ¶ Tertiò ad idem adducitur: quia dispositio loquens de filio, habet locum & verificatur in nepote & nepte. l. filium habeo. ff. ad senatuscon. mace. ergo dicta dispositio testatoris habens locum in filijs, debet etiam verificari in nepotibus & neptibus. ¶ Vlterius ad idem facit text. in l. non tantum, in princip. ff. de contratab. in versicul. non tantum filij admittantur, verum etiam hi quoque qui ex eis nati sunt &cęt. vbi text. vocat filium & omnes ex eo natos, & prouenientes, ergo istæ neptes debent intelligi vocatæ post-
12 quàm pater earum vocatus fuit, cum ex eo sint. ¶ † Præterea pro istis neptibus faciet: quia casus omissus remanet in dispositione iuris communis. l. si cum dotem. in prin. ff. solu. matr. l. commodissimè. ff. de libe. & posth. l. si extraneus. ff. de cond. ob cau. Ergò posito, non tamen concesso, ꝙ essemus in casu omisso, hoc est, ꝙ dictus testator non prouidisset circa neptes, prout omnino prouidit, nec vocasset eas, prout omnino vocauit, vt infra clarissimè ostendam, Casus iste omissus remanet in dispositione iuris communis, quo iure communi cauetur quòd nepos seu neptis pariter succedit cum patruo: & habet omne ius quod habebat pater præmortuus. text. est in §. cum filius. instit. de hęred. institu. in versic. æquum enim esse videtur nepotes neptesque in patris sui locum succedere &c. faciat. l. fina. C. de impub. & alijs substi. & in §. ei qui instit. de inut. stipu. ¶ Ad idem adducitur text. in l. ex pluribus tutoribus. ff. de admini. tuto. iuncta glo. in versic. nec hæ-
13 redi &cęt. ¶ † Vbi priuilegium & omne ius mihi competens competit etiam hęredi meo, qui sit de suis, non autem extraneis: ergo istæ neptes quę dicuntur esse de suis debent habere idem ius, quod competebat earum patri. facit l. hęreditas. ff. de verborum significatio. & text. in l. hęredes. ff. de re gu. iu. & in l. 1. C. vt act. ab hęre. & contra hęre. & in reg. cum quis. de reg. iu. lib. 6. ¶ Sed quid argumentationibus prędictis opus est? profectò luce meridiana clarius est dictas neptes admitti debere ad dictam successionem exclusis patruis, qđ probo sic: Testator in dicta institutione trium suorum filiorum, & aliorum posthumorum masculorum substituit reciprocè pupillariter & vulgariter, & per fideicommissum omnes prædictos filios tunc natos & nascituros masculos quandocunque sine filijs legitimis & naturalibus decederent &c. Certè non sumus in casu in quo vnus prędictorum filiorum, scilicet R. decessit relictis filijs legitimis & naturalibus; ergo alij duo filij debent excludi, quæ verba sine filijs legitimis & naturalibus &c. Si quis diceret mihi, ô amice non verificantur in casu nostro in fœminino sexu, sed tantummodo in masculo: in hoc satis pendet veritas istius q. Ad hoc ego dico ꝙ de necessitate ostendam ꝙ imò verificantur illa verba tam in fœminis quam in masculis, & hoc ostendam tam de iure communi quàm etiam ex voluntate expressa ipsius testatoris, de
14 quo loquimur. ¶ † Et primò non est dubitandum aliquo modo ꝙ de iure communi appellatione filiorum legitimorum & naturalium propriè loquendo venit filia fœmina. text. est in §. fin. inst. qui da. tut. pos. & in l. 2. ff. de testa tu. & in l. ita scriptum. §. j. ff. de leg. 2. & in l. liberorum. ff. de ver. sig. & in l. pronunciatio. eo. ti. & hoc firmant apertè omnes scribentes in dictis locis. & doc. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. in l. sed si sic. §. liberos. ff. de in ius voc. nam non est dubitandum ꝙ regulariter masculinum concipit fœmininum. l. si quis id quod. ff. de iuris. om. iud. l. j. & ibi hoc latè explicat Bar. per iura & rationes. ff. de verb. sig. nam hoc verbum, filius vel filijs, est verbum naturę, prout dicunt doct. in locis præallegatis, & in indiuiduo loquendo in terminis nostris quando testator reliquit fideicommissum si filius hæres decesserit sine filijs legitimis & naturalibus, ꝙ ista verba intelligantur tam in fœminis, quam in masculis, voluit Bart. apertè. & Io. de Imo. in d. l. cũ auus. ff. de cond. & dem. vbi dicunt ꝙ in terminis de quib. loquimur, ita demum excluduntur fœminę, si testator adiecerit verbum masculis, alias non, & si quis diceret istud verbum masculis, aliàs licet non sit appositum in illa parte; tamen est satis appositum in alijs partibus, & in alijs gradibus institutionum & substitutionum, ex quo fit quod intelligitur etiam hic repetitum vel tacitè subauditum ex iuris præsumptione, & ex coniecturata mente testantis, ad hoc respondeo prout infra latius apparebit, dum tractabo de coniecturata mente testantis &c. ¶ Et fortius probat ille text. in dicta l. cum auus

quem ad hoc propositum reputauit singularé ibi Ioã. de Imo. quòd non solùm filij & filiæ & filij hæredis instituti & per fideicom. grauati excludunt fideicommissarium quando testator de eis fecit mentionem, † sed etiam quando nullam fecisset mentionem testator de filijs filiorum filij, & filiæ intelliguntur esse vocatæ per testatorem ad exclusionem fideicommissarij, etiam si fideicommissarius similiter esset filius testatoris, vt est in casu nostro. qui tex. diligenter notandus est in proposito nostro in quo dato quòd dictus testator nullam fecisset commemorationem de filijs suorum trium filiorum in dictis substitutionibus, sed simpliciter substituisset suos proprios filios adinuicem vel aliter, nihilominus filij & filiæ vnius præmorientis excluderent fideicommissarios patruos. & ita in indiuiduo decidit illa lex singularis in d. l. cum auus. in ver. fideicommissi conditionem coniecturæ pietatis defecisse quod minus scriptum quàm dictum fuerat inueniretur &c. Et idem probat tex. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. in ver. non aliter hic testator sensisse videatur, nisi hi qui restitutione onerati sunt sine filijs, vel filiabus, vel nepotibus vel neptibus, vel proneptibus fuerint defuncti &c. Et idem probat text. in l. generaliter. §. fi. C. de instit. & substitut. sub conditione factis, in ver. non aliter substitutionem accipiente nisi ipsi liberi sine iusta sobole decesserint &c. & voluit glo. quam pro singulari allegat Ioan. de Imol. & Ludo. Roma. ibidem in l. 1. ff. de donat. causa mort. & idem in terminis voluit Bal. & Saly. in d. l. cum acutissimi. & in d. l. generaliter. §. 1. & doct. in d. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. vbi omnes in hac conclusione concurrere videntur, quòd etiam si testator nullam fecerit mentionem de filijs in casu deficientiæ filiorum institutorum, nihilominus lex ipsa subintelligit talem cõditionem: quia multò magis hic est dicendum in casu nostro. in quo dictus testator fecit mentionem de filijs filiorum per illos ablatiuos absolutos, qui resoluuntur in vim conditionis. l. à testatore. ff. de condi. & demon. l. vnica. cum ibi not. C. quando non pet. par. & si testator expressit illud quod omnino lex ipsa subintelligebat, per quæ verba sine filijs legitimis & naturalibus &c. dictus disponens videtur prætulisse filios & filias præmortui hæredes ipsius substituti, vt dicit text. in l. Lucius. in fi. ff. de hæred. insti. multum accommodatus ad propositum in ver. nam prudens cõsilium testantis animaduertetur. Non enim solum fratrem hæredem prætulit, sed etiam eius liberos &c. vbi tex. propriè loquitur de ista conditione apposita sine filijs legitimis, & naturalibus &c. ¶Omittendo nunc vtrum ex testamento vel ab intestato videantur vocati dicti filij & filiæ filiorum præmortuorum per illam clausulam, sine filijs legitimis & na-

16 turalibus &c. † Nam ille est passus valde dubius, nec ad rem nostram pertinens, de quo per glo. in d. l. Lucius. quæ voluit quod per illa verba, sine filijs &c. videantur vocati filij & filiæ non tanquam ex testamento, sed ab intestato, & tanquam attinentes absque eo quod dicamus quod debentur sibi pro fidei com. quam glo. sequuntur doct. in pluribus locis reputantes eam singularem & diligenter notandam, maximè Iacob. de Are. Cyn. Rayn. Bart. Franc. Tigri. Nicol. de Neapol. Bal. Ang. Raph. Cuma. & Ioan. de Imol. in d. l. Lucius, & Bart. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. in verbo, quæro vlterius quid si testator dixerit, si filius meus &c. & Bart. in l. si cũ dotem. in prin. ff. sol. mat. & Bart. in l. si sic. ff. de leg. 3. & Bal. in l. quod scitis. C. de bon. quæ lib. & Bald. in l. cunctos populos. C. de summa Trinit. in ver. venio ad secundum. & Bal. in d. l. cum acutissimi. & Bal. in l. si emancipati. in 8. oppos. C. de collat. & Bal. in l. potest. ff. de vulg. & pup. & Paul. de Castr. Rapha. & Ioan. de Imol. in l. filius. §. cum quis. ff. de leg. 1. & Raph. Fulgo. in d. l. generaliter, §. cum autem. & Pet. de Anch. in ca. si pater. de testib. lib. 6. in 12. notab. posito ibi per eum. & Pet. de Ancha. in cap. licet. extra de vot. & in ca. in præsentia. extra de probat. in ver. decimò quæro. & in consi. 109. incip. Pro clariori decisione dubij &c. in consi. 127. incip. Ponderanda &c. & in consi. 405. incip. Quia supra consultum est &c. in quibus locis concludunt præfati doct. quòd vbi testator in testamento fecit fideicommissum sub conditione ista si filius decesserit sine filijs legitimis & naturalibus &c. absque dubio veniunt filij & filiæ hæredis præmorientis, saltem ab intestato. & sic apparet quòd non solum in casu expresso, sed etiam in casu omisso debent succedere filij & filiæ hæredes præmorientis & præferri fideicommissarijs etiam si essent filij eiusdem testatoris. d. l. auus. & d. l. Lucius. Et sic hucusque ostensum fuit apertè, quòd de iure communi & propriè loquendo in terminis nostris, vbi tractatur de fideicommisso appellatione filiorũ comprehenduntur fœminæ: quia illud verbum est verbum naturæ aptum comprehendere masculos, & fœminas, vt dicunt doct.

17 in locis præallegatis. ¶†Nunc operepretium est vt ostendam quod etiam istud fuit de mẽte testatoris in casu nostro: quod primo probo sic. Testator in prima institutione dictorum suorum filiorum masculorum natorum & nasciturorum, fecit mentionem de filijs masculis excludendo filias proprias dotando eas. Similiter fecit in substitutione Alexan. & in substitutione Ludo. in quibus substitutionibus & gradibus substitutionum, semper expressit illam qualitatem masculorum. Dum autem in secundo gradu fecit mentionem de filijs illo-

c rum trium filiorum non solum semel, sed etiam bis, [c] nunquã expressit illam qualitatem, imò eam tacuit quam exprimere sciuisset, & potuisset si voluisset: sicut expressit in alijs gradib. vnde manifestè apparet ex hoc quòd noluit excludere neptes, non apponendo ibi illam qualitatem, quam apposuit in omnibus gradibus institutorum, & substitutorum: & istud erat facile apponere vnde non dixit ipse ergo nec nos dicamus. l. si seruum. §. non dixit prætor. ff. de acquirenda hæred. l. de pretio. ff. de publ. l. 2. §. generaliter. ff. de legat. præstand. & eo maximè dicendum est hanc fuisse mentem & voluntatem dicti testantis. Nam geminando istum actum, & ista verba sine filijs legitimis & naturalibus, commemorando filios filiorum suorum, semper tacuit illam qualitatem masculorum, quæ geminatio multum operatur. l. 1. §. 1. ff. de constit. pec. §. de constituta. institut. de actio. cum multis similibus, quæ breuitatis causa omitto. Sed pro nunc dico quòd dictus testator in duobus locis commemorando filios illorum trium filiorum suorum, tunc natorum & nasciturorum, nunquam apposuit qualitatem quam apposuit in omnibus alijs, & plus dico quod non apposuit illam qualitatem ex expressa mente & intentione sua, prout ex infra dicendis proximè apparebit. ¶Et si quis dicet, ergo testator apposuit illam qualitatem ad excludendum filias proprias, & non debet etiam intelligi saltem tacitè apposuisse ad exclusionem neptum remotiorum & vlteriorũ in gradu, & similiter apposuit illam qualitatem in omnibus alijs gradibus substitutionum, quare non debet etiam tacitè

18 subaudiri illa qualitas circa neptes. †Ad hoc respõdeo quòd diuersa est & erat ratio quare magis apposuit illam qualitaté ad excludendas filias proprias, non autem neptes. nam filiæ propriæ dicti testatoris dotatæ fuerunt, vnde non fuit durum excludere eas apponendo illam qualitatem verbi masculorum, sed ista ratio non militat in istis neptibus, quas dictus testator non dotauit, quas si voluisset excludere potuisset prouidendo eis de dote in euentu ipsarum: sed quia nondum extabant, testator prudentissimè prouidit eis non apponendo illam qualitatem masculini sexus, quæ fuit certior prouisio, quàm si dotare voluisset. itaque non arguamus de filiabus proprijs ad neptes in casu nostro: quia alia ratio est in filiabus: quàm in neptibus, vnde ex diuersis non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. fin. ff. de calum. ¶Nec dicatur mihi: ergo istæ neptes in effectu reperirentur nunc habere plus quàm propriæ filiæ testatoris: dico quòd hoc non est inconueniens, nam potuisset euenire casus in quo minus habuissent, & longè minorem partem, vt statim ostendam: ergo non est absurdum quod reperiantur habere maiorem partem. nam potuisset esse quod vbi primò erant tres filij masculi testatoris tempore testamenti conditi, alij plures superuenissent ex eadem consorte, vel alia futura, de qua ipsemet testator fecit mentionem, & eam considerauit, & per consequens si plures fuissent portiones & minores, & similiter istæ neptes quæ nunc reperiuntur tres numero potuissent esse plures ex præsumptione iuris. & si plures fuissent, & successissent, tunc minus habuissent quàm dictæ filiæ propriæ testatoris. Itaque propter istum dubium euentum tolerari debet hoc.

19 ¶†Nam propter dubium euentum multa statuuntur à lege, & tolerantur, & admittuntur quæ aliàs non tolerarentur, patet in l. 1. C. de pactis. cum ibi notat. per doctor. maxime

me Baldum & Salic. & patet in tex. multum no. in proposito. in l. de fideicommissi. C. de transactio. & in l. si pater pupillæ. de inoffi. test. & in l. si ea. C. de vsu. cum simili. ¶ Et ista fuit verissima intentio testatoris, præstantissime iudex, & ratio quæ mouit disponentem primò ad excludendas filias proprias. secundò ad non dotandum neptes. tertiò ad ponendum illa verba, sine filijs legitimis & naturalibus tantum, absque illa qualitate: quia hoc modo prouidit filijs masculis, hoc modo filiabus, & hoc modo neptibus, quæ neptes si bene reperiretur habere nunc plus, non est mirum: quia potuissent habere minus, vt supra dixi.

20 † Vnde qui sentit onus debet sentire commodū. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. l. cum qui. ff. de iureiu. ca qui sentit. de reg. iur. lib. 6. ¶ Præterea, dato & non concesso, ꝙ prædicta ratio non mouisset testatorem ad ita disponendum: ex alia ratione ostendo ꝙ non est inconueniens quod dictæ ne

21 ptes plus habeant quàm filiæ propriæ. † Nam præsumitur magis diligere neptes quàm filias, cum per eas plus conseruatur memoria, & nomen ipsius quàm per filias, iuxta ea quæ habentur in l. isti quidem. in fi. ff. quod met. cau. Vnde dico ꝙ licèt excluserit filias, non sequitur, ergo videtur exclusisse neptes: quia minor affectio cadit in filio & in filia, quàm in nepote & in nepte, secundum iuris dispositionem. ¶ Nec ob. si diceretur, testator exclusit alios, apponēdo illam qualitatem, masculos:

22 ergo etiam neptes: † quia dico ꝙ in alijs vlterioribus non cadebat illa affectio, quæ in neptibus. & ꝙ hoc sit verum probo: nam substituit alios vlterius. & in vlteriori parte testamenti post alios: vnde non arguamus de filiabus primò ad neptes, ꝑ ea quæ supra dixi, nec arguamus de Alexandro vel Ludouico, quia testator eos non ita dilexit, cum eos inferius substituerit, & in vlteriori gradu collocauerit, & multominus in consequētiam præsumitur dilexisse eorum lineas fœmininas: & ideo non fuit admiratione dignum si circa eos apposuit illam qualitatem masculini sexus. & ista fuit verissima intentio, & volūtas dicti testantis, quæ debet omnibus præferri & magis attendi. l. cum virum. C. de fideicom. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & demon. §. disponat. in auth. de nup. ¶ Ex quibus omnibus tolluntur multa ex his quæ supradicta sunt in contrarium pro alia parte, quę nunc clarius & singulariter, & particulariter de verbo ad verbum tollam: vt ista veritas omnino defensata remaneat fundata in iure, & in omni ęquitate. ¶ Non ob. igitur primum argumentum dum dicebatur, si de quo minus videtur inesse &c. hoc est filiæ propriæ exclusæ fuerunt, multo magis neptes: quia ad hoc responsum apparet ex supra proximè dictis: nam diuersa ratio fuit & est in filiabus proprijs: & diuersa fuit & est in neptibus, nam filię dotatę erant: & ista fuit iusta causa exclusionis earum, quę non reperitur in neptibus. ¶ Nec dicatur mihi, nonne potuerunt dotari nunc arbitrio boni viri, prout in simili dicebat Bart. in d. l. cū auus. Nam ad hoc dico ꝙ ex quo vocatę reperiuntur per dictum testatorem, vt supra ostensum fuit latè, non est necesse

23 recurrere ad hoc, vt nunc dotentur. † nam habenti remediū dium ordinarium, non est opus extraordinario. l. in causę. ff. de mino. l. in prouinciali. ff. de oper. no. nunc. cum si. & sic recte valentibus non est opus medicis. Pręterea Bar. in d. l. cum auus, non loquitur in terminis nostris, sed loquitur quando testator exclusit expresse eas, dicendo si sine filijs masculis &c. Nam tunc vult Bart. ꝙ bene filię exclusę debeant dotari arbitrio boni viri: sed non sumus in casu, imo sumus in casu quo testator vocauit dictas neptes &c. ¶ Secundo non ob. secundū argu. ꝙ vbi est eadem ratio &c. quia respondeo ꝙ non est eadē ratio in neptibus, quę est in filiabus in casu nostro, imò diuersa est. vt supra dixi. ¶ Nec dicatur ꝙ testator habuit respectum ad agnationem conseruandam: nam dico quod verba ipsius sonant contrarium circa istas neptes. bene habuit considerationem in alijs scilicet dum loquitur de filijs Alexandri, & vlterioribus, quos non ita prędilexit, sed in neptibus non considerauit talem rationem cum eas vocauerit per illa verba sine filijs legitimis & naturalibus iunctis alijs coniecturis & pręsumptionibus, quas supra dixi.

24 ¶ † Tertiò non ob. aliud arg. ꝙ non debent esse melioris conditionis vlteriores quàm proximiores &c. quia responderi potest ꝙ ex eo quia potuisset esse quod fuissent deterioris conditionis per illos euentus dubios de pluralitate filiorum, & pluralitate neptuum non est inconueniens dicere ꝙ nunc reperitur ipse esse melioris cōditionis quàm filia d. l. de fideicommisso. de transa. cum alijs supra alleg. bene fateor ꝙ in casu certo lex abhorreret ꝙ melioris conditionis sit neptis quàm filia d. l. si viua matre: & maximè in statutis excludentibus filias fœminas: nam comprehendunt etiam neptes, vt supra latius dixi: sed non sumus nunc in casu certo, nec etiam in terminis statutorum, quæ statuta loquunt̄ etiam ab intestato, & semper præsupponunt fœminas exclusas dotari competenter nec aliter excluderent vel excludere possent. Pręterea statuta considerauerunt rationem agnationis cō seruandæ, & familiarum, quam considerauit iste testator nisi in illis personis in quibus fecit mentionem de filijs masculis: sed circa neptes non habuit istam considerationem cum non apposuerit in eis illam qualitatem masculini sexus, imò vocauit eas diuersimodè, vt supra probatum fuit, & per hoc sublatum est tertium & quartum argumentum simul. ¶ Quinto nō obstat aliud a sufficienti partium enumeratione &c. quia dico ꝙ argumentum in se verum est, sed non militat in terminis rationis, in quibus probaui supra ꝙ dictæ neptes possunt succedere ex propria persona, & etiam ex persona patris, dum allegaui illud solenne dictum Bal. in d. l. venia, cuius dictum apponit gladium ad radicem istius. q. quicquid dicat ibi Raph. Fulg. qui more solito conatur impugnare veritatem, cuius autoritas pace eius salua dixerimus, nō dedignabitur cedere pręclaro & illustri monarchæ do. Bal. & eo maximè, cum sit fundamentum ratione viua. Ex quo infero ꝙ posito ꝙ istæ neptes in casu nostro non essent vocatæ per testatorem, prout supra vocatas esse demonstraui, tamen ista stant simul ꝙ filia excludatur, tamen neptis ex filio non, per illam sæpius commemoratam doctrinam Bal. quæ est diligenter not. in proposito nostro. ¶ Sexto non ob. aliud argumentum dum dicebatur, quod si disponens fuisset interrogatus idem statuisset, &c. quia dico respondendo, ꝙ imò disponens non exclusisset dictas neptes, imò condecenter dotasset, sed non sumus nunc in casu dubio, in quo debemus arguere eo modo, nec sumus in casu omisso, imò sumus in casu certo. vnde doctrina illarum gl. de quibus supra non militat in casu nostro. ¶ Non ob. septimum arg. de absurdo, quia dicere possumus ꝙ absurdum esset potius excludere istas neptes contra mentem testantis, & hoc bene esset inconueniens. Nec dicatur quod sunt melioris cōditionis quàm filiæ: quia ad hoc supra responsū fuit per illum incertum euentum, vel nunc possumus dicere ꝙ si prædicta ratio non sufficeret, testator ita voluit, cuius voluntas est seruanda, vt in §. disponat. in auth. de nup. ¶ Restat nunc respondere ad aliud motiuum octauum in ordine dum dicebatur ꝙ testator fecit mentionem de masculis in quam pluribus gradibus dictarum in-

25 stitutionum & substitutionum &c. ¶ † Ad quod respondendū est fatendo qđ fecit sæpius mentionem de dicta qualitate masculorū, sed in casu isto omisit semper illam qualitatem in duobus locis, quā exprimere potuisset, & sciuisset si voluisset, sed vt supra dixi per actum geminatū semper omisit illam qualitatem, ergo istud argumentum potius facit pro, quam cōtra neptes, & tanto magis quia verba sunt notæ earum quas quis habet in animo passionū, ergo testator si voluisset aliquo spe excludere neptes, per verba hoc declarasset. Et si diceretur mihi plus fuit dictū, sed minus fuit scriptū, respōdeo ꝙ dato ꝙ istud esset verū non tamen concedo. Istud fortasse præsumeretur nisi bis testator istis verbis vsus fuisset, & non ita sæpe numero in alijs gradibus fecisset mentionem de illa nota masculorū, quam ita sępe repetendo notam habebat, & eius importātiā, & vt sibi notam voluit apponi in omnibus gradibus, præter quàm ad excludendas neptes, nam hoc facere sciuisset sicut in alijs gradibus inter quos omnino ostendi fore rationem diuersitatis, quare magis apposuerit in alijs illam qualitatem quàm in nepotibus excludendis, quæ nunc non repeto. & sic istud octauum arg. nil habet obstare. ¶ Vltimo nō ob. vltima ratio de diuitijs conseruandis propter tacitam mentem testantis &c. quia satis per ea quę supradicta sunt responsum apparet. nam verum est quòd testator præsumitur in dubio velle conseruare agnationem, sed in casu certo non est locus coniecturis. l. continuus. §. j. de verbo. obli. nos aūt sumus in casu certo, in quo dictæ neptes admissæ fuerunt, & vocatæ ad successionem tacitè & expressè, prout supra ostendi pluribus iurib. & rationibus. ¶ Quę omnia supradicta si quid boni in se habentur attribuendum est domino nostro clementissimo, si qđ autem

inepte aut male dictum est, attribuamus prauitati & exiguitati ingenij mei, quam immensa docilitas & æquitas, vestra præstantissime dominæ iudex, supplere vbi opus erit nō dedignabitur: cui me commedo, nec non præsentem valde fauorabilē istarū nobilium pupillarum causam, quas solita prudentia q̄rat dominatio vestra cum dignissimis patruis suis concordes reddere, & inter eos pacem ac concordiam omnino imponere. & ipsa loco parentis eis miserabilibus in præsentia esse velit: cum tali parente orbatæ sint, ne afflictio addatur afflictis. c. ex parte, de cle. ægro. l. diuus. ff. de offi. præsi. & supremum Deum obtestor, verbum in hoc non fecissem, nisi primo pro ipsa veritate aperienda, & defensanda: nec non promotus ab eo quod dixit Imperator in l. vnica. C. quando imp. inter pup. & vi. in ver. ꝙ si pupilli vel viduæ alijque fortunę iniuria miserabiles &c. pro quibus tandem omnia iura clamant: & vestra dominatio tueri ac defendere tales, prout communiter fertur, consueuit: memor illius quod dicitur in l. j. in prin. ff. de mino. in versi. hoc edictum prætor naturalem ęquitatem secutus proposuit, quo tutelam minorum suscepit. nam cum inter omnes constet fragilem esse & infirmum huiusmodi ætatis consilium, & multis captionibus suppositum, multorumque insidijs expositum, auxilium eis prætor pollicitus est: quib. similiter iam pollicetur dominatio vestra cui me iterum commendo &c. Laus Deo. ¶Et ita consulo, & iuris esse puto prout supra scriptum est ego Ludouicus Bologninus minimus vtriusque iuris doctor & æques iura ciuilia de mane ordinariè legēs Ferrariæ: & in fidem me subscripsi & solitum sigillum apposui, saluo semper iudicio saniori. ¶Cui consilio tunc se subscripserunt præstantissimi vtriusque iuris doctores in præfato studio legentes dominus Ioannes Sodoletus de Mutina. dominus Albertus Bellus de Perusio. dominus Dominicus de Lassa. d. Antonius Aleutis cum suorum sigillorum impressione prædicta omnia approbantes: licèt tunc in illis terminis contrariū consuluisset Barbatia in ciuitate Bononiæ: quia iste casus ibi vertebatur, & causa iuris tunc pendebat ibidem.

ADDITIONES.

a ¶Primo. sequentes quatuor priores rationes non valent, reliquæ cōcludunt, dixi in consi. præcedenti & infra lib. 6. consi. 38. & in tracta. substi. super l. precibus.

b ¶Venia. Sed hoc reprobatur per Fulg. Alex. Ias. Dec. ibi. dixi in consue. Parisi. §. 134.

c ¶Bis. sufficeret semel: quoniam inter hos casus est opposita nedum, sed diuersa ratio: vt enim descendentibus debetur, contra verò extraneis non debetur hæreditas: ita vocationem extraneorum restringi ad masculos, grauamen verò filiorum per descendentes simpliciter secundum ius commune restringi conuenit.

SVMMARIVM.

2 *Nouitij non dicuntur post annum. & nu. 18.*
3 *Immunitas data venientibus ad habitandum, non competit originarijs.*
5 *Priuilegium per absentiam amittitur.*
6 *Interrogatus disponens quod verisimiliter cessisset, habetur pro expresso.*
7 *Mens sufficit licet verba deficiant.*
9 *Taxatiua excludit reliquas exceptiones etiam similes.*
11 *Tacitum non debet valere plus expresso.*
12 *Priuilegium quod transiuit in contractum reuocari non potest. li. nume. 14.*
13 *Princeps obligatur ex contractu subditi.*

CONSILIVM LIIII.

Vincentinus de Paleotis Bononiensis.

Viso puncto subtiliter formato cum rationibus vtriusque partis, & etiam viso decreto exceptionis concessæ hominibus de nouo venientibus ad habitandum in villa sancti Martini in Argile, & alijs vllis vnitis dictæ villæ seu terræ sancti Martini in Argile, & omnibus maturè & accuratè pensatis videtur dicendum ꝙ commune Buttrij potest cōpellere seu compelli facere familiam dicti Antonij ad soluendum collectas, & ab subeundum æstimum sicut soluunt & subeūt alij non forenses habitantes in dictis villis. & hæc probo. Primo ex dispositione iuris municipalis, quo cauetur vt mihi in facto præsupponitur quòd omnes forenses teneantur subire æstimum, & collectas sicut cæteri subeuntes. Secundò probo
1 ex verbis dicti decreti: †nam cui non conueniunt verba legis: nec conuenit eius dispositio. l. ita autem. & ibi Bar. ff. de admini. tut. l. 4. §. toties. de dam. infe. l. hos accusare. §. omibus. de accusa. Bal. in l. illam. C. de col. Bar. in consilio. Minister fratrum minorum. sed verba decreti concedentis immunitatem venientibus ad habitandum in villa sancti Martini non conueniunt familiæ dicti Ant. nec dicto Antonio, vt statim patebit, ergo nec dispositio dicti decreti debet conuenire. Quod autem verba dicti decreti non conueniunt dicto Ant. patet: quia verba decreti dicunt quòd immunitas conceditur quibuscunque laboratoribus forensibus, & de nouo venire volentibus ad habitandum in dictis villis, vel altera earum &c. ita continetur in supplicatione porrecta regimini ex parte supplicantium, &
* sic intelligitur* esse concessum. l. j. & ibi per Bal. C. de diuersi rescri. §. præterea. insti. de inuti. stipu. Sali. in l. j. C. de he. decurionum. Bal. in l. sed si sine. §. sed quod papinianus. ff. de mino. sed iste An. non venit de nouo ad habitandum comitatum Bono. vt patet ex narratis in puncto: quia tempore quo sibi fuit concessum dictum decretum exemptionis 10. annorum, iam diu ante venerat ad habitandum in comitatu Bonon. & obtinuerat decretum exemptionis per decennium. quod decretū conceditur omnibus laboratoribus forensibus venientibus ad habitandum in comitatu Bonon. & operantibus artem rusticalem, ergo cum non possit iste Anto. dici de nouo venisse ad habitandum comitatum Bonon. cum iam prius habitauerat, non potuit sibi dictum decretum exemptionis fieri per rationem iurium prædictorum. Accedit ad hoc tex. & quod ibi p
2 doc. in l. fin. §. quoties. ff. de publi. † vbi illi dicuntur nouitij, qui per annum integrum non steterunt in loco, sed iste Antonius ante hoc decretum exemptionis 10. annorum, steterat in comitatu Bono. per plures annos. & gauisus fuit exemptione 10. annorum: vt in facto & in puncto narratur: ergo non potest dici nouitius habitator seu de nouo veniens ad habitandum. & sic non debet comprehendi sub decr. concesso de nouo venientibus ad habitandum: & propterea ibi d. Ioan. de Imol. dicit not. casum istum ad statutum quo cauetur quòd nouitij non teneantur soluere gabellas, quòd non dicentur nouitij qui steterunt vltra annum in ciuitate vel comitatu. Et ideo Specul. in titu. de statu monac. §. j. versi. 38. dixit quod si quis intrauit religionem, & ante annum professionis exiuit, quod si postea iterum ingrediatur, non debet habere etiam annum concessum ad professionem faciendam, nisi ex causa. Et idem dicit Ioan. An. & Petr. de Anch. in capit. j. de vita & hoc cle. libro 6. Et idem tenuit Lu. de Ro. in dicta l. 1. §. quoties. de pub. & de hoc est glo. in cap. eum qui certus. de reg. iur. libro 6. Quinimò pro hac parte expresè tenuit Bart. in l. cum emancipatus. §. si pater. ff. de contratabu. † vbi voluit quod si statu-
3 tum dicit quòd omnes venientes ad habitandum in ista ciuitate, habeant aliquod priuilegium: quod ciues originarij non habitantes, & venientes ad habitandum, non gaudebunt illo priuilegio. & sic doctrina illa Bart. in d. §. si pater, videtur decidere casum istum. Accedat etiam ad hoc quod scribitur in l. euacuatis. C. de dec. libro 10. & in l. his. de immunitate nemini concedenda. vbi ista talis immunitas non potest concedi per alium quàm per principem, & aliter concessa non tenet. ¶Quibus tamen non refragantibus contrarium puto de iure verius scilicet ꝙ familia dom. Anto. non possit collectari pro communi Buttrij: nec etiam cogi ad æstimum subeundum: quod demonstratur: nam statutum seu decretum concedens immunitatem & exemptionem omnibus forensibus laboratoribus, & de nouo venire volentib. ad habitandum in dictis villis sancti Marti. in Argile, & alijs insimul vnitis dictæ villę, habet locum in d. Ant. & eius familia, vt infra patebit, ergo tale decretum exemptionis & concessum est validum, & debet obseruari. ꝙ autem habeat locum in d. Ant. patet primò: quia forensis est: quia est de villa Consadoli cōmunitatis Ferrarię. Item est laborator terrarum, vt in puncto narratur. Itē venit de nouo ad habitandū in dictis villis sancti Marti. in Argile: ce-

le, ergo decretum ei cócessum est ualidú, cú in eo concurrant oia q sunt necessaria ad tale decretum obtinendum. ar. l. si hęredi plures. ff. de condi. insti. per Bald. in l. fi. C. de pœna iudi. qui male iudi. & in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & posth. no. in l. discretis. C. qui test. face. pos. Non obstat q dictum est supra id est q iste nó potest dici de nouo venisse ad habitandum in dictis villis, ex quo alias in hoc communitatu stetit vltra annú per supradicta per tex. in l. fin. §. quoties. ff. de publi. cum mul-
4 tis concord. superius alleg. †Quia respódeo primò, quòd imò dicitur venisse de nouo, attentis verbis prouisionis. Nam verba prouisionis solum requirunt quod veniat ad habitandum de nouo in dictis villis, Sed certum est, q iste nunquam habitauit in dictis villis nisi tempore quo sibi fuit decretum exceptionis concessum, vt in puncto narratur, ergo a verbis dictæ constitutionis non debemus recedere. l. ille aut ille. §. cum in verbis. in l. non aliter. ff. de leg. 3. Et sic verba legis debemus attédere. l. constitutus, ad muni. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. l. j. §. si is qui nauem. ff. de exer. l. prospexit. ff. qui & a qui. 6. q. 3. cap. scriptum. Spe. in ti. de recusa. §. effectus. versi. sed núquid vna pars. Præterea etiam dato q alias habitasset & stetisset in dicta villa sancti Marti. in Argile, dico q ex quo discessit & stetit per spatium 6. aut 7. annorum in territorio suo proprio vnde discesserat: q dicit sublatus omnis effectus primi aduētus. vt primo probatur per tex. in l. pe. C. de dome. & profess. li. 12.
5 †& q ibi voluit Bar. vbi ille qui absentauit se a curia sine licétia principis, si per biennium steterit absens debet poni post quintum in ordine in quo erat descriptus: si triennio debet poni in gradu 10. si. quadriennio stetit absens debet poni in nouissimo loco cum reuerteretur. Si autem steterit quinquénio absens: tunc priuandus & spoliandus erit singulo illius ordinis in quo descriptus erat. Et ideo Bart. in l. ex eo. ff. de test. mili. di-
* xit q scholaris qui per quinq; annos stetit absens a studio,* dicitur priuatus matricula: & de nouo veniens ad studium debebit iterum matriculari: & alle. tex. in l. pe. & in l. fi. C. de primice. lib. 11. Et idem dixit Lud. Ro. in l. si verò. §. de viro. in 24. fallentia. ff. sol. mat. Bart. in consi. inci. Statuto vniuersitatis Bononiæ cauetur &c. Nam eo ipso q quis recessit & stetit tanto tempore ad redeundum, dicitur amplius non habere animú redeundi. l. naturalem. §. pauonum. ff. de acq. re. dom. & insti. de re. diui. §. in his. & §. pauonum. ergo per consequens cum recedit, dicitur de nouo venisse: & maximè cum iste Anto. tempore quo discessit de isto comitatu reuersus fuit in proprio territorio: ex quo debet inferri. q tantominus ei debebat esse animus redeundi. ar. eorum quæ dicuntur per doc. & maximè p Lud. in l. lega. ff. ad Sil. & do. Ant. in c. fi. de iureiu. & Bal. in l. in bonæ fidei. C. de iureiu. & per me post eos in repetitione. l. admouendi. ff. de iureiu. versi. nunc condescendo ad tertium modum, scilicet ad fugam. accedit ad hæc tex. in l. quid si fu-
6 gitiuus. ver. Celsus ait. ff. de ędil. edic. † Item confirmo per ea quæ dicit gl. repu. fin. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. vbi illud dicitur contineri sub statuto, licèt hoc non sit expressum q si
a statuentes de eo fuissent interrogati statuissent,ª sed quis negaret quod si reformatores seu consilium generale sexcentorum qui concesserunt illas immunitates de nouo venientibus ad habitandum in dictis villis sancti Martini in Argile fuissent interrogati de forensibus. qui alias habitauerint in comitatum istum, & exemptionem obtinuerint. & postea ad partes suas recesserint, q ipsi etiam concessissent eandem immunitatem eisdem volentibus reuerti: certè nemo sanæ mentis. arg. l. si quis ita. in fi. ver. nemo sanus. ff. de euic. & illam gl. in d. §. fi. multú singulariter exclamauit ibi Bald. dicens quod illa procedit siue aliquid statuatur per modum legis, siue per modum conuentionis, vt est in casu nostro, vt infra latius declarabo, siue p modum rescripti. & pro illa gl. etiam facit tex. iuncta gl. in d. c. 2. de confes. lib. 6. vbi ille tex. qui est exorbitans a iure communi, & loquitur in reo contumace, extenditur ibi per gl. ad actorem. & dicit ibi gl. quod ideo fuit expressum in reo: quia plus frequentatur in reo quam in actore. & sic idem dictum fuisset de actore. ad idem facit gl. in l. 1. de raptu virginum. C. vbi tex. loquitur de masculo, & tamen glo. ibi extendit ad fœminam rapientem, quia est eadem ratio. & idem dicit Bald. in c. 1. §. si quis rusticus. de pace tenen. vbi tex. loquitur in rustico portante arma, & tamen extendit ad ciuem, & dicit quod ideo in rustico loquitur: quia magis frequentant portare ar-
7 ma. †Accedit ad hoc, quia ratio & mens statuentium & condentium leges plus est attendenda quam verba ipsius legis vel statuti, vt voluit Cy. in l. 1. C. quæ sit longa consue. & in l. 1. ff. si cert. pet. quinimò dicit Ang. in consi. 167. quod sufficit habere mentem legis: licèt verba deficiant. imò etiem si verba essent contraria, debemus attendere mentem, vt ipse voluit in consi. 169. pro quo adduco tex. in l. 1. ff. quod fal. tut. auto. & est tex. optimus in l. quæsitum. de test. & in l. quamuis. ff. de in ius vo. & tex. iuncta gl. in l. qui bona. §. damni. in versi. inquiretur. ff. de dam. infe. quam Bal. multum no. in c. fi. de mutuis peti. similiter etiam dicimus in contractibus, quod magis attenditur mens contrahentium, quàm verba contractus, vt est gl. no. in l. blanditus. C. de fideius. & facit quod voluit do. An. in c. nouit. de iu. & Io. de Imo. in l. fi. de hære. insti. sed més istorum reformatorum seu hominum de consilio sexcentorú fuit curare totis viribus, vt villæ illæ sancti Marti. & aliæ secú vnitæ, quæ erant incultæ, & inhospita loca replerentur hominib. qui essent forenses, & non habitarent territorium Bononiense: & sic possent reduci ad culturá, prout prius erant, ne ignominia resultaret communitati Bononiæ propter territorium illustrissi mi domini Marchionis Estensis quod est contiguú istis villis sancti Marti. & est bene cultum & fertile & habitatum. istæ autem villæ sunt malè cultæ & steriles & inhabitatæ: vt patet ex procemio, & narratione dictæ reformationis: quod procemium denotat causam finalem dictorum statuentium. l. regula. ver. initium cóstitutionis demonstrat. ff. de iu. & facti igno. l. fi. & ibi per omnes scribentes. ff. de hęre. insti. l. j. ff. ad Mace. & ibi per Bald. & per eundem. in l. cum hi. in prin. de transa. & in consilio incip. Fuit quidam de Assisio. & Bald. in l. j. ff. de orig. iur. & in l. ut liberis. C. de col. & in §. quibus. in j. consti. C. & in l. ius ciuile. de legi. in l. 1. C. de fal. cau. adie. legato. ergo satis est q forésis qui sit laborator, & habitet extra territorium Bononiæ veniat ad habitandum dictas villas: quia pro hoc est satisfactum menti ipsorum reformatorú: dato quod talis forensis ueniens, alias habitauerit hunc comitatum. Accedit etiam ad hoc quia quamuis iste Ant. dicatur
8 potius redisse quam de nouo venisse: † attamen istud uerbum aliquando etiam importat ut rediens dicatur uenire. arg. l. cú quidam el j. ff. de leg. 2. & per no. in rub. ff. sol. mat. Et si diceretur mihi, tu non aduertisti, quia est una noua reformatio, de qua in puncto non est facta mentio, quę annullat omnia priuilegia, immunitates, & exemptiones cuiuscunque conditionis existant, & a quocumque seu quibuscunque emanatæ & emanata fuerint, exceptis priuilegijs ciuitatum concessis aliquib. singularibus personis habitantibus in ciuitate. guardia, aut Comitatu, & non exercentibus aliquam artem tam rusticam quam ciuilem, præter eas superius concessas, út patet in 2. capit. Et etiam vult quòd prædicta non habeant locum in venientibus de nouo ad habitandum in ciuitate aut comitatu Bono. vel eius guardia pro exercendo opera ciuilia aut rusticalia, secundum prouisionem super prædictis editam per reuerendum dominum Beneuentanum Bononiæ legatum, & per alia regimina ciuitatis Bononię. Si ergo prouisio ista nouiter facta annullat omnes immunitates priuilegia & exemptiones, exceptis illis duobus casibus de quibus in ea, ergo sequitur quod cum dicta reformatio quæ reddit immunitaté quinquaginta annorum venientibus de nouo ad habitandum in dicta villa sancti Martini non sit una de illis duabus exceptuatis. quod debet dici irritata & annullata, ut primo singu-
9 lariter uoluit Bartol. in l. ita nobis pudor. C. de adul. † ubi si statutum mandat instrumentum executioni mandari, nulla obstante exceptione, nisi tali & tali, etiam quod aliæ exceptiones similes non possunt opponi, quia statutum quod loquitur taxatiuè de quibusdam exceptionibus, non potest ad alias extendi, quia ista est taxatiua, ut ibi per eum. tex. in l. qui aliena. §. libertus. ff. de neg. gest. & in l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebel. & per eum in l. certa forma. C. quando prouoca. non est necesse. & idem quod ipse dixit in l. ita nobis pudor. dixit in l. item uidendum. §. fin. ff. de peti. hære. & Bart. in consilio incip. Statuto cauetur &c. & Imo. in l. fin. ff. a qui. appel. non licet. & Bal. in cap. cum adeo. in fin. de rescri. & idem sensit Bal. multum singulariter in l. 1. §. excipiunt. in fin. ff. de fer. ubi uo
10 luit † quod si p statutú sint inductæ feriæ messiú, & uindemiarum, & non procedit ulterius, q tunc alij casus in quibus de

 iure

iure communi sunt feriæ, remanent in suo statu: quia tãquam omissi a statuto remanent in dispositione iuris cõmunis. l. cõmodissimè de lib. & posth. l. si cum dotem, in prin. ff. sol. ma. l. si extraneus. de condi. ob causam. Aut vero statutum inducit ferias missium & vindemiarum, & procedit vlterius faciendo quasdam exceptiones, & tunc dicit ipse quod non habet locũ ius commune: quia in casibus a statuto nõ exceptis, debemus stare statuto, & non iuri communi: quia exceptio firmat regulam in non exceptis, & adducit tex. in l. tribunus plebis. §. fi. de testamen. mili. facit tex. in l. nam quod liquidæ. ff. de pen. legata. Bart. in l. in his. ff. de leg. Et ad prædicta bene faciunt nota. per Bart. in l. 1. §. & per vim, ff. quod vi aut clam. sed sic est in casu nostro, quod per nouam reformationem sunt irritata & cassata omnia priuilegia, immunitates, & exemptiones concessa, & concessæ quibuscunque personis, exceptis duobus casib. in quibus non est exemptio ista quinquaginta annorum cõcessa venientibus de nouo ad habitandũ in dicta villa sancti Martini; ergo standum est regulę, & annullationi factæ per superius dicta. & ista fortiter stringunt in fauorem communis Butrij contra familiam dicti Antonij. ¶Quibus tamen non obstãtibus, respondeo ꝙ nunc in casu nostro dicta immunitas, & exemptio concessa dicto Antonio, & eius familiæ debet remanere salua: nec debet dici irritata per dictam nouam reforma-

11 tionem. † quod sic demonstro. potentius non debet operari tacitum quam expressum. l. qui ad certum. ff. loca. Bal. in l. certi condictio, in prin. ff. si cer. pet. vbi plus non operatur ficta & tacita confessio, quàm expressa. Pe. de Anch. in c. canonum statuta, in 14. q. de consti. Bal. in c. fin. de iura. calum. Bart. in consi. Bernardus Vanoli. & in consi. a domino Cyno. sed expressa reuocatio facta per regimina de ista exemptione facta dicto An. & eius familiæ, non teneret, vt statim demonstrabo, ergo nec ista tacita comprehensa sub hac generali reuocatione. Quod autem regimina non possint expresse reuocare dictam exemptionem concessam Anto. patet per regulam. l. quod semel, cũ his quæ ibi dicuntur per Bart. ff. de decre. ab ordi. facien. ibi no. per illam gl. ibi, quod licet alias decretum rescindatur nuda voluntate concedentis. l. item. §. quid si actor. ff. quod cuiusque vniuer. no. & d. l. quod semel.

12 † tamen quod transiuit in contractum, non potest reuocari, & exemplificat in eo qui habet immunitatem a collectis, vt illa non possit reuocari, quando transiuit illa concessio in contractum, sicut est in casu nostro: quia ista immunitatis concessio facta Ant. & alijs venientibus de nouo ad habitandum in dicta villa sancti Martini trãsiuit in contractum immunitatum, do, vt facias, id est, venias ad habitandum. & idem tenuit Bart. in l. omnes populi. in versic. & circa prædicta substituo vnam quæstionem, vbi voluit quod si statuto cauetur, quod qui venit ad habitandum in tali castro habeat immunitatem perpetuò: & quidam venerunt; nunc ciuitas vult reuocare illud statutum, & vult ne illi gaudeant immunitate, quod in præiudicium illorum qui nondũ venerant potest reuocare, sed in præiudicium illorum qui veniunt non potest reuocare: quia istud statutum transiuit in cõtractum, do vt facias: vnde non est locus pęnitentiæ, ex quo est adimpletus: vt d. l. si pecuniam. Et sic dixit ipse intelligo istam legem, ꝙ semel. & idem dixit Bald. in l. si mihi. ff. de dolo. vbi post Nico. de Ma. dixit quod sub statuto cauetur, ꝙ quicunq; venerit ad habitandum: & steterit ibi per certum tempus, sit exemptus a collectis: quod si statutum postea fiat in contrariũ, in præiudicium illorum qui venerunt, quod illi iuuantur exceptione. l. actione. de dolo. Et ideo infert quod priuilegiũ concessum. quod non pendet a sola voluntate concedentis, sed ex iure alterius quæsito propter illius factum non potest reuocari, & ideo dicit ipse quod alio die consuluit in ciuitate Senarũ, ꝙ priuilegium concessum quibusdam bannitis, ꝙ possint secure morari eo ꝙ illorum opera illud commune occupauerat quoddam castrum, est irreuocabile. & allegat tex. in l. decurionibus. C. de silentiarijs. lib. 12. Et hoc etiam firmauit Petr. de Anch. in consi. 2. dicens, licèt alias priuilegia, quæ a iure vel principe conceduntur, innouari, modificari, & in totum tolli possint; vt in c. decet. de reg. iur. lib. 6. & posuit Spe. in ti. de instru. edi. §. nũc aũt. prope finem. tamen qñ in contractum transeunt & non sunt indulta proprio motu principis, illa nõ possunt reuocari: quia non sine iniuria beneficium sua prouisione quæsitum alicui potest tolli. c. j. de proba. & ibi per do. An.

13 & Abb. † vbi princeps obligat contractu inito cum subdito. & Bal. in l. j. ff. de pact. qui refert magistrum sententiarum dicentem ꝙ Deus obligatur ex promissione, & idem dicit Bal. in c. j. de nat. feu. & do. An. in c. j. de consti. princi. & ideo Bal. in

14 l. pen. C. de dona. inter vir. & vxor. dicit † quod princeps non potest reuocare contractum initum cum subdito, nisi ex causa: quia sibi non adimplentur promissa. & latè posuit do. Ab. in c. nouit. de iudi. & do. Pet. de Anch. in c. canonum statuta. in 14. q. & Lud. Ro. in l. si verò. §. de viro. in 24. fallentia. ff. solu. mat. & Bal. in addi. Spe. in ti. de senten. ver. sententia quoq;. & Ang. in l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & Lud. Ro. in consi. 67. & in consi. 255. & in consi. 350. & Cy. in l. digna vox. C. de legi. Et sic per prædicta patet ꝙ dicta immunitas concessa dicto Ant. non potuit tolli, nec videtur sublata per istam nouam reformationem annullatiuam illarum immunitatũ, nec est præsumendum ꝙ de ea intelligatur: quia reformatores qui fecerunt hanc vltimam prouisionem, non præsumũtur voluisse, nisi id quod de iure possunt: vt no. Bal. in c. 1. de iura. calũ. sed ipsi non possunt tollere illam immunitatem, quæ transiuit in contractum. vt supra dixi: ergo non præsumitur de ea sensisse. Quinimò dato quod possent illam tollere, tamen non possunt cum honestate, vt dixit tex. in epistola, inter claras. C. de

15 sum. Trini. & fi. catho. † vbi nihil est quod luce clariore præfulgeat, quàm recta fides in principe, & tunc stat regula quòd illud non dicimur posse quod cum honestate non possumus. l. nepos Proculo, de verb. sig. & per Bart. in l. 1. C. de mendicãtibus validis. & apud Catonem: Quod iustum est petito, vel quod videatur honestum. ergo etiam non videntur de ea sensisse.

16 Accedit: † quia volũtas alicuius talis esse præsumitur, qualis esse debet. Bal. in l. j. C. de sac. san. eccle. & in l. precibus. C. de impub. & alijs substi. & Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. dixit quod testator præsumitur voluisse id quod vult statutum, & idem dixit Io. de Imo. in l. fi. de condi. insti. & idẽ in contrahente, vt non præsumatur voluisse, nisi id quod vult statutum. Bart. in l. iurisiurandi. §. j. in fi. de ope. liber. & sic per hoc patet etiam quod nõ præsumitur voluisse princeps in hac vltima reformatione annullatiua annullare dictam immunitatem concessam Ant.

17 † Accedit etiam: quia in generali dispositione non veniunt ea quæ quis specialiter non esset facturus. l. obligatione generali. ff. de pig. c. 2. de pœni. lib. 6. Non obstãt ergo alleg. per Bal. in l. ita nobis pudor. cum concor. superius adductis: quia respondeo quod illa procedunt in his super quibus statuentes poterant disponere: sed secus in casu nostro, vbi est contractus vel quasi, prout supra dixi. Non obstat ergo prima ratio in contrarium adducta dum dixi quòd iure municipali cauebatur quòd omnes forenses habitantes in comitatu teneantur subire æstimum: quia respondeo quod illud procedit præterquam in exemptis & illis qui ratione sui aduetus obtinuerunt immunitatem & exemptionem, & sic quasi per

18 contractum sunt exempti, vt supra demonstraui. † Non obstat etiam alia ratio dum dicebam & huic Ant. & eius familiæ nõ conueniebant verba decreti exemptionis, eo quia non potest dici de nouo venisse ad habitandum cum per prius alias hic habitauerat: ergo nec debeat conuenire legis dispositio: quia respondeo vt supra dixi, quòd imò debet dici de nouo venisse ex quo quinquennium & vltra stetit absens ab isto comitatu per iura & rationes superius allegatas. Non obstat etiam ꝙ adducitur post Bartol. in l. fin. §. quoties, de publica. vbi non dicitur nouitius ille, qui vltra annum stetit. & sic gl. in l. eum qui certus. de regu. iur. in 6. & Specul. in titu. de statu. mona.

19 versicul. 38. † vbi si quis ante annum egressus fuit religionem, & postea iterum ingrediatur, non debet habere annum concessum ad professionem faciendam de nouo ingredientibus religionem; quia respondeo quòd ibi diuersa est ratio, quia annus conceditur de nouo ingredientibus. vt possint deliberare, & experiri an sint potentes ad regulam religionis supportandam: vnde cum iam fuerint experti per aliquod tempus quo fuerint in religione, non debet eis iterum alius annus concedi per dictam regulam eum qui certus. & per l. prima in fin. ff. de actio. emptio. & propterea Specu. in dicto versicul. 38. & Ioan. Andrea in dicta regula, eum qui certus dixit quòd non debet alius annus indulgeri nisi regula illius ordinis ex post sit mutata, vel ingrediens sit effectus debilior, quasi cum non possit esse certus; tunc ideo alius annus

nus indulgetur. sed in casu nostro ista immunitas concedit solum de nouo venientibus ad habitandum dictas villas, eo qa villæ sunt vacuæ & incultæ. Cum ergo repleantur & cultiuentur ita per eos qui alias habitauerunt comitatum Bononiæ, si postea recesserint,& iterum reuertantur, sicut per eos qui nunquam alias habitauerint comitatum Bononię,& nunc veniũt, ergo in ambobus debet esse idem ius. l.a Titio. in fi.de verbo.
20 obli.l.illud.ad l.aquil.†Et sic cum isti casus sint separati, scilicet ingressus religionis,& aduentus ad habitandum comitatũ seu villam;meritò de vno ad alium non est inferendum. l. Papinianus exuli.ff.de minori.l.pen.de calũ.l.si maritus. de donati.inter vir.& vxo.l.non hoc.C.vnde legi. cum vulgaribus. Et similiter non ob. q̃ dixit dominus Io. de Imol. in d.§. quoties,quia in diuerso casu loquitur vt de se patet & per rationes supradictas.Non obst. q̃ vltimo loco adduxi per Bart. in l.cũ emancipatus.§.si pater.de contratab.quia ibi loquitur in ciue subdito, cui non potest concedi dicta immunitas.l.vacuatis. C.de decurio. lib. 10. l. 1. de immunita.nemini concedenda. ¶ Et ita dico & consulo ego Vincent. de Paleotis legum doct. Bonon.ibi quem iura ciuilia ordinariè legens de mane.

CASVS ET EPIT.

FRANCISCVS senior dominus plurium bonorum allodialium & feudalium, condito testamento decessit relinqués plures filios,videlicet Titium,Franciscum iuniorem Hectoré, & Federicum.dictus Franciscus iunior condito testamento decessit sine filijs.Dictus autem Titius condito testamento decessit,relinquens plures liberos, videlicet Gibilinum Vrbanum, Paganum,& Hectorem iuniorem,qui sine liberis decessit.Vrbanus autem decessit relicto vnico filio Nicolao de Sauorgnano comite.Paganus vero decessit relictis quatuor filijs,videlicet Tristano,Iacobo,Hieronymo, & Gratiano. nouissimè sine liberis decessit Gibilinus condito testamento, in quo instituit d. Nicolaum & filios d.Pagani nepotes suos ex prædefunctis fratribus, referendo se secundam formam testamentorum Titij patris sui,& Fran.iunioris patrui.& Franc. senioris aui sui patrui. Q. potissima fuit inter dictos nepotes institutos, an limitent in stirpes,an verò in capita.& decidit Alex.& etiam Bart. in sequenti consi.q̃ in stirpes,tam in feudalibus, quam in allodialibus,siue attenta dispositione iuris siue attenta forma d.testamentorum,ad quæ fit relatio. Hunc casum & Epitome necesse habui laboriosè colligere: quia omnia exemplaria erant crebrò maximè in nominibus personarum permutatis corruptissima.

ADDITIONES.

* Et sic intelligitur.]Adde Bald.in l.ea.quam.col.j. C.de fideicom. vbi inquit, Nota q̃ rescriptum principis adaptatur ad ea, quæ proponuntur. Natta.
* Absens à studio.]Vide his de rebus per Felin.in l.filio, quem pater. col.2.ff.de lib.& posthu. Natta.
a ¶Statuissent.supra lib.2.consi.24.nu.34.

SVMMARIVM.

a *Testator in dubio censetur se iuri conformare.*
3 *Equè,dictio facit vt plures vocati,etiam in diuersis orationibus & collectiuis nominibus veniant in viriles.*
4 *Filij diuersorum fratrum succedunt patruo in stirpes, non in capita,etiam in feudis.*
6 *Feudum receptum pro se & hæredibus est hæreditarium, secus si pro se & liberis.*
10 *Fideicommissum relictum a filijs filiorum, vel post eorum obitum,an valeat.*
13 *Indefinita non æquipollet vniuersali,si non est eadem ratio.*
14 *Fideicommissum in dubio refertur ad eos,qui sunt in dispositione,non qui in conditione.*
16 *Fideicommissa veniunt in restitutione fideicommissi.*
17 *Recognitio erronea non immutat qualitatem pristinam fundi, secus si fiat ex certa scientia.*
18 *Recognitio erronea in dubio intelligitur facta prr errorem.*
19 *Castrum si quis teneat cum pertinentiis in feudum nõ habet patronus intentionem fundatam in aliquibus terris vel iuribus nisi probet ea esse de pertinentijs castri: quia in dubio reliqua præsumuntur allodialia,non feudalia.*

SVMMARIVM.
CONSIL. Barbatiæ de eadem e.

2 *Doctori creditur attestanti de consuetudine.*
4 *Viri boni tacent quod probare non possunt.*
5 *Negatiua scriptionis probatur per inspectionem scripturæ.*
6 *Relatio specifica non valet nisi constet de relato.*
7 *Filij fratrũ succedunt in stirpes,nõ in capita.& nu.9.vsq; ad fi.*
10 *Autoritas glossæ.*
13 *Autoritas Bartoli & magistrorum.nu.14.*
15 *Episcopus non potest statuere contractus, sed pœnam addere.*
16 *Causa dubia in beneficialibus potest confessione partis iuuari.*
17 *Pater potest præiudicare filio in feudo, vel emphyteusi accepta pro se & filijs.& nu.18.*

CONSILIVM LV.

Prospectis his quæ in themate narrantur, pro discussione primi dubij,quo quæritur quomodo deferatur & partiatur successio in bonis feudalibus iure recti feudi possessis, per quondam dominum Gibilinum inter prædictum domi.Nico.filium quondam domi. Vrbani fratris domi.Gibilini, & d.Tristanum ac fratres,filios quondam dom.Pagani similiter fratris d.domini Gibilini, scilicet an in stirpes vel in capita,maximè stantibus ordinationibus testamẽti, de quibus in themate fit mentio? Videretur fortasse prima
1 consideratione dicendum,† quod in capita debeat succedere: quia in testamento d.Gibilini fuerunt dictus dñs Tristanus, Iacobus,Hieronymus, Gratianus nominatim vocati in eadẽ oratione per nomina propria, sicut præfatus dñs Nico. nõ autem vocati fuerunt sub nomine collectiuo:quia non dixit dominũ Nico. & filios quondam d.Pagani: ideo quilibet videtur pro vitili vocatus,& sic in capita.l.quoties.§.heredes.l.interdum. in prin.& l.liber homo.§.Titius hæres. ff.de hæredi.insti.l.legata inutiliter.§.fi.ff.de le.j.Et cũ dicto testamento dicti Gibilini dicatur dictum d. Gibilinum testatorem voluisse quod dicti omnes nepotes ex fratribus succedant secundum formam testamenti quondam d.Francisci antiquioris. & d. Titij patris d.Gibilini,ac etiam d.Francisci patrui eiusdem d.Gibilini:tamen per testamentum dicti domini Francisci patrui eiusdem domini Gibilini constat q̃ vocati fuerunt per capita hæredes instituti.& licet in testamento d.do. Franc.senioris fuerit prouisum q̃ si quis filiorum suorum decederet sine filijs masculis, substituebat reliquos filios superstites ipsius testatoris, ac filios quoruncunque prædictorum filiorum ipsius testatoris in stirpes,& non in capita,tamen non videtur q̃ ista dispositio testamenti d.Franc.senioris comprehendat istum casum: quia d.d.Nico. & Trista. & fratres non sunt filij filiorum dicti do. Fran.senioris,de quibus loquitur dicta dispositio dicti. §.licèt sint de descendentibus eiusdem d. Franc. Pro hoc etiam facit
2 †quia testator in dubio videtur velle id q̃ lex[a] disponit.l. Gal-
a lus.§.quidam rectè.ff.de lib.& posthu.& no.Bart.in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel.& Bal.in l.precib. de impu.& alij. substituti.Sed in feudis qñ sunt filij duorum fratrum, qui habent succadere patruo decedente sine liberis, succedunt in capita,& non in stirpes, cum omnes dicti succedentes sint pares
* in gradu,& quia seruitia feudi* partiuntur in capita. ita tenet Bal.in l.2.C.de suis & legitimis.& auth.cessante. C.de legiti. hæredi. Quinimò ẽt secundum aliquos in alijs bonis idem videtur dicendum. per §.hoc etiam & ibi gl. insti.de legi.agna. succe.& in l.lege. 12.tabularum. in fi. C.de legitimis hæredi. & in l. 1.in fi.ff.si pars hær.peta.in l. 2.§.hæredes. ff.de suis.& leg.& no.Iac.But.in d.auth. cessante. ¶ Tamen pręmissis non obstantibus contrariam sententiam sentio esse in casu proposito de iure veriorem.Pręsertim,quia dominus Gibilinus in suo testamento dixit q̃ instituebat sibi hæredes d.Nico. quondam dicti Vrbani: nec non d.Tristanum ac Iacobum, Hieronym. & Gratianum filios quondam dicti Pagani, volens quòd succedant in bonis ac hæreditate suis, secundum formam ac ordinationem de qua in dictis testamentis, scilicet d.Fran.antiquioris d.Titij.& d.Fran.si enim voluisset do. Gibilinus præ-

dictos quinque esse sibi hæredes æqualiter, & sic in capita nō expediebat addere illa verba, scilicet secundum formam dicto rum testamentorum: quia eo ipso ꝙ eos quinque nepotes suos ex fratribus per nomina propria in eadem oratione vocauerat: dicebatur eos instituisse viriliter seu æqualiter in capita d.l. quoties.§.hæres.& d.l.legata inutiliter, in fi.cum alijs supra al legatis. ergo vt verba illa per quæ se retulit ad dispositionē dictorum testamētorū operantur, debēt intelligi ꝙ illos qui sunt ex vna stirpe, seu ex vno parente videlicet d.Tristanum & fratres videatur voluisse vocare æqualiter inter se. & sic pro vna dimidia inter eos viriliter diuidenda.& d.N.qui ex alia stirpe, seu parente, videatur vocasse pro alia dimidia prout disponeret pręfatus d.Fran. senio.& etiam d. Titius in eorum testamē tis, qui illos qui nascebantur ex eadem stirpe seu ex eodem parente, voluerant venire in stirpem, quando concurrebant cum alijs, qui essent ex alia stirpe.seu ex alio parente. Debet ergo fie ri interpretatio talis, quod illa verba per quæ d.Gibilinus se re tulit ad formam dictorum testamentorum operentur. l.si qn.

3 in prin.ff.de leg.j.c.si Papa. de priuile.in 6. † Et magis in specie determinat Io.de Imo.in l.interdum.in prin. ff.de hære.in sti. vbi in terminis illius. l.dicentis, Titius & filij fratris mei

b æquè hæredes sunto: per illam dictionem, æquè, [b] intelliguntur omnes vocati in virilem, non autem Titius habebit dimidiam.quærit modo ipse, quia ille tex.loquitur quando in eadē oratione sunt vocati omnes, quid si in diuersis orationibus, vt quia testator dicit, Titium instituo, & filios fratris mei æquè hæredes esse volo. videretur quòd hic Titius haberet dimidiā & filij fratris aliam dimidiam inter se diuidendam: quasi illa dictio, æquè, videatur respicere filios fratris tantum: tamen ipse determinat cōtrarium: quia alias illa dictio, æquè, nihil operaretur: quia etiam sine illa venirent filij fratris pro æqualibus portionibus ad dimidiam: & ideo, vt aliquid operetur, videtꝰ quod pro numero personarum omnium videatur quilibet institutus.arg.d.l.si quando.& sua determinatio. vbi militat ratio prædicta. videtur vera. Nec ad hoc obst, ꝙ dictus dominus Gibilinus retulit se non solum ad testamentum d. Fran. & seniores & Titij sed etiam retulit se pariter ad testamentum d. Fran.& tamen in testamento d.Fran. non disponitur quod succedant in stirpes, sed videantur fuisse ibi hæredes instituti nominatim & consequenter in capita: quia respondeo quod in omnibus dictis tribus testamentis ad quæ facta est relatio, fit mentio tantum quando testator disponebat circa eos qui erāt nati ex vno & eodem patre, & sic ex vna stirpe vocabantur om nes nominatim ęqualiter & sic in capita, & ita in proposito vo luit d. Gibilinus quod omnes filij d. quondam d. P. cum sint nati ex eadem stirpe seu ex vno patre æqualiter vocentur inter se: sed quando essent filij ex diuersis patribus & ex diuersa stir pe prouidit expresse d.Fran. sen.& d.Titius quod succederent in stirpes & non in capita. & ita voluit d.G. seruari inter istos, qui sunt ex diuersis patribus, quia d.N. est ex vno, & d.Tristanus & fratres ex alio.& ita coniungi debent de esse dispositionis dictorum trium testatorum: quatenus ad illa fit relatio in testamento d.Gibilini, cum per talem coniunctionem & inter pretationem resultet ꝙ dispositio dñi Gibilini nullam habet in se repugnantiam, in prima constitutione. C.§.quibus.& l. Gallus.§.ille casus. ver.Iuliano. ff.de li.& posthu.& in c.cum tu.de testi.& quod no.Bart.in l.scripturæ. C.de fi.instr.& Cy. in l.in exercendis, in 2.q.eo.ti.& no.doc.in ca.imputare, de fi. instru. Quinimò etiam colligitur ex testamento d.Fran. ꝙ quā do extarent eodem tempore de suis transuersalibus in suo testa mento, & plures qui essent ex diuersis parentibus fuit mēs sua saltim ꝙ non venirent in capita. Quod comprehenditur dum instituit d.V.& N.d.I.nominatim.G.& D.P.fratres ac filios di cti quondam d.Titij.& postea subdit ꝙ si aliquis eorum dece deret sine hæredibus masculis, pars talis decedentis peruenire

* debeat in superuiuentes. Et consequenter tacitè voluit * quod si vnus ex dictis institutis decedet superstitibus filijs masculis, omnes filij masculi illius sic decedentis ab intestato succederent in locum patris, per id quod no.& legitur in l.Lucius. la vltima.ff.de hære.insti.& per doc.in l.1. C.de condi. inser.cū si.& per consequens non tantum haberet quilibet filius illius instituti præcedentis superstitibus pluribus suis filijs, quantū haberet quilibet alius institutus in testamento dicti D. Nec etiam obstat dum dicebatur, ꝙ dispositio d.do.Fran. senioris dum disponit quod si quis filiorum suorum decederet sine filijs masculis; substituit reliquos filios superstites ipsius testatoris, ac filios quoruncunque præmortuorum filiorum ipsius testatoris in stirpes, & non in capita, non comprehendit istum casum. Et quia dictus d.N.Trista.& fratres non sunt filij filiorum d.Franc.senioris, quia respondeo ꝙ satis est, ꝙ iste casus fuit prouisus per testamentum dicti d.Titij: quia euenit propriè casus prouisus in testamento suo quia d.G.inst. a d.T.patre suo decessit sine liberis superstitibus filijs ex duobus fratri bus suis præmortuis. Præterea verba dicti testamenti d.G.qua tenus se referunt ad dispositiones dictorum priorum testamē torum, non habent hunc sensum; ꝙ dominus G. mandauerit obseruari ea quæ circa hæreditatem & bona d.Fran. senioris. & d.T.& d.Fran.debebant exequi, & obseruari ex dispositione testamentorum: quia si ita intelligerentur verba testamenti d.G.importare: prout etiam expressè sonant, sequeretur quod in bonis & hæreditate ipsius d. G. succedatur, sicut prædicti alij testatores voluerunt in suis hæreditatibus succedi. Sed ita est, vt dixi supra quod ipsi voluerunt inter illos, qui erant, non ex vno tantum patre, sed ex diuersis procreati succedendum esse in stirpes, vt deductum fuit supra. Et hunc casum specificè prouidit d.do.Ti.in suo testamento. ¶Confirmantur prædi cta: quia testator in dubio etiam videtur velle id quod lex disponit, & succedentes habere secundum ordinem legis si verba non refragantur d.l.Gallus.§.j.cum ibi no. Bart.in d.l.hæ-

4 redes mei.§.cum ita. & dixi supra † sed ita est quod secundū veras & communes conclusiones quando extant filij duorum fratrum concurrentes ad successionem patris succedūt in stir

c pes. [c] non autem in capita, vt statim ostendam: ergo videtur etiam quòd in dubio debeat intelligi quòd d.G. voluerit illos filios dictorum fratrum vocare in stirpes. Quod autem lex vo cet eos in stirpes, probatur hodie in auth. de hære. quæ ab intest.defe.in §.illud.ver. filij fratrum qui patruo suo defuncto coniunguntur in tertio gradu succederent eidem & excludūt patruos defunctæ personæ cui etiam ipsi patrui coniungebantur tertio gradu. & hoc ideo est: quia filij fratrum repręsentāt personas parentum suorum qui erant in secundo gradu cum defuncta persona: & sic cum veniunt filij fratrum per repræsentationem personæ, id est patris eorum, apparet ꝙ succedūt in stirpem: & idem probatur in §.si vero neque fratres, in earū constitutione vbi succedūt in capita succedentes, quando sunt vltra filios fratrum. Idem etiam probatur in eadem constitutione.§.si autem defuncto.vers.huiusmodi. vbi dicitur quod filij fratrum in suorum parentum iure succedunt, & sic in stirpē, vt etiam ibi exponit & firmat gl.in verbo parentum. quæ propterea dicit per illam constitutionem corrigi iura antiqua. d. §.hoc etiam.insti.de leg.ag.succes.cum simi.& ita firmant gl. Ia.de Are.& in d.auth.cessante.& glo. in d.l.1. in fin.ff.si pars hære.pe.& Bar.in l.2.§.agna. ff.de suis & legi.& in consi. 173. inci.Super hęreditate domini Nicolai de Assisio.& Io. And.in addi.Spe.in tit.de suc.ab intest.§.1.super versic. an filij. & ibi refert quod hanc partem tenet Dy. Vber.de Bo.& Gul.de Suza.hanc conclusionem etiam firmat Iac.de Bel.in §.reliquum. & in §.si vero neque fratres.in auth.de hære.quę ab intestato. & Ang.in d.§.reliquum.& ibi etiam hoc tenet gl.in verbo fuerint.& gl.fi.in d.l.lege.12.tabularum.C.de leg.hæred. Gul.de Cu.quem refert & sequitur Fulg.in d.auth.cessante.idem etiā

5 tenet Bald.in cap.1.in prin.de succes.feud.† vbi hoc etiam tenet verum, nedum in allodialibus bonis, sed etiam in feudalibus. & tenet etiam ipsemet Bald.in capit.1.de natu. succes. feu.pro quo bene facit text. in fin. & idem Bald. in cap.1.§.& quia vidimus.in titu.qui feu.dare possunt.& in cap.1. de gra. succe.in feu. vbi etiam refert se ita consuluisse, & Ia. Aluarotus in d. cap.in princ.de succes.feud. vbi inquit ita communiter teneri.ita etiam dicit Bald.§.hoc etiam, instit.de leg.agna. suc.vbi dicit ꝙ ita se habet communis opin. quam ipse sequitur ibi.& eandem opi.sequitur Io.Fab.in §.cæterū. institu.de leg.agna.succe.vbi similiter dicit hanc esse communem opin. Et vbi feu. non reperitur specifice determinatum aliter quam sit ius cōmune: stamus etiam in feudis dispositioni iuris cōmunis.c.1.de cog.feu.& no.gl.& doc.in d.c.j.de gra. successi.in feu.Et cōstat qđ in feudis, quò ad hoc non est immutata dispositio iuris cōis, vt patet p id qđ habetur in d.c.j. de gra.suc cess.in feu.& d.c.1. de succe. feu.& in d.c.j.de natu.succe.feu.

Hanc

Hanc opi. etiã sequitur Bal. in add. Spe. in ti. de succes. ab intestato. in vers. fratrum filij. etiam idem tenet Matth. de Matth. in suo tract. de succes. ab intesta. in 3. arti. principali, vbi dicit hanc esse cõem opi. & ꝙ etiam secutus est Fran. de Rampo. in d. auth. cessante. & licet quidam referant Iac. de Bel. in d. c. 1. de nat. suc. feu. tenere ꝙ filij duorum fratrum, quando nõ concurrunt cum patruis, succedant in capita, tamen in lect. mea non dicit istud. & posito quod dixisset; tamen ipsemet tenuit contrarium in d. §. reliquum, & in d. §. si verò neque fratres. & comprobat istam opin. Bart. in d. suo consi. & in d. l. 2. §. agnati. & Bal. in d. §. hoc etiam. hac ratione: quia si vera esset opin. Azo. tenentis ꝙ filij fratrum si concurrunt cum patruis suis, quia patrui sunt proximiores in gradu succederent in stirpes. sed si sine patruis tunc succedant in capita, sequeretur, quod quando succedunt cum patruis suis, illud quod ipsi filij fratrum consecuti fuissent in stirpes diuidere deberent postea inter se in capita: quia non vtuntur priuilegio repræsentationis quo vtuntur cum patruis, vt probatur in simili in l. qui cum plures. ff. de vulg. & pupil. & sic haberent postea filij duorum fratrum diuidere istud inter se in capita, esset contra tex. in d. §. reliquum, vbi debent filij vnius ex fratribus defuncti habere illam portionem quam pater suus fuisset habiturus si viueret. ¶ Præterea in casu d. §. illud non concurrebat cũ patruis suis, i. cum fratrib. defunctæ personę, qui sunt proximiores in gradib. sed cũ patruis defunctæ psonæ: qui nõ sunt ꝓximiores in gradu, sed pares, qui omnes sunt in tertio gradu: & tamen omnes excluduntur: quia isti filij fratrum veniunt pro repræsentatione patrum: & sic in stirpem, & ideò qua ratione est visum æquum quòd ad excludendos patruos defunctæ personę filij fratrum succedant per repræsentationem, & sic in stirpes, eadem ratione debent succedere in stirpem quò ad diuidendũ inter seipsos hæreditatem: quia vtrobiq; est eadem ratio propter paritatem in gradu, quæ militat vtroque casu. & ideo nõ videtur quòd Saly. in d. auth. cessante bene respondeat ad tex. in d. §. illud. & per hoc apparet nõ obstare d. l. 12. tabula. in d. l. 2. §. hæreditas. cum concor. quia loquuntur de iure veteri, & sunt correcta per dicta iura nouissima: vt dixit gl. in d. §. si autem defuncto, in ver. parentum. & doc. in locis supra alleg. & saltem procedunt hic in feudo hæreditario, secundum quod tenet ipsemet. Bal. in d. auth. cessante. & in l. 2. C. de suis & le-
6 git. † prout præsupponitur quod fuit concessum recipienti ꝓ se & hæredibus, tunc. n. appellatur feudum hæreditarium, sed si cõceditur pro se & liberis, tunc dicitur non hæreditarium, sed appellatur tunc feudum ex pacto & prouisione concedentis, vt declarat And. de Isernia in c. 1. in prin. & in §. hoc quoque, de succes. feu. & in c. 1. in tit. qui suc. tene. 1. & in c. de ali. feu. pater. & in c. 1. an agna. vel filius. Nec ob. quod seruitium præstetur in capita: quia per hoc non sequitur; ergo in feudo succeditur in capita: quia si hæc ratio esset bona, sequeretur quòd etiam inter descendentes succederet in capita, & non in stirpes, contra text. in d. c. 1. in prin. de succes. feu. similiter sequeretur quòd quando nepotes cõcurrerent cum patruo, succederet in capita: quod nemo ausus est dicere. & ista sunt multum attendenda in proposito: quia aut nos dicimus ꝙ de dictis bonis iure recti feudi potuerũt d. Fran. senior & d. Titius. & d. G. testari prout testati sunt, & dicendum est quòd transeunt ad prædictos d. N. & d. Trist. ac fratres in stirpes, vt verba testatorum, & præcipuè verba testamenti de Tri. importãt. Et attento quòd d. N. & filij d. Paga. sunt de liberis. seu descen-
* dentibus * hæredibus d. Fran. videtur etiam in feudis seruandum esse fideicommissum: ad quod ipsi sunt vocati ex testamento domini Fran. vt signanter decidit Io. And. in addi. Spe. in titu. de loca. §. nunc aliqua. in addi. incip. Quæstio non esset dubia. & Bal. in l. cum virum. C. de fideicom. N. de Neapo. & Pau. de Cast. in l. si patroni. in prin. ff. ad Tre. & per consequẽs in stirpes admittentur vigore dicti testamenti. Nec in aliquo obstat dictæ responsioni testamentum d. domi. Franc. tum per ea quæ dixi supra circa illud, tum etiam, quia domi. Franciscus non prouidit circa casum mortis d. G. sed quando decederet sine liberis, & præmortuis omnibus fratribus suis: quia secundum quod narratur in themate solũ prouidit quòd quando decederet sine liberis aliquis ex dictis Vrbano, Hectore. G. & Pagano, pars talis decedentis deueniret in superuiuẽtes: vnde cum omnes dicti fratres d. do. G. prædecessissent, non trãsmiserunt illud ius substitutionis ad aliquos eius liberos: puta ad filios d. Pagan. vt in l. si ex pluribus. ff. de suis & leg. & l. hęredes. §. cum ita. ff. ad Tre. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vul. & pupi. aut nos dicimus quod dicti testatores non potuerunt de dictis feudis testari, prout dicit text. in pręalleg. c. 1. iuxta princ. de suc. feu. & in c. 1. §. donare. in titu. qualiter olim feu. pot. alie. & in c. imperialem. in prin. de prohi. feu. alie. per Fed. & declaratur in dictis locis per doc. & per Bal. & Ang. in l. itẽ videndum. §. nunc videamus. ff. de peti. hære. & Bald. in c. 1. in titu. agnatus vel filius. & tunc succedit conclusio quam supra probaui, quod de iure etiam in feudis filij fratrum succedunt in stirpes. & per prædicta apparet responsum ad omnia allegata in contrarium: nam licet nominatim in testamento. d. G. videantur fuisse vocati dicti d. N. filius quondã d. V. & d. Trist. Ia. Hect. & Tri. tamen non simpliciter fuerunt vocati, sed secundum formam dictorum suorum testatorũ per quę est prouisum quòd succedatur in stirpes. & præcipuè per testamentum d. Tri. qui expresse ꝓuidit in isto casu qui euenit, & alij testatores non prouiderant in contrarium quo ad casum qui euenit: vt supra fuit ostensum, & dispositio iuris etiam dictat ꝙ succedatur isto casu in stirpes: quæ iuris dispositio non minus est attendenda in hac successione feudali, quàm dispositio testatoris: vt supra fuit deductum. ¶ † Circa secundum du-
7 bium quo quæritur vtrum d. Tri. Franc. & G. vel aliquis eorũ habuerit vel habuerunt in totum vel aliqua parte de bonis allodialibus prouentis eis ex iudicio quondam. d. Franc. senioris, liberis ab onere fideicom. seu restitutionis faciendæ formatæ post mortem: & si durat fideicom. quando ex eo sint diuidenda bona peruenta ad d. G. inter duos nepotes ex fratrib. respondeo ꝙ d. d. Tri. & Fran. hæredes in effectu dictorũ. d. Hectoris Fed. & Fran. filiorum & hæredum dicti quondam. d. d. Fran. senioris habuerunt, & consequi debuerũt legitimam in bonis allodialibus dicti quondam do. Franc. senioris debitam dictis d. Hectori, Fede. & Fran. filijs ipsius d. F. senio. quæ erat tertia omnium bonorum iuxta auth. nouissima. C. de inoffic. testa. in qua legitima cessat onus cuiuscunque fideicommissi quod adiectum esset in testamento d. do. Fran. senio. quia in legitima non potest imponi onus fideicommissi. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. l. cum patronus. ff. de leg. 3. l. si arrogator. ff. de adop. no. in l. ex tribus. C. de inoffi. testa. cum si. & similiter eatenus, quatenus de legitima dictorum trium filiorum do. F. senioris peruenisset ad d. G. & remansisset apud dictum G. liberè sine onere fideicommissi eadem ratione, sed per id quod habetur in d. l. quoniã in prioribus. iuncta l. quanquam. ibi ad successionem & c. C. ad l. Falc. peruenerat autem ad do. G. primò quarta pars dictæ legitimæ trium filiorum d. Fran. senioris: quia mediante persona d. Titij. patris ipsius d. G. fuit heres eorum pro quinta parte, & demum etiam ex persona do. Hecto. fratris ipsius d. G. peruenit ad eundem d. G. tertia pars vnius quartæ partis in qua fuit in effectu dictus d. Hector hæres filiorum d. Fran. senioris mediante do. Titio patre ipsius d. do. Hecto. Nam aliæ partes portionis d. Hectoris fratris d. G. peruenerunt ad d. Vrba. & Paga. fratres d. do. Hecto. qui videtur ab intestato decessisse & sine liberis: quia de nul-
8 lo eius testamento fit mentio in themate. † Dum autem circa dictam dubitationem, etiam quæritur an duret fideicommissum d. Fran. senioris. dico ꝙ mortuo d. Fran. seniore cum decesserint domi. Fran. & do. Hector filij quondam d. Fran. senioris post pupillarem ætatem, & sine liberis habuit locum substitutio fideicommissaria in persona eorum, & ex substitutione prædicta successit d. Fede. frater eorum iuxta. l. precib. C. de impu. & ali. subst. & l. Centurio. ff. de vulg. & pup. cum ibi no. & in c. Raynutius. de test. & sic quò ad substitutionẽ compendiosam, & cõsequenter fideicommissariam factam dictis duobus filijs, d. Franc. senioris mortuis sine liberis res sortita
9 est effectum suum. † Quantum verò ad omnem aliam substitutionem compendiosam seu fideicommissariam contentam in testamento d. do. Fran. senioris dico ꝙ ipsum fideicommissum est in pendenti. i. donec eueniet casus ꝙ nullus masculus ex descendentibus masculis d. do. Fran. senioris superesset, nã eueniente tali casu substituit do. Fran. senior d. Paga. fratrem patruelem ipsius testatoris. & eiusdem Paga. filios masculos, & non extantibus dictis do. Paga. & eius filijs sine liberis descendentibus masculis substituit proximiorẽ in gradu de do-

mo

mo de Sauorgnano. vnde cum non euenerit ꝙ decesserint sine liberis masculis omnes filij do. Fran. senioris: quia d. Fede. decessit cum filijs nec etiam filij eiusdem d. Fed. decesserunt omnes sine filijs masculis: ideo non euenit casus alicuius alterius substitutionis. & dato quod d. F. filius d. Fede. decessit sine filijs, tamen nulla sibi fuit facta substitutio in testamento d. F. si bene verba eius inspiciantur, vt ex eorum inspectione clarè patet, & probatur, quia per substitutiones factas in testamento d. F. senioris in verbo, & si aliquis prædictorũ. & in ver. quòd si contigerit &c. eueniente casu prout euenit, s. quòd non decederent omnes filij sui sine filijs dato ꝙ postea aliquis filius filiorum F. senioris decederet sine filijs, non intelligebatur ipse filius alterius filij d. do. F. senioris decedens sine liberis grauatus restituere alijs superstitibus filijs seu descendentibus filiorum dicti Franci. senioris: quia tales filij filiorum idest nepotes. d. Franc. senioris vt erat d. Franc. qui decessit sine liberis solum fuerunt vocati ad hæreditatem seu partem hæreditatis ipsius F. senio. in casu quo patres ipsorum nepotum, s. F. senioris, prædecessissent superstitibus ipsis nepotibus & viuo ipso testatore, s. do. Fran. seniori, quo casu substituti fuerunt in partem ascriptam patrrbus eorum, & casus substitutionis nõ euenit, quia nullus ex filijs do. Fran. senioris decessit viuo ipso domino F. seniore vel in casu quo aliquis dictorum filiorum d. do. Fran. senioris decederet quandocunq; sine liberis masculis, nam tunc substituit alios filios d. Fran. senioris superstites, & etiam filios masculos natos ex præmortuis filijs d. Franc. senioris, & iste casus etiam quò ad aliquos filios filiorum præmortuorum d. Francisci. s. substitutos non euenit, quia tempore quo sine liberis decesserunt præfati. d. Hect. & d. Franc. filij d. domi. Franc. senioris nulli extabant filij ex aliquo filio præmortuo d. Fran. seni. sed supererat d. Federicus frater eorũ præmortuorum sine liberis qui d. Fed. ex substitutione erat vocatus. non autem eius filij: cum ergo non euenerit aliquis casus, quò ad d. dominum Franciscum seniorem nec vocatus fuerit aliquis filius d. Federici, vel alius descendens ipsius Feder. sequitur quod non potest intelligi ꝙ d. Franci. filius d. Fede. vel Hector aut. G. nepotes & descendentes d. Fede. qui decesserũt sine liberis, fuerunt grauati aliquo onere fideicommissi ex testamento do. F. senioris, quia si nõ fuerunt onerati ex testamento d. Fran. senioris, vt dixi, sequitur ꝙ nõ possunt intelligi grauati ab eo per fideicommissum. l. ab eo. C. de fideic. & l. planè. la 2. in fin. cum l. seq. ff. de leg. 1. & bene probatur in l. sed & si sic. §. 1. ff. de leg. 3. & tantò magis, quia si verba testamenti d. Fran. senioris bene ponderentur, non apparet quod verba alicuius grauaminis fuerunt relata ad d. Franci. Hectorem. & G. stantibus rebus in facto prout euenerunt secundum enarrata

10 in themate. † Imò strictis tenebat Richardus Malũb. & Rayn. quod etiam si præfatus testator retulisset verba grauaminis fideicommissi ad dictum F. Hectorem & G. quos non honorauit secundum casus contingentiam, quæ euenit dato quod in hæreditate per mediam personam d. Fede. & Tri. successerũt, non valeret onus fideicommissi eis iniuncti, vt refert Bal. in d. l. Centurio. in versic. quæro vlterius quid si testator dixit si filius meus decesserit sine filijs,[e] vel eorum filij &c. quia nõ sequitur: testator grauat te fideicommisso; ergo videtur te onerasse, vt valeat causa fideicommissi. l. hæreditas ad Statium. & quod ibi Bart. ff. de hære. insti. & l. cum quasi. §. si plures. ff. de fideic. li. Bar. tamen in d. l. sed si sic. ff. de le. 3. reliquit hoc sub dubio. & ita etiam fecit Bar. in d. l. vnic. §. 1. C. de cadu. tol. tamen ipsemet Bar. in d. l. Centurio. in ver. præalleg. dubitatiuè tamen videtur iudicare in contrarium, s. ꝙ valeat fideicõmissum: quia testator grauando aliquem per fideicommissum, videtur eum onerare. l. deniq; §. interdum. ff. de pe. leg. plures tamen tenuerunt opi. Richar. Malumb. & Ray. & Bar. in d. l. sed si sic. & plenius in d. l. ab eo. & Ioan. de Imo. in l. Centurio. & in d. c. Ray. in materia compendiosæ substitutionis. & Pet. de Anch. in cons. 137. incip. Ponderandum principaliter est &c. Et est de mente Bar. in l. codicillis, in prin. ff. de vsufru. leg. ad fin. ibi dum dicit, fideicommissum valere non poterat &c. & ista opinio videtur esse de iure probabilior, per d. l. hæreditas ad Statium. de hære. insti. cum ibi no. per Bar. & d. l. cum quasi. §. si plures. ff. de fideicom. libe. vbi si vnus hæres grauatur in re hæreditaria, tota illa non videtur sibi præallegata, sed à cohæredibus emere debet per d. l. planè. la 2, §. fin. ff. de leg. 1. &

11 d. l. sed si sic. §. 1. † vbi non potest grauari fideicommisso ille ad quem peruenerunt bona testatoris si nõ peruenerunt ex dispositione testatoris, sed dispositione legis. ¶ Nec obstant allegata per Bart. in d. l. Centurio. & primo tex. in d. l. denique. §. interdum. de pec. leg. quia respondetur, quod ideo ibi videtur legatum peculium seruo, cui erat relicta libertas grauando eũ de aliquo dando alteri: quia quãdoq; videmus quod seruo cui simpliciter data est libertas, videtur concessum peculium. l. 1. C. de pecu. eius qui lib. meru. cum ibi no. vbi peculium tacitè sequitur seruum cui libertas datur inter viuos, ideo nõ est mirum si peculium non sequatur ipsum seruum, quando datur libertas in testamento simpliciter, sed tamen sequitur eum qñ grauatur in testamento seruus aliquid dare ex peculio. & ita respondet Io. de Imo. in d. l. Centurio. & in d. c. Raynutius. Vel ideo ibi hoc est, quia testator grauauit seruum, vt daret centũ hæredibus testatoris ex peculio, & sic grauando ꝙ det hæredibus centum de peculio, videtur voluisse ꝙ de peculio non habeant hæredes aliquid vltra; meritò habebit seruus reliquum peculium. secus si fuisset grauatus dare alteri nõ hæredi: quia non videtur seruo legatum peculium. l. 3. §. fi. cum glo. in ver. dare. ff. de cond. ob causam. Non ob. etiam tex. in l. si ita stipulatus. de oper. lib. alleg. per Bar. in d. l. Centurio. quia respondetur quod ibi ponitur casus specialis in quo illud quod exprimitur in vim conditionis videtur dispositũ simpliciter seu dispositionẽ inducit. & hoc ideo ibi est: quia illud quod erat ibi positum in dispositionem, non poterat peti quodam speciali iure tanquam appositum causa onerandæ libertatis, iuxta. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum. act. non datur. Vnde excepto illo speciali casu regulariter videmus quod illud ꝙ est positum in conditione, nõ censetur esse in dispositione. d. l. ex facto etiam. & d. l. si quis sub conditione. & ita illam. l. si ita stipulatus. declarant doc. maximè Sal. & Fulg. in l. si pacto quo pœnam. C. de pac. Non ob. etiam id quod no. glo. in l. alio. de alimen. leg. quam ad hoc allegat Bar. in d. l. Centurio,

12 quia respondent quod verum est † ꝙ quando executor datus in testamento grauatur ad aliquid dandũ, illud grauamen valeat licet nihil sit relictum executori, & hoc ideo quia tale grauamen videtur relictum ad hærede seu iniunctum hæredi, sicut est quando datus est tutor in testamento filio testatoris, & grauatur tutor in testamento de re aliqua danda alteri. nam tunc valet tale relictum, quia in effectu videtur tunc grauatus filius in testamento institutus. l. peto. §. matre. ff. de legat. 2. & argu. l. sed si seruus. §. qui margaritam. ff. de leg. 1. & ita voluit expressè Bar. in d. l. alio. iuxta prin. post gl. & per Io. de Imo. in l. Centurio. & in d. c. Raynutius. Et per hæc patet non obstare prædicta, si diceretur ꝙ primò videri potest iniunctum onus fideicommissi omnibus descendentibus. d. domi. Franci. senioris, & consequentur dictus F. H. & G. qui decesserunt sine liberis, attento ꝙ d. Fran. senior in alia parte dicti testamenti, videlicet in vltima substitutione posita in versi. si autem contingeret præfatos omnes &c. disposuit quod si contingeret præfatos filios masculos testatoris, tam natos quàm nascituros, & filios masculos ipsorum filiorum masculorum decedere quandocunq; sine liberis masculis, vel alijs masculis ex linea masculina descendentibus; ita quod nullus masculus ex ipsis vel aliquo ipsorum descendentium ex linea masculina superesset, substituebat eis dominum Paganum eius testatoris fratrem patruelem, & ipsius d. Pagani filios, non obstante d. do. P. in descendentibus suis masculis substituit eis proximiorem de domo sua de Sauorgnano. & sic testator dum dicit quod substituit eis. videbatur iniũgere onus fideicommissi omnibus descendentibus: quia respondeo qđ si intelligamus ꝙ testator videatur voluisse iniungere onus fideicommissi, etiam illis qui non fuerunt per modum dispositionis vocati & onerati a testatore, non valeret, per ea quæ proximè dicta sunt. & not. Bar. in d. l. codicillis, in prim. cũ alijs supra allegatis. vel potest respon-

13 deri † qđ indefinita non æquipollet vniuersali, quando nõ est eadem ratio omnium idefinita comprehensorum, vt not. glo. ordi. in c. vt circa, in verbo aliorum. de elec. in 6. & not. Dy. in rub. de reg. iur. in 6. & in l. si pluribus. in prin. cum simi. ff. de leg. 2. sed quò ad iniungendum onus fideicommissariæ substitutionis, non erat par ratio omnium descendentium d. Franc. senioris: quia nõ ita grauatur onere fideicommissi ille qui nõ est oneratus & vocatus per modũ dispositionis, sicut ille qui est

est oneratus per modum dispositionis vocatus à testatore. d.l. ab eo. etiam si aliquo casu bona vel hæreditas testatoris ad eũ peruenerit. d.l. sed si sic. & dictum est suprà, ergo illa indefinita dum testator illa vltima substitutione dixit quod substituit eis, non debet comprehendere omnes descendentes testatoris, puta illos qui tantum per modum conditionis fuerunt nominati in dicta vltima substitutione, qui per verba conditionalia non intelliguntur onerati. l. ex facto etiam. ff. de hære. insti. & l. si quis sub conditione inst. vt no. gl. si. communiter appro-
14 bata in l. Titius. l. vlti. de hære. insti. † Et quod in dubio verba oneris fideicommissi debent intelligi tantũ relata ad illos qui fuerunt honorati & per modum dispositionis vocati a testatore: non autem ad illos qui per modũ conditionis tantum fuerunt nominati. tenet expresè Bal. & Sal. in l. precibus. de impu. & alijs substi. & consuluit Bar. consi. 7. incip. And. condidit. & Bal. in d. l. ab eo. & Io. de Imo. in l. Centurio. versi. Item adde dictis Bart. inquantum tangit quæstionem illam si testator instituit &c & plenius ponit ipse in d. c. Raynu. in materia compendiosæ substitutionis. & ita etiam consuluit Per. de Anch. in consi. 120. inci. Pro clariori decisione. & Pau. de Castro lib. 2. consi. 131. inci. Dubium facit &c. arg. l. si seruus legato. §. qui margaritam. ff. de leg. 1. cum alijs allegatis per eos in dictis locis, & est de mente Bart. in d. l. codicillis, in prin. d. vsufru. lega. & ideo viderentur dicta verba vltimæ substitutionis referri ad eos, qui inspecto casu, qui eueniret, & consequerentur seu consecuti essent hæreditatem ex prouisione ipsius testatoris eos vocantis per modum dispositionis: vnde in proposito onus fideicommissi importantis per dictam vltimã substitutionem intelligeretur iniunctum d. do. F. si ipse præmortuis fratribus suis vel decessisset cum liberis, vel tandem omnes liberi & descendentes masculi decessissent, adeò φ nullus de descendentibus masculis suis. & d. Fran. senioris extaret, & nihil refert, quod conditio dicti fideicommissi quod intelligitur iniunctum d. do. Fran. eueniat post mortem ipsius d. Fran. grauati. quia conditione eueniente post mortem eius hæredes ipsius d. F. remanent obligati ad onus fideicommissi l. legato. ff. de condi. & demon. & no. Bar. in d. l. sed & si sic. Nec ob. d. l. codicillis, in prin. ff. de vsu. leg. vbi onus fideicommissi relicti post mortem omnium intelligitur iniunctũ vltimo decedenti, quia respondetur φ ibi expresè omnes liberti fuerunt honorati & vocati à testatore per modum dispositionis. Vnde
b substituendo alium post mortem eorum, videtur vltimo [b] decedentem grauare onere fideicommissi, secus quando non essent omnes honorati, vt in casu nostro: quia omnes masculi descendentes, & qui descenderent a d. do. Fran. semper nõ fuerunt honorati & vocati per modum dispositionis: imò inspecto casu qui euenit, non fuerunt honorati nisi filij d. Franc. senioris. Alij autem non habuerunt ex prouisione & dispositione ipsius testatoris, tanquam vocati ab eo ex testamento, vt no. in d. l. Lucius. l. vlti. ff. de hære. insti. cum suis concor. & sic nõ potest intelligi φ vltimo decedenti ex descendentibus d. Fran. senioris fuerit iniunctum onus fideicommissi; cum ille talis vltimus fuerit solum positus, & nominatus in conditione, vt dixi. Præterea d. do. Franc. senior. in d. vltima substitutione facta sub conditione, si omnes sui descẽdẽtes masculi decesserint, dixit φ eis substituebat do. P. & G. Ex quo ergo dixit φ substituebat eis in plurali, apparet quòd non substituit vltimo morienti tantum. sed in d. l. codicillis. testator nõ dixit quod substituebat eis, sed dixit post mortem omnium bona peruenirẽt ad talem substitutum. Et per prædicta etiam attento quòd in dicta vltima substitutione dicti descendentes testatoris fuerũt positi in conditione tantum, apparet dici non posse quòd testator voluerit de vno descendente in alium successiuè cõtinuari, & renouari fideicommissum, iuxta id quod traditur singulariter a iurisconsulto in l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. quia ibi loquitur alio casu, s. quando omnes fuerant onerati per modum dispositionis in eadem re vocati. Nam si grauatur vltimò decedens, vt restituat alteri totam rem illam per fideicommissum videtur etiam tacitè grauatus primo loco decedens vt restituat superstiti seu secundo loco decedenti partem suam, quia aliter non posset secundo loco decedens restituere totã rem in qua tota restituenda fuit grauatus. & declarat Bar. in d. l. ab eo. & Ioan. de Imo. in d. l. Centurio. & in d. c. Raynutius. Præterea in d. §. Seia libertis. testator in tota re iniunxit onus fideicommissi vltimo tantum decedenti. hic autem disposuit φ si omnes sui descendentes masculi decederent substituebat eis d Per. &c. quo casu non videtur reciprocè primò decedens grauatus restituere secundo decedenti: vt no. Ange. & Io. de Imo. in l. si pater impuberis. ff. de vulg. & pupil. per §. singulis. insti. de pup. subst. Alio modo & satis clarè & tutè mihi videtur posse responderi ad dictam vltimam institutionem positam in d. versi. si autem contingeret quod præfati oẽs &c. quòd per illam substitutionem nõ potest dici euenisse casum alicuius fideicommissi quod videatur fuisse iniunctum dictis F. H. & Gib. vel alicui &c. sine liberis decesserunt. quia posito quod testator in dicta vltima substitutione videtur est retulisse verba grauaminis fideicommissi ad omnes descendente indifferenter, & sic tam ad eos quos onerauit & vocauit per modum dispositionis, quàm ad alios. & posito etiã quòd tale grauamen fideicommissi valeret, tamen negari non potest quòd d. substitutio est collata in tempus quo collectiuè omnes descẽdẽtes masculi ipsius testatoris decesserint, adeò quod nullus extet: vnde tunc demum substitutus, s. d. P. frater patruelis testatoris vel eius liberi aut eis deficiẽtibus proximiori in gradu de domo de Sauorgnano poterit venire ad substitutionem per fideicommissum quando omnes descendentes masculi d. Fran. senioris. i. testatoris defecissent & non ante: quia testator videtur voluisse quemlibet ex descendentibus suis præferre substituto, qui non erat de descendentibus suis, & inter eos suos descendentes videtur voluisse cõseruare sibi legitime successionem ab intesta. l. penul. C. de impub. & alijs substi. cũ ibi no. & l. hæredes mei. §. cum ita. in prin. & cum ibi no. per Bar. & alios. ff. ad Treb. ergo cum ille casus mortis omniũ descendentium masculorum dicti testatoris non euenerit, & fortasse nunquam eueniet superstite aliquo ex dictis substitutis: meritò non est tractandum de aliquo fideicommisso iniuncto in testamento d. do. F. senioris quò ad portionem hæreditatis d. F. aut. H. vel Gib. quibus etiam per nullam aliam præcedentem substitutionem in testamento d. F. intelligitur fuisse iniunctũ onus fideicommissi de quo sit tractandum vt etiam dictũ est superius. ¶ Ex his infertur quòd licet d. do. L. & F. frater suus, & etiam G. habuerunt & de iure consecuti fuerunt in bonis allodialibus d. do. F. senioris legitimam debitam dictis Hect. & F. filijs d. do. F. senioris vt tetigi in prin. huius dubij; tamen nunc non est tempus faciendi aliquam deductionem dictæ legitimæ inquãtum potest iniungi grauamen fideicommissi. & hoc quia nõ euenit aliquis casus fideicõmissi restituendi hoc tempore, solum. n. euenit casus substitutionis factę Hectori & Francisco filijs domini F. senioris qui decesserunt ab intestato sine liberis quibus successit d. do. F. eorum frater. & siue elegerit ipse partem fratrum habere ex substitutione vel totum ex successione ab intestato non refert: cũ hoc sit in potestate sua. & si elegit habere ex successione ab intestato cõfunditur actio quæ ipsi d. F. competijsset pro fideicommisso restituendo ipsi d. F. per dictos eius fratres. l. debitores. C. de pac. l. si adulta. C. de hære. ac. cum si. & sic habuit effectum suum dicta substitutio in parte dictorum fratrum d. F. & non euenit aliquis casus substitutionis factæ d. do. F. vel alicui alteri vt in testamento d. F. senioris, vt supra deductum est. sed si nunquam euenit casus dictæ vltimæ substitutionis, s. quia omnes descendẽtes masculi d. do. F. senioris deficerent esset tractandum de restitutione fideicommissi restituendi per hæredes descendẽtium d. F. grauatorum per fideicommissum: de illo fideicommisso tunc esset reducenda illa legitima filiorum d. Francisci senioris, de qua dixi in princ. huius dubij. Ex istis etiam infertur quòd ex causa alicuius fideicommissi facta in testamento d. do. F. senioris non est tractandum de diuisione bonorum quondam d. F. senioris peruentorum ad dominum Gibi. quia non est in hoc habenda ratio alicuius fideicommissi facti in testamento præfati. do. Fran. sed debet attendi virtus testamenti ipsius Gib. vt dicitur in sequentibus dubijs. Circa aliud dubium, quo quæritur quomodo diuidenda sint bona peruenta ad dictum Gib. ex hæreditate & iudicio do. Titij. sui patris inter dictos nepotes ex fratribus d. Gibi. an per stirpes, vel per capita. Omissis superfluis sentio dicta bona esse diuidenda inter dictos nepotes in stirpes, tamen quia ita disoluit præfatus d. Titius substituẽdo quia si quis filiorum suorum decederet sine liberis masculis, voluit quod ipsius præmorientis portio ad prædictos

do. V.

do.V.G.P. æqualiter perueniret, si ipsi fuerunt superstites, aut
ad illos ipsorum trium qui supererunt & ad hæredes mascu..
los ex eis tribus legitimè nascituros in stirpes, ideo portio di-
cti Gibi. vltimò decedentis sine liberis, vadit ex dicta substitu
16 tione in stirpes ad dictos nepotes † & in qua portione & sub-
stitutione facta d. Gibi. comprehenditur etiam illud quod ad
eum peruenerat quādo ex substitutione fideicommissaria suc-
cessit ipsi d.H. fratri suo: quia dixit testator portio præmorien
g tis non autem dixit portio[g] hæreditaria præmorientis perti-
neat ad superstites per l. si Titius ex parte coniuncta. glo. ff. de
leg. 3. & l. Marcellus. §. quidam. ff. ad Treb. & ibi firmant hoc
clarè Bar. Io. de Imo. Raph. Cu. & Lud. Ro. & no. Io. de Imo. in
l. ita tamen. §. quia suspecta. & in l. Sceuolam. ff. ad Treb. & est
de iure verior opin. per iura præallegata. ¶ Nec obst. l. pater. §.
quindecim, de leg. 3. quia loquitur in alio casu in quo non est
eadem ratio: quia portio vnius ibi non venit ad alium ex vo-
luntate testatoris hoc disponentis: quia non grauauit testator
illum vt restitueret alteri: ideo non mirum si tunc portio sua
intelligitur illa solum quam assignauit, quæ ratio cessat in ca-
su isto in quo expresse ex dispositione testatoris deuenit ad d.
G. portio p. H. tum etiam debent in stirpes succedere dicti ne-
potes: quia ita etiam disposuisse intelligitur d. Gi. in suo testa-
mento in quo dixit se velle ꝙ ipsi omnes sui nepotes succedāt
in bonis hæreditatis suæ secundum formam testamenti q. d. F.
senioris. & d. T. patris sui. & d. do. T. quæ verba important ꝙ
succedant in stirpes, vt deduxi in primo dubio, tanto magis
hoc procedat in bonis peruentis ad d. G. ex hæreditate & iudi
cio d. T. quia videtur. voluisse pleniori officio exequi volunta
tem d. T. & sic etiam quò ad legitimam ipsius d. G. debitam si-
bi in bonis d. T. patris sui. & etiam quò ad illam partem legiti
mæ terminatam d. d. H. in bonis d. T. patris etiā, d. H. ob. men
tem d. do. G. quatenus succedit d. do. H. quamuis in dicta legi
tima potuisset suo arbitrio d. G. testari, d. l. quoniam in priori-
bus. & dixi in præcedēti dubio. Tamen voluit ipse d. G. ad ple
nam & largiorem fidem exequi voluntatem d. do. T. nullam
faciendo deductionem, vt in simili iurisconsultus in l. si spon.
§. si quis rogatus. ff. de do. inter virum. & in l. patrem. ff. quę in
fra. cred. & l. 1. C. ad leg. Falci. & hoc euidenter ostendunt illa
verba testamēti P. G. dum dicit, in bonis & hæredi. suis, & idē
dico quò ad Trebellianicam quæ ex fideicommisso iniuncto
per d. T. d. G. detrahi regulariter solet, quam tamen detrahi
prohibuit d. L. in suo testamento. & huic prohibitioni assen-
sit d. do. G. vt patet ex dictis verbis sui testamenti, licet magna
fiat dubitatio de iure vtrum dicta Trebellianica possit prohi-
beri saltem liberis primi gradus, quæ disputatio hic nō est ne
cessaria postquam illam approbauit d. G. vt comprehenditur
euidenter ex verbis sui testamēti. ¶ Quò ad aliud dubium quò
quæritur quomodo & qualiter sunt partienda bona hæredita
ria d. do. G. inter nepotes prædictos stāte testamento d. G. pro-
ut stat: respōdeo ꝙ in stirpes debent diuidi: quia in bonis suis
& hæreditate sua voluit per dictos nepotes succedi secundum
formam testamenti d. do. F. senioris, & d. do. T. & d. F. qui vo-
luerunt eos qui sunt nati ex patribus diuersis succedere in stir
pes, sed eos qui erant ex eodem patre æqualiter, ideo cum isti
nepotes, sint nati ex diuersis patribus debent succedere in stir
17 pes, vt dixi in primo dubio. ¶ † Circa aliud dubium quo quę-
* ritur si antiquiores recognitiones * feudi factæ per ascenden-
tes Titij causentur, & sint receptæ iure feudi ab initio sic nun
cupati ex more & cōsuetudine patriæ quod potest alienari si-
cut res allodialis ex consuetudine prædicta: & post ea per Ti-
tium idē feudum in progressu multorū annorū sit recognitū
iure recti & legalis feudi, exponentē, licet falsò sic per eius pa
trem & progenitores fuisse recognitum. an per talem recogni
tionem a Titio factā sit alterata deinceps natura feudi vel nō,
adeò ꝙ deinceps de tali feudo nō potuerit nec possit disponi.
Breuiter respōdeo quod si ex certa scientia d. Titij facta est di-
h cta recognitio[h] quia bene sciebat ascendentes suos recogno-
uisse & recepisse iure feudi ab initio, & tamen ipse recogno-
uit iure recti feudi asserendo sic per eius patrem & genitores
fuisse recognitum: & tūc sibi præiudicasse intelligitur. ad hoc
allego id quod no. Bal. in c. 1. de ali. feu. pater vbi dixit ꝙ si rex
i concedit mihi castrum iure antiqui seu paterni[i] feudi possi-
dendum, ꝙ licet sit nouum feudum, tamen assumit naturam
paterni seu antiqui feu. d. l. quicunq;. C de omni agro deserto.
lib. 10. ꝙ reputat no. & sequuntur Moder. c. 1. de vasal. decre-
ęta. & in c. 1. §. j. de gradi. succes. in feudo. sed vbi per errorem
facta fuisset dicta recognitio, non præiudicaret. l. cum falsa. &
l. cum testamēto. C. de iuris & fac. ignor. probatur etiam, quia
dicta recognitio fuit facta ex falsa causa: quę si fuisset vera erat
obligatoria ad dictam recognitionem, vnde talis falsitas cau-
sata per errorem operatur ꝙ actus non sortitur effectū, vel per
viam exceptionis si non soluit, vel repetit si soluit, vt not. per
Bar. in l. demonstratio falsa. §. 1. in 6. q. ff. de condi. & demon.
& Bal. in l. fi. C. de fal. causa ad leg. & probatur in l. si diuortio.
iuncta gl. pen. & ibi no. doc. maximè Ang. ff. de verb. oblig. &
dicit ibi Raph. quòd in dubio præsumitur facta per errorem
allegat id quod habetur in l. 2. §. circa. cum ibi not. ff. de doli
18 excep. † & in casu nostro debet omnino præsumi in dubio ꝙ
fuerit per errorem facta quia dependet a facto antecessorū seu
progenitorum ipsius Titij, vt no. per gl. & doc. in l. si quis de-
legauerit. ff. de noua. & in l. si res obligata. ff. de leg. 1. & plenè
per Bart. in l. si non fatetur. ff. de confes. tanto magis quia pro-
batur rem aliter se habere per inuestituras progenitorum l. si
post diuisionem. C. de iur. & fac. igno. l. sed si me præsente. §. j.
ff. de condi. inde. & no. in l. cum de indebito. in prin. ff. de pro-
ba. & in l. de ætate. §. fi. ff. de interroga. actio. & per Bal. in l. nō
fatetur. cum similib. ¶ Circa aliud dubium quo quæritur, si p
Titium & eius ascendentes fuerit iure feudi possessum & re-
cognitum castrum cum iuribus, pertinentijs & iurisdictioni-
bus suis a domino feudi a tanto tempore continuato ꝙ initij
non est memoria, & intra territorium, districtum & pertinen-
tias dicti castri Titius & eius ascendentes dicto tempore pos-
sederunt plura bona stabilia & annuas pensiones, & aliquorū
ex dictis bonis non apparent speciales tituli siue instrumenta
acquisitionis iure allodij vetustiora ad vetustiorē recognitio-
nem dicti castri quæ appareat & aliqua posteriora. Quæritur
an & quæ ex dictis bonis & annuis reditibus sint cēsenda feu-
19 da, vel allodia. † Respondeo ꝙ solum[k] illa intelliguntur feu-
k dalia quæ per dominum feudi probetur fuisse de iuribus &
pertinentijs dicti castri concessi in feudum, vel aliter per do-
minum feudi probetur fuisse tenta per vasallum iure feudi,
alia verò præsumuntur allodialia: quia res in dubio præsumi-
tur allodialis & libera, non feudalis nisi aliter probetur, vt no.
Io. And. & alij post eum in c. nimis. de iureiu. & in c. fi. in ver.
respondere. de iudi. & probatur in c. 2. & ibi no. Bal. in titu. si
de feu. fue. contro. inter domi. & agna. & in c. 1. iuncta gl. 2. in
tit. de contro. inter vasal. & alium de benefi. & no. etiam Ioan.
And. in addi. Spe. in tit. de feu. §. quoniā super ver. 21. in addi.
incip. cessante. & Bal. in l. libertis. in prin. ff. de statu hominū.
& probatur etiā ratione: quia si res est feudalis, dicitur quan-
dam seruitutem debere, vt no. gl. in l. si cuius. §. si vsufructus.
in ver. oportet. ff. de vsufru. & no. Bal. in c. j. circa vlti. col. prin
cipij, de controuer. inuest. & quælibet res præsumitur libera,
nisi de seruitute probetur. l. altius. C. de seruit. l. fi. C. eo. tit. &
illa verba apposita in concessione cum iuribus, pertinentijs,
& iurisdictionibus suis &c. non probant nisi quatenus p alias
probationes appareat limitare de ipsis iuribus, & not. Dyn. &
Bar. in l. si sic §. 1. in fi. de leg. 1. per id quod habetur in l. lega-
ui. ff. de libe. leg. & probatur in l. si in venditione, cum tribus
seq. ff. de hære. vel actione vendi. & no. Spe. in ti. de loca. §. nūc
aliqua. versi. 58. & Oldra. in consi. 164. incip. Viso priuilegio.
& Inn. & alij in c. cum ad sedem, de resti. spol. vbi etiam dicūt
ꝙ castrum a iure non habet pertinentias limitatas, nisi quate-
nus ab hominibus vel a consuetudine hoc pręfixum & cōces-
sum sit, vt etiam doctores in c. si ciuitas. de sent. excom. in 6.
20 ¶ † Circa vltimum dubium, in quo quæritur de fide illis codi
cilli seu memorialis in quo sunt descripti seriatim tenores mul
torum instrumentorum &c. dico breuiter ꝙ non probat: quia
est exemplum, per id quod legitur & no. in auth. si quis in ali-
quo. C. de eden. l. 2. de fi. instru. & in c. 1. de fi. instru. ita vt su-
perius scriptum est consuluit domi. Alex. de Tarta. de Imo. mi
hi præceptor colendissimus apud ciuitatē Vtinensem pro ma
gnifico d. milite & comite domino Nicolao de Sauorgnano,
cui solui pro mercede sua ducatos 28. pro quo etiam consul-
uit domi. And. Siculus Barbatia, cui dedi ducatos 30. Vene-
tos ann. 1478. mense Ianuarij.

SEQVITVR consilium And. Siculi. ¶ Illud afferam in
medium, quod a sanctis scriptum est patribus, difficile est vt
bono

bono peragantur exitu quæ malo sunt inchoata principio. Et vbi nõ Christus est fundamentum, nullius boni operis superest ædificium. 1.q.1.cum Paulus. & c.principatus. idcirco summum, sempiternum, incomprehẽsibilem, altissimum & in maiestate mirabilem principem Deum huic consultationi inuoco: vt pijssimo saluatore nostro Iesu Christo medio veritatẽ huius consultationis mihi suo peccatori iniquissimo pro sua solita misericordia detegat, & aperiat, amen. Et quidem visa rei contingentia & summa cum animaduersione pensata.
2 Venio ad primum huius consultationis articulum.† Vtrũ quando deferatur & partiatur successiuè in bonis feudalibus iure recti feudi per quondam d.do.G. inter nepotes & fratres. vide licet magnificum do. Nicolaum vnicum ex vno fratre, & do. Tristanum. & tres fratres ex alio fratre in stirpes vel per capita, maximè stantibus ordinationibus de quibus suprà, si quid operantur in feudis Et videtur de iure aperto dicẽdum quod in capita succedant, & non in stirpes. Et adduco Bald. in c.1. §.quia vidimus. de succ.feu. vbi ita inquit. Ne potes verò cum patruis succedunt in stirpes, sed non existentibus patruis succedunt in capita, non in stirpes: quia cum succedãt iure proximitatis, ita est proximus vnus sicut alius. Nec est ratio: quare ideo minus succedant: quia cum pluribus succedit, quoniã natura ipsa inuisibilis est. & opi. Azo. fuit idẽ esse in mera successione hæreditatis. hanc opi. tenet Ia. Veronensis, & maximè quod de iure communi est verum, nec reperimus hũc casum aliter decisum in vsibus feud. allegat auth. de hære. ab intesta. §. illud. & §. reliquum. & insti. de legi. agna. suc. §. hoc etiam. Alij verò dicunt & melius, quod patrueles succedant in stirpes: quia ingrediuntur gradum paternum. & hoc tenet Accu. C. de legi. hære. auth. cessante. & in libro meo de natura. suc. feud. habeo tale capitulum, videlicet in quibusdam libris reperitur hoc tale cap. ista sunt formalia verba Bal. qui recitat illud. c. formaliter hoc modo conceptum: decedente fratre absque liberis a se descendentibus vt in feudum succedentibus. si quidem feudum fuit communis parentis fratris defuncti cũ filijs præmortuorum fratrum in stirpes succedant, his verò nõ existentibus ad agnatos proximiores, id volumus pertinere. & si quidem in pari gradu sunt pariter admittuntur. Si verò ex vno est vnus, & ex alio sunt plures, non in stirpes sed in capita eos succedere ordinamus. Ista sunt formalia verba illius text. vt refert ibi Bal. non sit ergo quæstio de hoc: quia est casus in l. ancillæ. C. de furt. Refert tamen Bal. in gl. c. 1. §. satis bene. de prohi. alie. feu. per Lothariũ, se dubitare an talia capitula quæ reperiuntur in paucis libris sint tenenda pro legibus. quã glo. dicit ibi Bal. esse bene no. & sic non declarat Bal. an illud cap. sit tenendum pro authentico. Sed And. de Iser. in d. §. satis bene tenet quòd sint tenenda pro legibus vel capitulis allegatis, & eo quia est lex rationabilis & vtilis valde, & habita ꝓ lege, & sic minimè mutanda sunt quæ interpretationem certã semper habuerunt. Modò istud c. est rationabile quòd succedant in capita, & non in stirpes: cum sint æquè proximi, & Bal. dicat se habere in libro suo, & stetur in hoc assertioni doctoris sicut dicimus quòd statur d. gl. dicentis hanc l. nõ esse in vsu. vt dicit glo. in l. rem non nouam. C. de iudi. & in l. si locus. ff. quemad. serui. amit. & in c. mulræ. 15. q. vlti. & in c. 1. de treu. & pace. & in c. dolentes. de cele. mis. & in c. fi. de præscri. & in c. in causis. de testi. & quod habetur in c. cum olim. de cleric.
22 coniug. & ideo dixit Bal. in repe. l. de quibus. ff. de leg.† statur dicto doctoris dicentis ita seruari de cõsuetudine donec probetur contrarium: quia cuicunq; perito in arte sua credendũ est, vt scripsit philosophorum longè princeps Aristoteles in primo Topicorum. & habetur in l. 1. ff. de ven. inspi. c. proposuisti. de probatio. c. fraternitatis. de frigi. cum si. ergo statur assertioni Bal. & per consequens est casus in iure expressus, qđ consobrini succedant in feudo in capita, & nõ in stirpes. Stan dum ergo est legi expressæ. l. ille. aut ille. §. cum in verbis. l. nõ aliter. ff. de leg. 3. iuxta illud quod scribitur in passione dominica Io. dicentis. Nos legem habemus. ita in proposito sufficit dicere ita est lege scriptum. c. ad audientiam. de spon. licet ergo vbi non reperitur lex expressa in vsibus feudorum regulentur feuda secũdum ius commune. nihilominus vbi est lex expressa in feudo, stamus legi feudali. c. 1. de feu. cog species. n. derogat generi. l. alimenta. §. basilicæ. ff. de alimen. & ciba. leg. c. generi per speciem, de reg. iur. in 6. cum simi. Nec etiam de iure communi est clarum & liquidum quod filij fratrum succedant in stirpes, sed est valde dubium, vt ex inferius dicendis apparebit: quia multifariè multisq; modis illustres in iure viri dixerunt circa hunc passum, & sic varij varia dixerunt. cap. literas, de restit. spol. & c. Raynu. & c. Raynal. de testa. & c. per venerabilem, qui filij sint leg. Sufficere ergo debet quòd ita sit iure feudi expressum. l. prospexit. ff. qui & a quib. stabit difficultas vtrũ vasallus potuerit derogare iuri recti feudi, & vtrũ derogauit per verba apposita in dicto suo testamẽto. ¶ Et licet ista sint colorata, tñ antequã aggrediar, si potuerit vasallus disponere vt succedat in stirpes videtur mihi de iure dicendum quòd non sit dare casum in iure feudi quòd nati ex duob. fratribus succedant in capita, ergo stabimus iuri communi, vt in d. c. j. de feu. cogni. & licet Bal. dixerit se habuisse in libro suo illud capitulum, nihilominus credendũ est sibi quod habuerit illud capitulum. & in hoc arbitror. Bal. non dixisse menda
23 cium, † & credendum est bono viro, vt dixit gl. in l. Titio fundum. ff. de condi. & demon. & tex. in l. si a bonæ fidei. ff. de rei ven. & quod voluit ibi Ang. tex. in c. in nostra. de procur. text. in c. 2. de oper. no. nun. gl. in c. expedit. 12. q. 1. & quod voluit Bal. in c. sanctorum. de præscrip. & Host. in c. finem litibus de dolo & contum. memor. n. erat Bal. etiam quod celebris dixit Psalmista. Perdes omnes qui loquuntur mẽdacium. & Iudith. 5. Non egredietur verbum ex ore meo. nec dixit Bal. quòd alij libri habeant illud capitulum. imò sentit contrarium: quia cũ dixit, habeo in libro meo, sequitur quòd in libris alienis non habetur. istud verò fuit in mente Bal. quia inclusio vnius videtur esse exclusio alterius. arg. l. cum prætor. ff. de iudi. cum si. & sentit etiam Bald. non esse credendum tali codici, cum alij libri non habeant, etiam si in aliquibus libris reperiretur, ex quo communiter in alijs libris non habetur, ex quo sequitur gl. in d. §. satis bene. dictum. n. doctorum debet intelligi secundum legem, quam allegãt. Simile dicit Bar. de glo. quæ debet intelligi secundum legem quam allegat in l. non solum. §. libe rationis verbo. ff. de libe. leg. Nec ob. quod dicit And. de Iser. in d. §. satis bene. eò quia ipse loquitur de illo. §. satis bene. quę lex reperitur in omnibus libris feudorum. & fuit edita a Lothario Imperatore, & est commentata per doct. & communiter reputata lex Lotharij. & est rationabilis quod est de esse legis vt in c. j. de consti. in 6. in verbo, rationabilia. & l. quòd nõ ratione. ff. de leg. 4. dist. §. erit autem lex. & ideo. cum nõ sit in illo. c. quod Bal. dicit se habuisse in libro suo cum alij libri illud non habeant: nec per doc. illud fuerit commentatum; nec per aliquos summistas illud. c. commemoretur ergo nescio videre quo spiritu ductus Bal. dixerit se habuisse illud. c. melius
4 fecisset silere: † quia boni viri tacent illud quod probare non possunt. 12. q. 7. c. quia plerique. nec sufficit allegare, sed opus est probare: vt dixit gl. in c. non est. de consuet. lib. 6. & in cle. 1. de in integ. rest. & in c. super eo. de ap. & in l. magis puto. §. illam. ff. de re. eorum. & in l. 2. ff. de fer. & in l. 1. ff. si qua. pau. fe. di. Cum ergo non probatur quòd sit capitulum approbatũ in vsibus feud. ergo perinde habetur ac si non esset in rerum natura: prout non est. & Baldo dici poterit illud quod sacro scribitur Euangelio: Tu solus es peregrinus in Hierusalem. & text. in l. 1. ff. de sena. omnibus placuit excepto Saturnino. qđ vates dixit vulgaris, Et solo in parte vide il saladino. & ꝙ habetur apud gesta Siciliæ, trinaq; quòd siculis placuit tantũ sperlica negauit. & si dicatur: proba illam negatiuam quòd alij libri non habeant. probo ad oculum quòd eo ipso quòd non est approbata in libro feudorum, non dicitur esse capitulum seu lex feudalis per id quod habetur in c. si Romanorum. 19. dist.
5 † quia vbicunq; actus est restrictus ad certã scripturã, probatur actum non interuenisse eo ipso quòd non reperitur scriptus in libro, puta non soluisti collectas: quia non es scriptus in libro soluentium. l. 1. C. de exac. tribu. lib. 10. l. fi. & ibi Bal. C. de re. cre. l. cum de lege. ff. de probat. iuxta illud quod scriptum est in c. ad audientiam. de sponsa. & per consequens eadem consideratione fienda est de huiusmodi capitulo, quòd non sit in rerum natura. tum quia doctores qui ibi scripserunt non dicant se vidisse illud. c. debuit namq; fieri illa mentio quam fecit Bal. in illo. c. a iurisiatore, per ea quæ habentur in l. admonendi. de iureiur. in gl. ex qua arguunt scribentes ibi vt Bar. & alij. quod dispositio legis referens se ad aliam legem, si huius tenor non reperitur, vitiatur: sed si tenor. l. ad quã fit relatio in refe-

in referente describatur, tunc non vitiatur, & cum illa gl. concordat alia in auth. de teste. §. quoniam. & in l. vt liberis. C. de colla. & quòd habetur 19. dist. c. si Romanorum. Et quod sit ita in statuto referente, aut est appositus tenor statuti ad quod fit relatio: & tunc facit fidem: aut non apponitur nec reperitur statutum relatum, tunc non facit fidem. voluit Bald. in l. j. C. de episco. & cle. Et adduco glo. in c. 1. de fide instrum. in c. in nomine Domini. de test. facit tex. & glo. in c. si. quod metus causa. vbi gloss. dicit quòd ponitur tenor legis, & quod voluit Ludo. Ro. consi. 20. incip. Ita mihi videtur de iure dicendum. & quod ipse voluit in d. l. admonendi. & sic si lex feudalis faceret mentionem de illo capitulo ad quod facit relationem & apponeret tenorem eius, tunc staretur iurislatori referenti, & huiusmodi non fuit Bal. enim doctor fuit, & non iurislator. Et licet Bal. in d. auth. cessante, videatur apponere differētiam in feudalibus & allodialibus, & dicat quòd duo nepotes ex vno fratre, & vnus ex altero succedant in capita in feudis: quia seruitium diuiditur in capita, ergo & successio assumpta a proportione commodi, & reperitur vnū. c. extrauagans, quod ita
7 determinat. sed si vera est opinio glo. debemus † distinguere, aut feudum venit iure hæreditario; tūc veniunt in stirpes: aut non iure hæreditario sed simpliciter tanquam agnati: & tunc veniunt in capita. hoc autem liquere potest ex tenore inuestituræ. in patrimonio autem succeditur, vt in successione hæreditaria. fuit tamen differentia inter Accur. & Azo. docto. cum ista materia non vadit omnino per rationes naturales, sed quia ita æquum videtur legislatori: & ideo in hærede est tex. in corpore illius auth. qui dicit vt in parentum iure succedere. hoc tenet Bar. & gl. in corpore quę incipit, nota finem. nam tex. ibi dicit in ver. si vero neq; fratres neq; filios fratrum relinquerer, tunc veniunt in capita: ergo si filios fratrum relinquunt, veniunt in stirpes: & sic aduersetur in iure. idem tenet glo. insti. de leg. agna. succes. §. hoc etiam. & Cyn. in d. auth. cessante. & in l. lege. eo. tit. & refert se Bal. ibi in contingentia facti consuluisse, quia noluit recedere ab opi. gl. dicit etiam ibi Bal. quod communiter tenetur quòd in feudis succedant in capita. quo casu si ita esset quòd ista esset communis opi. sequeretur quòd esset sequeada consulendo & iudicando per id quod habetur in l. j. ff. de offi. quęsto. in ver. crebrior apud veteres opiniones. & in l. 1. ff. de sena. cum si. nō tamen ibi exprimit Bal. doc. hoc tenentes. dicit etiam quod est quoddam capitulū extrauagās, sed non allegat illud, & dico quod posito, non tamen conces-
8 so, quòd illud capitulum esset extrauagans, † tamen nō est notorium, ergo non facit fidem nisi allegetur & probetur, per id quod habetur in l. cum prolatis. ff. de re iud. & in c. contingit. de fide instr. & quod voluit Bal. in l. 1. C. vt quæ desunt aduo. vbi loquitur de consuetudine nō notoria. & quod voluit Bar. in d. l. cum prolatis. Scirem libēter quis spiritus reuelauit Bal. quod doct. ita communiter tenent ex eo quia idem Bal. in d. c. 1. §. quia vidimus. non commemorat nisi duos doct. ita tenentes, s. Iac. Veron. & Iac. de Bel. qui in nota. non faciunt communem opi. & idem Bal. in c. 1. in tit. de gra. in vsi. feu. colligit qđ idem text. non declarat an cōsobrini succedant in stirpes an in capita in feudo. Sed Iaco. Veron. dicit quòd cum inter eos sit seruanda paritas quod succedunt in capita & nō in stirpes. dicit esse casum ibi in ver. ad filias. Bal. ibi dicit quòd ille tex. nō dicit aliquid in capita, vel in stirpes: ideo debet intelligi secundum ius commune. c. Obertus, de feu. cog. de iure autem communi sunt opiniones. Sed quia statutum est vt post fratrum filios vlteriores succedant in capita tacitè videtur statutū vt fratrum filij succedant in stirpes. l. cum prætor. ff. de iudicijs. &
9 ita dicit se in facto consuluisse, vt ibi per eum † & per consequens Bal. ibi in diuiduo tenet quòd in feudo succedūt in stirpes, & non in capita. & ita dicit se consuluisse. & aperto ore vult quòd non sit dare extrauagans, & sic dicit contrariū eius quod ipse dixit in d. auth. cessante. & in d. §. quia vidimus. & idem Bal. in c. 1. de na. suc. feu. refert Iac. de Bel. dicere, ꝙ succedūt in capita. & refert Bal. ibi alios doc. tenere quòd patrueles succedant in stirpes, tenentes opi. Accur. quam Accur. posuit in allodialibus, dicentes quòd idem sit in feudalibus cum in consuet. feud. non reperiatur ius expressum an succedant in stirpes, an in capita, & ideo quæstio est dubia vt aliàs refert se dixisse propter diuersas opi. doc. & concludit ibi quod in stirpes succedūt, & quod in dubijs opi. multum sequitur gl. ordi.

quia non posset adhærere meliori. Ecce modò quòd Bal. vehementer errauit in d. auth. cessante. & sic vult expresè quòd nō reperitur quæstio decisa in feudis. & sunt opin. inter do. & regulari debet secundum ius commune, & sequēda est opi. Accur. & per consequens succedant ibi consobrini in stirpes &
10 non in capita in feu. & rectè fecit Bal. dicere † quod consue-
n tudo non potest adhærere meliori opin. quam glossatoris ⁿ & de authoritate gl. quæ iudicando & consulendo est sequenda adduco doc. Iac. But. in l. 1. C. qui pro sua iuri. & Bal. in l. cum hæreditas. C. depo. vbi dixit quòd authoritas glo. omnes alios antecedit. & in l. fi. §. necessitatem. C. de bon. quæ lib. dixit adhæreas Odoffr. veritati. id est gl. & imperpetuum non errabis. & in l. precibus. C. de nupt. dixit quod consulendo non potest adhæreri meliori opi. quam gl. idem dixit in l. 1. ff. de vulg. & pup. & in l. 2. C. de sen. quæ sine. cer. quantitate. in c. & contingit de dolo & contuma. vbi dixit in casu de quo ibi loquitur, quòd Bar. somniauit, quod dixit accidere doct. volentibus infringere opiniones glossarum. & in c. 1. §. iudices. de pace iura. firman. dixit. quòd non debemus recedere ab opinionibus approbatis, nec debemus recedere a text. & gloss. & ideo dixit Bar. tin consi. incipiente. Andriciolus, sequitur opinionem gl. quæ melius præ cæteris intellexit. idem Bal. in suo peculio refert Cy. dicentem in l. non mortuum. C. de contrahen. & committen. stipu. Aduocate audi idolum tuum in gl. & quod voluit Cyn. in l. 1. C. de actio. & obligat. quod voluit Bart. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & ideo dixit Saly. in l. 2. C. de sent. ꝙ ille qui nescit equitate teneat se super arzono, & qui nescit iudicare debet tenere secum opi. gl. & idem Saly. in l. traditionib. C. de pac. dixit quod ita debemus inhærere opi. gl. sicut Bononienses inhærent Carotio, & quod voluit domi. Matthæus de Matth. & in suo tract. de expensis. & Io. de Imo. in c. si. ꝙ met. causa. & in c. cum contingat. de iureiur. Nō ergo erit recedendum in iudicando & consulendo ab opi. gl. & facit quod scribunt Moderni. in d. c. 1. de gradi. licet ibi sint meri relatores, sequuntur gl. & Bal. & quòd succedunt in stirpes & non in capita. Et hanc partem tenet idem Bald. in c. 1. in prin. in titu. de suc. feud. & mouetur argumento illius literæ, quæ simpliciter dicit ꝙ succedunt in locum patris sui. nec distinguunt, an soli an cum patruis vt latè ibi per eum. & eandem partem sequuntur ibi Moderni, & ibi domini iudicantes videre poterunt. & sic conclusio communis est ꝙ attendatur in feudis dispositio iuris communis. & secundum hanc partē consuluit Bar. consi. 173. incip. In hæreditate d. Nic. & adduco eundem Bald. in l. 2. C. de suis & legi. in ver. ex hoc apparet. vbi determinat quę-
11 stionem, † an filij duorum fratrum in feudo succedant in stirpes an in capita. & veritas est secundum eum quòd vbicunq; aliud expresè non cauetur, successiones feudi regulantur secundum ius cōmune. alleg. quòd no. in c. 1. de gra. Et sic concludit quòd iure feudi non cauetur, s. quòd succedant in capita vel stirpes. & sic regulabitur successio secundum ius commune: & per consequens sentit ꝙ illud cap. extrauagans, non reperitur expressum in lib. feu. ergo habetur ac si non esset. & est bene no. quia Bal. hanc partem tenuit in pluribus locis. & sic studiosè, & cum maiori deliberatione visa fuit hæc pars sibi verior in iure. argum. eius quòd celebris dixit tex. in l. diui fratres ff. de iure patro. & licet idem Bald. aliter dixerit in d. auth. cessante, tamen in pluribus alijs locis tenuit cōtrarium. & sic illud voluit studiosè ꝙ matutinus enucleauit: maximè quia vltimo loco istud voluit. & ista præsumitur fuisse sua opi
12 nio. † quia illa dicitur op. approbata doctoris quam vltimo
o loco refert, vt habetur in l. qui filium. §. Sabini. ff. ad Treb. ꝙ voluit Io. And. in c. 1. de priui. in 6. quòd illa dicitur esse opi. Inn. quam vltimo loco refert. & idem dicit Bal. in c. an agnati vel cogna. quod illa dicitur esse opin. iurisconsulti quam vltimo loco refert. alleg. Cy. in l. cunctos populos. C. de sum. Tri. & fide catho. Et faciat quod voluit Bal. in auth. ex testamento. C. de colla. & quod voluit Imo. in d. §. Sabini. Et hanc opin. te-
13 nuit Bar. in l. 2. §. cum hæreditas. ff. de suis & legi. † & qualis doc. fuerit Bar. nemo est qui nesciat. Io. Bal. in l. rationes. C. de proba. non erubuit dicere Bar. fuisse supremum do. & Ang. in consilijs suis prope principium dixit Bar. fuisse iuris lucernā, & posset dici ꝙ in simili dixit vates vulgaris, mostrò che ciò puo far la lingua nostra. Et hāc partē secutus est Ang. in auth. de hære. ab intest. §. si verò. & licet Iaco. But. & Rayn. de Forli-

Iaco-

Iaco. de Bel. & Saly. secuti fuerunt opi. Azo. nihilominus Bar. Bal. Ang. & Mod. consulendo & legendo secuti sunt glossas. & quantò iuniores tantò speculatiores, vt dixit gl. singularis in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posthu. cum ergo concurrat authoritas gl. & communis opi. Modernorum, sequitur ꝙ secundũ illam opi. erit iudicandum, & consulendum, per id quod voluit Io. And. in c. 1. de const. & Inno. in c. ne innitaris. eo. tit. & Host. in c. epistolam. de ferijs. vbi per do. Io. & quod habetur in c. canon. 20. dist. & in c. de quib. 20. dist. quod voluit Bart. in l. fi. C. de pœ. iudi. qui ma. iu. & in quæstione sua incipiente, A sententia iudicis qui male iudicauit, & text. in l. athletæ, ff. de his qui no. infa. vbi per Bald. & text. in l. 1. ff. de sena. vbi etiam per Bal. & l. 1. ff. de offi. quæsto. & ibi per Bal. per eundẽ in l. obseruari. §. proficisci. ff. de offi. proconsul. & per Ange. in l. cum prolatis. C. de re iud. & quia iudicium plurium præsumitur esse verius. vt in c. prudentiam. de offi. deleg. & iuxta illud Catonicũ: Iudicium populi nunquã contempseris vnus. nec esset tutum iudicanti iudicare contra gl. communiter approbatam per doc. & licet antiqui sequuti fuerunt Azo. tamẽ Moderni, vt gl. & doc. communiter tenuerunt contra. vnde illud dici posset recedant vetera, & noua sint omnia. iuxta illud quod retulit Hosti. in c. ad probandum. de re iudi. Expurgate inquit, vetus fermentum. Et licet Saly. in auth. cessante. dicat ꝙ esset iniquum, quòd si ex vno fratre remaneret vnus filius, & ex alio fratre remaneant quinq;: & mortuo primo vnus haberet tantum quantum haberent quinq; quod iniquum esset: quia non debet ad imparia iudicari, cui responderi potest, qđ illa non est iniquitas, sed ex legis dispositio, quia succedunt in locum patris eorum, vt in d. §. si verò. & subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. c. ecclesia, vt lit. pen. 33. dist. c. percipimus. l. si eum. §. qui iniuriarũ. ff. si quis cau. l. 1. §. hæc autem. ff. si quis test. lib. esse ius. fuerit. non. n. præsumitur iniquum id quod lex disposuit, quia præsumitur esse rationabilis. 4. d. §. erit autem lex. c. 1. de consti. in 6. in ver. rationabilia. sufficit. n. quòd prætor ita fuerit ratus. ff. de posthu. in c. si quando. de rescrip. & quod habetur in l. non omnium. ff. de legi. iuxta illud poeticum. Volse cosi oue se pote zo che se vole, & piu non dimandate, ergo & si aliter diceremus, videretur accusare naturam ipsam, quare ex vno produxit vnum, & ex altero quinq,, quod nullo modo est dicendum, vt in l. maximum vitium. in ver. naturæ accusatores. C. de li. præte. & in l. leg. 12. tabu. C. de hæret. & Romanus scripsit orator in eo. lib. quem de senectute scripsit. In hoc sumus sapientes quòd naturam tanquam deum ducemque sequimur, eique paremus. & apud Lucanum. cum Catonis laudes mirum in modum commemorasset, inquit: Naturam sequi. quinimò plus dico quòd satis videtur affligi ex quo vnicus & solus est natus ex suo patre. & sic qui grauatus est in vno non debet grauari in alio. ar. l. cum qui duobus. ff. de iureiur. nec afflicto addenda est afflictio. l. diuus. ff. de offi. præsi. & ibi in glo. sunt concordantiæ. Nec obstat cum dicit de iure proximitatis, quòd ita est proximus quilibet de illis quinque, sicut & ille vnicus, quia illa nõ est ratio finalis successionis, sed ratio finalis est quòd intrat locum patris eorum vt dictum est. & dato non tamen concesso quòd casus iste esset dubius, nihilominus staretur interpretationi magistrorum, vt decidit text. celebris in l. idem cum eo-
14 dem. ff. de iurisdi. om. iud. & ibi dicit Ang. per illum tex. † qđ vbi non est casus legis, licitum est allegare authoritatem maiorum. & ingenuè dixit Host. in c. inquitẽdum. de pec. cle. quòd non est iure cautum quòd res empta de pecunia ecclesiæ, acquiratur dominio ecclesiæ, sed hoc voluit interpretatio magistrorum de quo dicendum vt in l. vxor marito. ff. de donatio. inter vir. & vxo. ergo interpretatio doctorum seruatur per legem, vt est casus in c. 1. de deci. vbi interpretatio magistrorũ habetur pro lege. & habetur in l. Aquiliana. alias cum Aquiliana. versi. interpretatio prudentum. ff. de transac. Cum ergo glo. omnes incorporatæ in corpore iuris interpretatæ sint ius commune, & doc. communiter. & præsertim Moderni secuti sunt glossas illas, ergo sufficit allegare authoritatem eorum. & hanc partem secutus est Pau. de Cast. cons. 352. incip. Id quod supra consultum est. vbi dixit quod communiter doc. sequuntur opi. Accur. ergo standum erit suæ assertioni per id quod superius est dictum. Nec opus est insistere si vasallus potuit disponere quòd succedant in stirpes & non in capita, quia ista dubitatio haberet locum eo casu quo ius feudorum aliter disponeret per id quod habetur in d. c. 1. §. sed quia videmus. & in d. c. 1. de succes. feu. Sed cum ius commune & gl. & docto. communiter sonent quod succedunt in stirpes, videtur potius coadiuuasse ius cõmune, quo casu potest coadiuuare ius commune, vt similiter dixit glo. in c. 2. de const. lib. 6. & in cle. ne Romani, de electio. quæ dicunt quòd licet episcopus nõ possit disponere cõtra ius canonicum per suam constitutionem, vt in c. fi. de offi. archiepiscopi. & in c. non solum. de ap. lib. 6. vbi per omnes scribentes. & per Fed. de Sen. consi. 5. & 9. & ta-
p men potest coadiuuare p ius canonicum, quia vbicunque a canone imponitur pœna imponenda per iudicem quòd episcopus poterit coadiuuare ius canonicum vt ipso iure incidat in pęnam. voluit Bal. in l. programma. C. commi. vel epi. & quod idem Bal. voluit in l. eos. C. de iur. dot. Car. Ioan. de Imo. & alij in c. ex tuæ de cle. non residen. Potuit ergo adiuuare ius commune testator ipse, & etiam si esset dubium ius commune decideretur per dispositionem testatoris. arg. eius quòd dixit gl.
19 in c. si duobus de rescrip. lib. 6. † Licet. n. in causa beneficiali probatio actoris sit effecta dubia propter probationem rei, nihilominus potest coadiuuari per cõfessionem ipsius rei, quod est mirabile ad declarationem. c. 1. de eo qui mit. in pos. lib. 6. quam gl. dixit ibi vix posse reperiri alibi. Ita videtur dicendũ in proposito, nõ tamen concesso, ꝙ esset dubium in iure vtrũ succederent in stirpes vel in capita tunc staretur dispositioni testatoris, quia ordinatio sua non est contra ius commune nec contra ius feudorum, nec est cõtra regulam. l. nemo potest. ff. de leg. 1. ¶ Potest. n. isto casu imponere legem rei suæ per id quod habetur in l. si ea lege. C. de condi. ob causam. l. si quis ita. C. de pac. inter emp. l. in re mandata. C. man. cum si. licet ergo huiusmodi feudum sit rectum, nihilominus do. Nic. succedit in stirpem, & sic in dimidia portione feudi, in alia verò dimidia succedunt consobrini ex alio patruo nati. & licet tex. in d. c. 1. de succ. feud. dicat nulla ordinatione defuncti super feudo manente vel valente restringere quãdo vasallus ordinat quod extraneus scriptus hæres succedat in feudo excluso fratre suo, quia tunc illa ordinatio est nulla. & ita voluit And. de Iser. in d. c. 2. §. sed quia videmus, ergo quando vasallus disponit vt consobrini vel nepotes ex fratribus succedant dispariter puta in stirpes & non in capita, non loquitur ille tex. & sic videtur quòd non sit prohibitus ita disponere vt disposuit in casu nostro. Et ideo dixit Bal. in d. sed quia ꝙ vasallus potest prælegare feudum vni filiorum & assignare illi totum ius feudi. & idem voluit Bal. in auth. si quas ruinas. C. de sac. san. eccle.
17 ver. iuxta hoc quæro † vtrum pater qui recepit emphy. pro se
q & filijs & nepotibus possit pręlegare q vni filiorum, & decidit quòd sic, quia filius capit tanquam paterna, ideo potest reuocare eam ab vno filio & dare alteri, & loquitur ibi Bal. eo casu quo fecit pater expressam mentionem de filijs in inuestitura, & tamen potest in præiudicium filiorum alterius disponere, ergo fortius poterit patruus. & idem Bald. in c. 1. an agna. vel cog. ver. quęritur vbi dicit quòd pater potest disponere de emphyt. vni filiorum relinquendo & alijs auferendo. & licet Bal. ibi dicat secus esse in feudo quasi idem in emphyt. tamen ipse voluit contrarium in emphyteusi. & adduco quòd voluit Iac. de Ardizono Veronensis in summa in ti. quibus mo. feu. amit. ver. vbi quærit, pater accepit feudũ pro se & suis filijs, postea pater vult prælegare feudum vni filiorum, an possit præiudicare alijs filijs? & arguit pro & contra, & decidit quòd possit. & sic concludit patrem posse præiudicare filijs, & idẽ consuluit Pau. de Cast. consil. incip. In causa. & est in ordine. 162. vbi cõsuluit pater accepit feudum & pro se & suis filijs quòd potuit feudum relinquere vni filiorum & excludere reliquos & per consequens illud ius quæsitũ filijs in spe, põt a patre reuocari, & per cõsequẽs illud ius filius acquirit a patre & nõ a domino feudi. Et si dicatur vt dicit Bal. in l. mortis causa capitur. ff. de dona. causa mortis. ꝙ illud ius filius capit a domino feudi, quia illud dictum debet restringi quando filius acquirit feudum irreuocabiliter patre mortuo, tunc. n. dicitur potius acquirere ab ipso patre reuocabiliter, & adduco quod voluit Bal. in commento. l. 1. ff. de reb. du. vbi quærit an in feudo possit pater vni filiorum stipulari ita ꝙ alteri filio non quæratur? & decidit ꝙ sic allegat quod no. in l. pactum. C. de col. Si ergo a principio pater potest acquirere feudum pro vno ex filijs,

lijs, ita poterit ex facto relinquere vni filiorum, & auferri alijs filijs, & idem voluit Bal. in d. l. 1. in 10. q. vbi dicit ꝙ pater insolidum potest assignare feudum vni hæredum. alleg. no. in l. si fami. C. fa. ercis. & in l. emancipatum. §. 1. ad fi. ff. de sena. dixit ꝙ vbicunq; quis potest per contractum præiudicare hæredi, potest præiudicare per delictum, præsertim si talis culpa punitur. l. contractus. ¶Cum ergo pater possit præiudicare filijs delinquendo in feudo, vt in c. si vasallus culpa, in titulo si de feudo fuerit controuersia. ergo eodem modo renunciando vni filiorum. Et si quispiam opponat de eo quod voluit And. de Iser. in d. c. 1. de suc. feu. vbi dicit ꝙ non valet aliqua ordinatio facta a defuncto in feudo quominus filij succedant in feudo. & defunctus habens feudum si illud disponat in testamento, non habet locum sua ordinatio quo ad feudum, vt ponit exemplum, quia disposuit quod filij habeant duas partes feudi, & alius tertiam, quia debent æqualiter succedere in feudo, quia feudum peruenit ad filios non ex dispositione hominis sed ex dispositione legis. d. c. si. §. 1. sed quia vidimus. & ēt ibi dixit Bal. quod licet filij sint inæqualiter instituti, tamē in feudo succedunt æqualiter. & quod voluit Iaco. But. quem refert & sequitur Bal. in l. item videndum. §. nunc videmus. ff. de pet. hære. vbi dicit quod pater non potest præiudicare vni filiorum relinquendo fundum alijs ex eo, quia ius patris extinguitur eo mortuo. l. vxor patrui. C. de leg. Et quod voluit Ang. Bal. & alij in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de leg. j. quod pater non potest præiudicare in feudo vel in emphy. quem accipit pro se & alijs. & voluit ibi Dy. & facit quod voluit Bald. in d. c. 1. §. hoc quoque. de suc. feu. in versi. pone ergo quod recipi pro me & filijs. & Cy. in l. 2. C. de li. & eo. lib. & ibi etiam ver. vlt. distingue. dicit Bal. ꝙ in feudo nouo regulariter factū patris nocet filijs, quod procedit quando tacitè & non expresse pater accepit emphy. pro se. sed si expressam mentionem fecit pro se & filijs suis, tunc pater non potest præiudicare. de quo dicto fecit festum Pau. de Cast. in consil. superius allegato. & facit quod voluit idem Bal. in l. qui se patris. C. vnde libe. vbi facit illam distinctionem, an feudum sit nouum, an antiquum, quia si sit nouum ex eo quòd accepit feudum pro se & suis, tunc possit præiudicare vni filiorum, & prælegare alteri, secus si est antiquum, quia tunc nō poterit. Et quod voluit Bald. in l. imperialem, in prin. versi. quæro vtrum pater possit assignare feudum vni filiorum, refert quosdam dicere ꝙ sic, si pater sua probitate quæsiuit feudū, secus si antecessores quæsierunt. arg. l. diui fratres. ff. de iure patro. Alij dicunt quod bene merito posset assignare. ipse decidit ꝙ non nisi de voluntate fratrum vel ratificatione, quia lex feudorum dictat quòd ad omnes æqualiter pertineat. c. 1. §. si. qui feu. da. pos. & ideo nec in testamento potest hæc facere, nisi filij approbent testamentum. l. si cur. §. vēditionis. ff. qui. mo. pi. vel hyp. sol. quia quod ad omnes pertineat est inductum fauore filiorum. & si sit contra non valet tamen non reuertitur ad dominum, quia non est hoc statutum in fauorem domini. Consuluit tamen d. Pet. de Ancha. consil. 132. incip. Casus talis est. vbi consuluit ꝙ pater expresè & tacitè potest reuocare ius quæsitum filio, vendendo & relinquendo alteri potest præiudicare filijs. & loquitur quando expresè fuit facta mentio de filijs. & Lud. Ro. in consilijs suis consi. 34. incip. Visa facti serie pater accepit emphyteusim pro se & filijs suis, quòd nihilominus poterit prælegare vni. & idem etiam consuluit Ant. consi. 186. & facit quòd voluit Bar. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. & quod voluit Bart. in l. vt iusiurān. §. si liberi. ff. de ope. lib. coniuncta glo. vbi dicit, pater est stipulatus a liberto operas sibi & filijs suis ꝙ potest assignare vni filiorum. & idem refert se consuluisse in quæstione facti Io. de Imo. in c. potuit, de loca. ad fi. & per consequens cōmunis esse videtur conclusio in feudo vtrū sit feudum nouum an sit feudū antiquum. vt primo casu possit assignare vni filiorum, secundo casu non. sed ista inuestigatio non est necessaria ad consultationem nostram, ex eo quia non est expressum a iure feudorum ꝙ consobrini succedāt in capita, ergo vasallo disponendo ꝙ succedant in stirpes ordinatio sua non est contra ius feudorum, ergo poterit disponere secundum velle suum. quia testamentum est nostræ voluntatis iusta sententia de eo quod quis post mortem suam fieri voluerit de bonis suis. l. 1. ff. de te. cum si. Et maximè in casu nostro, cum dicatur in pācto ꝙ illa feuda sunt talis naturæ ꝙ per infeudatum potest disponi tam inter viuos quàm in vltima voluntate etiam conferendo in extraneos, & sic attendenda est consuetudo feu. & ideo Io. And. in addit. Spec. in tit. de feu. in
18 rub. versi. † quod communiter in Italia & certis partibus Alemaniæ & terrarum prouinciarum dignitates præter legales diuiduntur, vt ducatus marchionatus, comitatus & similes contra prædictam legem Federici & non seruatur ius primogenituræ in illis sed æqualibus portionibus diuiduntur illa feuda sicut allodia. & defenditur hęc consuetudo quæ Imperatoribus scientibus dicitur introducta, quæ necessaria videtur ad introducendum consuetudinem ipsorum legi contrariam. ff. de legi. l. de quibus. Pro qua consuetudine quæ fecit feuda diuisibilia, introducuntur leges. ff. de contrah. emp. l. si in emp. §. omnium. l. munerum. §. mixta. ff. de mu. & hono. l. venditor. §. si constat. ff. de aqua plu. ar. l. j. in fi. & l. in summa. ff. de aqua quo. & æsti. l. hoc iure. ff. de iusti. & iure. in §. ductus aquæ. & per consequens attenditur consuetudo feudi & loci, nisi sunt feuda. & attenditur tenor inuestituræ, vt in c. si cui, de ordine cogni. in ver. tenorem inuestituræ & vim verborum intuētes. quem tex. alle. Bal. in proœ. feu. & est tex. in c. 1. de duo. fratri. a c. inuesti. & voluit Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. vbi alle. l. ad probationem. C. de proba. versi. quem tenor adiuuat. & in l. sancimus. C. de fideius. in versi. placiti tenor. & in l. fin. in verbo placiti tenor. & in l. si. in versi. tenor. C. de rebus alie. non alie. Bald. in l. unica. C. de lati. liber. tollen. & in auth. cessante. C. de legi. heredi. & in l. quoties. C. de fideius. cum consuetudo loci sit quod possit tam inter uiuos quàm in ultima uoluntate disponere de feudo uasallus etiam inter extraneos, sequitur ꝙ multò fortius poterit disponere ꝙ natus ex vno fratre licet sit unicus, & plures nati ex alio fratre succedāt in stirpes, nam si consuetudo potest disponere ut dignitates diuidantur, ut est dictum, ergo mulò fortius poterit disponere ut consobrini succedant in stirpes & non in capita posito non tamē concesso ꝙ ius feudorum disponeret ꝙ succederent in capita. Cum ergo prouincia Foroliuiensis sit in Italia, ergo seruabitur in ea consuetudo superius expressa. & ita consuluit superioribus mensibus apud dictam prouinciam Foroliuiensem, & ex istis elicitur conclusio uera & non dubitatiua in fauorem magnifici uiri do. Nicolai, quod ipse iustitiam foueat, & ad aliud c. extraordinariū potest dici ꝙ paria sunt non esse, & non probari. in l. ff. de contrah. emp. cum si. And. Barbatia.

ADDITIONES.

a ¶Quod lex. Bald. iunior trac. subst. Alex. supra eo. consi. 4. nu. 12. Cur. senior. consi. 44. Ias. l. j. de vulg. & pup. l. 3. de leg. j. l. cum filiofam. eo. consi. 41. consi. 84. consi. 120. consi. 142. lib. j. consi. 52. lib. 3. Dec. cōsi. 382. in fi. consi. 379. cōs. 416. nu. 20. Benedi. Remp. c. Raynutius. ver. si absq; li. moreretur. 2. nu. 30. de testa. Matth. Afflic. deci. Neap. 44. nu. 20. Io. Ant. Rub. consi. 36. vide tamen Soci. rep. l. cum auus. de condi. & demonstratio.

* Seruitia feudi.] Vide Ias. consi. 78. colum. j. lib. j. Crau. consil. 303. in fine. Natta.

b ¶Aequè. Dec. consi. 597. nu. 9.

* Tacitè voluit.] Ex eadem coniectura arguit Dec. consil. 299. columna 3. Natta.

c ¶In stirpes. communis sententia. adde Bal. consi. 398. lib. j. & in c. vbi Alua. de succesio. feu. Guid. Pap. deci. Delphi. 134. Cor. d. auth. cessante. deci. l. 3. C. vnde legiti. Iaco. de S. Georg. tract. feu. versi. præsen. & reciuil. Cur. iunior. eo. tract. par. 3. nu. 53. Steph. Bertran. consi. 2. Visa consulta. lib. j. hæc sententia inconcussa manebat vsque ad tempora nostra dum Fortu. Gartias. in l. Gallus. §. idem credendum. cum seq. de lib. & posthu. multum verbosè cepit impugnare. Idem eodē fermè tempore sed subtilius & splendidius Vdal. Zasi. in nota intellec. & in epito. feudo. part. 8. vbi dicit ita seruari Germaniæ. & a Caro. 5. Moderno Imperatore ita constitutum esse. Quid quod apud nos ita videtur iudicatum & firmatum iudicio amplissimi senatus pluribus classibus congregatis. Sed caue ne cum vulgo pragmaticorum decipiaris, quia illud arestum latum est secundum mores huius regni, vbi regulariter non est locus representationi in linea collaterali vt dixi in consuet. Parisi. §. 149. nos autem loquimur in terminis iuris communis, in quo concludo veram esse communem sententiam quam etiam Claud. Cantiuncala doctissimum olim Zasij discipulus æquiorem dicit. in paraphr. institutio. de legiti. agnato. succesio. eandem sequitur consummatissimus noster iurecōsultus & senator amplissimus do. And. Tiraq. in consue. Pic. tit. retrac. §. 11. gl. 11. vbi doctè & copiosè more suo licet parergos hunc articulum tractat, non tamen ante vertit inductiones & rationes meas quas olim in regestis meis

meis cumulaui.& quia hic margo commodè non caperet,reieci in
nouos intellect.& in commentaria consue.Parisi.149.
* Descendentibus.] Nota decisi. Ioan.Andr. quam tenet Alexand. in
d.l.si patroni.& consi.91. colum.8.lib.1. Natta.
d ¶Hæreditarium.supra lib.1.consi.44.num.1.
e ¶Eorum filijs supra lib.1. consi.105.nu.1.
f ¶Vltimo supra lib.1.consi.91.num.8. consi.105.
g ¶Portio supra eo.consi.33.
* Si antiquiores recognitiones.] Quòd recognitio facta aliter quàm
in prima inuestitura contineretur, non præiud. Iacob.in verbo, Di-
ctique vasalli promiserunt columna quinta. Adde quòd si per erro-
rem recognitio facta sit aliter,quàm in antiquis inuestituris, id non
nocet, Dec.pulchrè consilio 193.columna secunda , & vltra aucto-
ritates per eum adductas,tu addas Iacobum Aluar.in cap.1. de va-
sal.decrep.act.vbi inquit,Nota quòd noua inuestitura facta per Do
minum virtute antiquæ,non tollit vigorem venientem ex prima an
tiqua.facit cap.1.§.1.de successio. feu.nam subrogatum assumit sibi
pristinam qualitatem argum.l.si donatione §.1.ff.de donat.inter vir.
& vxor. ita ibi Aluarotus. Idem etiam tradit Cardinal. consilio 92.
Nobiles viri.in princip.vbi dicit,nouam inuestituram habentem etiã
aliam formam,quàm fuerit in antiqua,non immutare vigorem anti-
quæ.per tex.in cap.1. de vasal.decrep.æt.& per nota.in cap.1. in fine
an agna.vel filius. Vide etiam de prædictis Dec.consilio 390.colum
na secunda,& etiam latè Alexand. consilio 9.columna penultima li-
bro quinto,& facit consil.Baldi,quod Ias.adducit consil.7.lib.3.co-
lum.6.versicu.quintò ad idem.& Dec.idem tenet consi.263.vbi hoc
extendit ad emphyteosim. Adde quòd ex posterioribus inuestituris
prima potest declarari.Dec.in d consil.193. versus fi.& de prædictis
tangit idem Dec.consil.185.col.3.Afflict.decis.195.& Ias.consil.107.
col.4.Dec.consil.468. col.4. Natta.
h ¶Recognitio.plene dixi in consu. Pari.§.1.glo.5. nu.22.cum seq.
i ¶Paterni.dixi in consu.Parisi.§.5.nu.92.cum seq.
k ¶Solum.Ad hæc quæ dixi in consu.Parisi.§.1.glo.5.num.20.§.46.nu
me.57.Cur.iunior consi.140.consi.158.consi.184. Matthæ. Afflic.de-
* cis.Neap.257. * Idem latè tradit Albert. Brunus consil. 1. colum.1.
Et fallit vbi eodem titulo tenetur castrum,& territorium.Ias.consil.
102.lib.1.& consil.235.in fine & Curt.iun.vbi declarat quomodo pro
cedat dictum Alexand.hic;& vult cum Iasone, vbi supra, quòd illa
verba,Cum pratis,nemoribus,vineis, &c.faciant præsumi bona feu
dalia;& mouetur eisdem fundamentis,quibus vtitur Ias.consil.140.
Superioribus diebus.& repetit consi.184 Præsupponitur. Tamen cũ
Alexandro hic tenet consilio 158.& consil.41. Vide Ruin. latè con
silio 23.lib.1.Et licèt probetur rem esse inter territorium , non tamẽ
sequitur, quòd dominium ad communitatem pertineat : Alexand.
consilio 76.columna secunda, libro secundo & vide Afflict. in cap.
1.not.5. de content. in mascu. & fœm.Et his de rebus etiam tractat
Aretin.consil.penulti.colum.1. & quod Alexand.hic dicit ponit etiã
Signor.consilio 10.colum.fina.& latè Barbat.consilio 57. lib.4. Vide
Ruin.consilio 53.libro quarto,vbi aliter loquitur. Vide etiam Dec
vbi similiter aliter scribit consilio 517.columna penultima in fin. &.
Ruin.consilio 108.numero 23.lib.2. Natta.
l ¶Non possunt.c.si sacerdos.de of.or.gl.in c.quisquis.versi.exarserit.
1.q.1.c.plerumque.2.q.7.in l.fi. C. de accu.in l.eris. C. de calu.in l.si
quis alicui.C.ad l.iu.maiesta.Io.Monachus in extrauag.excommu-
nicamus.in versi.præferatur.de sent.excom.in communibus Albe.2.
par.statu.q.175. Ang.Aret.in tra.malefi.versi.che hai tradito Io.de
Ana.in rub.de simo.Henri Boich.in c.qui cũ fure.de fur. Roc. Cur.
trac.de iure patro.versi.& vtile.num.10. Hipp.Mar.no.164. Neuiza.
in sylua nupt.fol.61.Fran.Rip.in trac.de peste.folio 159.Tho. Aqui-
nas.in 4.sent.distin.19.in proble.1.arti.16.problema.4.artic.12. & alij.
quos breuitatis causa omitto.
m ¶Relatio.dixi in consu.Parisi.§.5.num.75.
n ¶Glossatoris supra lib.2.consi.92.num.4.
o ¶Vltimo. Ant. Cor. in sing. versi.opin.1.& in repe.versic.opin.Cur.
sen.consil.j.consil.44.limitat Ias.Deci.l.si cum eodem.de iuris.om.
om.iud.Ias.l.j.§.& post operi.in fi.de ope.no.nun.l.filio pater. de le
ga.1.l.pacta nouissima.C.de pact.
p ¶Coadiuuare.Henri.de Bottis trac.syno.par.3.art.1.inum.116.
q ¶Prælegare.vt supra.lib.3.consi. 8.num.15.

SVMMARIVM.

1 *Veritas est adæquatio rei ad intellectum.*
2 *Diffinitio matrimonij.*
5 *Dotis non facta mentione si quis vxorem duxerit, potest petere dotem.*
6 *Alimenta vt vsuræ possunt peti pro rata dotis non solutæ, non obstante lapsu longi temporis.& nu. 8.*
7 *Bona mariti sunt obligata pro alimentis vxoris.*
9 *Fructus qui naturales & ciuiles.*
10 *Maritus propter non solutam dotem potest vxorem expellere. Sed si iniustè expellat, tenetur addere dotem. numero 11.*
12 *Mulier re ipsa facit moram in dotem,sed non extraneus.*

CONSILIVM LVI.

a In præsenti consultatione compendiose pro eruẽda [a] veritate huius dubij quæ triplex
reperitur scilicet bonę vitæ quæ nunquam omittenda est pro
pter scandalum qui ad quemlibet pertinere dignoscitur. alia
disciplinæ quę pertinet ad prælatum, tertia veritas iustitiæ,in
b quibus duabus quandoq; omittitur propter scandalũ [b] l. dis.
1 vt constitueretur. ¶ †Et de veritate iustitiæ erit præsens inue-
c stigatio, quæ veritas [c] nil aliud est quam adæquatio rei ad in-
tellectum secundum Philosophum, q̃a manẽt immutata quæ
sunt,quæ fuerunt,& quæ futura sunt.vt ait Hu.quæ in lucem
deducta semper viuat. vt in decretis dist. 8. consuetudo.ipsa
enim est virtus qua q̃s omni timore vel fraude se posita cum
quadã specie libertatis quod rectè sentit, effatur, quæ sępius
examinata magis splendescit in lucem.glo.c.cum Io.eremi.de
fide instru. & est notitia certę rei, maximè per visum, & ille
cui cõmittitur de veritate debet sequi legem fori, non legem
2 poli.dixit Bal.in l.iustitia.de iusti.& iu. ¶ †Nunc ad rem pri-
mò vt quid notum habemus pręmitto, quia matrimonij in
puncto fit mentio, q̃d matrimonium est maris & fœminæ per
mutuũ consensum signis perspicuis de pręsenti liberè expres-
sum maritalis coniunctio inter personas legitimas indiuiduã
vitę consuetudinem retinens, vel quam in se retinendam exi-
gens est,& sunt adinuicem socij, diuinę humanęq; domus.l.
3 aduersus,de ori.expil.hęr.¶†Et dicitur matrimoniũ quasi ma
tris monos,id est lex, vel quia matrem monet vt fœdus seruet
contra luxuriam. vel q̃a per maritum & filios mulier defendi
tur. vel quasi matris munium, idest officium matris pro eo ꝙ
prolis acquisitio maximè spectet ad mulieres in concipiendo,
pariendo nutriendo & compatiendo, vnde sicut possessio dici
tur patrimoniũ,quia paterna solicitudine acquiritur, sic pro-
lis acquisitio,quia dicitur matrimonium,& hęc est potissima
inter omnes etymologia secundum cõem sñiam super quarto
sententiarũ.de quo de conuersione infideliũ.c.2.& 37.q.1.in
summa. ¶ Et valet sine dotalibus instrumentis. in auth.vt li-
ceat matri & auię.§.si aũt. & ibi etiam gl.& fuit primũ sacra-
mentum ab immortali Deo cũstitutum. An.in auth.de trien.
& semis.§.nemo.Rerum enim conditor omnium instituit ma
trimonium in paradiso, & ab eo accepit vnionem & indisso-
4 lutionem. vnde Matth.19. Quos Deus coniunxit &c. †quod
ẽt excommunicatus contrahere põt.90.di.illud.in gl.negant.
allegat de eo qui duxit in matrimonium. c.significasti.in fi.&
potest ducere vxorem, de conse. dist.4. nullus.& vt mulieres
inueniãt viros dotes constituunt,quarum causę semper pręci
puę sunt. l.1.sol.mat.vt mundus liberis hominibus repleatur
vt ibi. liberi enim hoĩes repleant mundũ, non serui.dixit Bar.
in l.si quis seruus.C.de manumi.quia prima ratione videlicet
quia dos inuenta est vt virum inueniat mulier,& gl.dixit in l.
5 obligamur. §. lege.de actio.& oblig. † quod maritus sumens
vxorem sine mentione dotis non põt petere dotem.quã sñiam
d Bart.impugnat, & bene. [d] quia & mulier possidet dotẽ pro se
filijsq; & marito si opus est alẽdis, vt l.assiduis. qui po.in pig.
habe.& l.vbi adhuc.de iure do. ibi.sed fructus earum ad sub
stentationem tam sui q̃ mariti filiorumq;, si quos habeat &c.
¶Quod autem dotem in pręsenti puncto possit petere nomi-
ne suo vel filiorum,hoc clarum est, nulla enim pręscriptione
submoueri potest,sunt enim vt ponitur 15.anni vel circa.l.re
bus. C.de iur.dot.& personalis actio triginta annorum curri-
culo excluditur in effectum.l.sicut & per totum de pręsc.tri-
ginta annorum.quæ pręscriptio incognita erat de iure fforum
6 dixit ea gloss.in l.qui occiditur. ff.ad legem Aquil. ¶ † Sed an
alimenta propter dotem non solutam possunt peti,in hoc stat
vis inuestigationis. & primò videtur ꝙ peti non possint. imò
remissa videntur tempore hoc.videtur probare text.in l.cum
quidam.§.diuus.ff.de vsuris.vbi cursu temporis vsuræ uiden
tur remissæ,ibi quos omissę te longi temporis interuallum iu
dicat &c.quod glo.ibi interpretatur triennij,uel quinquẽnij.
¶Ad idem.l.Procula.de proba.ubi diu tacendo uir uidetur re
mittere fideicommissum, & in hanc sñiam reperitur quoddã
consilium Bal.& sic uir ita longo tempore tacendo petitionẽ
horũ alimentorum uidetur remisisse alimenta. ¶Sed his non
obstantibus contrariam sñiam iuri consonã puto ꝙ N. Iaco-
bus dicta alimenta pp non solutam dotem possit petere pro

rata portionis non solutæ dotis arbitrio boni viri, quę alimenta debent constitui secundum reditum dotis. l. cū vnus. §. alimentis. ff. de alimen. lega. debet enim vir alere vxorem etiā si nulla dos esset vel parua, & cū nulla dos est ratione dotis operis tenetur alere, sed quia vxor debet operari viro. l. sicut. de iure del. & Bald. in l. pro oneribus. de iure dotium. an aūt semp verum sit, q̄ vbi quis recipit alimenta, debeat operari? Bart. in l. diuortio. ff. sol. mat. tangit singulariter, & in l. quæ legatorū, vt in pos. leg. Bart. in l. Caio. §. imperator de alimen. leg. Bal. in l. 1. C. de leg. & quas operas teneatur viro, & in quibus sit in sua potestate. l. si vxorem. de condi. infer. 33. q. 3. mulierem not. in ca. literas. de restitu. spo. sed si dos est, ex dote debet alimentari. vt d. l. in reb. & l. assiduis. & Dy. & Bar. in l. si cum dotem. §. si autem. ff. sol. mat. & glo. de non eligen. secundo nuben. §. fi. & tex. in c. per vestras. de do. inter vi. & vxo. quinimò & si dos non esset constituta, posset peti secundum Bart. in l. obligamur. §. lege. de acti. & obli. & in consequentia si non cōstitueretur possunt peti alimenta, per prædicta & communia. ex dote enim debentur alimenta, sicut ex pecunia vsuræ, vt lege pro oneribus. de iure dotium. & ibi Bal. & Cyn. & Bart. in
7 d. §. si autē in feuissimo. † quinimò & pro his alimentis sunt bona mariti obligata, dixit Spe. in ti. de dona. de habetur. idē
8 in l. 1. §. exactio. C. de rei vxo. ac. ad idē Bar. in l. Lucius. de ali. & ci. lega. quinimmò ex dote marito debentur fructus naturales, industriales, & ciuiles. quinimò vsuras moderatas vir percipere potest donec dos soluatur. ff. de exce. doli. l. pater. nec erunt propriè vsuræ sed pro interesse fructuum, de quo
9 extra de vsuris. salubriter. item Bal. in d. l. pro oneribus. † Naturales fructus sunt quos natura omnibus animalibus parat, vt poma. industriales verò, quos hominis cura cooperante natura parat, vt segetes, oleum, vinum, & similia, vt. ff. de rei ven.
e l. fructus. & l. si eius fundum. Ciuiles [c] fructus sunt pensiones & obuentiones, quæ occasione rei percipiuntur. ff. de rei ven. l. si nauis, ibi dum dicit, non natura, &c. & not. ff. de condi. in debi. l. si vrbana. & Bal. in d. l. pro oneribus. ¶ Et quod alimenta præterita non soluta, & futura peti possunt. tex. est no. & ibi Bar. in l. libertis quos. §. 1. de adi. le. & ibi Bar. quòd debet peti pro prædictis, vel æstimatio vel ipsa res. sed in casu nostro debet æstimari ad pecuniam pro parte dotis non solutæ, cum pecunia sit in dote arbitrio boni viri, & prædicta secundum consuetudinem patriæ cui bonus vir est iudex. l. vir bonus. ff. iudi. sol. l. continuus. §. cum ita, de ver. obl. quinimò & maiora permittuntur viro pp non solutam dotem, licet vxor & maritus dicantur vna caro, & indiuiduam consuetudinem te-
10 nent, vt in prin. dixi † tamen propter non solutam dotem pōt
f eam ex domo expellere [f] vt in l. generaliter. C. ad velleia. quia non tenetur ei dare victum nisi habeat dotem promissam. facit in d. authen. de non eligen. secundo nubē. §. fin. cum gloss. sua. & etiam Bald. in d. l. sed soluta dote tenentur alere. nec pactum in contrarium valeret, dixit Bald. in l. pactum, de colla. in fi. & tangit casum Bald. in l. de diuisione, secunda columna sol. ma. vbi notanter dixit, quod nec tenetur affectione
11 maritali tractare, quod plus est mirandum. † Illud tamen nō
g omitto q̄ si iniustè expellit, tenetur reconsignare dotem [g] vxori secundum Bal. in l. fi. in fi. de senten. quæ sine cer. quantita. & in rubrica, de priuileg. dotis. de quo vnū verbum Ant. in d. auth. de non eligen. in fi. ¶ Habet maritus in dote titulum onerosum propter onera matrimonij, quia tenetur alere: & ideo dotem debet habere per prædicta. & si non soluitur in termino, vt in casu nostro petere potest pro parte alimentorum, vt
12 dixit. † nam interpellatione opus non est, quando mulier promisit dotem, Bar. in l. de diuisione. sol. ma. Si autem promissio fuisset facta per extraneum requiritur interpellatio vel cursus biennij. l. fi. §. pręterea, de iure do. & ibi Bald. Cy. & Bar. quid autem si pater vel alij qui tenentur dotare dictum. N. vide in d. §. pręterea. & Angel. in d. l. de diuisione. ¶ Ex quibus sequitur indubitata conclusio, dictum N. Iacob. posse petere partē dotis non solutam & alimenta. ¶ Nunc restat respondere ad obiecta in contrarium prælibatę enim decisioni videtur duo iura obstare videlicet. l. cum quidam. §. diuus. vt dixi in primo contrario. & d. l. Procula. Et dico quòd. §. diuus. non obst. si bene ponderemus verba tex. Dicit enim ibi litera, & a qua non debemus recedere, vt in d. l. nō aliter. & §. si is qui nauem parū iustè pręteritas vsuras petitas quas omisisse, & longi temporis interuallum iudicat, quia eis a debitore tuo, vt gratior apud eū esses, petendas nō putasti, hic est tex. Dicit ergo longi temporis, quod glo. exponit. i. triennij vel quinq; annorū. ista
13 expositio non est bona, † quia longū tempus est decem, vel viginti annorū, vt. C. de pręscrip. lon. temp. in rubro & nigro. ¶ Pręterea ibi ponderatur tacitū pactū de non petendo quod apertè sonat litera, vt ibi, gratior apud eum esses, propterea petitio vsurarū de facili alibi in similibus dicitur, aliæ actiones sunt coniunctę cū ipsa re. ff. de re. vendi. l. vtriq;. sed vsura est accessio odiosa, & valde separata ab ipsa re secundū Inno. vt refert Bal. in d. l. 1. de sen. quæ sine cer. quā. perditur pp odium, sunt enim odiosissimæ vsurę & c. quē intellectū sentit Spe. habendo respectū ad pręstationē odiosam & fauorabilem, in tit. de censibus. §. fi. quod tetigit doc. illustris dn̄s Flor. in l. qui semisses. de vsu. hanc sententiam sequitur Ia. Bu. doct. solēnis, & Bar. dux in d. §. diuus. dicens super gl. vel dicit 10. vel 20. annorū. C. quę sit longa consue. in rub. sed quo modo dicit Iacobus sibi præiudicat in personali actione tam breui tempore, cū soleat durare 30. annis? respondeo dicit Iac. specialiter hic odio vsurarū. vel dic, dicit ipse, hic interuenit aliquod signū remittere volentis, vt ibi, vt gratior &c. & si potius accidit ex tacito pacto, quā ex cursu tēporis, hęc sunt verba Ia. But. doctoris in-
14 signis. & sic. §. diuus. nostræ decisioni nihil ob. ¶ † Nec obst. l. Procula. de proba. vbi per temporis cursum vr̄ renunciatum, audi glo. no. intelligentem illā l. in d. l. libertis quos. §. 1. in solutione contrarij illius. §. ad l. Procula. non inducit tacitam remissionem solius temporis cursus, sed charitas & consanguinitas, & redditio rationis sæpius facta. ita dicit glo. quam no. Bar. ibi quam gl. Bar. ēt allegat in l. quæ dotis solu. mat. & sic habemus gl. & Bar. audi Iac. Bu. in d. l. Procula in coniunctis. ¶ No. ex computatione rationū sæpius facta. & ex cessatione longi tēporis & taciturnitate fideicommissi, vr̄ fideicōmissum remissum tacitè, quorum si quis deficeret non insurgeret hæc præsumptio. no. de alē. libe. l. libertis quos. §. 1. ibi gl. ita declarat. hæc sunt verba Iac. de Floren. qui idem ēt tenet. imò etiā ibi adest aliud, nimia cōiunctio personarum, q̄ ponderat Pap. ibi sæpe, ibi tacite, ibi, fratri &c. & Bar. ibi tantū ponderat sæpe factam calculationē, ex quibus remanet prima conclusio vera, & indubitata, text. glo. Iac. Bu. Bar. Bal. Ang. & canonum authoritatibus roborata, videlicet dictum N. Iacobum posse dotem petere non solutā. & alimenta pro illa parte, videlicet arbitrio iudicis & boni viri declarantis. Laus Deo.

ADDITIONES.

a ¶ Pro. attribuitur Ale. sed stylus ostendit esse alterius.
b ¶ Scandalum. imò quod propter hoc non debet omitti triplex veritas, scilicet doctrinæ, vitæ, & iustitiæ. tenent theologi. 4. sen. dist. 38. adde cum isto glo. c. 4. de reg. iur.
c ¶ Veritas. hęc descriptio est secundum notitiam, rectius secundum essentiam. definit Bal. consi. 352. Materiam feu. ad fi. lib. 1. Veritas est verum esse, & verum dici. Et Christus seruator noster dicitur veritas; quia ipse est via, veritas, & vita. Ioan. cap. 14.
d ¶ Et bene. deci. 1 ho. 290. Cur. sen. consi. 27. Ias. auth. præterea. C. vnde vir & vxor. & instit. de actio. §. fuerat. num. 107. Bertr. consil. 161. Supposito lib. 1. Alex. infra lib. 7. consil. 169. num. 2.
e ¶ Ciuiles dixi in consu. Parisi. §. 1. glo. 1. q. 3.
f ¶ Expellere. Rom. consil. 517. Aufer. ad. q. Tholo. 71. ff. vij, sed est falsum, Matth. 19. Marci. 10. Ad Ephesi. 5. non obstat. d. l. generaliter. quia non permittit, sed tantum enunciat. quod fortè de facto accidere potest.
g ¶ Dotem. infra lib. 5. consi. 78.

CONSILIVM LVII.

In casu præmisso circa primum dubium in quo quæritur an Ioachinus filius quondam Francisci olim patris Catharinæ tanq̄ vniuersalis hæres Francisci præfati sui patris, & aui materni d. Antonij olim filij dictæ Catherinæ, possit petere legitimam iure naturæ supradictæ Catherinæ defunctæ. uidetur breuiter dicendum quod non. Nam aut uult petere legitimam iure naturæ in bonis dictæ Catherinę, ex eo quia dicit illam fuisse debitam dicto Francisco, & competisset sibi ius petendi illam, & consequenter dictum ius trāmiserit ad dictum Ioachinum. & certè hoc facere non potest, quia dicta Catharina decessit superstite Antonio eius filio, ut præsupponitur in puncto, qui Antonius eidem Catharinæ successit

successit excluso dicto Fracisco cũ prima causa sit liberorum in auth. in succes. C. de suis & legi. & in corpore vnde sumit, & sic nulla legitima fuit debita dicto Francisco in bonis dictę Catherinę. & ideo ex dicti Francisci persona Ioachinus nullã legitimam petere põt in bonis prædictis Catharinæ. aut vult dictus Ioachinus petere legitimã ex persona dictæ Catherinæ in bonis dicti Antonij, considerato qđ dictus Antonius decessit sine liberis superstite dicto Fracisco eius auo materno &c. Dicendum videtur ꝙ non, quia ex quo dicta Catharina mater dicti Antonij decessit ante dictum Antonium & sic nõ superstat tẽpore mortis Antonij nullũ ius eidem Catharinæ cõpetijt in bonis Antonij, cũ legitima solùm debeatur matri post mortem filij decedentis sine liberis. & non in vita. sicut etiam dicitur de legitima debita filio in bonis paternis, vt leg. & no. per Dyn. & Bart. in l. fi. ff. de lib. agno. licèt glo. aliter videatur dicere in §. si quis aũt non implens, in auth. de hęre. & falcid. & non bene, vt no. in d. l. fi. per ea quæ ibi habentur. & in l. 2. si quis a pa. fue. manumis. faciunt quod not. glo. in l. 3. C. de iur. & facti igno. aut vult dictus Ioachinus petere legitimam in bonis dicti Antonij ex persona dicti Francisci considerato ꝙ dictus Antonius decessit sine liberis superstite dicto Francisco & instituto fratre suo spurio videlicet Ioanne nato ex adulterio, & attento quod dictus Franciscus fuisset præteritus a dicto Antonio, cum pręsupponatur ipsum ab Antonio fuisse in aliquo institutum. Et certè videtur dicendum ꝙ de iure communi testamentum dicti Antonij fuerit nullum, ex quo dictus Franciscus auus maternus fuerit pręteritus a dicto Antonio per id quod le. & no. in auth. non licèt. & in auth. ex causa. C. de libe. pręte. & in §. aliud quoque capitulum. in authen. vt cum de appel. cogno. licèt enim præteritio facta de ascendente per lineam maternam habeatur pro exhęredatione & econtrà. vt leg. & no. in l. cum filium. & l. filiam. C. de inoffi. testa. & in §. mater. institu. de exhe. lib. tamen illa hodie nõ est valida, quando non est causa inserta. vt probatur in d. auth. non licèt, & no. per Bar. in auth. ex causa. C. de lib. pręte. & in l. filio pręterito. ff. de iniust. testa. & not. etiã per glo. in §. exhęredatos. in auth. de hęre. & fal. & ideo cum in casu proposito non sit facta in pręteritione causę insertio, ideo de iure cõi testamentum videtur nullum, & sic vocatus fuit ab intestato dictus Franciscus ad hereditatem dicti Antonij, & ex iure deliberandi transmisisset ius adeundi ad Ioachinum eius heredẽ, ex quo decessit Frãciscus post mortem Antonij intra annum, quia circa octo menses per id quod legitur & not. in l. cũ anti-
2 quioribus. C. de iure delib. & sic videtur ꝙ nedum legitimã, sed totam hęreditatem possit petere. ¶ † Restat videre nunc nunquid hoc procedat etiam attenta dispositione statuti, de quo in puncto fit mentio. Et circa hoc aduertendum quod si extaret filius masculus ex secũda vxore Pauli olim patris Antonij, quia ille esset frater ex latere patris exclusisset enim ab intestato dictum Franciscum auũ maternum ex forma dicti statuti. vbi patet ꝙ non extante patre vel auo paterno, nec descẽdentibus succedunt fratres vtrinque coniuncti, vel ex latere patris tantum, & ideo videtur ꝙ dictus Franciscus nõ poterit propter eius pręteritionem dicere testamentũ nullũ vel ipsum rumpendũ, qui non esset successurus ab intestato per id quod legitur & no. in l. posthumos. §. si quis ex his. ff. de inoffi. testa. & not. in l. Gallus. §. & quid si tantũ. ff. de libe. & posth. & per Bar. in l. fi. C. de libe. præteritis. Vnde cum dictus frater ex latere patris fuerit pręteritus videtur competere ei querela tanquam turpi persona instituta a d. Antonio, ex quo institutus fuit frater natus ex adulterio. Nã talis non est nominandus filius. nec alendus secundũ leges, vt leg. & no. in auth. licet. C. de natu. li. multo fortius videtur dicendus vilis persona, vt patet in l. humilem. C. de incest. nup. & ideo dicto fratri competere querelam per l. fratres. C. de inoffi. test. Si aũt non superesset dictus frater nec ẽt soror dicti fratris, cum ex secũda vxore natus fuerit masculus & fœmina, & vterq; fuisset mortuus ante d. Antonium, tunc cum non superuixisset tempore mortis Antonij persona quæ habuisset excludere in successione ab intestato d. Franciscum auum maternum. Vnde dicendum, ꝙ propter eius præteritionem testamentũ fuit nullum, vt superius est di-
3 ctum. ¶ † Nec ob. prædictis si dicatur ꝙ dictus Ioannes, cũ sit frater ex latere patris ex forma statuti successisset d. Antonio ab intestato & sic exclusisset d. Franciscum, & ideo d. Franciscus non põt dicere testamentum nullum, per id qđ habet in d. §. si quis ex his. quia dictũ statutum inquantum loquit̃ de fratre ex latere patris, dẽt intelligi de fratre qui sit natus ex legitimo matrimonio & non de illegitimo, q̃a talis non succedit fratri ex latere patris vt probatur in §. filiũ. in auth. quibus modis natura. efficiunt sui. colla. 7. & no. in auth. itaq;. C. communia de succes. circa fi. & bene facit quod no. glo. in l. hanc partẽ. ff. vnde cognati. & pręcipuè hoc procedit si sit frater spurius natura ex damnato coitu, vt contingit in casu proposito, nam talis non succedit patri neq; matri, nec alijs attinentibus per id qđ legi. & no. in l. fi. C. ad Orfi. & in §. fi. in auth. qui. mo. natu. effici. sui. & in d. l. hac parte. ff. vnde cognati. cũ ibi no. p gl. & Cyn. in d. auth. itaq;. C. communia de succe. circa fi. & ideo supperexistentia talis fratris spurij non impedisset dñm Franciscũ ab intestato succedere per ea quæ superius dicta sunt. & p consequens ex quo fuit præterius a d. Antonio nulla causa inserta testamentum fuit nullum. Et ex prædictis satis patere põt solutio ad secundum dubium, videlicet an testamentum d. Antonij possit dici nullum non obstante statuto posito sub rub. de succes. ab intesta. quia satis potest patere responsio ex his, quæ superius sunt dicta, ideo vlterius non insisto.

SVMMARIVM.

1 *Probatio quæ sit admittenda per testes, non obstante statuto, vt quando coadiuuatur scriptura. & nu. 2. & 3.*

4 *Statutum vltimum dicitur inspecto tempore compilationis.*

CONSILIVM LVIII.

1 In præsenti causa magnifice prætor, dico † per testes probationem posse fieri non obstante statuto posito sub rubrica de certis contractibus probari prohibitis aliter quam per publicum instrumentũ, quo cauetur ꝙ aliqua venditio seu dos & cætera, non possit aliter ꝓbari, quam per publicum instrumentum, quia dico quod in casu nostro venditio põt probari per testes. & hoc probo. ¶ Pri-
2 mò ex dispositione iuris cõmunis, quo cauetur † quod per testes põt fieri omnis probatio nisi in casibus enumeratis in gl. c. 1. de censibus, in 6. & per gl. 1. in l. singularia, & ibi per moder. ff. si certum pet. inter quos casus istę non numeratur. facit l. in exercendis, & in l. contractus. C. de fide instru. Secundò probo vigore statuti positi sub rub. de probationibus solutionum &c. quo cauetur ꝙ de quolibet contractu de quo solui debeat gabella, possit probatio fieri per testes sicut est iste contractus vẽditionis de quo debet solui gabella per chartecellas. Et quamuis istud statutum sit contrariũ primo statuto supra allegato, tamen istud debet attendi, primò propter regulũ quę
3 est, † quod vltima derogant prioribus, idest pacta nouissima. C. de pa. l. cum in plures. §. locator. horrei. ff. locati. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testa. & in specie procedit in statutis contrarijs sicut est in casu nostro, ita voluit Bar. in l. si certarum. ff. de testamento militis. in fi. & in prima constitutione fforum, in l. 2. vbi per Cyn. C. de test. tut. & in l. 1. de le. vbi si in eodem volumine sunt statuta contraria vltimum derogat priori. & idem dixit Ang. in l. in ciuile. ff. de legi. Nec ob. si dicat statutum qđ vetat ꝓbationes fieri posse per testes, est vltimum in ordine, ergo illud est attendendum per supradicta, quia respondeo ꝙ quamuis est vltimum in volumine, tamen fuit primò compilatum, vt patet ex inspectione cuiuslibet. & tunc succedit doctrina tradita per Bar. in d. l. certa-
4 rum. † quòd semper ordo compositionis debet attendi, vnde licèt testamentum, & codicilli eodem tempore confirmãtur, scilicet mortis testatoris, tamen ordo compositionis debet attendi, ergo etiam in casu nostro non attendamus quod statutum vetat probationes posse fieri per testes, sit vltimum in volumine statutorum, sed attendamus quòd fuerit primò compilatum. sed certum est quod illud fuit primò compilatum per plures annos quàm statutum quòd vult probationes posse fieri per testes, ergo &c. Item & aliter respondeo ꝙ quamuis statutum qđ nobis obstat esset vltimũ, & positione, & scriptura seu ordine, tamen adhuc statutũ qđ vult posse fieri probationes per testes: dẽt attendi. & hoc ex elegãti doctrina Bal.
5 in c. cũ olim, de consuetudine. † vbi qñ statuta in eodem volumine sunt contraria. iudex debet attendere illud quod est iu-

ſtius & æquius, ſed nemini dubium eſt ꝙ iuſtius eſt illud qđ vult probationes fieri per teſtes, vt in c.in omni negotio.de teſti.& c.nouit.de iu.& per glo.in d.c.1.de cenſi.lib.6.ergo il-
6 lud debet attendi. † Nec ob.ſi dicatur,dato ꝙ iſta ſtatuta ſint contraria, tamen quia vnum eſt generale,aliud eſt ſpeciale,de bet attendi illud quod eſt ſpeciale,vt in regula,generi, de reg. iur.in 6.& l.ſanctio legum. de pœnis.& l.pediculis. §.argento.de aur.& arg.le.Sed ſic eſt quod ſtatutum ꝙ permittit probationes poſſe fieri per teſtes, eſt generale in omni contractu de quo ſoluitur gabella, vt eo patet. Statutum vero quod vetat probationes poſſe fieri per teſtes, loquitur ſpecialiter de venditionibus, ergo illud ſtatutum debet attendi ſecundum Bar. in l.quæſitum. §.illud.ff.de fun.inſtru.& in l.doli clauſula.de verborum obliga.& in l.in factis. C. de proximis ſacr.ſcrinio. Quia reſpódeo quod imò ſtatuta ipſa ſunt contraria, & vtrunque loquitur generaliter,ſcilicet de contractu de quo ſolui debet gabella vt in eis patet.& ſic ſtatutum contrarium non ſimpliciter loquitur de venditionibus & de omnibus contractibus de quibus ſoluitur gabella, cuius contrarium dicit aliud ſtatutum. ¶ Præterea dato etiam & non conceſſo ꝙ ſtatutum iſtud quod vetat venditiones non poſſe probari per teſtes debeat obſeruari,adhuc dico quòd non ob.quia ſtatutum ipſum
7 † debet intelligi niſi adduceretur probatio per teſtes vna cum inſtrumēto vel ſcriptura cui fides aliqua adhibet̄, tunc illa po
a teſt adduci.[a] ita notanter dixit Bal.in terminis in l.certi condictio.§.quoniam ergo. ff. ſi cer.pet.& per Paul.de Caſtr.& Raphaelem, & eſt tex.in c.ſeries.de teſt.& firmat Petr.de Ancha. in conſil.350. in Quæſtione prædicta. An.conſil.197. Sed ſic eſt ꝙ in caſu noſtro teſtes adducūtur ad coadiuuationem ſcripturæ manu debitoris,cui ſtari debet authen. contra qui propriam. C. de non nu.pecu. & in authen.de inſtru.cau.& fide. §.illud.& not.gl.& doc.in l.admonendi.ff.de iureiu.ergo &c. Cætera ſuppleat acuitas ingenij veſtri.

STATVTO Communis Bononiæ cauetur,quod cauſæ terminentur per iudices & officiales qui cognouerint intra viginti quinque dies &c. a die contradictionis vel reſponſionis factæ pro parte rei petitioni actoris ſi reſponſum vel contradictum fuerit intra dilationem reo aſſignatam ad reſpondendū petitioni, & ſi non fuerit reſponſum vel contradictū, tunc ad diem elapſæ dilationis datæ ipſi ad reſpōdendum, & ſiue reus reſponderit ſiue non, elapſa dilatione data procedatur in cauſa ad probationes, & ad alia & ēt ad deciſionem cauſæ, ac ſi fuiſſet legitimè contradictum, & ſi terminatæ non fuerint intra dictum tempus poſſint & debeant ex eiſdem actis terminari intra quinque dies ſubſequentes. Quibus elapſis inſtātiæ ſint peremptę & reus abſoluatur ab obſeruatione iudicij & actor in expenſis condemnetur. quam cauſam ſi actor inchoare voluerit,non audiatur niſi refectis expenſis,& nihilominus iudex ſi intra ſua tempora prędicta facta ſibi proteſtatione cauſam non terminauerit cadat in pœnā librarum centū,& teneatur ad intereſſe parti læſę. ¶ Quęritur nunquid valet ſnīa lata in fauorem rei poſt lapſum dictæ inſtantiæ,cū ex verbis dicti ſtatuti videat̄ principalius actori quàm reo ſtatuta? quod patet,quia vult ꝙ actor debeat reo in expenſis condēnari,& ꝙ de cętero audiri non debeat, niſi refectis expenſis. nec videt̄ ſimpliciter præfixa cauſæ, & quia, ſi eſt actori principalius q̄ reo ſtatutū videatur, ꝙ non debeat audiri, ſi alleget actor nullitatem ſnīæ ex lapſu inſtantiæ ipſi actori pręfixę, quia non dēt negligentiā vel culpam ipſius ad ſui commodum allegare, cùm ad ipſum principalius pertineret facere cauſam expediri intra tempus inſtantiæ q̄ ad reum, maximè propter expenſas quas ipſe actor tenetur reo reficere, vt prędictum eſt. actor reſpōdet ꝙ etiam reus videtur fuiſſe in negligentia & culpa non faciendo cauſam intra ſtatuta expediri prout poterat ſi voluiſſet, & ſic culpa cū culpa, & negligentia cū negligentia dēt compenſari.& etiam dicit ꝙ ſufficit quòd tenetur reo ad expenſas. & quòd non debet in aliud grauari, nec duplici pœna affici. Reus replicat quod non eſt par culpa & negligentia vtriuſq;. & quòd culpa & negligētia actoris videtur præponderare culpæ ſeu negligentiæ rei,& quod ēt in pari cauſa videtur qđ ipſe debebat gaudere beneficio dictę ſnīæ, & ꝙ actor non poſſit contra eā excipere de nullitate ex lapſu dictę inſtantiæ, prout in ſimili dī ꝙ in pari cauſa turpitudinis potior eſt cōditio poſſidentis. Item quęritur qđ ſi in termino dato non ad contradicendū ſeu rn̄dendum opponat reus ꝙ petitio nō fuit ꝓducta p habentem poteſtatē, vel ꝙ eſt inepta, vel qđ non cōpetit ius agendi, vel exponit aliquam aliā dilatoriam, q̄ de iure hēt impedire litis conteſtationem, an ex hoc videatur contradixiſſe, ita ꝙ dici poſſit quod ex tunc incipiat currere inſtantia prædicta, an verò neceſſe ſit quod reſpondeat an vera ſint & fieri debeant cōtenta in petitione, & ſic ſuper eis litem cōteſtetur? ¶ Et ſi per oppoſitionem dictarum exceptionum non videtur contradictum nec lis conteſtetur nec ꝙ tunc temporis incipere debeat inſtantia, quæritur quid ſi reus conditionaliter ſubiungat poſt oppoſitionem dictarum exceptionum & litem cōteſtetur hoc modo videlicet: Et ſi & inquantum prædicta non obſtarent, negat narrata prout narrātur vera eſſe, & petita prout petuntur fieri debere an eo caſu haberi debeat pro contradicto,cum fuerit lis conditionaliter conteſtata, & an tunc temporis incipere debeat inſtantia prædicta, & an verò neceſſe ſit ſuper dictis exceptionibus dilatorijs ſeu impedientibus litis conteſtationem prius expreſsè pronūciari ad hoc vt ſcribi poſſit quando dicta inſtantia currere incipiat. ¶Item quæritur nū quid valeret ſententia lata poſt lapſum inſtantiæ in hac forma videlicet,pronunciamus inſtantiam fore peremptam,& actorem in expenſis reo condemnamus. & quia ante peremptionē dictæ inſtantiæ nobis conſtitit & conſtabat ꝙ plenè conſtat de meritis dictæ cauſæ, ideo etiam ſi & inquantum nō fuiſſet vel non eſſet perempta, pronunciamus dictum reum abſoluendū eſſe, & ſic diffinitiuè abſoluimus a petitione actoris. an talis ſententia valeat? ¶Nam prima pars quia pronunciatur inſtantiam peremptam,videtur nō valere,quia videtur lata ſine cauſæ cognitione. ¶Et hoc videtur cōprehendi per id quod ſubijcitur, ſi & inquantum non fuiſſet nec eſſet perempta &c. ¶Nā videtur iudex fuiſſet dubius an eſſet perempta. quia ſi fuiſſet certus de peremptione, veriſimiliter non pronunciaſſet ſuper meritis cauſæ, & per hoc videtur non adhibuiſſe cauſæ cognitionem,& ſibi clarè non conſtitiſſe de peremptione. Item etiā ſecunda pars dictæ ſententiæ videtur non valere, quia ſi inſtantia erat perempta, nō poterat ſuper meritis cauſæ amplius pronunciari,& quia ſi perempta non erat,non debuit pronunciari ſub conditione,& maximè, quia dicta conditio videretur eſſe extrinſeca, ſaltem quò ad merita cauſæ, quia talis conditio videlicet ꝙ inſtantia ſit perempta vel non concernit proceſſum,& ſic eſt diuerſa,& conſequenter extrinſeca a meritis cauſæ. ſuper quibus in hac ſecunda parte pronunciatum fuit conditionaliter, vt ſupra, quæritur quid iuris?

ADDITIO.

a ¶Adduci.ſuprà lib.3.conſi.58.

SVMMARIVM.

1 *Appellari poteſt a ſententia nulla vt deuoluatur ad ſuperiorem, qui poterit eam ex noua cauſa reformare. nu.2.*
4 *Pactum & ſtatutum valet, quod iudex iudicare teneatur ad cōſilium ſapientis.*
5 *Allegatio, quòd concludat ſecundum curſum regularem, ſatis eſt.*
6 *Stare per iudicem non dicitur, niſi interpelletur & congruè expectetur.*
7 *Deſertio ratificat ſententiam, & annullat ſententiam infirmatiuam poſtea latam.*
8 *Appellari an poteſt a ſententia nulla ſi nullitas ſpecialiter reſeruatur. & nu.11.19.*
9 *Appellatio ſimplex includit etiam nullitatem. nu.18.*
12 *Dicens ſententiam iniuſtam, præſupponit eam eſſe aliquam.*
13 *Statutum quòd appellatio ſuſpendat, intelligitur de non fruſtratoria.*
14 *Conditio omnia extitura non ſuſpendit.*
15 *Dici poteſt perpetuo de nullitate.*
17 *Nullitas euidens eſt de re, quæ conſtat ex actis.*
19 *Statutum contra petentem executionem, intelligitur de perducente ad effectum.*

CONSILIVM LIX.

Viso titulo quæſtionis pręmiſſę, prima facie dicendum dictū Franciſcum incurriſſe pœnā lib.25. in quibus condēnari debeat vt petitum eſt, eo q̄ petijſſe videtur executionem

tionē sententiæ primæ, cuius virtus & effectus pendere adhuc videtur propter appellationem interpositam per d. Franciscū a sententia lata per primum iudicē appellationis, qui pronunciando malè fuisse iudicatum, dictam primam sententiam retractauit, & rescidit, ergo ex forma dicti statuti pœnam incurrit. Nec videtur obstare quod sentētia lata per ipsum dominū iudicem appellationis fuerit ipso iure nulla, tanquam latā sine consilio sapientis, ex dispositione dicti alterius statuti hoc ex-
1 pressè dictantis, quia posito ꝙ hoc verum sit, †tamē a sentētia nulla potest appellari, vt l. si expressim ff. de appel. l. Carmelia Pia. ff. de iure patro. l. quædam mulier. ff. fam. erc. & c. dilecto, de appel. cum ibi no. per Inn. Hosti. & Io. And. licet. n. talis appellatio a sententia nulla nil operetur quò ad effectum rescindendi, vel suspendendi ipsam sententiam nullā, eo quia, quod nullum est, suspendi vel rescindi nō potest. l. nam & si sub conditione. ff. de iniust. testamento. c. ad disso. de despōsa. impub. tamen operatur quò ad hoc vt deuoluat totū negotium ad iudicem ad quem vt possit super nullitate cognoscere, vt legitur & no. in iurib. s. proximè allegatis, adeò quod poterit etiā sententiam nullam confirmare, vt gl. & omnes doc. in l. 1. C. quando prouoca. non est necesse, vt no. Inn. & canoni. in c. 1. de confirma. vti. vel inuti. & Spe. in tit. de sententijs prolatis. §. iusta. versi. sed quid si a sententia. & Bar. & scribentes in præalle. l. si expressim. Cano. pręalle. c. dilecto. & Arch. 2. q. 6. a iudicibus.
2 † & nedum poterit pronunciari super nullitate vel validitate, sed etiam poterit ex noua causa snīam nullam reformare, vt probatur in l. absentem. C. de accusa. & sentit Inn. in c. cū contingat. in gl. magist. de offi. deleg. & expresse Bar. in l. si vt proponis, la 1. C. quo. & quan. iud. & in l. 1. C. quando prouoc. & in d. l. si expressim. in versi. quæro coram quo iudice &c. & bene probatur in l. 1. §. 1. in fi. ff. quæ sen. sine ap. rescin. Si ergo a snīa nulla quò ad prædictos effectus potuit appellari, per consequens, cum prima sententia dicatur pendere per appellationem interpositam a secunda sententia, quanquā nulla, non poterit sine pœnæ incursu peti executio dictæ primæ sententiæ, nam si iudex vltimę appellationis pronunciasset bene fuisse iudicatum per iudicem primę appellationis, in consequentiam pronunciasset primam snīam fuisse iniustam, & non exequendam, vnde non videtur posse negari quin prima sententia pendeat per secundam appellationem. Sed pręmissis non obstantibus contrariū & verius. & de iure substentabilius esse puto, ad quod ostendendum pręsuppono snīam secundam latam in
3 fauorem Dominici fuisse ipso iure nullam, † eo quia lata * nō
* habito, nec expectato consilio sapientis. & hoc quia statutum expresse facit snīam ipso iure nullam esse. & idem esset si statutum expresse non annullaret, vt no. Bar. in repe. l. 1. §. si plures. in 4. q. ff. de exerci. facit tex. in c. cum in veteri. de elec. & in c. cum olim. & ibi expressè no. hoc do. Io. de Imo. de arb. & Bal. in rub. C. de exerc. & Bar. etiam in l. Titiū & Męuium. in prin. ff. de admi. tut. & Io. And. in c. nec epi. de temp. ordi. post Inn. & Host. ibi. & Bald. in l. ex illo. C. de appel. & in l. 1. ad fi. C. de manumis. vindi. & in l. 1. C. ne liceat tertio prouoca. & clarè firmat Io. And. in add. Spe. de requisi. cons. §. 1. super ver. vt autem. referens ita tenuisset Roffre. & Old. & ꝙ no. Io. And. in c. non est. de consue. in 6. in nouella. & in c. si pro debilitate. de offi. deleg. & in dubio etiam præsumitur dicta solennitas consilij a statuto requisita, vt eleganter probat Bald. in d. l. 1. C. ne lic. tertio prouo. reprehendens Roffre. qui contrarium tenuit. & cum Bal. etiam tradit Pet. de Anchi. in repe. c. canonū statuta. de consti. in ver. similem quęstionem ponit Io. An. &c. Et licet Spe. in ti. de requi. consi. §. 1. in versi. si verò non est, videatur velle, ꝙ tale statutum vel consuetudo arctans iudicem ad requirendum & sequendum consiliū sapientis, non teneat, per c. ad nostram. de consue. tamen cōiter tenetur contrarium, vt no. Io. And. d. §. j. in addi. quam ponit super ver. vt autem. & est de mente Bar. & doc. in l. si cōuenerit. de re iud. & in d. §. si plures. & Imo. clarè in d. c. si pro debilitate. & Bal. in locis. s. pro-
4 ximè allegatis. † nam sicut valet conuentio partium, ꝙ iudex teneatur iudicare secundum consiliū talis sapientis. d. l. si conuenerit, cum ibi no. ff. de re iudi. ita debet valere statutū, nam quod fieri potest per pactum tantò fortius, & per statutum, vt not. gl. in l. nec ex prætorio. & in l. neq; pignus priuatorū. ff. de reg. iur. & in rub. C. de decre. decur. in l. 2. C. quæ sit lon. consue. & ibi Bal. nam dicta regula optimè procedit affirmatiuè, vt no. Bal. in l. pen. C. commi. vel epistolas. & in l. de quibus. ff. de leg. & plenè Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. & in l. non impossibile. ff. de pac. & in l. Titio centum. §. 2. de condi. & dem. Io. And. in c. fi. de consuet. & Bal. in l. si ex cautione. in vlt. q. C. de non nu. pec. & bene facit text. in l. fin. C. de fideius. Non ob. tex. in d. c. ad nostram, quia vt etiam ibi dicunt doct. ideo ibi illa consuetudo reprobatur, quia dictabat cōsuetudo illa ꝙ stari deberet cōsilio, etiam insipientium & illiteratorū. Et etiam non habet obstare si dicatur, ꝙ non sequatur, qđ sententia lata sine consilio semper sit ipso iure nulla, quia statutū prædictum excipit plures casus, videlicet quando non superesset tantum de instantia quod ipsa causa possit intra tempus instantiæ verisimiliter determinari, de quo tempore secūdum dispositionem dicti statuti, debet stari declarationi iudicis de causa cognoscentis, vel nisi renunciatum fuerit ante sententiā petitioni dicti consultoris per eum qui petijt, vel nisi staret ꝑ
5 consultorem si consilium non daret &c. ¶† Quia respondeo ꝙ satis est alleganti nullitatem sententiæ, ꝙ allegatio sua conclu
a dat secundum cursum regularem,[a] vt clarè colligitur ex notanter scriptis per Inn. in c. præterea, in fi. versic. de dila. & per Bar. in l. 2. ff. si qs in ius voc. non ierit. post gl. fi. ibi. facit tex. in c. venerabilibus. versic. potest quoq;. de sent. excom. in 6. & l. ab ea parte. ff. de proba. & l. suus quoq;. versi. puto. ff. de hære. instit. ¶Qui ergo allegaret quod non superaret de instantia, debet probare ꝙ iudex hoc declarauerit, vt statutum requirit. & similiter si allegaret petitioni consultoris fuisse renunciatum, vel allegaret stetisse per consultorem consilium non dantem. hoc. n. cum esset fundamentum intentionem ipsius allegantis per eum probandum est. l. 2. & l. in exceptionibus. ff. de proba. l. hoc iure. ff. de verb. oblig. c. super hoc. de renun. c. 1.
6 vt ecclesiastica beneficia. † Setisse autem non dicitur per consultorem nisi appareat ꝙ fuerat in mora, postquam fuit requi-
* situs congruo tempore * vt consilium redderet, & eius responsum vel consilium fuerit competenti tempore expectatum, d. c. cum in veteri, de elec. c. 1. ne sede vacante. lib. 6. & d. c. cum olim. & quæ plenè traduntur per Bar. in d. §. si plures. accedat quod no. Bar. in l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de leg. 2. & in l. mora. in prin. ff. de vsur. & Bal. in aut. item si appellatio. C. de temp. appel. vbi dicunt quod si statuto cauetur, ꝙ instantia causæ pereat lapsu sex mensium, si per actorem steterit quominus causa terminetur, quod dicitur stetisse per actorem, si ipse non interpellauit iudicem, vt causam expediret, sed cū prædictis modis non constet, stetisse per consultorem, ergo remanet firma generalis regula tradita a statuto, ꝙ sententia sit ipso iure nulla. His sic pręsuppositis ostendo ꝙ non sumus in terminis statuti positi sub rubrica, quod in qualibet sententia condemnatoria intelligatur factum pręceptum &c. Nam dictum statutum in principio dat regulam quòd quęlibet sententia elapsis decem diebus possit executioni mandari, & hęc pars facit pro Franc. subdit statutum. Nisi intra dictos decem dies, vel quandocunq; ante executionem sententiæ vel laudi pars condemnata comparuerit coram aliquo iudice, & parte citata se a dicta sententia appellasse, vel de nullitate ipsius sententiæ corā ipso iudice dixerit. quo casu executio snīæ differatur vsq; quo de nullitate vel appellatione decisum fuerit &c. Nec ista particula statuti obstat cē Frācisco, quia posito ꝙ Dominicus a prima snīa contra eum lata appellauerit, seu de nullitate dixerit, tn̄ ex quo intra tpa a iure municipali pręfixa ad causam appellationis vel nullitatis per aliquam snīam validā terminata, sed solum per quandam snīam nullam latam per iudicem appellationis sine consilio sapientis, quæ snīa non meretur dici sententia. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. l. a nullo. C. de ferijs.
7 dico ꝙ prima snīa transiuisse dicitur in rem iudicatam. † & dicta causa primæ appellationis vel nullitatis dr̄ esse decisa per desertionem, non obstante dicta sententia nulla. hoc euidenter probatur per no. per Hos. & cano. in c. ex ratione. de appel. & gl. in cle. si appellationem. in ver. appellatus. per illum text. de appel. per Bal. in c. sancimus, ad finem. quo tempore miles. & in authen. 2. qui. de tempo. appel. vbi in effectu conclu-
b dunt[b] quòd si post lapsum tempus datum ad prosequendum appellationem feratur sententia infirmans primam sententiā, postea petit appellans ipsam primam sententiam executioni mandari, non obstabit ei quòd lata fuerit secunda sententia infirmans primam sententiam, eo quia dicta secunda

sententia fuit nulla, nō impedit transitū primę sententiæ in rē iudicatam. cum ergo tempore quo petita fuit executio primæ sententiæ per Franciscum, iam lapsa essent tempora prosequendi causam primæ appellationis, vt verbo fertur, dicta prima sententia potuit executioni mandari, nō obstante secunda sententia nulla lata per iudicem appellationis, per prædicta, & his conuenit sequens particula statuti dicentis in effectu, quod si prima sententia fuit confirmata per aliam sententiam, vel per desertionem appellationis, vel nullitatis, possit peti executio primæ sentētiæ. Et prędicta locum habent etiam si d. Dominicus nondum appellasset a prima sententia, sed etiā de eius nullitate dixisset, quia ex forma statuti sub rubrica de causa appella. deserta deseritur causa nullitatis, pariter & eo modo quo deseritur causa appellationis, licet de iure communi sunt opiniones, de quibus per Bar. & alios in l. si expressim. ff. de appe. per Cy. Ray. & Bal. in l. qui testamento. ff. de excu. tut. per Inn. in c. sæpe. de ap. per Bal. & Sal. in l. 1. C. quando prouo. & Bar. in c. sancimus. quo tempore miles. & in repe. l. tale pactum. §. qui prouocauit. in versi. octauò quæro &c. ff. de pac. & Bal. in addi. Spec. in tit. de appel. ver. statutum dicit & in l. 1. in prin. C. de sent. ex breui. reci. & Guili. de Cu. in l. & suum. C. de iure delibe. & Pet. de Anch. in cle. 1. de dolo & contu. & Sal. in l. fi. §. illud. C. de tempo. appel. Nec etiam prædictis habet obstare alia particula dicti statuti, quæ dicit. Et obuiandum malitijs litigantium statuerunt ꝙ si quis suo vel alieno nomine petierit executionem sententiæ, quæ per appellationem vel nullitatem pendat ipso sciente, vel sit recissa vel annullata ipso iure, & facto, incidat in pœnam 25. librarum &c. Nam Franciscus appellauit a dicta sententia nullitatis lata per iudicem appellationis, reseruata tamen nullitate, & sic clarum est quod ex capite nullitatis non dicebatur pendere prima sententia, quia
8 nullitas fuit reseruata, sed in iudicio non deducta. † Restat videre an dicatur prima sententia pendere per appellationem, & dico quod nō, attento quod ipsa sententia secunda, a qua fuit appellatum, erat ipso iure nulla, vt superius est dictum, & quia a sententia nulla non potest appellari, quando nullitas specialiter reseruatur, quia effectus appellationis est rescindere vel suspendere sententiam a qua appellatur. l. 1. in fi. ff. ad Turp. l. si filius. §. fi. ff. de bo. lib. l. si causa cognita. C. de transac. c. venientes. de iureiur. c. sæpe. de appel. sed id quod non est, rescindi, vel suspendi non potest. l. nam & si sub cōditione. ff. de iniusti. testa. c. ad dissoluendum. de despon. impub. ergo sententia nulla quæ non dicitur esse sententia. d. §. condemnatū, non potest per appellationem rescindi, vel suspēdi. & declarat Bar. in d. l. si expressum, in 3. q. & Bal. in l. 1. C. de senten. ex breui.
9 reci. in prin. ¶† Nec his obst. quod appellari potest a sententia nulla quò ad effectum, vt deuoluat negotium ad superiorem, d. l. Carmelia pia, vt dixi supra. Quia respondeo, quod dicta iura loquuntur quotiescunque simpliciter appellatur, quoniam
c tūc sub simplici appellatione includitur [c] nullitas & iustitia, vt ibi & l. quædam mulier. ff. fami. ercis. & no. in l. 1. C. quādo prouocare, cum si. vnde cum videatur nullitas deducta bene per talem appellationem deuoluitur negotium ad superiorē, quia superior potest cognoscere an sententia sit nulla vel sit valida. Et si sit valida, potest cognoscere an sit iusta vel iniusta, vt
10 dicunt iura superius allegata. ¶† Sed quando nullitas expresse reseruatur, & in iudicio non deducitur, non potest iudex cognoscere de nullitate vel validitate sententiæ, quia si ferretur sententia super nullitate vel validitate sententiæ, non valeret tanquam nō conformis libello, vt l. fundus. ff. communi diui. & l. fi. C. de fideicom. libertat. c. licet Hely. de simo. bene facit tex. in cle. 1. de re iudi. & quod no. Bar. in d. l. si expressim. in 2.
11 q. & in l. 1. C. quando prouo. † Nec obst. si dicatur, saltem iudex appellationis pōt cognoscere de iustitia vel iniustitia sententiæ nullæ a qua est appellatum, quia respondeo, & dico ꝙ talis appellatio non dicitur suspendere, quando appellatur a sententia nulla, reseruata nullitate, quoniam appellatio talis dicitur frustratoria & superuacua, vt l. si constat. & l. ex cōsensu. §. 1. & ibi Bar. ff. de app. & l. cum non eo. C. quando prouoca. in quibus iuribus probatur quòd dicto casu iudex appellationis debet pronunciare superuacuè, & frustratoriè fuisse appellatum, vt etiam voluit Iaco. de Are. Cyn. & Bald. in l. eos. in prin. C. de app. & Io. And. in addi. Spe. in tit. de sen. prola. §. vt autem. super versi. iudice. & Iac. But. in l. 1. C. quando prouoca. & Bar. in d. l. si expressim. & per Modernos in l. cum quærebatur. ff. de re iudi. si. n. talis appellatio a sententia nulla, reseruata nullitate suspenderet, vel rescinderet pronūciatum, adeò ꝙ impediret executionem primæ sententiæ, non diceretur appellatio frustratoria, & superuacua, vt dicunt iura & doc. in locis prælle. pro hoc etiam facit quod no. Io. de Lig. & domi.
12 Card. de Floren. in c. cum contingat, de offi. dele. † vbi dicunt ꝙ quando quis appellat a sentētia, quia dicit eam iniustam, de necessitate præsupponit eam esse aliquam, quia qualitas iniustitiæ non potest esse sine subiecto. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. c. ad dissoluēdum. de despon. impube. Si ergo ille qui dicit sententiam iniustam appellādo de necessitate habet præsupponere sententiam valere, sequitur ꝙ vbicunq; constat sententiam iam esse nullam, & nullitas reseruata est, ꝙ tunc appellari non potuit respectu solius iniustitiæ. nec potest dici ꝙ dicto casu saltem iudex appellationis possit rescindere dictā sententiam nullam quatenus de facto processit iuxta id quod in simili legitur & no. in l. 1. in fi. ff. de fer. & in l. si dolo. C. de rescin. vend. quia hoc esset verum, vbi nullitas reseruata non esset, sed vbi est reseruata, non potest iudex appellationis rescindere quatenus de facto processit, quia talis processus de facto agitatus dicitur esse nullus, & sic causam nullitatis respicit. l. certa ratione. C. quando prouo. & d. l. 1. cum ibi no. de ferijs. l. 1. §. 1. ff. quæ sententiæ sine appel. rescin. & d. l. si dolo. cū ibi no. ergo non potest super hoc cognosci vel pronunciari per iudicem appellationis, aliàs. n. sequeretur ꝙ nihil referret an esset reseruata nullitas vel non, quod non est dicendū. l. si quando de leg. 1. c. si Papa, de priuile. in 6. nec appellatio diceretur frustratoria, & superuacua contra ea quæ dicta sunt supra an-
13 te † statutum prædictum, dicens non posse peti executionem sententiæ quæ pendeat per appellationem, quia debet intelligi de appellatione, quæ non sit frustratoria & superuacua, cum leges & statuta imponantur rebus & non verbis, vt iurib. vulgatibus. Nec. n. statuta inciuiliter & iudaicè intelligēda sunt, vt dicit Bal. in l. quicunq;. C. de ser. fug. allegando gl. in l. damni. §. si is qui vicinas. in gl. quę incipit, quidā iudaicè, de dam. infe. & talis appellatio frustratoria non facit primam sententiā pendere, vt probaui, ergo statutum non potest in hac appellatione verificari. Prædicta etiam comprobo ratione. Nam licet aliàs conditio suspendat natiuitatem obligationis & actionis. l. cedere diem, de verb. sig. l. interdum, in prin. ff. de verb. obli.
14 † tamen conditio, quæ in omnem euentum est extitura. & sic eius euentus est semper certus, non suspendit obligationem. l. si pupillus. §. qui sub conditione. ff. de noua. l. iul. verum debitorem. ff. de condi. inde. cum ibi no. eadem ratione non debet suspendere appellatio, cuius effectus in omni casu semper est certus. nam siue iudex appellationis in casu prędicto pronunciet secundam sententiam fore iustam, & per consequens primam iniustam, nihilominus peti posset per Franciscum executio primæ sententiæ. Et si opponeretur de secunda sentētia in contrarium lata, postea tanquam iusta confirmata, replicabitur per Franciscum de nullitate dictæ secūdę sententiæ quā
15 nullitatem sibi in appellatione reseruauerit, † & de qua nulli-
* tate perpetuò dici * potest, vt no. gl. 35. q. 9. Vnde quæritur in fi. magnæ gl. & Ang. in l. sicut. per ibi no. per gl. C. de præscri. 30. anno. Et latè Bal. in l. data opera. C. qui accusare. & in l. scire. §. fi. ff. de excu. tut. & Sal. in l. si pręses. C. quo. & quā. iudex. etiam ex forma statutorū ciuitatis Bononiæ, quando non per viam principalis petitionis de nullitate dicitur, quæ quidem sententia nulla, non posset impedire vires primæ sententiæ validæ. l. si iure. ff. de leg. 3. l. 1. & l. nouatio. ff. de nouatio. no. gl. in d. cle. si appellationem. in ver. appellatus. de appel. & Hosti. in c. ex ratione, de appel. & dixi supra, siue etiam iudex secundæ appellationis pronunciet secundam sententiam iniustam, & primam fuisse iustam, & adhuc tantominus impediretur executio sententiæ primæ. & sic cum in omnem euentum nō possit infringi executio dictæ primæ sententiæ, dicta appellatio non debet suspendere. d. l. si pupillus. §. qui sub conditio-
16 ne. cum si. ¶† Comprobatur & alia ratione, quia per illa verba appello a sententia, reseruata mihi nullitate dictæ sentētiæ. dicta appellatio non censetur pura, sed qualificata & conditionalis, vt probatur ex no. per gl. notabilem in l. itē Labeo. §. 3. in ver. purè. ff. fami. ercis. & quod no. Spe. & Io. And. in ti. de sen. prola. §. species, ver. quid si iudex. & ꝙ no. gl. & doc. in l. obligationum

gationum ferè.§.fi.de acti.& oblig.& Cy.& doc.in l.terminato.C.de fruc.& lit. expen.& Moderni in l. iudex postquam.ff. de re iud.cum si. & sic videtur appellatum sub conditione, si sententia sit aliqua,quia sententia existēte nulla, appellatio de necessitate tanquam frustratoria & superuacua nullius fuit effectus.d.l.si constat.cum alijs supra alleg.ergo vbi constat sententiam esse nullam fingitur a principio nunquam fuisse appellatum.l.potior. & l.qui balneum. ff.qui pot. in pigno. habean.bene faciunt no.per doc.in d.l.si expressim.l. 1. C.quando prouoc.& in d.c.dilecto,cum si.in illa quæstione,qua quęritur quid iuris si est appellatum conditionaliter hac forma, dico sententiam nullam,& si qua est appello.Ad confirmationem prædictorum optimè facit vnum verbum domi.Rapha. Cuma. in præalleg.l.si expressim.quod videtur notabile.nam dicit ꝙ pręsupposita communi opinione pro vera quòd a sententia nulla possit simpliciter appellari;tamē illud facit secundum eum,nisi nullitas esset euidens,quia tunc dicitur secundum eam impossibile contineri,ideo vitiatur.alleg.l.fi.ff.quæ sent.sine ap.rescin. sed clarum in proposito quòd dicta nulli-
7 tas valde euidens est,† nam euidens illud dicitur quod notoriè vel manifestè constat.l.si uerò.§. pro rei.& ibi notatur.ff.q satisd.cog.& no.Bar.in l.si cōstante,in 1.q.principali,in prin. ff.solu.mat.& bonus tex.in c.2.de verb.sig.in 6. & in c.si fortè,& ibi no.de elec.eo.lib.& declarat Bart.in l.ea quidem.C. de accusa.sed per acta dictę causæ appellationis probatur hęc negatiua.s.sententiam latam fuisse sine cōsilio sapientis,& sic fuisse ipso iure nullam.l.fi.de reb.credi.l. Titiæ textores.ff.de leg.j.no.Io.And.in c.quoniam contra,de proba.& in c.bonæ. el 1.de elec.& in addi.Spe.in tit.de sent.prola.§.vt autem.super.& no.secundum &c.Et Bar.in l.hi qui ad ciuilia.C.de appel.& no.in l.2. C.de errore aduocatorum. & in c.cum ad sedem,de resti.spol.quæ acta iudicij notoriam probationem inducunt,vt no.Inn.in c.per tuas, de testi.& in c. ex insinuatione.de appel. c.cū olim.de verb.sig.c.fi. de cohab.cle.& muli. & per cōnsequens stante euidentia dictæ nullitatis non potuit a sententia prędicta appellari,secundum Raph.Nec etiam ob. dictum statutum inquantum dicit,nisi sententia,cuius executio peteretur,esset rescissa,quia clarum est quòd prima sententia valida non fuit rescissa,& per secundam sententiam nullā. l.si iure.ff.de leg.3.& no.glo.in d.cle.si appellamus. in verbo
18 appellatus.& dictum est superius . ¶ † Nec prædictis habent obstare ea quæ supra in prin.allegata sunt pro parte cōtraria, videlicet quòd appellari possit a sententia nulla,ad hunc effectum vt deuoluatur negotiū ad superiorem , quia ex superius dictis manifesta datur responsio,quoniam allegata in contrarium procedunt quādo nullitas tacitè vel expresè deducitur in iudicium,ita loquitur.l.quædam mulier.& no.in l. 1.C.qn̄ prouo.non est necesse.& not.per Inno.in c.cum contingat, de offi.deleg.& per Bar.in l.si vt proponis.C.quomo.& quan.iudex.cum alijs s̄.alle. sed nos loquimur quando nec tacitè nec expresse deducta erat nullitas, quo casu appellatio non deuoluit negotium ad superiorē,nec suspendit. vt latius supra probaui.Itē contraria possunt procedere quando nullitas non esset euidens,alias secus secundum Raph.in d.l.si expressim,vt supra dixi . Postremò etiā videtur sustineri posse quod ex alio
19 capite d.Franciscus non incidit in pęnam librarum 25.†quia statutum dicens si quis petierit executionem puniatur &c.debet intelligi petierit,& ad finem perduxerit,alias nō punitur, ita firmant Dy.& Bar.in l.amplius.ff.rem ra.ha.per l.qui cum maior.§.accusasse.& l.in seruitutem.§.petijsse.de bo.libe.& l. Papi.§.meminisse.ff.de inoffic.testa.& l.alia.C.de his quib.vt indi.no.Bar.in l.si libertus.& in l.eum.ff.de iure patro.& no. gl.Iac.But.Bar.& doc.in l.in criminali.C.de iurisd.om.iudi. & Bar.in l.si quis maior.C.de trāsac.& Bal.in l.si quis in suo. C.de inoffi.test.& plenè do.Ant.in c.si diligenti de foro cōpe. adeo quòd etiam si prosequatur,& deuentum esset vsq; ad sententiam,& ab illa esset appellatum,pendente appellatione,adhuc nō esset pœna legalis vel statuaria commissa cum effectu, quia petitio non diceretur ad finem deducta,vt d.§.accusasse. declarat Bal.in l.alia.C.de his quib.vt indig.Sed d.Franciscus ad finem nō deduxit iudicium super executione intentatum, sed simpliciter executionem sententiæ petijt contra quam petitionem fuerunt aliqua per Dominicum opposita,postea per Franciscum fuit replicatum,& super illas nihil pronunciatū, ergo non potest dici pœnam incurrisse,per prædicta.attamen primo loco dictis & conclusis tanquam adhuc de iure probabilioribus magis inhæreo.Alex.

ADDITIONES.

* Eo quia lata.] Adde eundem consi. 145. Viso processu col.fi.lib.5.

* Congruo tempore .] Nota quomodo dicitur aliquis constitutus in mora,& negligentia.de qua re agit Felin. in c.si autem colum.2.de rescriptis. Natta.

* Perpetuò dici .] Iuri dicendi de nullitate, præscribitur 30.annis ; Crauetta consi.276.col.4. Natta.

CONSILIVM LX.

De decimis,an debeantur a laicis.

Romana Ecclesia reprobauit tam S.Thomæ,quàm aliorum fratrum prædicatorum & minorum dicta,vt habetur in c. 1.de decimis.lib.6.& videatur ibi gl.Io.And.& vide in cle.fi.de pœnis.constitutionem pęnalem contra prædicantes oppositum , & hæc sunt verba Io.And.in gl.Aliqui theologi dicunt quòd hodie decimæ non debentur, quia institutæ fuerunt dari clericis , qui nihil aliud habeant, nu. 18.c.vbi dicitur . Clerici ex parte decimarum debent esse contenti. hodie verò habent prædia , vnde eis decimæ deberi non videtur. Sed hæc opinio reprobatur de decimis.c.tua nobis.Alij dicunt quòd decimæ in illis regionibus in quibus nō est consuetudo quòd soluantur,nec exiguntur,nec prædicantur,quia non soluere non est peccatum,quasi ex tolerantia Papa dispenset, quod videtur posse secundum ea quæ notantur eo.tit.c.nobis.vbi autem exiguntur & prædicantur,non soluere est peccatum. Quæ opinio per decretales & per omnia consilia reprobari videtur , in quibus satis clarè patet quod Papa non tolerat:sed contradicit expresè,& ideo tenenda est opin. Inno.in gl. quam posuit super rubrica de decimi. vbi dicit ꝙ decimæ indistinctè debeantur tā personales quàm prædiales. & hoc probat per authoritates veteres & noui testamenti,& p iura. 16.q.1.reuertimini. vbi transsumptiuè habet di.Hieron. & in c. decimæ. vbi transsumptiuè habet dictum Augustini. q.7.quicunq;. vbi transsumptiuè habet dictum Ambrosij. & c.omnes.& in c.multis capitulis.apparet etiam vna decretalis Inn.quarti missa prædicatoribus & minoribus,in qua eis præcipit per obedientiam districtè & in virtute Spiritussancti,authoritate apostolicæ sedis ꝙ frequenter prædicent publicè populo,& in sancto consilio ꝙ soluant decimas,& satisfaciāt de retentis,aliter eos ab hęreditate cœlesti penitus fore excludendos,hanc decisionem ibi ponit Dom. Arch.Bo.in suo rosario super decreto.12.q.1.c.duo.vbi habetur dictum Hieronymi. & Io.de Deo doctor decretorum Hispanus in suo libro de abusionibus contra canones,quem misit clero & studio Bononię, omnibusq; religiosis attestatis tenet decimas deberi,ergo &c.

CONSILIVM LXI.

Ioan. Andreæ .

Quia sæpissimè dubitari cōtingit de clericis relinquentibus habitum & tonsuram , & delinquentib.vel facientibus contrarium ordini clericali , vtrū gaudere debeāt priuilegio clericali . Ad omnium decretalium dubitationem tollendam distingue.aut clericus ducit clericaliter vitam suā, aut non , & si quidem viuit clericaliter & delinquit in habitu quoquomodo aut qualitercunq;, non admittit nec potest detinere vel puniri per iudicem secularem , & percutiens vel capiens incidit in canonem latæ sententiæ. 17. q.4. si quis suadente. & in hoc casu loquitur extra de iudi.c.cum non ab homine. quod apparet ex verbis ipsius capituli , qđ dicit ipsum esse clericum,& in ordinibus cōstitutum assertiuè.& hoc nisi fuerit incorrigibilis,& fuerit depositus per iudicem ecclesiasticum,& traditus curiæ seculari,vt ibi dicitur. Si verò clericus nō viuit clericaliter distinguit,aut portat tonsuram & habitum,aut non, & si quidem portat habitum & tonsuram tamen negotiando vadit.vel tenet tabernam,vel stat ad aliquam stationem ad faciendum aliquam mercantiam & tunc non perdit priuilegium clericale , nisi post trinam admonitionem , & in hoc casu loquitur extra de vita & honestate clericorum.

ricorum.c.fi.& hoc apparet, quia dicitur in ipso c.quidā clerici &c.& ita ponit assertiuè,& postea dicit in negotiationum suarum quæstionibus, per quod apparet quod loquitur quando clericus mercatur & negotiatur causa lucri & quæstus. Si verò accipit secūdam vxorem, vel accepit viduam, vel facit se militem, ex toto amittit priuilegium clericale, quia in talib.nō cadit character ordinis clericalis. 83.dis.c.si quis de biga.c.2. & 3. ¶Si verò vnicam vxorem, & virgo sit, si habet beneficiū clericali astrictum, tunc portando habitum & coronā,& clericaliter viuendo, non perdit priuilegium clericale.extra de vi. & hone.cle.c.clericus si tonsuram.aliàs si accepit vxorem, & reliquit habitum clericalem, perdit priuilegium.extra de cle. coniug.c.pen.& c.1o.& ibi no. ¶Si verò viuit clericaliter, sed non portat vestes clericales, habitum vel tonsuram,& facit aliquid contrarium ordini vel delinquit tunc distingue, aut leuiter delinquit, vel facit aliquit contra regulam ordinis clericalis, vt quia portat arma, vel ludit ad tabulas in vijs, vel mutuat ad ludum, vel vadit venando vel aucupando,& tunc si aliquis eum ignorans clericum committit in eum, non incidit in pœnam canonis.ipsum percutiendo vel feriēdo, aliàs secus si sciret, vt extra de sent.excom.c.sacro.& hoc nisi post trinam admonitionem, quia tunc omne perdit priuilegium, vt extra de sent. excom.c.ad audientiam.& c.contingit. dicitur ꝙ delinquit secundo, vt apparet ex dictis ipsorum.c.olim.Nam in c. ad audientiam.ꝙ dicit ꝙ portabat arma relicto habitu clericali, & in c. contingit. dicitur ꝙ delinquit seculari lapsu. & ita quodammodo delinquit leuitatis causa seu iuuentutis, per quod apparet in ipsis capitulis loquendo delinquit leuiter vel modicum.Si verò relinquit habitum clericalem,& tonsurā,& immisceat se enormitatibus, vel seua committat, & exerceat. & in istis perseueret,& quod hoc faciendo comprehensus est per iudicem secularem, vel offensus fuerit per aliquem, tunc nullo gaudet beneficio,& his casibus loquitur extra de apost. c.1.de priui.& de cle.excom.c.ex parte 3.circa fin.& de sent. excom.& c.cum non ab homine. in fin.& c.perpendimus.de iud.& est ratio manifesta, quia cum elegerit vitam secularem, ipsius vitæ debet subijci, dixi plenè iuxta illud, dignum est vt quicunque alij similem vitam suscipiunt similem in legib.sentiant disciplinam. extra de stat.mona. c.recolentis.& per hoc reducuntur ad concordantiam gl. Inn.Bar.& aliorum doctorum, prædicta seruando, nunquam errabitur consulendo vel iudicādo.Io.And.Tamen dominus Beccarius de Beccaria dicit ꝙ scripsit d. do.Io. And. & petijt nunquid dicta verba essent sua,& quòd d.do.Ioannes rescripsit, quod sic.

SEMPRONIVS Faciendo testamentum, sic disposuit. ¶Præfatos tutores spontè & liberè, purè, ex certa scientia liberauit,& absoluit,& penitus relaxauit ab omni iuramento, cautione præstanda, & ab omni confessione inuentarij de bonis suis suæ hæreditatis, & ab omni suæ administrationis, & gestionis actione reddenda, & ab omni lege tutelæ, & curæ, & eos omnino anologistas esse voluit penitus & mādauit, ita qđ non teneantur vllo modo aut vllo tempore iuramentum aut cautionem rem pupilli saluam fore præstare, inuentariū conficere, & accepta ac data aut alicuius suæ gestionis in scriptis redigere, vel redacta ostēdere aut exhibere vel consignare, & ex nūc prout ex tūc & ex tūc prout ex nūc approbans & cōfirmās ex certa scientia & ex casu speciali quicquid per ipsos tutores & curatores in prædictis & circa prædicta factum fuerit.damnans exnunc prout extunc,& extunc prout exnunc dictos pupillos, ne aliquid a dictis tutoribus aut eorum hæredibus vllo vnquā tempore aut modo petant vel exigant occasione ipsius tutelæ,& curæ,& administrationis bonorum suorum ratione, & ne aduersus eos aut eorum hęredes occasione prędicta suas vllo vnquam tempore exerceant actiones. Quod si dicti tutores, curatores.aut sui hęredes ex causa prædictorum aut alicuius eorū, aut dictæ tutelæ & curæ malè gestę omissæ, vel neglectæ, aut doli, culpæ, vel negligentiæ in aliquo tenerentur vel damnarentur eis pupillis, id totum & quātumcunq;,& quandocunq;,& qualitercunq; fuerit aut tantundem de suo & bonis suis videlicet de parte tangente illum vel illos, cui vel quibus tenerentur vel damnarentur ipsi tutores, vel aliquis eorū ipse testator eisdem tutorib.omnib.meliori via, iure, forma,& modo iudicauit, legauit, reliquit, & dimisit: modo de plurib. dubitari contingit.¶Primò an ista verba sint tātæ efficaciæ, vt tutores de administratione tutelæ non teneātur, pręsupposito quod ꝯ matrem olim tutricem agatur, quæ erat contutrix cū alijs tutorib.& an potuerit remitti dolus ille.& si pro prędicta administratione tenerentur,& fnāliter cōtingeret eā condemnari, an virtute legati poterit petere id in quo cōdemnaretur?

SVMMARIVM.

1 *Inuentarij tutoris confessio potest remitti in testamento, nisi iudex videat esse contra vtilitatem pupilli.nu.2.*

3 *Dolus nullo modo remitti potest.*

9 *Inquisitio scrupulosa matri etiam solum videtur remissa,& per verba generalia.*

13 *Tutor non præsumitur acquisiuisse ex bonis pupilli, licet vxor præsumatur quæsisse ex bonis viri.nu.14.*

CONSILIVM LXII.

Franciscus Cremensis.

Serenissimus & Christianissimus Imperator noster monet nos veritatis esse imitatores in l.1.in fi.C.de lati.liber.tol.quoniā veritas super omnia amanda est, dicit iuriscōsultus in l. cum ita legatum.ff.de condi.& dem.ideo vt veritatis sectator videar, quicquid infra dicetur, aut ratione aut legum authoritate comprobabitur, iuxta dictum Bal.in consi. suo, quod fecit tempore schismatis de Papa Vrbano quod consi. regulariter ponitur post legē, edicto.C.de edic.diui Adri.tol.68.di.corepiscopi. & 26.di.deinde.& antequam condescendā ad infrascripta dubia, prius videndum est, † an testator poterit remittere confectionē inuentarij. Et primò videtur dicendum ꝙ non, cum hoc casu videatur testator iuri publico derogare, quod facere non potest l.ius publicum.ff.de pac.& in l.quidam decedēs. ff.de admi. tut.iunctis his quæ no.in l.iurisgen.§.prætor ait. & in §.pacta quæ cōtra.ff.de pac.¶Secundò pro hac parte facit ꝙ dixit Bal. in l.fi.in prin.C.de iure delibe.& in c.fi.C.arbi.tute.vbi tenēt communiter docto.ꝙ confectio inuentarij non potest remitti hęredi, sicut etiam dicitur de cautione præstanda, de vtendo fruendo arbitrio boni viri, de quo plenissimè in l.1.C.de vsufru.In contrarium videtur tex.in l.fi.C.arbi.tute.vbi expresè habetur quod testator potest remittere tutori cōfectionem inuentarij in hoc articulo, capio vnam doctri.Cyn.& Dy.quos etiam sequitur Bal.in d.l.fi.C.ar.tut.quam etiam reassumpsit & sequitur Io.And.in addit.Spe.tit.de tuto.§.generaliter.Aut .n.remissio respicit vtilitatem testatoris tantū,& tunc ista cautio potest remitti, quia potest propriæ vtilitati renuntiare.l.1. & l.scire debetis.C.vt in pos.leg.Aut respicit vtilitatem hęredis tm̄,& istam non potest remittere testator, per no.in l.1.C. de vsufru.& no.extra de pig.c.fi.in gl.2.Quando uerò dubitatur an possit vel nō possit esse damnosa hæredi, ut puta in confectione inuentarij facienda per tutorē, tunc ista potest remitti per text.expressum in d.l.fin.C.arb.tute.& subijcit Io.And. ubi supra quod potest esse duplex vtilitas pupillo.s.ne inuidię submittantur pupilli diuitiæ. Secunda, ne pupilli paupertas detegatur, quæ quidē paupertas respiceret etiam verecūdiam ipsius testatoris.ar.l.2.C.quando & quibus quarta pars debetur.li.10. Ergo in casu nostro potuit testator dictæ tutrici inuentarij confectionem remittere.& hāc opi.secutus fuit Bart.

8 in l.nemo potest.ff.de leg.1.† Subdēs tamen, ꝙ si ista remissio appareat esse contra vtilitatem pupilli.iudex nō debet testatoris voluntatem sequi.l.vtilitatem.& l.infirmando tuto.& l.1. §.1.ff.vbi pu.edu.de alias autē inuentarij remissioni statur, de quo etiam per Bar.in l.in confirmando.ff.de confir.tut.& per Spe.de tut.§.generaliter.ver.& hoc verò.& Spe.in tit.de instr. edi. §. d. ver. tutor autem.concludendnm est igitur standum esse præcepto testatoris in casu nostro, donec iudex videat esse contra vtilitatem pupilli.Cum ergo non præsupponatur in themate supradicto iudicem aliquid statuisse cōtra præceptū paternū, legitimè potuit dicta tutrix inuentarij confectionem omittere, si t̄n dicta tutrix inuentariū confecisset, cū non teneretur, magnā erga filios ostendisset charitatē,& deuotionē. & per pdictam distinctionē r̄ndetur ad oīa argumenta facta pro parte ꝯria.His expeditis, venio nūc ad primū dubium, in quo quęritur, an per verba in testō apposita teneatur mater tutrix

a administratæ tutelę reddere rationem.[a] ¶Primò videndum est an testator

an testator potuerit remittere dolum, de quo in testamento habetur. Et primo videtur dicendum quod sic. per ea quæ not. p gl. & Cyn. in l. actione. de transac. ꝙ etiam sequitur Bart. in l. ab Aurelio. §. Caius Seius. ff. de lib. leg. vbi habetur quod si tutorib. fiat liberatio & remissio generaliter, ꝙ ēt videntur remissa ea quæ per dolum erant extorta. Si ergo per verba generalia potest remitti dolus, vt ibi habetur, multomagis erit in casu nostro, vbi testator loquitur per verba specialia. Secundò pro hac parte facit tex. in l. si quis rationes. in fi. ff. de libe. leg. vbi dicit iurisconsultus, ꝙ si testator vult remittere tutori reliqua apud eum existentia, vel etiam dolum, nō debet loqui per verba generalia, vt puta veto a tutoribus exigi rationes &c. sed debet loqui per verba generalia, vt puta remitto reliqua & dolū, sed in casu nostro specialiter remisit dolum, ergo &c. Tertiò pro hac parte induco tex. quem ad hoc singulariter pondero, vt l. ab Aurelio. §. Titius testamento. ff. de lib. leg. vbi quamuis per hæc verba testator dicat, Seium liberatū esse volo ab actione tutelæ, vel veto reddi rationes a tutoribus meis. nō videtur remissus dolus, nec etiam reliqua. vt l. si seruus vetitus. ff. de leg. 1. l. si qs rationes. in prin. & in l. ab Aurelio. §. Caius Seius. ff. de lib. le. & l. dominus Sticho. §. seruis. ff. de pecu. leg. Nichilominus quando talia verba proferuntur a persona quæ habet naturalem affectum, tūc videntur omnia remissa, videlicet dolus, & reliqua per tex. in d. §. Titius testamento. Sed in casu nostro ista verba sunt prolata a persona quæ habet affectum naturalem ad tutricem, vt puta a marito, ergo &c. & ista erant quæ reddebant præsentem consultationem hęsitabilem. ¶His tamē non obstantibus dico contrariam partem veriorem esse de iure, videlicet quod testator non possit remittere tutori dolum, nec per verba generalia, nec etiā per verba specialia. vnde pro hac parte allego tex. qui videtur decidere istud dubium in l. si vnus. §. illud. de pac. vbi dicit iuriscōsultus, illud nulla pactione effici potest, ne dolus prę stetur. subijcit ibi gl. s. ne fiat. & sic ille tex. cum gl. loquitur in futurum. quo casu ibi deciditur dolum futurum remitti non posse. & hanc partem tacitè sentit

4 Bart. in l. nemo potest. ff. de le. j. † vbi dixit ꝙ ea quæ statuuntur propter falsitatem euitandam, vel pericula, non possunt remitti per testatorem. Sed in casu nostro possent induci maxima pericula contra pupillum, si dolus de futuro posset remitti, ergo illa vera, quantuncunq; specialia in testamento apposita, nihil operabuntur respectu doli, qui vt supra dixi, non potest remitti. Præterea & secundo declarauit istud dubium pulcherrimè Bart. in l. quidam decedens. ff. de admi. tut. vbi dixit Bar. quod si testator relinquit liberationem a reddendis rationibus, nihilominus tutor tenebitur de dolo, qui dolus non potest remitti secundum Bart. ibi. & ideo subiunxit Bart. ꝙ aut loquimur in dolo de præterito, & iste potest remitti, per tex. in l. si quis rationes. §. fi. ff. de leg. aut loquimur in dolo de futuro, & iste dolus non potest remitti per testatorem in d. l. quidam decedēs. & ita ibi allegat Dyn. ita tenere, ergo cum in casu nostro tractetur de dolo futuro, iste dolus non potuit remitti per testatorē.

5 ¶Tertiò ad hanc consultationem Bart. ponit gladium ad radicem in l. Aurelio. §. Caius Seius. ff. de lib. leg. † vbi in terminis formauit casum nostrum, & ibi cōcludit ꝙ pro administratione futura, nunquam videtur remissus dolus, etiam si testator vel contrahens expresserint ipsum dolum, & fundat se per d. l. si vnus. §. illud. ff. de pac. & allegat gl. & Dy. in d. l. quidam decedens. ff. de admi. tut. & ideo singulariter dixit Bar. in d. l. do.

6 Sticho. §. seruus. ff. de pecu. leg. † ꝙ si statuto caueatur ꝙ potestas vel officialis non possit syndicari, ꝙ tamen si habeat in manibus aliquid de pecunia ciuitatis, illam tenetur consignare & restituere, quasi sentiat ibi Bar. ꝙ dolus nunquam videatur remissus. Non obstant nunc in contrarium allegata, & primò non ob. glo. cum ibi no. in l. actione. C. de transa. & quod no. Bart. in l. Aurelio. §. Caius Seius. ff. de lib. leg. Quia respondeo ꝙ ibi loquuntur de transactione, & sic de contractu facto super dolo de præterito, qui quidem dolus potest remitti, vt supra dixi. nos autem loquimur in dolo de futuro, qui non potest remitti. per §. illud supra allegatum, cum his quæ supra di

7 xi. ¶†Non ob. secundum motiuum videlicet tex. in l. si quis rationes. §. fi. ff. de lib. leg. quia quamuis tex. ille in fi. generaliter. loqui videatur, nihilominus communiter intelligitur ꝙ loquatur in dolo de præterito. qui, vt supra dixi. potest remitti. & ita intelligunt doc. omnes. & Bart. in d. l. quidam decedens supra allegata. & Bart. post Dyn. in d. l. Aurelio. §. Caius Seius. ff. de liber. leg. casus autem noster loquitur in dolo de futuro, qui vt supra dixi, non potest remitti. ¶Non ob. nūc tertium motiuū, videlicet tex. in l. Aurelius. §. Titius testamento. quia respōdeo quod ibi non solum attenditur naturalis affectus, sed etiam attendebatur ibi, quia tex. ille loquitur de dolo præterito, nō autem de futuro, prout ibi clarè apparet. ¶Concluditur ergo qđ si probaretur ipsam matrem habere reliqua in manibus, teneretur dicta reliqua consignare & restituere filijs suis olim pupillis, quorum fuit tutrix. ¶Similiter si probaretur fuisse in dolo, teneretur per supradicta. quem tamen dolum tenentur probare ipsum allegantes, & sic filij per tex. in l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. & ita sentiunt omnes tex. supra allegati. & per supradicta etiam deciditur secundum dubium, videlicet ꝙ si condemnaretur occasione doli commissi ipsa tutrix, quod nō posset consequi deductum in condemnatione iure legati, quia fieret vnus circuitus, & fraus legi. l. contra legem. ff. de leg. & iura prædicta potius verbis essent apposita, quam rebus, contra. l. 2. C. communia. de leg. cum si. ¶Sed nunc pulchrum esset videre, quid operentur illa verba posita in testamento uidelicet, liberauit ab omni suæ administrationis & gestionis ratione reddenda, & ab omni lege tutelæ & curæ, & eos omnes analogistas esse voluit. & illa etiam uerba ꝙ si dicti tutores, curatores, aut sui hæredes ex causa prædictorum aut alicuius eorū, aut dictæ tutelæ, & curæ malè gestę omissæ, uel neglectæ, aut doli, culpę, uel negligentię in aliquo tenerentur uel damnarentur eis pupillis, id totum & quantumcunq; fuit, aut tantundē de suo & bonis suis, uidelicet de parte tangente illum, uel illos cui uel quibus damnarentur uel tenerentur ipsi tutores, uel aliquis eorum ipse testator eisdem tutoribus omnibus meliori modo, iure, uia, forma, iudicauit, legauit, atque reliquit.

8 ¶†Quia ego respon. ꝙ ista ultima uerba dicunt ita intelligi, ꝙ quamuis huiuscemodi legatum non ualeat, neque teneat, si ipsa tutrix condemnaretur occasione doli, ut supra dixi circa secundum dubium, nihilominus tale legatum ualet si contingeret ipsam condemnari ratione leuis culpę seu negligentię. ista fuit doctrina Iuliani iurisconsulti, iuncta ibi gl. j. l. quidam decedens. uersi. fi. ff. de admi. tu. cuius uerba formalia sunt hęc, damnum uero quodcūque ex tutela quis scripserit, & legari, & per fideicommissum ei relinqui potest. quę uerba generalia quamuis prima facie dolum includere uidentur, per l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstan. nihilominus subijcit ibi gl. qđ ille text. debet restringi ad leuem culpam id est ad negligentiam. non autem ad dolum de futuro, qui dolus remitti non potest, per d. §. illud. ¶Concluditur ergo qđ si propter ipsum damnū contingens dictam tutricem condemnari contigerit ratione negligentię, ꝙ ista condemnatio deberet compensari cum dicto legato, per supradicta, & ideo ponderent bene tabelliones prędictam clausulam, quia est ualde utilis, & solemnis, ut ex prędictis apparet, & sic expeditus est intellectus ultimorum

9 uerborum. ¶†Venio nunc ad intellectum primorum, in quo articulo breuiter concludo ꝙ ipsi tutrici remissa uidetur scrupulosa inquisitio, & ideo sufficit ex bono & æquo ipsi tutrici reliqua assignare. s. quæ probarentur apud eam esse. similiter si probaretur eam esse in dolo, non excusaretur. non enim subtiliter & scrupulosè debent filij syndicare dictam matrem tutricem, cū per illa verba testator hoc iussisse intelligatur per text. no. in l. si seruus vetitus. ff. de leg. j. l. qui plures. & l. quidā decedens. ff. de admi. tu. l. non solum, la 2. §. hęres. & l. si quis ratione, in prin. l. ab Aurelio. §. Caius Seius. & l. Aurelius. §. Mæuia. & §. filias. & l. creditor. ff. de li. le. Et quia cā dictæ tutricis posset in futurum verti corā literarum imperitis, ideo subijcio verba formalia duorū tex. quibus declaratis, videbitur & cognoscetur quis eorū debeat seruari. Et circa ipsam matrē tutricem subijcio primò tex. d. l. si seruus: Si seruus vetitus a testatore est rationes reddere, non hoc consequit donec ꝙ apud eū sit, reddat, ad lucrū faciat. sed ne scrupulosa inquisitio hoc est, ut negligentiæ ratio non habeat, sed tantum fraudum, ideo & manumisso non uidetur peculium legari per hoc quod uetitus est rōnes reddere. ¶Subijcio nunc secundū tex. uidelicet. l. quidam decedens. Quidam decedēs filijs suis dederat tutores, eosq; analogistas esse uolo. & ait Iulianus tutores nisi bonā fidē in administratione præstiterint dānari debere, quamuis testamento comprehensum sit, ut analogistę essent, nec eo nomine

ex causa fideicommissi quicquam consequi debebunt, vt ait Iulianus,& est vera ista sententia. Nemo enim ius publicum remittere potest huiuscemodi cautionibus, nec mutasse formā antiquitatis constitutæ. Damnum verò quodcunque ex tutela quis senserit,& legari, & per fideicommissum ei relinqui pōt. ¶Modò posset nunc dubitari quis tex. debeat seruari cōtra matrem tutricem, quia primus text. videtur magis fauere matri, quam secundus,& breuissimè respondeo ꝙ primus tex. debet seruari circa matrem tutricem, quamuis per illa verba generalia, analogistas esse volo, posset dubitari an negligentia videatur esse remissa, quia tex. in d.l. quidam decedens, non bene declarat, nihilominus non dubitatur quod illa negligentia specialiter potuit remitti, vt sentiunt tex. in omnibus iuribus supra allegatis. Nā alias, non posset dicere testator, lego id in quo condemnabitur ratione negligentiæ, per illum tex. expressum cum gl.& sic posset dicere mater tutrix, frustra petis quod incontinenti restiturus es. regula dolo facit. de reg. iu. lib. 6. cū si. Relinquitur ergo quòd in casu nostro ipsa mater tutrix non tenetur nisi de dolo, si probetur non autem de negligentia, & sic legendus est a iudice tex. in l. si seruus vetitus, de leg. 1.& tuendus pro optimo iure ciuili. & illum seruet circa matrem
10 tutricem iudex.†Aduertat etiam iudex, quia approbatio fidei matris, quam fecit testator in testamento multum releuat matrem ab omni mala præsumptione. l. testamento datos. ff. de testa. tu. Similiter fauet matri affectus naturalis, quem habebat maritus versus vxorem suam per tex. in ratione sui, in l. Aurelius supra Titius testamento. ff. de lib. leg. Fauet etiam istæ matri pietas naturalis, quæ a filijs patri & matri æqualiter debet, secundum dictum iurisconsulti in l. furiosę matris. ff. de cura.
11 furi. vbi sentit iurisconsultus† quòd in casu necessitatis debet filius æqualiter diuidere alimenta inter patrem & matrem, qa & si eorū potestas inæqualis sit, quia pater habet filium in potestate, mater non. l. illud. §. ad testamenta. ff. de bo. pos. contra tab. nihilominus ipsis parentibus a filijs æqua debetur pietas, per illum tex. de quo ibi Bal. valde gloriatur. ¶Concludendum est igitur dictam matrem tutricem ad nihil aliud teneri, nisi probetur in dolo fuisse, vel etiam nisi habeat reliqua penès se,
12 quæ filijs restituere & assignare tenetur, per supradicta. ¶†Itē aduertat iudex, quia si cæteri contutores simul gesserunt tutelam pupillorum cum dicta matre tutrice, quòd sola mater nō poterit conueniri, imò hoc casu dicti filij maximam ostenderent iniquitatem,& malitiam, ex quo omnes sunt simul conueniendi. l. j. §. nunc tractemus. ff. de tut.& ratio. distra. & ibi per gl.& Bart. per tex. gl.& omnes doc. in l. 2. C. de diuidenda tute. facit optime tex. in ratione sui, in fi. C. quo quisque or. con-
13 ue. lib. 11. cum fi. ¶†Sed nunc & vltimo loco bellissima succedit dubitatio. pone quòd mater tempore acceptationis tutelæ erat pauper,& inopia laborabat, tempore autem finitæ tutelæ est diues,& multa apud eam reperiūtur bona acquisita, vt puta emptionis fundorum, vel aliarum rerum. nescitur ex quib. bonis acquisiuerit, an præsumatur ex bonis pupillorum suorū acquisiuisse, an ex proprijs ipsius tutricis olim pauperrimę? Et videtur primo dicendum quòd ex bonis pupillorum per text. in l. Quintus Mutius. ff. de dona. inter vir.& vxo. l. etiam. C. eo. & quòd no. Bart. in l. si instrumenta. C. de fide instr. & iur. ha. fis. lib. 10. in quibus habetur quod si reperiātur bona apud vxorem acquisita, quod præsumuntur acquisita ex bonis mariti, non autem vxoris, vt euitetur turpis quæstus, ergo vt in casu nostro turpis quæstus euitetur, debemus dicere quòd dicta tutrix acquisiuerit de bonis pupillorum. In contrarium tamē est veritas, quòd imò dicta bona præsumantur acquisita ex bonis tutricis, non autem pupillorum. Casus est clarus & apertus in l. si defunctus. C. arbit. tute. & quia de casu legis non est disputandum. l. ancillæ. C. de fur.& l. quod Labeo. ff. de carbo. edic. ideo in hoc non me extendo, quia rei demonstratæ frustra additur demonstratio dicit iurisconsultus in l. 1. in fi. ff. de do. præleg. ¶Non ob. tunc text. in l. Quintus Mutius. & l. etiam.& qđ
14 no. Bart. in l. si instrumenta. supra allegata. ¶†Quia respondeo quod illa iura loquuntur quando vxor pendente matrimonio acquisiuisset aliquid, & etiam cum illa iura sint contra regulas iuris communis non sunt extra casum suum extendenda. & sic ad casum dissoluti matrimonij, per text. in l. quod verò. ff. de reg. iu. in l. quod contra. ff. de legi. & quod no. communiter doc. in l. si verò §. de viro. ff. so. mat. in auth. quas actiones. C. de sacros. ec. & ita ēt determinauit Ang. in li. consultorum consi. quod incipit. In Christi nomine amen. Relinquitur ergo clarissimū de iure dicta bona præsumi acquisita ex bonis matris tutricis, non aut pupillorū, nisi probet contrarium p text. clarū in d. l. si defunctus. qui tex.& si loquat in extraneo, multò fortius dicendum in matre rōne coniunctionis, & sanguinis cui sanguini multum fauent iura, vt habet in l. si seruus cō munis. ff. de do. inter vir.& vxo.& l. Proculus. ff. de prob. cum multis si.& qa prędictus tex. decidit punctū nostrū eius verba formalia in præsenti consultatione interferenda fore censui. Si defunctus tutelam vestram administrauit, non rerum dominium vendicare vel tenere potes, sed tutelæ contra eius successores tibi competit actio, debitum autem alijs iudicijs comprobari oportet. Nam quòd neq; ipse. neq; vxor eius quicquā ante administrationem habuerit, non idoneum huiuscemodi continet iudicium, nec cum pauperibus industria vel augmētum patrimonij quod laboribus & multis quæretur interdicendum est. ¶Ecce igitur qualiter decisus est punctus noster, nec debet ergo vexari seu molestari mater tutrix circa bona prædicta. nisi filij expresse probarent fuisse acquisita ex bonis eorum,& ita concludo. Franciscus Cremensis de Placentia legum doctor ita consului.

CALLIMACHVS Anno 1395. die 8. mensis Iunij solemniter promisit Sempronio eius genero pro residuo dotis Seiæ filiæ dicti Callimachi tunc sponsæ & futuræ vxori dicti Sempronij, dare eidem Sempronio ad duos menses proximiores libras septingentas Bon. quòd si non fecerit tunc promisit dictus Callimachus infra octo dies proximè sequentes præsentare tot pignora dicto Sempronio, quæ sufficerent & ascenderent ad valorem dictę quantitatis lib. 70. Bon. sub pœna. libro 70.& cum clausula, rato manente pacto, & qua pœna soluta, vel non, commissa vel non. nihilominus prædicta omnia & singula perpetuò firma perdurent. & cum pactis præcarij de ingrediendo,& cum obligationibus renunciationib. beneficiorum & per publicum instrumentum rogatum per publicum notariū. ¶Post quę ann. 1398. de mense Maij. dictus Sempronius dictum precarium in dicto instrumēto appositum reuocauit in iudicio, & huiusmodi reuocationis prædictę vigore dictus Sempronius authore prętore tenutā adeptus fuit vnius fundi 14. tornaturarum vel circa, licèt nuncius per dictam tenutam datam dicto Sempronio errore,& ex falsa causa retulerit esse numero triginta torna. & post dictam tenutam ipse Sempronius petijt declarari per tunc iudicem competentem iustum pretium, & veram ęstimationem fuisse,& esse illud & illam quo & qua æstimaretur, & seu æstimabitur dictus fundus.& licere dicto Sempronio fundum habere emptum pro dicta æstimatione, & successiuè dictus iudex diffinitiuè pronunciauit & sentenciauit iustum precium & veram æstimationem fuisse, & esse illud & illam quo & qua æstimatus fuit dictus fundus, de quo data fuit tenuta. de qua supra fit mentio per æstimatores prædictos, qui etiam æstimauerunt dictū fundum pro libris 22. Bono. pro qualibet torna.& licitum esse dicto Sempronio dictum fundum habere emptum pro dicta quantitate pecuniæ librarum septingentarum Bono. petita & hoc pro solutione,& satisfactione lib. sexcentarū sexaginta Bonon. de,& pro qua ęstimatus fuit dictus fundus ad rationē ante dictā,& victum victori &c. ¶Demū decessit Callimachus anno 1410. & successiuè anno 1454. decessit Seia prędicta mense Maij superstite Proculo eius filio,& hærede vniuersali,& postea eodē anno,& mense Augusti decessit dictus Sēpronius superstite Proculo eius filio, & hærede pro dimidia. qui Proculus anno 1451. mense Maij, hæreditarijs nominibus prędictis dedit & cessit Franciscæ eius filiæ omnia iura,& actiones,& iudicis officiū sibi competentes, & competentia contra hæredes d. Callimachi pro summa librarum centum Bono. pretij dictarū sex tor. deficientiū,& effectualiter non soluta per d. Callimachum, & eius hæredes de dicta summa in dicto instrumento promissa,& ad pœnas,& alimenta ratione morę cōmissas,& commissa pp non obseruationem eorū quæ in dicto instrumento cōtinentur & ad ea oīa quæ peti possent vigore dicti primi instrumēti. ¶Deinde d. Francisca an. 1463. mense Ianuarij cōparuit coram iudice competente, & contra hęredes d. Callimachi suā produxit petitionem, qua narrauit dictū instrumentū promissionis & successiuè tenorem dictę sententię

sententiæ declarationis iusti pretij, & secundi decreti, & ꝙ dictus iudex enunciatiuè errore, & ex falsa causa dixit & æstimauit dictum fundum esse num. 24. torna. & sic consequenter dicta sententia continuit in se expressum errorem per claram facti euidentiam, & quod dicta sententia in rem iudicatam transire non potuit & posito ꝙ transiuisset, saltem ope restitutionis in integrum rescindi debet, quam in integrum restitutionem petijt, & ꝙ dicti hæredes Callimachi remanserunt debitores dicti Sempronij, & dictæ Seiæ, & successiuè dictæ Franciscæ habentis iura cessa a Proculo hærede prædicto. & conclusiuè petijt pronunciari dictum Callimachum incidisse in pœnam septingentarum librarum Bono. quia non soluit in termino, & successiuè heredes dicti Callimachi condemnari ad dandũ & soluendum dictæ Franciscæ dictas libras septingentas Bon. nomine pœnæ. Item libras centum septuaginta vnam Bon. pro alimentis dictarum septingentarum librarum Bono. decursis a die dicti facti instrumenti, vsque in diem dictæ sententiæ, & libras quingentas quinquaginta quatuor pro alimentis dictarum librarum quadraginta Bonon. resti prædicti, & libras centum triginta duas pro pretio dictarum sex tornaturarum deficientium, vt supra cum alimentis pro tempore 46. annorum decursorum a die elapsi termini in dicto instrumẽto appositi, vsque in tempore mortis prædictorũ Sempronij & Seiæ. ¶Pro parte verò heredum dicti Callimachi opponitur principaliter contra dictam Franciscam exceptio præscriptionis. Item & ꝙ contra dictam sententiam latam in fauorem dicti Sempronij transitam in rem iudicatam, venire nõ potest dicta Francisca. Item opponitur contra dictam Franciscam quod eidem Franciscæ non competit actio ad prædicta nisi pro dimidia, quia Proculus non fuit hæres Sempronij, nisi pro dimidia, & quod eidem Franciscæ non cõpetit ius agendi ex persona dictę Seię matris dicti Proculi, quia dictę Seię matri nihil fuit in dicto instrumento promissum. ¶Replicatur ex parte dictæ Semproniæ cessionariæ prędictę, ꝙ dicti hęres Callimachi sunt hæredes debitoris malæfidei, qui nullo tempore præscribunt, & posito ꝙ præscriptio decursa esset, allegatur ꝙ a tempore mortis dicti Callimachi vsque ad tẽpus mortis dictę Seię & Sempronij, dicunt ex forma prouisionum Bon. deduci anni sex, in quibus nulla tempora cõcurrerunt, neq; præscriptio, & sic cum non fuerit completa præscriptio contra Sempronium viuentẽ, sed contra Proculum eius filium, qui habuit iustam & præsumptam causam ignorantię dictę obligationis, debet eidem concedi aduersus cursum dictę prescriptionis restitutio in integrum petita ex clausula generali, si qua mihi iusta causa &c. & ꝙ tempus petendi dictam restitutionem non currit nisi a tẽpore quo apparet de scientia, non autem cucurrit ignorantia. ¶Item quò ad sententiam dicitur ꝙ non fuit sententia, sed decretum contra contumaces interpositum ex falsa causa, quia iudex adiudicauit per triginta tornaturas, & pro pretio librarum viginti duarum Bon. & probatum est dictam petiam terræ dicto tempore non fuisse nisi nu. 24. tornaturarum, vel circa. Quò aũt ad vltimum replicatur ꝙ saltem dictę Franciscę competit actio in totũ ex persona dictę Seię matris dicti Proculi, quò ad pretium dictarum sex tornaturarum, & quo ad libras quadraginta Bono. residui librarum septingentarum Bo. quia licet non fuerit facta promissio dictę Seię in dicto instrumento, tamen fuit facta dicto Sempronio pro dote d. Seię interueniente instrumento Callimachi, & Sempronij propter ꝙ videtur d. Seiæ actionem acquiri. ¶Item, quia ex forma prouisionis infrascriptæ positæ sub rubrica quod quis possit alteri stipulari, & alterius statuti positi sub rub. de do. resti. quorum tenores infra ponuntur apertè, ꝙ etiam actio acquisita fuerit dictæ Seiæ. Tenor autem dictæ prouisionis & statuti sequitur in hac forma, videlicet. ¶Insuper præfati statuentes volentes litiũ sumptus & labores minorare, & cauillationes tollere quãtum sit eis possibile, statuerunt ꝙ quilibet cuiuscunque sexus & ętatis in qua possit sibi stipulari, possit alteri vnicuique stipulari, & pacisci non obstante ꝙ sua non intersit. & quod is cui vel ad cuius vtilitatem fuerit stipulatum, vel pro quo pactum fuerit factum, & sub generalitate verborum nomine omniũ quorum interest, interierit vel interesse possit, vel ꝙ propter similia verba possit agere ex stipulatione, vel per se seu suo nomine, seu ad sui vtilitatem interposita, vel interposito, perinde ac si fuisset præsens vel stipulatus, aut stipulatus alij absque alia cõcessione, & ipso iure ex tali stipulatione vel pacto communis actio vtilis & directa ei cuius interest, & seu cuius nomine interposita fuerit stipulatio, vel pactum factum intelligatur esse, & sit quęsita. ¶Item dicimus ꝙ mulier pro qua data est vel fuerit. vel confessata dos, vel eius augmentum extantibus literis, vel non a quocunque, vel vbicunque data vel confessata fuerit lucretur dictam dotem, vel eius augmentum non obstante ꝙ alius qui dotem vel eius augmentum dederit vel promiserit, seu confessionem a patre viri receperit, illum & illud sibi reddi fuerit stipulatus, & ex eis testari valeat etiam non obstante ꝙ talis mulier liberos habeat ex quocunque matrimonio, dũ tamen ipsis liberis & ascendentibus reseruetur legitima secundum formam iuris & nostrorũ statutorũ. Quæritur quid iuris.

ADDITIO.

a Rationem. supra lib. 1. consi. 45. nu. j.

SVMMARIVM.

1 *Mala fides defuncti an noceat hæredi in præscriptione longissima. & nu. 1.*
2 *Pœna valet apposita a non consueto fœnerari.*
4 *Vsuræ debentur marito & venditori, & nu. 5.*
7 *Mala fides impedit præscriptionem actionum. & nu. 10.*
8 *Rei appellatione veniunt iura & actiones.*
9 *Extensio fit in correctorijs ex ratione expressa.*
14 *Restituitur contra præscriptionem longissimam ex capite ignorantiæ.*
15 *Ignoranti non currit tempus præscriptionis. & nu. 20.*
17 *Remissio vsurarum facilius inducitur quam in alio debito.*
18 *Decretum ex falsa causa est nullum.*
22 *Euidens vbicunque est iniquitas sententiæ nunquam transit in rem iudicatam.*
23 *Venire contra sententiam pro se latam an liceat.*
25 *Actio illis quorum interest, semper oritur ex statuto, licet verba statuti ad eos non dirigatur.*
26 *Statutum de dote data habet etiam locum in promissa.*

CONSILIVM LXIII.

Est repetitum consi. 39. lib. 6. Natta.

Stantibus his, quæ supra narrata sunt. videretur prima facie Franciscam prædictam minimè audiendam esse. ¶Et primo, quia obstare videtur eidem apposita exceptio præscriptionis, maximè attento etiam ꝙ a tempore mortis Callimachi debitoris malę fidei vsque ad diem cœpti iudicij transierunt anni quadraginta tres vel circa, per quem cursum omnis actio tolli cõsueuit. l. sicut. & l. fin. C. de præscrip. 30. anno. & hęredes Callimachi nõ præsumuntur esse in mala fide, cum habeant iustam ignorantiam dictę obligationis initæ per Callimachum. l. Marcellus. ff. rerum amo. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. l. fin. pro suo cap. cum quis. de reg. iur. in 6. Ex quo in proposito dicit Dyn. in regula possessor. ad fi. de reg. iur. in 6. quòd de ęquitate canonica, quę in materia præscriptionis attendi debet, † mala fides [a] defun-
1
a cti non noceret hęredi existenti in bona fide & ex sua persona prescribere volenti, quamquam rigor iuris ciuilis hoc non patiatur. l. cum hæres. ff. de diuer. & temp. præscr. l. si hęres. §. partus. versi. sed si hęres. ff. de publi. ¶Plus videt̃ quòd nedum hęredes Callimachi, sed etiam Callimachus potuerit pręscribere seu pręscriptionem inchoare ipso viuente, quoniam in pręscri
b ptione actionum [b] personalium nõ curratur de mala fide pręscribentis, sed de sola negligentia non petentis, vt probatur in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapio. iuncta l. si quis diuturno. ff. si serui. ven. & l. si seruit. amit. nec per iura canonica. in c. fi. de pręscriptio. & in c. possessor. de reg. iu. in 6. & correcta reperiuntur in hoc iura ciuilia, vt plenè per Bart. in d. §. si viam. & in l. hęc autem iura. ff. de ser. vrba. pręd. & in l. ait pretor. §. planè. ff. quibus ex cau. maio. & in l. fin. ff. quemadmod. ser. amit. ¶Pręterea videtur quòd etiam solo cursu decem annorum alimentis dotium non petitis sit pręscriptum, vt ferunt aliqui cõsuluisse Bal. per tex. in l. cum quidam. §. diuus. ff. de vsu. vel saltem postquam Sempronius tempore vitę non petijt alimen ta prædicta, videt̃ illa remisisse Callimacho, & eius hęredibus, p tex.

tex.in l.vir vsuras.ff.de dona.inter virum. ¶Vltra prędicta adhuc in fauorem hęredum Callimachi videtur dicẽdum quod Franciscę habens in effectu causam ab hęrede Sempronij Seię non possit venire contra sententiam adiudicationis dictæ petiæ terrę adiudicatæ pro tornaturis 30.& quantitate librarum septingentarum ad rationem librarum 22. pro qualibet tornatura, tamen quia transiuit in rem iudicatam per lapsum temporis dati ad appellandum,& sic pro veritate haberi debet dicta sententia.l.ingenuum.ff.de statu homi.l.ab eo. C.quomodo & quando iudex.c.cum inter. & c.quod ad consultationẽ. de reg.iur.& per totum.C.sententiam rescind. non poss.
2 † Tũ etiam, quia dicta sententia lata fuit in fauorem dicti Sempronij, ergo non potest aliquis babens causam a dicto Sempronio dicere dictam sententiam non fuisse bene latam.l.si seruus plurium.§.1.in versi.si tamen de leg.1.& no.gl.& doc. in l.stipulatio ista.post prin.in versi.successores. ff.de ver.obli. ¶Prætere a posito quòd prædicta in fauorem hęredum Callimachi nõ procederent, saltem videtur quod tantummodo pro dimidia obtinere possit Francisca,quia cum agere non possit, nisi tanquàm habens causam a Proculo hærede Sempronij pro dimidia tantum,nõ potest nisi pro dimidia actiones exercere, cum actiones hęreditariæ diuidantur inter hæredes pro hęreditarijs portionibus.l.j.C.si cer.peta.l.pro hęreditarijs. C.de hær. ac.& l.4.§.Cato.ff.de verb.obli. ¶Et quàmquàm Proculus fuerit insolidum hęres Seię & etiam tanquam hęres Seię cesserit Franciscæ iura & actiones sibi competentes & competentia, tamen non videtur quòd tanquam hęres Seię potuerit aliquas actiones cedere,quia Seiæ nihil in dicto instrumento promissum extitit, ergo sine actione experiri non potest. l.quoties. §. qui temporali.ff.de adm.tu.l.si pupilli.§. videamus. ff.de neg. gest.l.fi.ff.de liber.& post.Quinimò posito quod Sempronius nomine Seię stipulatus fuisset dictam quãtitatem nomine dotis sibi dari, tamen nulla facta cessione per Sempronium ipsi Seiæ nulla actio competere potuit Seię aut habentibus causam ab ea.l.si pro te pater.C.de do.promis.& l.si socer. §.Lucius.ff.sol.ma.& no.in l.quęcunque gerimus. ff.de act.& obli.in l.huiusmodi.in prin. ff.de leg.1.& in §.alteri.inst.de inu. stip.¶Sed his non ob. puto pręscriptionem non obstare, nam intentio dictæ Franciscę fundata est ex instrumento promissionis Callimachi, iuncto instrumento cessionis in eam factæ per hæredem Sempronij & Seiæ,nedum pro quantitate dotis non solutæ, sed etiam pro pœnis adiectis pacto præsentationis pignorum, postea non præsentatorum in termino, nec post terminum.
3 † quæ pœna in casu prędicto permissa est, cum nõ fuerit adiecta pœna per personam fœnerari solitam, nec super cõtractu mutui,vt voluit gl.in l.sed & si quis.in §.fi.& ibi hoc sequitur Iac.But.& Ange.ff.si quis cautio.& gl.in l.vtrum.in §. fi.ff.de peti.hęre.& in l.pœnam.ff.de vsur. & in ca.illo vos.in gl.fi.de pigno.& Pet.& Cy.& Iac.But.& Bal.in l.cum allegas. C.de vsu.& Inno.in c.tuam.de pœnis.Arch.12.q.2.c.cum de uotissimam.& Bar.in l.cum stipulati.ff.de verb.obli.& Ia.Bu.& Bal.in l.rogasti.§.si tibi.ff.si cer.pet.per d.l.sed & quis. §.fi. & do.Ant.in d.c.tuam referens ita sentire Spe. in tit. de ob.& & sol.§.1.versi.ad primum.& do.An. in ca.dilecti. de arbi.& hęc est magis communis opinio, a qua non est recedendum, iuxta no.per Bar.& doc.in l.fi.C.de pœna iudi.qui male iudi. & per Canoni.in c.j.& c.ne initaris.de consti. & Bal.in ca.j.§. iudices verò,de pa.iu.fir.& probatur in l.j. versic.& sanè crebriores.ff.de offi.quęst. & ibi hoc etiam no.Bal.ita etiam se habet communis stylus & obseruantia Bon. & dicunt doc.in locis pręallegatis,a quo stylo minimè est recedendum. l.fi. C.de iniu.l.2.C.quemadmo.testa.ape.l.minimè.ff.de legi.ꝙ intelligo quò ad dimidiam dictarum pœnarum promissarum Sempronio,pro qua dimidia dictus Proculus hęres extitit Sempronio.
4 ¶†Quo etiam ad alimenta fundata est agentis intentio,dico pro dimdi pro qua Proculus extitit hęres Sempronij, quia pręsupponitur,vt verbo fertur,ꝙ Sempronius toto tempore vitę Seię supportauit onera matrimonij, ergo sibi vsurę tanquã interesse debentur, quas vsuras alimenta vulgus appellat. de hoc videtur tex. qui reputatur ad hoc singularis in ca. salubriter,de vsur.& ibi hoc firmant omnes doct.& no.Bartol.in l.at qui natura.§.non tantum.ff.de neg.gest.& in l.insulam. §. vsuras.ff.sol.ma.& Bal.in l.oneribus.C.de iure do.& in l.fi.§.pręter eas.de iure do.& in rub.de vsur.in 4.q.& in l.cunctos populos.post prin.C.de summa Trini.& in auth.ei qui. C.de bo. aut.iud.pos.quia talis usura petitur ex causa onerosa. l.fi.ff.de doli exce.l.si patri.§.j.ff.de pac.do.& in l.creditor.§.si inter.ff. man.
5 †Simile videmus in venditore a quo licitè petuntur vsurę pretij sibi soluti ab emptore, cui rem non tradidit venditor, sed eam apud se retinuit,& fructus ex ea percepit, vt no.in ca. conquestus.de vsu.& in l.curabit. C.de act.empt.& in l.Iulianus.§.idem Papin. ff.de act.emp.& in l.2. C.de vsu.cum si. Et
6 hæc est cõmunis opi.ideo circa hoc vlterius non insisto.¶†Insuper verbo fertur, in loco quo vertitur quæstio, viget statutum & consuetudo quòd alimenta dotium debeantur & præstentur ad rationem septem pro centum .quod quidem statutum limitans dictam quantitatem alimentorum seu vsurarum prædictarum in casu isto tenet, vt no.Sal.in l.fi. §.præterea. C. de iur.do.allegat no.in ca.per vestras.de dona.inter vir.& vxo. Et firmat Imo.in cle.j.de vsu.& Abb.Sicu.in d.c.salubriter, allegat no.in c.peruenit.de fideius.& in c.damnum. de re iu.libro 6.in mercu.Alia parebunt ex responsionibus infra subdẽ
7 dis ad allegata in contrarium ad quas venio. ¶ †Et primò non obstat exceptio pręscriptionis,quia respondeo,& primo quòd tempore quo vixit Callimachus nunquam incipere potuit cursus præscriptionis,quia ipse principalis promissor erat in mala fide & per consequens in eo cessat præscriptio, etiam quò ad præscriptionem actionis personalis secundum communẽ opinionem,vt probatur in c.fi.de præscri.ibi, vt nulla valeat absque bona fide præscriptio tam canonica quàm ciuilis &c. & ibi no. vnde oportet vt qui præscribit in nulla temporis parte
8 rei habeat conscientiam alienæ &c.†Nam appellatione rei, et iura & actiones comprehenduntur, cum sit nomen generale. l.nam quod.§.fin.ad Treb.l.1.in fin.ff.si cert.peta.& l.rei.ff.de verbo.sign. & declarat Bart. in l.Quintus. §.argento.de au.& arg.leg.& est glo.hoc clarè dicens in l.1.& ibi no.Gui.& Bart. ff.de sta.hom.& probat tex.in l.1.versicul.& quidam. ff.de re. diui.probatur etiam hæc conclusio.in c.possessor. de reg.iur. in 6.licèt enim tex.ibi loquatur in possessore, videtur trahendum ad possessorem iuris, quia debitor latè sumendo dicitur possidere debitum.vt probatur in l.regulariter. ff.de peti.hęred.& in l.quòd si in diem.§.Iulia.eo.tit.& maximè, quia vbi fauetur animæ etiam in correctorijs fit extensio ex identitate rationis, ut not. Bartol.in auth.sacramenta. C.si aduer.uend. ubi uult quòd dispositio illius auth.quæ est correctoria,secundum glo.& doct.ibi.& quæ loquitur de contractibus extendatur ad quasi contractus, qui impropriè dicuntur contractus. & etiam extendatur ad distractus,quia per talem intellectum, & extensionem fauetur animæ. ita debet esse in casu nostro. quia ratio quare de iure canonico malæ fidei possessor impeditur præscribere,est ut peccandi uia tollatur, ut in d.capit.fin. quæ ratio eodem modo habet locum in præscriptione actionum sicut in pręscriptione rerum corporalium. pro hoc etiã
9 facit, † quia ubi exprimitur ratio in l. etiam correctoria prout exprimitur in dicto capit.fin. debet fieri extensio ad casum qui potest comprehendi sublata significatione, si eadem ratio uendicat sibi locum, ut est glo.in clemen. 1. in uersicu. eligatur. cum ibi not.per doct. de elec. & glos.in authen.ut is qui obligat.in uerbo ad curationem.& in auth. minoris. in uersicul.a curatione.C.qui da.tutor.pos.bene faciunt not. per glo. & doct.in capit.1.de rerum permut.in 6.in clemen.1. eodem titu.& est de mente Barto.in l.liberorum. uersic. his præmissis & ff.de uerbor.significa.circa fin. primæ quæstionis. & de mente Bald.in l.fin.ff.de hæredi.instit.& clarè firmat Imo.ibi & in l.si uerò.§.de uiro. ff.solut.matrimo. sed ratio expressa in dicto cap. 1.ut peccandi uia tollatur, habet locum etiam in præscriptione actionum cum mala fide, ut dixi, ergo debet fieri extensio ad casum nostrum.quoniam, ut dictum est, appellatione rei saltem lato sumpto uocabulo ueniunt iura & actiones. & debitor etiam dicitur possidere, etiam debitum
10 largè sumendo uerbum possidere, ut † probatum est supra & istam partem quòd in hoc sint correcta iura ciuilia per ius canonicum,tenet glo.& Innoc.& Hostien.in capit.fin.& glo.Io. And.in d.cap. possessor. & Ange.in d.l.sequitur. §.si uiam.& in l.1. C.de præscri.30.anno.& idem Ange.in repe. l.1. C.de iudi.& Bart.in l.1.C.de serui.& in auth. ad hoc. C.de usu.& in l.quibus diebus.§.dominus. ff.de condi. & demon.cũ quo ibi transit Imo. qui etiam refert ita disputando tenuisse Iaco.

Bu-

But.& etiam Bal.in dispu.incip.Statuto cauetur ꝙ fœnerator.
& do.Anto.Imo.& Abb.Sicu.in d.c.fin. vbi quò ad terminos
quæstionis nostræ referunt hanc esse communem opi.& idem
tenet do.Bar.in l.vigilanti,de præscrip.& do. Pet.de Anch.in
consi. 5.incip.Viso themate.& Imo.in d. §.si viam, referens se
ita de facto consuluisse.& ideo dicunt doc.in locis præallega-
tis.quod Bar.bene facit in d.§.si viam,submitterę se decisioni
ecclesiæ & theologorum,quia canonistæ & theologi commu-
niter contra Bartò.concludunt.& isto modo apud Ariminum
consului,& in illo consilio longè plenius scripsi quam hic bre
uitatis causa, omittens postquam ita se habet communis doc.
sententia. ¶ Ex his infertur circa hanc quæstionem prædicta
seruanda esse nedum in foro ecclesiastico,sed etiam in foro se-
culari,quia cum peccatum incurrat debitor,qui cum mala fi-
de vult se exceptione præscriptionis tueri,etiam attenta dispo
sitione iuris ciuilis,vt est tex.in auth. vt ecclesia Romana.cir-
ca.me.quem ad hoc allè.Ang.in d.§.si viam.& do.Anto.in d.
c.fi.ergo vbi agitur de peccato, tam in foro seculari,quam ec-
clesiastico,seruari debet ius canonicum, vt in proposito. not.
glo.in d.reg.possessor.& Bar.& legistæ in l.priuilegia.C.de sa-
crosan.eccle.& doc.in d.c.fi. ¶ Hoc præsupposito ꝙ Callima-
chus propter malam fidem nõ potuerit pręscribere, videamus
an eius hæredes pręscribere potuerint?in quo dico quòd non,
11 † quia mala fides defuncti nocet hæredi præscribere volenti.l.
cum hæres.ff.de diuer.& tempo.præscri. & l.si ego. §.partus.
versi.sed hæres.ff.de publicia.& ideo dicit Ang.Imo. & Abb.
Sicu.in c.si diligenti, de præscrip. ꝙ etiam de æquitate cano-
nica non potest hæres debitoris malæ fidei ex sua persona pręs-
scribere, quia tenetur hæres de iure canonico exonerare con-
scientiam defuncti,vt in c.fin.de sepul.quam aliter exonerare
non potest, nisi creditori satisfaciat. Pro ista parte allega. do.
Abb.in d.c.si diligenti.ꝙ text.in d.l.cum hæres.& l.sequitur.
§.hæres.ff.de vsu.non reperitur correctus de iure canonico,er
go dispositioni dictarum legum est standum tam in foro ciuili
quam canonico,per not. in c.1.de ope.no.nun. Ad hoc etiam
bene faciunt no.per Bal.in auth.ad hęc.C.de vsur.in versi.sed
quid dicimus de hærede præscribentis. & idem videtur esse
de mente Io.And.in addit.Specu.in titu.de præscri.§.fin.& ex
his doc.in locis præalle.damnant dictam opin.Dyn.quam po-
nit in d.c.possessor. Io.de Imp.in repeti.c. fi.de præscrip.dicit
quod opiniones possunt ad concordiam sic reduci, videlicet
12 † quod aut nos loquimur in eo successore vniuersali, qui non
succedit ratione iuris hæreditarij,sed aliter habet titulum a su
periore habente potestatem conferendi,vt contingit in præla-
to,vel alio beneficiato, qui succedit alteri in prælatura vel be-
neficio,quia in illis non habet locum successio hæreditaria.c.
ad extirpandas,de filijs presby. & tunc procedat opinio Dyn.
per no.per glo.in c. cura.de iure pa.Aut nos loquimur in suc-
cessore.qui succedit ratione iuris hęreditarij,& in illa ꝓcedat
opi.do.Anto.& sequacium per prædicta, & sic remanet con-
clusio quod mala fides Callimachi impediuit etiam eius hære
dem præscribere.¶Nec prædictis ob.si quis diceret,caue,quia
imò videtur quod Callimachus fuerit in bona fide, saltem re-
spectu quantitatis, ꝓ qua fuit facta adiudicatio de dicta petia
terræ,quamquam fuerit facta adiudicatio pro maiore numero
13 tornaturarum, quam in veritate esset, † attento quod pro sen
tentia in dubio præsumitur l.Hærennius. §.Caia. ff.de euic.c.
cũ inter.& c.sicut.de reg.iu.& c.bonæ de elec.facit l.iustè.ff.
de acqui. pos.quia ad hoc respondeo quod verbo fertur, non
apparere,nec apparere posse,quod effectus & tenor dictæ sen-
tentiæ vnquam peruenerit ad notitiam dicti Callimachi, nec
etiam ad notitiam procuratoris,ergo non potest allegari quòd
ignorans habuerit bonam fidem, quinimò nec scientia procu
ratoris sufficeret,sed sola persona domini inspicitur.l.1.C.de
acqui.pos.l.2.§.si seruus.ff.pro emptore.¶Vltra hoc etiam ver
bo fertur ꝙ hæres Callimachi, vel saltem quidam ex his con-
fessi sunt ꝙ Callimachus ante dictam adiudicationem bene
sciebat quot tornaturarum erat dicta petia terræ,& sic sciebat
quod erat 24. tornaturarũ tantum,& per consequens non po-
test allegari quod habuerint iustam causam credendi quod es
set 24.tornaturarum. ¶ Plus dico ꝙ etiam posito quod hære-
des Callimachi potuerint incipere præscriptionem ex sua per-
sona,& illam complere,tamen attento quod dicta præscriptio
non fuit completa contra Sempronium & Seiam, sed contra
Proculum eorum hæredem, quia Callimachus decessit anno
1401.quo tempore inceperunt eius hæredes præscribere con-
tra Sempronium & Seiam.quæ præscriptio currere potuit cõ-
tra dictum Sempronium,& Seiam vsque ad annum 1464. de
quibus pręsupponitur detrahendos esse annos sex ex forma sta
tutorum & prouisionum ciuitatis, & sic remanent anno.28.
tantum,vel circa,& per consequens remanet pręscriptio incõ-
pleta.Et licèt completa fuerit postea contra Proculum hærędẽ
14 Sempronij & Seiæ, dico † quod saltem debet ex clausula ge-
c nerali,si qua mihi iusta causa ratione præsumptæ ignorantię [c]
d. l. qui in alterius. concedi Proculo seu dictæ cessionariæ ex
persona Proculi restitutio in integrum aduersus dictam præ-
scriptionem,vt eleganter voluit Bar.in l.1.§.si quis autem pro
pter.per illum tex.cum glo.ff.de iti.actuque pri.& est glo.no.
in l.si patrem.§.1.in versic.non vtendo.ff.quemad.ser.amit.&
Spec.in titu.de præscrip.in §.1.versi.pone colonus. & Imo.in
repe.c.fi.de præscrip.in versi.sed hic est aduertendum &c. Et
Rom.in l.si verò.§.de viro.in 1.fallentia.ff.solu.mat. bene fa-
cit quod no.Bar.in l.Aemilius.ff.de mino.& in l.cum filius.§.
in hac.ff.de ver.obli.& quod not.glo.& doc.in l.2. C.de iure
emphy.& Spec.in titu.de loca.§.nunc aliqua.versi.18.& Bar.
& Bal.in l.2.C.si aduer.ven.pig.& Bald.in l.fi.C.si pen.ap.Ac
cedant no.per Pet.& Bald.in l.quoties. C.de preci.impe.offe.
per Guil.de Cu.& Bar.in l.senatus.ff.de offi.præsi. & Ange.in
l.1.C.de anna.excep.vbi concludunt quod impedimentum fa
cti superueniens & impediens me agere, licèt non impediat
cursum pręscriptionis, tamen tribuit iustam causam concedẽ
di restitutionem in integrum illi, contra quem præscribitur
per l.Attilicinus.ff.de seruit.rusti.prędi.& per d. l.1. §. si quis
autem propter. sed dictum impedimentum ignorantię est iu-
stum,& probabile impedimentum facti in casu nostro. & d.l.
qui in alterius.igitur &c.¶Nec ob.si diceretur lapsum est qua
driennium concessum quibuscunque ad petendum restitutio
nem in integrum.vt l.fi.C.de temp.in integ.resti.pe.& c.1.de
resti. in integ. lib.6. quia respondeo, ꝙ eleganter traditur per
15 Bal.in l.falsam.C.si ex fal.instrũ.† quod tale tempus quadien
nij quò ad initium,est vtile,vt probatur.in d.l.fi.in versicu.&
quemadmodum.C.de tempo.in integ.resti.pe. & ideo si quis
probabiliter ignorans se læsum, steterit per centum annos ꝙ
restitutionem non petierit,semper illam petere poterit,secun-
dum Bald.in d.l.falsum. sed dictus Proculus, vt sæpius dictũ
est,habuit probabilem ignorantiam dictę obligationis, & per
consequẽs lęsionis & pręscriptionis,ergo &c. ¶Non ob.etiam
quod alimentis pręscriptum sit spatio 10.anno. per d. l. cum
quidam.§.diuus.de vsur.quia primò respondeo quod ille tex.
attenta dispositione iuris canonici. non procedit in debitore
malę fidei pręscribente,nec etiam in eius hęredibus,vt proba-
16 tum est supra. † Secundò respondeo ꝙ ille text. ponit casum
d specialem [d] in remissione odiosi lucri vsurarum,ita dixit Bar.
in d.§.diuus.ff.sol.mat.per hoc facit quod no. Iac.But.in d.§.
diuus.vbi refert Hug.illum tex.intellexisse quando expressum
fuit aliquod signum remittendarum vsurarum, vt quia dum
velles mihi vsuras soluere,ego illas recipere nolui,aliàs autem
dixit ꝙ non posset procedere ꝙ tam modico tempore tollere-
tur actio personalis pro vsuris,sola taciturnitate interueniẽte,
vel secundum eum speciale est ibi odio vsurarum, nos autem
loquimur in alimentis quę petuntur ex causa onerosa, tanquã
interesse ꝓ oneribus matrimonij supportatis. l.pro oneribus.
C.de iure do.c.salubriter.de vsur.¶Similiter non ob.l.vir vsu-
ras.ff.de don.inter vir.& vxo.quia multipliciter potest respon
deri.Primò ꝙ ibi fuit expresè facta donatio,vt ibi dicit glo.in
vna solutione, vel posito ꝙ loquatur in tacita pręsumpta do-
natione,respondeo,vt dicit Bart.in pręallegata. l.quę dotis. &
Iac.But.in §.diuus.quod loquitur in vsuris,quę non peteban-
tur tanquam interesse, sed tanquam promissę certa quantitate
in promissione expressa,alias promissio non valuisset quantita
te certa non expressa.l.tutor.§. fi.ff.de vsur. vnde in odioso lu-
cro facilius pręsumitur remissio quam in oneroso, secundum
Iac.But.& Bar.in locis pręallegatis.¶Item respondeo quod ibi
loquitur quando mulier erat obligata viro,quia ei promiserat
17 vsuras, † cum inter virum & vxorem inter quos iuris pręsum
ptione censetur esse mutuus amor,de facili pręsumitur dona-
tio,vt l.1.ff.de dona. inter virum. facit l.si seruus communis.
eo. titu. nos autem loquimur in casu quo mulier ad alimenta
non

non tenebatur, quia ipsa nec dotē nec aliquid promiserat sed Callimachus pater eius, vnde cessat ratio dictæ præsumptæ donationis. Item negari non potest quin dispositio d.l. vir vsuras,
e sit exorbitans [e] a iure communi, & contra regulam quæ habet quod nullus in dubio donare præsumitur. vt l. cum de indebito. ff. de prob. & l. si cū in aurum. ff. de sol. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio. ideo ad aliū casum extendi non debet. l. si verò. §. de viro. ff. sol. ma. & in l. quod verò. ff. de legi. & in c. constitutionem. & ibi not. de regu. iur. in 6. & in c. quæ a iure. de reg. iu. eo. lib. ¶ Item non ob. quod sententia adiudica-
18 tionis transiuerit in rem iudicatam &c. Respondeo † quod cum dicta tenuta & adiudicatio in solutum dicatur esse decretum iudicis, vt l. si finita. §. Iulianus. cum ibi not. & maximè per Bar. in vlti. col. & in ea l. §. postea. ff. de dam. infec. & quod no. Bart. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procon.
f tale decretum [f] cum fuerit interpositum ex causa falsa, non tenuit l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. l. magis puto. §. pen. ff. de reb. eo. l. 3. §. puberi. ff. ad car. & no. per Barto. & doc. in l. si is ad quē. ff. de acq. hær. & l. hęre. ff. de tut. & cur. da. ab his. & in l. is cui bonis. ff. de verb. ob. & in l. iustè. ff. de acqui. pos. & gl. & doc. in l. 2. C. quando prouo. non est neces. & Bald. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtili. publi. cum simi. Quod autem fuerit decretum interpositum ex causa falsa, patet, quia iudex pronunciat iustè fuisse æstimatum dictum fundum per æstimatores æstimantes quamlibet tornaturam pretio librarum 22. & ideo adiudicat dictum fundum 30. tornatu. pro pretio librarum sexcentarum sexaginta Bonon. & sic patet ꝙ iudex habuit respectum ad numerum tornaturarum 30. quia si nō habuisset respectum ad illam causam. non potuisset adiudicare pro tanta quantitate. s. librarum 660. declarando dictū fundum iusta æstimatione valere libras 22. pro qualibet tornatura. sed dicta causa falsa fuit, & est nulla, vel falsa, quod dictus fundus, vt probatum est, non continet nisi tornaturas 24. ergo &c. Præterea aut ad dictam adiudicationem processit iudex ex probationibus sibi factis de quantitate tornatu. 30. dicti fundi, & clarum est qđ dicta sententia ēt si fuisset propriè sententia diffinitiua mera, quandocunque posset retractari per restitutionem in integrum docto de falsitate probationum l. diuus cum ibi not. maximè per doc. ff. de re iudi. & per totum titu. C. si ex fal. instru. c. cum venerabilis, de excep. & in c. licèt
19 causam, cum ibi no. de proba. † Aut fuit lata per confessionē partis agentis confitentis fundum fuisse tornatu. 30. & similiter de errore potest retractari etiam postquam sententia transiuit in rem iudicatam, impetrando beneficium restitutionis in integrum. tex. est no. secundum vnam lec. quam ibi approbat glo. & Bart. in l. pe. ff. de confes. not. Barto. in l. non fatetur, eo. titu. & in l. error. C. de iur. & fac. igno. Ad hoc facit quod not. Cy. in l. 1. C. de condi. inde. & Io. And. in addi. Spe. in titu. de execu. se. §. fi. ver. illud. & Imo. in l. Imperatores. ff. de re iud. ¶ Nec ob. ꝙ restitutio possit peti post quadriennium &c. quia
20 vt supra dixi, † quando quis habet probabilem ignorantiam læsionis, nunquam sibi currit tempus petēdi restitutionem in integrum secundum Bald. in l. falsam. C. si ex fal. instru. Sed in re aliena habuit Sempronius iustam causam ignorantię quòd tornaturarum erat. 30. l. qui dum. C. de hęredi. vel ac. vendita.
21 & l. fi. ff. pro suo. ergo &c. ¶ † Plus etiam dicit ꝙ licèt sententia transiuerit in rem iudicatam, tamen si postea productæ & factæ sunt probationes de iustitia dictæ sententię parte aduersa non opponente exceptionem rei iudicatę ad impediendum ꝓcessum, iuxta c. 1. de lit. contest. in 6. & potest & debet iudex
g coram quo dictæ probationes factæ fuerunt retractare [g] dictā sententiam, ita voluit Inno. cum quo alij transeunt in ca. cum dilecta. in fi. glo. magnæ. de rescrip. & in c. fraternitatis. de fri. quia postquam de iniustitia sententiæ cognouit de ea pronunciare debet. l. de qua re. ff. de iud. c. cum super. de cau. pos. &
22 proprie. ¶ † Accedat quod vbicunque per facti euidentiam constat, & costare potest de iniquitate sententiæ, nunquam talis sententia transit in rem iudicatam d. c. fraternitatis. & ibi hoc no. Inno. & doc. & Bal. in l. 1. C. senten. rescin. non pos. faci. quod not. Azo in sum. C. ad leg. Aquil. de cuius dicto fecit mentionem Bald. in rub. C. de proba. vbi dicit quod nulla legis virtus potest excludere probationem, quæ fit per rei euidētiam. alleg. l. inde Neratius. §. fi. ff. ad leg. Aquil. & l. confessionibus. ff. de interroga. actio. sed ita est ꝙ per mensurationem dicti fundi semper constare potest euidenter de minori numero tornatu. fundi &c. ¶ Non obst. insuper quod attento quod dicta sententia fuit lata in fauorem dicti Sempronij, nō debet posse aliquis habens causam ab eo allegare iniustitiam dictę sententię d. l. si seruus plurium. §. 1. & quod ibi not. doc. quia ibi substitutus volebat retinere hęreditatem virtute sententię pro se latę; & volebat excludere legatarios contra ipsum agentes, opponendo contra eos ꝙ alius erat verus hęres non obstante sententia qua pronūciatum erat seipsum esse hęredem, quia dicebat dictam sententiam obtinuisse per iniustitiam, seu per
23 errorem iudicis imperitè iudicantis. † Nam certè nō auditur, quia turpitudinem allegat ad lucrum suum, & in damnum alterius, quod facere non potest, quia sententia facit ius contra ipsum, & sic aduertendum est quod ibi sententia fuit lata in totum in fauorem obtinentis, ita quod in aliquo sententia nō continebat lęsionem, vel damnum obtinentis, ideo non auditur, si vult ad vtilitatem suam, & damnum alterius allegare se
h obtinuisse per iniustitiam. sed casus noster est lōgè diuersus, [h] quia Francisca habens causam ab hęrede Sempronij, non allegat ad damnum alicuius iniquitatem dictę sententię sed illam iniquitatem allegat, vt propria iura, & integram satisfactionē consequatur, & sic ad damnum vitandum. Item non dicit Frāsisca sententiam latam fuisse in fauorem Sempronij iniustè, imò dicit quod sententia fuit lata cōtra Sempronium iniustè, inquantum in effectu Callimachus debitor per dictam sentētiam consequertur liberationem a quantitate librarum sexcentarum sexaginta, ꝓ quibus fuit dicta adiudicatio fundi, cum non debuerit fieri nisi pro quantitate librarum quingentarum vigintiocto, & sic cum simus extra terminos d. l. si seruus plurium, remanet ꝙ sententia decreti & adiudicationis prędictę non tenuit, vel saltem retractari debet causis. & rationibus superius alleg. ¶ Postremò non ob. ꝙ non debeat posse Franciscа agere nisi ad dimidiam dotis promissę per Callimachum, ex quo habet causam a Proculo, qui tantummodò fuit hęres pro dimidia Sempronij. & quamquam Proculus fuerit insolidum hęres Seię, tantum ex persona Seię agi non potest, quia sibi nihil promissum fuit. l. si pro te. C. de do. promis. Quia ad hoc respondeo ꝙ stante dicto statuto vel reformatione sub rubrica ꝙ quis alteri stipulari possit, videtur ꝙ imò, quò ad dictam quātitatem promissam per Callimachū Sempronio pro dote Seię competierit actio Seię, & successiuè Proculo eius hęredi, etiā sine aliqua cessione, vt ostendunt verba dicti statuti ibi, vel ad cuius vtilitatem fuerit stipulatum &c. & ibi, seu ad sui, vtilitatem interpositum &c. & ibi, absque aliqua cessione &c. & ibi, ei cuius interest &c. vult enim statutum quod quicunque ad cuius vtilitatem facta fuerit stipulatio per alterum, agere possit rectà via ex dicta stipulatione sine aliqua cessione, ac si ipse fuisset stipulatus &c. sed nemini dubiū quòd stipulatio facta per Semproniū stipulantē a Callimacho sibi dari libras septingentas pro residuo dotis Seię, intelligitur esse facta etiam ad vtilitatem Seiæ, & talem stipulationem initam fuisse interesse Seię, vt probatur in l. si socer. §. Lucius. ff. sol. mat. & l. pater. in fi. ff. de do. pręle. facit l. vnica. §. videamus. & §. accedat. C. de
24 rei vxo. ac. & l. quoties. ff. sol. mat. cū si. † Et dictū statutū cum generaliter loquitur nō debet restringi. nec interpretari, maximè cū per illud nullus indebitè damnū patiatur. l. prospexit. ff. qui & a qui. & l. 1. §. generaliter. ff. de leg. prę̄stā. l. nō aliter. ff. de leg. 3. l. 1. §. si is qui naue. ff. de exer. & declarat Bart. in l. oēs populi. ff. de iustit. & iure 6. q. principali. in ver. secundò quęro an statuta &c. & in l. non dubium. C. de legi. & in l. contra. ff. de legi. ¶ Comprobatur ex dispositione dicti alterius statuti positi sub rubrica de dotibus resti. in ver. item dictus &c. vbi vult statutum ꝙ mulier pro qua a quocunque data vel confessata est dos, lucretur dictam dotem, non obstante ꝙ alius qui dotem dederit, vel promiserit fuerit stipulatus sibi reddi &c. vnde posito quod acceptio ex stipulatu non potuisset competere Seiæ & eius heredibus, tamen non videtur posse negari,
25 quin actio, seu conditio ex statuto competierit, † quia semper statuto competit actio illius quorum interest fieri id quod in statuto disponitur, licèt statutum non dirigat verba ad illum, qui vult agere conditione ex statuto, nec aliter actionem sibi concedat, ita voluit Bar. & Ange. in l. seruo legato. §. si testator. ff. de leg. 1. per quem tex. glo. in d. l. si pro te. C. de do. promis. dixit quod dispositio illius. l. si pro te, loquens in stipulatione non

non habet locum in legato dotis relictæ genero pro filia, quia competeret filiæ actio ex testamento, vt ibi. & Bar. & Ange. in d. §. si testator voluit quod idem sit in statuto quod in legato. & sic est casus noster ibi decisus. & idem not. Barto. in l. 2. §. fi. ff. ad Terty. & in l. 2. §. fi. de col. bo. & in l. 1. §. pe. ff. de contra. tab. & no. Bal. in l. si quis filium. C. de inoffi. testa. & in l. maximum vitium. C. de lib. præte. ¶Nec obst. si diceretur quod dictum statutum loquitur in dote data vel confessata, nō autem
26 in dote promissa, de qua tractatur in casu nostro. † Quia respō deo quod imò secundum opinionem, quæ magis vera videtur statutum loquens in dote data, habet locum in dote promis-
i sa, ⁱ potissimè quando promissor fuit in mora dandi, prout in casu nostro, vt firmat Bald. in l. fin. C. de do. promis. per illum tex. cum glo. referens se ita consuluisse. & latè ponit Ang. hanc partem tenens in consi. suo 189. cuius verba hic, ne de verbositate redarguar, omittam, maximè cum alia fundamenta de quibus dixi supra sufficiant. ¶Accedit etiam, quia dictum statutum expresse videtur loqui nedum in dote data, sed etiam in promissa, vt patet ibi in verbo, vel promiserit. Per sequentia enim verba declarantur præcedentia. l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. l. vtrum. ff. de peti. hæred. & l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. ¶Ex quibus omnibus resultat breuis conclusio, quod dicta Francisca rectissimè agit, tam ad dictas libras quadraginta Bonon. pro residuo dictarum librarum septingētarum nomine sortis, quàm etiam ad damnum illatum per dictam adiudicationem fundi factam, habito respectu ad tornaturas 30. cum fundus non fuerit nisi tornaturarum 24. ¶Item & ad dimidiam dictarum pœnarum & omnium alimentorum prædictorum. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Mala fide. supra lib. j. consi. 110. in fi. supra lib. 2. consi. 4.
b ¶ Actionum. infra eo. consi. 99.
c ¶ Ignorantiæ. supra lib. 1. consi. 71.
d ¶ Specialem. Idem infra lib. 7. consi. 208. nu. 10 idem supra eo. consi. 56. & sic aliud in marito, vt ibi & hic, & Alex. l. quæ dotis. & ibi Ias. sol. mat. Phil. Corn. consi. vlt. lib. 2. Lancel. Deci. l. si certis annis. C. de pac. Deci. consi. 571. Roma. l. in insulam. §. vsuras. ff. solut. matri. & in consi. 517. Fran. Bald. de præscri. 2. parte 3. partis prin. nu. 14. & hæc veritas & perpetua opin. Alex. legendo, & consulendo quia infra lib. 5. consi. 74. in fi. non loquitur nisi arguendo. & licet contra velit Bal. consi. 464. lib. 3. quem sequitur Alcia. de præsum. regula 1. præsum. 32. nu. 6. cum seq. & male.
e ¶ Exorbitans. infra lib. 7. consi. 208.
f ¶ Decretum. infra lib. 7. consi. 147.
g ¶ Retractare. supra lib. 2. consi. 77. ad fi. Alex. in l. iudex. de re. iudic. Pan. Feli. c. cum Bertoldus. de re iu. Pet. Rebuf. repet. l. quod iussit. nu. 149. de re iudic.
h ¶ Diuersus. supra lib. 3. consi. 69. nu. 8.
i ¶ Promissa. supra lib. 3. consi. 97. adde decis. tholo. q. 217. & q. 340. Ias. §. fuerat. insti. de actio. infra lib. 5. consi. 142.

CONSILIVM LXIIII.

Andreas Barbatias Siculus.

Circa præsentem dubitationem paucula in medium adducere constitui, quia res mihi videtur satis clara circa intellectum statuti præfati. ponit enim tria dicta. ¶ Primum est ꝙ instantiæ omnium causarum tam principaliū quam appellationum possint prorogari per partes bis, & non vltra. vel aliter etiam per rescripta, vel alio quocunque modo prorogari non possint. postea ab hac regula ponit exceptionē, & est secundum dictum, & dispositum ab huiusmodi statuto. nisi processerit de partium voluntate, quo casu exceptio fiat a regula. Regula enim ponitur in isto statuto ꝙ partes possint bis prorogare, & non vltra, etiam per rescriptum, & ab hac regula ponit exceptionem, nisi processerit de partium voluntate, & sic de partium voluntate potest vltra bis porogari in-
1 stantia per rescriptum. † exceptio enim firmat regulam. l. nam quod liquidæ. ff. de pen. leg. quem text. ad hoc allegat pro singulari domi. meus Ioan. de Imo. in repetitio. l. filio præterito. ff. de iniusto test. faciat. l. 1. ff. de re. iur. & not. Cyn. in rub. eo. titu. lib. 6. & faciat. §. vt autem in aut. de alie. & l. in his. ff. de leg. faciat. l. quæsitum. §. de iniu. ff. de fun. instru. & l. generali. §. vxori. ff. de vsufru. lega. c. in nostra. de sepul. ca. dominus 32. q. 7. & no. in c. cum dilecta. de confir. vti. vel inuti. & in c. 2. de coniug. lepro. & in l. Lucius. §. si pluribus. ff. ad trebe. quē tex. allegauit pro meliori de corpore iuris Ang. in l. 1. ff. de reg. iur. & faciat quod no. Bal. in l. 1. C. de condi. indeb. ¶Modò in proposito si ponitur in dicto statuto regula ꝙ non possint instantiæ prorogari per partes, nisi bis & vltra & aliter etiam per rescripta, vel alio quocunque modo non possint prorogari, nisi processerit de partium volūtate. sequitur quod possunt prorogari vltra bis. per rescripta partibus volentibus. vnde voluit statutum ꝙ partes non possint de se prorogare vltra bis, nec
2 etiā per rescripta possint prorogari vltra bis, & est ratio, † quia est contra publicam vtilitatem extendere lites. & l. properandum. C. de iud. c. si diligenti. ad fi. de foro compet. c. finem litibus. de dolo & contu. c. placuit. & c. studendum. & c. quisquis 90. dist. c. idem de app. lib. 6. ideo fauore duplici, qui est lites dirimi. l. quidam æstimauerunt. ff. si cert. pet. l. 1. §. & post operis. ff. de ope. no. nunc. ideo disposuit istud statutum quod partes nō possint vltra bis prorogare, nec per rescripta possint vltra prorogari. ponit modo exceptionem a dicta regula dictum statutum, quod si de partium voluntate processerit, per rescriptum superioris possit instantia vltra bis prorogari, ergo standum est huiusmodi statuto. est enim lex in propatulo. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. c. ius ciuile. 1. dist. si dicatur, quæ fuit ratio, ꝙ ita excipit statutum a dicta regula faciendo exceptionem? potest dici vna cum iurisconsulto, ita fuerunt rati, & ita cogitarunt & voluerunt statuentes, vt l. 1. §. pueritiā. in versi. prætor ratus. ff. de postu. ita allegabat tex. Fed. de Scalis quem ibi refert & sequitur Ang. facit. l. nō omnium. ff. de legi. & ca. si quando de rescrip. & etiam potest allegari ratio viua, quia cum in hac prorogatione agatur de præiudicio ipsarum partium litigantium, quo casu possunt præiudicare sibi & renunciare suo fauori, vt ait. l. si quis in conscribendo. C. de pac. & l. d. c. porrectum. & c. ad apostolicam. de reg. ideo cum agat de præiudicio ipsarum partium, statutū habilitauit ipsas partes ad prorogādum. Et quia iniustè & calumniosè posset fieri huiusmodi prorogatio ab ipsis partibus vltra bis, per id quod habetur in d. c. si diligenti. & in d. l. properandum. statutum disposuit quod interueniēte rescripto superioris posset huiusmodi instantiam prorogari vltra bis, quia confidit se statutum prædictum de superiore coram quo non est præsumptio fraudis, vt l. probatorias. C. de diuer. offic. lib. 12. quod ibi voluit Bart. & idem Bart. in l. 1. C. de prædi. cur. lib. 10. & ideo dixit Bal. in l. iubemus. C. ad Treb. quod coram iudice præsumitur abesse omnis sinistra suspitio. alleg. d. l. 1. facit quod voluit do. Ant. in c. cum pridem. de pac. & in c. accepta. de resti. spoli. & d. Abb. Siculus meus, post Host. in c. ad audientiam. de rescri. & in ca. cum clerici. de censi. in quibus locis ponunt pulchra & peregrina dicta ad huiusmodi propositum accommodissima, & ideo dicit Bald. in l. fina. C. de contrahen empt. † quod
3 licèt consiliarij Principis non possint emere res subditorum, tamen si illas emunt de conscientia Principis, possunt, quia præsumitur abesse omnis sinistra suspicio propter præsentiam Principis. ita dicamus in proposito nostro, quod istud statutū assensit voluntati partium volentium vltra bis prorogari interueniente rescripto superioris, vnde putauit quod iusta causa suadente ad instantiam ipsarum superior prorogaret vltra bis, confidit enim se de superiore rescribente, & sic potuit fieri ista prorogatio vltra bis partibus consentientibus, & superiore rescribente. & ideo text. elegans in d. l. properādum, in prin. dicit. Hoc etenim iudicialis magis esse potestatis, nemo est qui ignoret. nā si ipsi voluerint nullus tam audax, qui possit in uito iudice litē protrahere, multò fortius superiore rescribēte, ergo potuit vltra bis fieri prorogatio partibus volētibus per rescriptū superioris. ¶Modò in ꝓposito nostro ita est formaliter, quia partes prorogarunt vltra bis superiore rescribente, ergo potuerunt ex dispositione huius statuti vltra bis prorogare. & si dicatur quod huiusmodi statutum est vltra ius, idem dico istud esse falsum, quia aut loquimur de iure canonico, & dico quod instantia durat perpetuò, vt voluit glo. in d. l. properandum. in prin. & habetur in c. fi. de iudi. vbi per glo. & scribentes. si verò loquimur de iure ciuili instantia durat triennio, vt in d. l. properandum. sed ex iure statutario huius ciuitatis instantia durat paruo tempore, quia audio dici quod non durat nisi viginti diebus, ergo sequitur. si statutum istud disposuit quod possit prorogari bis, non excedit ius commune, imò in parte

parte reddunt se ad ius commune. Item ponitur tertium dictū in dicto statuto, in quo dicitur, & nisi ipsa instantia non esset per partes prorogata, quo casu possit instantia prorogari per rescriptum loco duarum prorogationum per dictas partes fieri permissarum, vt supra dictū est: ista sunt formalia verba ipsius statuti. sensus eorum est quod si partes non prorogarunt ipsam instantiam, quod per rescriptum possit prorogari bis, quo casu ponit casum diuersum a primis duobus superius expressis. vnde poterit per rescriptum prorogari bis, si partes non prorogarunt. iste casus non obstat huic consultationi, quia iam per partes fuerat facta prorogatio bis. & sic prima exceptio posita in dicto statuto, de qua dictum est superius, decidit casum huius consultationis. ¶ Et si quispiam modò opponat. quod illa verba, & nisi, ponunt exceptionem ab illa regula posita superius, vale, & vltra vel aliter etiam per rescripta. vnde dicitur ibi quod per rescriptum non potest prorogari: superuenit ista exceptio, nisi, & excipit quod per rescriptum potest bis, sed in casu nostro fuit prorogata per rescriptum: ergo sequitur quod non potuit prorogari: & per consequens perempta est instan-

4 tia. † quia ad hoc respondeo quod si bene & recte ponderentur illa verba, & nisi ipsa instantia non esset per partes prorogata, non debent exceptiuè, sed illa dictio nisi, debet exponi pro si, vnde cum dicit & nisi: debet exponi & si: vt euitetur absurdum. vnde eleganter dixit Barto. in l. 1. ff. de condi. & demon. quod licet illa dictio si faciat conditionem, vt ibi per eum, tñ

a vt euitetur absurdū exponitur [a] pro quamuis. simile no. per gl. in l. has causas. eo. titu & in l. data. ff. de condi. & demonst. & tex. in l. pater scientiam. §. conditionum verba. ff. de condi. & demon. & in l. & Proculus. ff. de vsufru. gl. in l. & puto. ff. fam. ercis. & quod no. glo. in l. si pater. ff. de vulg. & pup. & quod habetur in l. cum iuste. C. de dona. ante nup. ideo non est mirum si illa dictio, & nisi, ponatur pro si. quasi decidat casum non prouisum ab ipso statuto. non enim prouiderat statutum in casu quo non erat prorogata instantia per partes, si poterat bis prorogari per rescriptum. vnde in hoc tertio casu prouidit: & sic non ponit exceptionem. ¶ Et si pur quispiam obstinatus & pertinax insistat, ꝙ faciat exceptionem: quia propria natura vocabuli est excipere: vt not. in l. actione. C. de trãsact. respondeat mihi à qua regula fit hæc exceptio: omnis enim exceptio fit à regula, vt d. l. nam quod, cum iuribus allegatis superius. vnde non fit ab illo primo casu, videlicet quod partes possint prorogare bis. nec ab illis verbis dum dicit, & vltra vel aliter etiam per rescripta: quia dum dicit, & vltra apponit regulam ꝙ vltra duas vices ꝑ rescripta non possit prorogari, vnde potest cadere illa exceptio ex quo loquitur tali exemplo de duabus vicibus. vnde non potest fieri ab illa, & vltra. & si quispiam dicat quod fit ab illa regula, vel aliter, vt dicamus ꝙ non potest fieri prorogatio per rescripta, aliter quam est dictum, quasi velit quod non potest fieri nisi per partes, & non per rescripta, nisi instantia nõ esset prorogata per partes, quo casu potest prorogari bis per rescriptum: quia ad hoc respondeo ꝙ intelligitur salua prima exceptione, quæ fuit quod per rescripta partibus volentibus, & consentiētibus potest prorogatio fieri vltra duas vices. vnde ista vltima exceptio, si potest dici exceptio, nõ venit cum correctione primæ exceptionis: quia non est verisimile ꝙ statuentes ita citò se correxerint: vt l. non ad ea. ff. de condi. & demonst ¶ Et faciat quod voluit Gui. de Cu. in l. nam & posterio-

5 res. ff de leg. & Bar. in l. 1. §. per vim. ff. quod vi aut clam. † vbi dicit ꝙ si statutum disposuit quod contra publicum instrumẽtum nulla possit opponi exceptio, ꝙ poterit opponi omnis alia

b exceptio, quæ venit ex eodem [b] statuto: quia nõ videtur se corrigere. & voluit do. Per. de Anch. in c. statutum. §. cum autem. de rescrip. lib. 6. vbi dicit se consuluisse apud Triuisium. & voluit Io. And. in addi. Specu. in titu. de execu. sen. §. postremò. & in titu. de sen. §. vt autem. & Bald. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. & in c. 1. de rescrip. & in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & per consequens dicta clausula & nisi, intelligeretur vt non corrigat clausulam præcedētem. & sic seruabitur vtraque clausula in casu suo: & per consequens statutum præfatū decidit quòd huiusmodi prorogatio fieri potuit vltra bis. Et si quispiam opponat: amice, tale statutum debet intelligi ꝙ fiat prorogatio vltra bis: sed non debet intellegi ꝙ partes prorogēt per binas vices, & vlterius quod per rescriptum faciat partes prorogari per tres vices, vt detur materia ampliandi & dilatandi lites: quod esse non debet: vt c. finem litibus, de dolo & contu. cum simi. quia istud non obstat. nam statutum est, vt dixi, lex in populo, vt d. l. omnes populi. & seruanda est eius dispositio. sed statutum istud comprehendit & disponit super istis tribus casibus; videlicet quod possint partes prorogare bis, & ꝑ rescripta ipsis partibus cõsentientibus potest instantia prorogari vltra, & sic statutum venit ampliatiuè, & non corruptiuè. Vide enim ꝙ partes possint prorogare per binas vices & vltra: sed aliter non: cum per rescripta nisi de partium volūtate processerit. & sic statutum istud non restringit se, vt aliter ex istis casibus partes possint prorogare: & sic possunt bis ex dispositione statuti in ea instãtia facere prorogationem. & per rescripta ipsis partibus consentientibus poterit eadem instantia vlterius prorogari: & habet rationem in se, ex quo agitur de præiudicio ipsarum partium. Præterea, vt nulla sit dubitatio, hoc apparet ex communi obseruantia & communi interpretatione huius statuti: quia ita quotidie practicatur in Palatio Bononiensi: quia partes prorogant eandem instantiam bis, & postea eadem instantia prorogatur vlterius per rescripta superioris, ipsis partibus consentientibus. & ideo minimè mutanda sunt, quæ certam interpretationem habuerunt. l. mini-

6 mè. ff. de leg. † consuetudo enim est optima legum interpres. c. cum dilectus. de consue. cum simi. & faciat quod vltra dixit Bal. in l. quicunque. C. de seruis fugi. vbi voluit quod illud quod est consuetudinarium non est arbitrarium, & id voluit in l. 1. C. de fru. & lit. expe. & ex istis dicatur conclusio verissima ꝙ partes potuerunt prorogare bis hanc instantiam, & per rescripta superioris ipsis partibus consentientibus potuit vlterius prorogari per tres aut quatuor vel quinque vices, vel vlterius. Et ita concludo. Laus Deo clementissimo. ¶ Et ita, vt superius per me rescriptum est dico & concludo ego Andreas Barbatia, de Sicilia vtriusque iuris doctor, & miles, Bononiæ iura canonica legens manè.

QVONIAM atrox & ænorme est crimen homicidij, & in eo sæpissime crassari contingit, vt hi contra quos de huiusmodi delicto inquiri, vel quoquõ procedi de cetero contingeт nisi personaliter compareant, detenti existant: auxilium alicuius defensionis vel excusationis non expectent. Volumus & ordinamus ꝙ dominus Potestas ciuitatis Bono. & quicunque alius habens de huiusmodi delicto in ciuitate vel comitatu Bonon. notionem seu iurisdictionem aliquam: & qui de alicuius homicidij facinore contra aliquem vel aliquos ex eius mero officio, vel ad denunciationem, vel notificationem massarij, vel ministralis, aut alterius cuiuscunque secundum formam nostrorum statutorum inquisitionem formauerit, & procederet, seu contra aliquem comitatiuum ciuem quempiam vulnerantem non possit nec debeat ad aliquam defensionem vel excusationem illius, vel illorum ꝯ quem vel quos de dicto delicto inquisitio facta foret, & processus fieret, allegandã notificandam vel alio quoquomodo deducēdam, vel probandã, vel ad informandum curiam vel officium inquirentis vel procedentis quouis modo admittere, vel audire aliquem cuiuscũque conditionis vel qualitatis fuerit: etiam si fuerit pater vel alius ascendens, aut alias quoquomodo coniunctus illi vel illis contra quem vel quos de præfato delicto procederetur, & inquisitio facta foret, aut etiam si tanquam instructor vel informator curiæ vel officij, aut tanquam vnus seu quilibet de populo, vel alias quouis modo seu nomine idfaceret, seu facere vellet: nisi ille vel illi contra quem vel quos, vt prædicitur, procederetur, & inquisitio formata foret, personaliter comparuerit, seu comparuerint, & detentus vel detenti fuerit, vel fuerint in fortia ius dicentis, non intendētis tamen per prædicta prohibere quominus Potestas uel alius ut supra de prædicto delicto inquirens uel procedens possit, si quando & quoties sibi uidebitur se ex suo mero officio formare, & defensiones seu excusationes indagare à quocunque, & quibuscunque, qui nõ poterit ad id se admitti: & de quo seu quibus, & prout ipsi ius dicenti pro ueritate indaganda uidebitur opportunum firma semper manente prędicta comparitione, & detentione personali. annullantes omne aliud statutum præter, uel cõtra hoc statuens ac decernens. Et domino Potestati, & cuicunque alteri officiali contra facienti pęnam librarum quingentarum Bonon. cameræ Bonon. applicandarum iniungentes, annullantes etiam quoscunque processus & sententias talibus reis fauora-

fauorabiles. Qui processus aut sententiæ præter seu contra formã præsentis statuti in futurũ actitata, formata, vel ꝓlata quouismodo extiterint. Datum Bon. in Palatio residentiæ nostræ sub sigillo Reuerendissimi domi. Legati. die 15. mensis Nouembris 1461.

ADDITIONES.

a ¶ Exponitur supra lib. 1. consi. 22. num. 5.
b ¶ Eodem supra lib. 4. consi. 77. num. 16.

CONSILIVM LXV.

VINCENTII de Paleotis.

1 Visa quadam constitutione solenniter edita incip. Quoniam atrox. ¶ † Dubitatio elicitur, an statutum disponens in homicida, scilicet, ne admittatur aliquis ad sui defensionem, vel excusationem, vel etiam curiæ informationem: etiam si esset pater inquisiti vel denunciati nisi ipse principaliter comparuerit &c. prout in dicta constitutione continetur, habeat locum in inquisito, eo quod mandatum dederit ad homicidium committendum? Et quidem visa dicta constitutione, & diligenter examinata, & etiam visa inquisitione formata contra dictum P. inquisitum de mandato dato ad homicidium committendum in personam G. mortui ex vulnere illato respectu dicti mandati. ¶ Dico quòd prima fronte videtur dicendum quòd sic: scilicet ꝙ dicta constitutio seu sta-
a tutum loquens in homicida, habeat locum in mandante. [a] & primò moueor ex doctrina eleganti iurisconsul. in l. hæc ver-
2 ba. ff. de adulte. † vbi lex loquens in committente adulterium vt puniatur, habet locum in eo qui suasit adulterium committi. Et ideo per illum text. dixit ibi Barto. quòd ille qui suasit vel mandauit fieri adulterium, tenetur ex propria significatione: & sic necessariò debet inferri, quòd puniatur pœna statuti punientis adulterium: cùm in statutis non attendatur nisi propria significatio. l. si verò. §. de viro. ff. solu. matri. l. 1. §. si is qui nauem. de exerci. auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle.
3 ¶ † Secundo ad idem facit quod dixit Barto. in l. 1. ff. de ser. corru. vbi contra eum, qui dedit mandatum ad delictum committendum, non agitur ex mandato, sed ex delicto. ¶ Tertiò, pro hoc est casus in cle. 1. de pœnis, vbi eadem pœna punitur
4 vulnerans Pontificem, & etiam mandans. ¶ † Quartò facit quod scripsit Barto. in l. si quis mihi bona. §. si mandauerit. ff. de acquiren. hæred. vbi si dominus dixerit famulo, non redeas in domo, si non sentiam aliquid de isto negotio, & famulus qui fuerat iniuriatus, interficit iniuriantem, quòd dominus vide-
b tur mandasse: [b] & sic fuit amputatum caput illi nobili, tempore domini Francisci de Eugubio. ¶ Quintò idem dixit Bal. §. pater filio. dicta l. si quis mihi bona. & etiam domi. Ioan. de Imo. qui dixit, caueat sibi pater vel dominus quomodo loquatur saltem in præsentia aliorum. & idem secutus fuit Ludo. &
5 Rapha. ¶ † Sextò ad hoc facit singulare dictum Barto. in l. quē admodum. C. de agri. & censi. lib. 11. vbi voluit quòd licèt lex pœnalis & odiosa extra proprium significatum nullatenus extendatur. l. cum quidam. ff. de libe. & posthu. & in regu. odia, de regu. iur. & l. qui exceptionem. ff. de condi. inde. tamen vbi extensio tendit ad fauorem reipublicæ; ita debemus extendere eam sicut legem fauorabilem: & ideo infert, quòd pertineat ad fauorem reipublicæ, vt maleficia puniantur. l. congruit, de officio præsi. l. ita vulneratus ad leg. Aquil. l. si longius. §. si filius, de Iudæ. pœna statuti punientis facientem homicidium, punietur faciens fieri. argumen. l. si quis id quod. de iurisd. om.
6 iudi. ¶ † Pro quo adduco casum in capit. mulieres. §. fina. de sent. excom. vbi tex. dicit quòd is verè committit, cuius authoritate vel mandato delictum committitur. ex quo tex. dixit ibi do. Abb. ꝙ etiam in statuto mandans committi delictum comprehenderetur, & etiam do. Ant. de Bu. ibi dixit: ꝙ si statutum disponat contra delinquentem, comprehendit etiam mandan-
7 tem, quia dicitur verè delinquere, non interpretatiuè. ¶ † Accedit tex. elegans in l. si quis in graui. §. de his quoque. & quod ibi Ludoui. per illum text. ff. ad Syl. vbi voluit ꝙ statuta recipiant interpretationem extensiuam fauore publicæ vtilitatis. item accedũt multa specialia, quæ habet ipsa publica vtilitas, de quibus latè per Ludo. in l. si verò. §. de viro. in 10. prin. fallentia. ff. de soluto. mat. & etiam dicit Bal. in l. hōc modo. ff. de condi. & demon. ꝙ fauore publicæ vtilitatis statuta recipiunt
8 interpretationem extensiuam. ¶ † Item pro hac sententia: quia statuta interpretãtur secũdum ius commune. c. cum dilectus. de consue. l. si serui vestri. C. de noxa. l. fi. §. in computatis & ibi per glo. C. de iure delib. & Bald. in l. si quæramus. ff. de testa. & Bal. in l. non minus. C. de accu. sed de iure communi ita punitur mandans sicut faciens. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. & l. 1. & ibi per Bar. & Bald. ff. de seruo corrup. l. si quis id quod. de iurisdi. om. iud. & qui per alium. de regu. iur. lib. 6. & c. mulieres. & c. quam graue. de sent. excom. ergo &c. ¶ Postremò ad hoc facit quod pulchrè rescripsit Io. An. in c. sicut dignum, de homi. super glo. in verbo, consilium. per quam ipse dixit: No. istam glo. qua assessores iuris ciuilis multum vtuntur inducentes eam ad materiam statutorum; & eorum intellectum punientium homicidas, vt verificentur in præcipientibus homicidium perpetrari. hanc sententiam ēt tenuit Cy. in l. si per
9 alium. ff. ne quis eum qui in ius vocan. est &c. vbi voluit † ꝙ etiam in statutis pœnalibus mandans puniatur eadem pœna: qua delinquens: quia venit per eandem rationem magis quam per interpretationem extensiuam, vnde tenetur directo remedio non vtili. & allegat text. in l. libe. §. senatus, de ritu nup. facit etiam ad hoc quod dixit Iaco. But. in l. non dubium. C. de legibus. vbi quando statutum loquitur per verbum denotans actum mediatum, vt si quis commiserit homicidium, quòd tunc debet eadem pœna puniri mandans & faciens: quia tunc mandans dicitur verè commisisse homicidium, & non interpretatiuè: secus si statutum loqueretur per verbum denotans factum immediatum: vt si diceret, si quis occiderit quia tunc non comprehenditur mandans, sed constitutio de qua in themate nostro loqui potest per verbum denotans actum mediatum, dum dicit: quoniam atrox & enorme est crimen homicidij &c. ergo debet comprehendere etiam mandantem. & de hac doctrina gauisus fuit Pau. de Cast. in dicta l. si per alium. & istud etiam terminauit dominus Lambertinus de Ramponibus secundum Cyn. ibi & idem etiam firmauit ipse Cyn. sequitur Iaco. de Arena in l. non ideo minus. C. de accu. Quinimò dicit Inno. in capitu. ad audientiam, de homicidio. & tran sumptiuè per Barto. in l. non solum. §. si mandato. de iniurijs.
10 & refert domi. Pau. de Cast. in l. sancimus. C. de test. † quòd si mandaui Titio quòd interficeret Caium, & ipse post multum tempus interfecit, quòd ego teneor. & ad hoc facit quod dixit Bald. in l. 1. §. ne autem. C. de cadu. tollen. in 5. colum. in versi. extra quæro, mandaui Titio &c. Et ista sunt quæ faciunt causam istam dubitabilem. ¶ Sed his non refragantibus contra-
11 riam partem puto de iure veriorem. † Et præmitto quod ille qui mandat aliquid fieri, non dicitur verè facere, sed interpretatiuè. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. in gl. in verbo, video. vbi glo. dicit quadam interpretatione: & illam glo. & text. allegauit Barto. ibi ad hoc. & in eadem. l. §. cum similibus. & in l. hæc verba. ff. de adul. & in l. aut qui aliter. §. si. ff. quod vi aut clam. & plenè per Barto. qui multa allegat in l. sed si vnus. §. seruus meus. ff. de iniurijs. & per d. Pet. de Ancha. in capit. canonum statuta. in 14. quæst. principali. in 8. colum. in versic. hic subiungi potest quomodo de mandante, & etiam tenuit domi. Pau. de Cast. in dicta l. si per alium. ff. ne quis eum qui in ius vocan. &c. dum dixit quòd ideo iurisconsultus fecit illam legem, quamuis sub edicto seu rubri. continebatur etiam mandans, quia continebatur ex interpretatione iuris, & ipse voluit esse ille qui interpretaretur, & ita etiam tenuit Dyn. in regula, qui per alium. de regu. iur. in 6. & Bald. in l. 1. in 3. col. C. de seruis fug. & communis est verè omnium scribentium, quinimò videtur etiam in hoc inclinasse Cyn. in dicta l. si per alium. in fine. Quo præsupposito sequitur cùm in statutis non attendatur casus interpretans, sed verus, vt l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. & l. constitutionibus. ff. ad municip. l. 1. & ibi per Barto. ff. de fonte. & per plenè not. in dicta l. si verò. §. de viro. & per domi. Anto. in capitu. cum dilectus, in 4. colum. de consuetu. & plenè per Barto. in l. omnes populi. 24. col. in uersi. quartò quæro utrum statuta recipiant interpretationem extensiuam. ff. de iustit. & iur. & in l. apud antiquos. C. de fur. & in l. conuenticulam. per Bald. Cyn. & Saly. C. de episco. & cle. cum simili. ¶ Quod statutum seu constitutio loquens in occidente, non habet locum in mandante. ¶ Sed in

specie, ꝙ mandans cõmitti homicidium, non cõprehendatur
pœna statuti punientis homicidã in terminis tenuit Bald. in l.
non ideo minus, in 10. col. ad finem. in versi. ergo reuertor ad
opin. & primò dico &c. per duas col. vbi in effectu concludit
maximè in versi. vel posset dici ꝙ statutum loquens in occiden
te non comprehendit mandantem, maximè quando statutum
continet aggrauationem iuris communis, id est plus grauat
quam ius commune. sed in casu nostro statutum seu constitu-
tio disponens ꝙ non admittatur aliquis, vt instructor curiæ
pro aliquo inquisito eo ꝙ homicidium commiserit, aggrauat
ius commune. cum de iure communi admittatur in casu capi
tali, volens comparere ad instructionem seu informationem
curiæ, & voluit Barto. & Imo. latissimè in l. pen. §. ad crimen,
de publi. iudi. & per Inno. & dominum Abb. in c. veniens, de
accu. & per Ang. in l. reos. C. de accus. ergo loquens in eo qui
homicidium commisit, non habet locum in mandante. & ista
videtur etiam fuisse doctri. Bald. in l. 1. in versi. verè enim ne-
mo facit, nisi qui per se facit &c. ¶ Secundò probatur ex doctri
na Barto. in d. l. sed si vnus. §. 1. ff. de iniur. vbi magistraliter lo-
13 quendo dixit, † ꝙ quando ego mando tibi aliquid ꝙ post su-
sceptum mandatum tu habes necesse facere necessitate ciuili:
quia es obligatus ad hoc: vt putà quia mandatur tibi aliquid
quod est honestum, vel si dominus mãdat aliquid seruo quod
cedat in genere non delicti, tunc ille verè facit, cum mandato
fit: & allega. text. in l. 3. §. si procurator. ff. quod quisque iur.
& per hoc dicit ipse, dicebam in quæstione de facto Assisij, sta
tutum dicebat si quis produxerit exceptionem contra instru-
mentum cõfessionatum, nec probauerit, puniatur in tantum,
modò quidam produxit exceptionem contra instrumentum
per procuratorem habentem ad hoc mãdatum, nec probauit,
dico ꝙ tenetur ex verbis statuti: quia verè dominus produxit,
cum procurator hoc produxerit de necessitate legali, nec tunc
debet inspici vtrum verba statuti loquantur in rem, vel in per-
sonam, sed si mandatum non esset licitum: & ideo ille qui fe-
cit, non fecit de necessitate legali: quia rei turpis nullum est
mandatum. tunc ille qui mandat, verè non facit, sed interpre-
14 tatiuè. † & sic concludit ꝙ aut verba legis vel statuti sunt scri
pta in rem aut in personam. si in rem, vt quia statutũ dicit pro
homicidio sit pœna capitis: & tunc punitur eadem pœna man
dans: aut sunt scripta in personam: vt quia dicit si quis occi-
deret, & tunc statutum non comprehendit mandantem: & ita
etiam ipse determinauit in d. l. aut qui aliter. §. fina. ff. quod vi
aut clam. & in dicta l. hæc verba. ff. de adul. Sed statutum seu
constitutio nostra loquitur in personam dum dicit, vt hi con-
tra quos de huiusmodi delicto inquiri, vel procedi quo quo-
modo contingit &c. & postea subdit, & qui huiusmodi seu ali
cuius homicidij facinore contra aliquem, vel aliquos &c. in-
quisitionem formauerit, seu cõtra aliquem comitatiuam &c.
ergo non debet extendi ad mandantem. ¶ Et per prædicta con
funditur doctrina Barto. in dicta l. quemadmodum. C. de agri.
& censi. dum voluit quòd fauore publicę vtilitatis, idest vt de-
licta puniantur, statutum loquens in homicida, habet locum
in mandante, quod restringi debet nisi statutum loquatur in
personam, prout supra dixi secundum eum, qui in d. l. aut qui
aliter. §. fin. dixit quod hoc anno determinauit, quòd statutum
puniens homicidam, non habet locum in mandante, quando
verba sunt scripta in personam: & tamen ibi tractatur de fauo-
15 re publicæ vtilitatis, scilicet vt delicta puniantur. ¶ † Accedat
etiam ad hoc doctrina Barto. in l. omnes populi. in versi. vlte-
rius quæro an statutum extendatur ad casum qui est idem secũ
dum iuris fictionem. vbi concludit ꝙ ad hoc vt illud quod est
idem secundum fictionem comprehendatur in statuto, est ne-
cesse ꝙ fiat expresè mentio in statuto. & allegat casum in l. 1.
§. hæc verba. ff. de nego. gest. ibi, de quo fuit necessarium edi-
cere &c. ¶ Et propterea dicit ibi Ang. se de facto consuluisse,
ꝙ statutum non comprehendat casum nõ expressum, licèt pro
expresso debeat haberi. & idem dicit ibi Barto. ꝙ statutum lo-
quens super veritate, non habet locum si illa veritas inducitur
per fictionem, quod dixit facere ad multa. ¶ Accedit ad hoc
quod dixit Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure, in versic.
& facit ad statutum &c. vbi statutum prohibens fieri pacem
cum homicida, non habet locum in mandante; & loquitur
generaliter non habito respectu an loquatur in rem, vel in
personam: & maximè dum dicit de homicidio non possit fie-
ri pax. ¶ Pro hac etiam parte facit quod dicit Bald. in l. om-
nes populi. ff. de iustit. & iure in versicu. vel dicamus. quando
verba statuti &c. vbi recitat opin. Barto. in dicta l. aut qui ali-
ter, scilicet aut verba sunt scripta in rem, aut in personam, di-
xit quòd aut statutum disponit de indulgentia aut de pœna.
primo casu comprehendat mandantem: verbi gratia: statuto
cauetur quòd homicidæ habenti pacem remittatur pœna per-
sonalis. certè comprehendetur idem statutum in mandante.
16 † Secundo casu aut pœna est regularis iuxta qualitatem deli-
cti & comprehenditur etiam mandans. & ita loquitur text. in
l. si quis alium. ff. ne quis eum &c. aut statutum regulariter
damnat factum, & non comprehendit mandantem, vt puta,
dicit statutum quòd si quis iniuriam fecerit patri non gaudeat
beneficio inuentarij: certè non comprehenderetur ille qui
mandauit. Vel si statuto cauetur quòd qui inuenitur de nocte
puniatur in centum, non puniatur scholaris. qui misit famu-
lum: quia istæ sunt pœnæ irregulares. ¶ Sed in casu nostro ꝙ
non admittitur aliquis ad instruendam curiam pro inquisito
de homicidio est quid irregulare, & contra iuris dispositionẽ,
per not. d. §. ad crimen. vt supra dixi. ergo statutum loquens in
17 homicida, non comprehendit mandantem. ¶ † Et ideo di-
xit ibi Bald. quòd si statuto cauetur quòd de omni maleficio
possit fieri pax, saluo ꝙ si quis occiderit hominem, ꝙ tale sta-
tutum non comprehendet mandantem: & isto modo etiam re
stringi debet doctrina Bar. in d. l. quemadmodum. C. de agr. &
censi. & Ioan. And. in dicto c. sicut dignum. de homici. quod
dictum etiam ibi reassumpsit domi. Abb. in versi. in glo. in ver
bo consilium. & cum hac sententia Bald. transiuit dominus
Abb. in ca. mulieres, de senten. excom. circa finem. & adducit
text. in simili in c. statutum. de elec. lib. 6. & doctrinam Ioan.
And. in regula, odia. in mercu. de regu. iur. lib. 6. ¶ Pro hac
sententia etiam facit quòd dicit Anto. de But. in d. c. mulieres,
in versi. expeditis glo. & c. dum dubitauit an mandans dicatur
verè facere, an interpretatiuè: & effectus est magnus, dixit ipse
propter statuta, quæ recipiunt solum proprium & strictum si-
gnificatum: & in effectu post multa conclusit, quòd quando
mandatur aliquid illicitum alicui quod potest facere & non
facere, vt homicidium, vel furtum, & tunc non comprehen-
ditur mandans pœna statuti: & istam dixit fuisse sententiam
Barto. in dicta l. sed si vnus. quæ sententia placet sibi, vt ait, tã-
quam rationabilis. ¶ Accedat etiam quod pulchrè dixit Pet.
Ancha. in dicto c. canonum statuta. de constit. in 14. quæst. in
versi. si statuto cauetur, ꝙ quicunque maleficium fecerit &c.
vbi dubitauit an mandans committi homicidium, puniatur
pœna statuti punientis homicidas: an punietur pœna iuris
communis: tanquam iste casus non sit statuto comprehensus.
& primò recitando opinionem Cy. in dicta l. non ideo minus,
in fi. C. de accusa. & in d. l. si per alium. qui post dom. Lamber.
de Rampo. & Iac. de Are. tenuit quòd omninò mandans siue
dicatur verè facere, siue interpretatiue tantum puniatur pœna
statuti punientis homicidam, concludit sequutus Barto. in d.
l. sed si vnus. §. 1. de iniur. & domi. Abb. & dom. Anto. in dicto
cap. mulieres, de homi. quòd si illud quòd mandatur est illi-
citum; nec ille cui mandatur tenetur obedire: quòd tunc man
dans non comprehendatur pœna statuti. & etiam dixit sequu
tus Bald. in dicta l. omnes populi. quòd si statutum imponit
pœnam irregularem, non comprehendatur mandans: prout
est in casu nostro, vt supra dixi. & eandem sententiam Barto.
in dicta l. sed si vnus, approbauit Bald. in dicta l. non ideo mi-
nus, in 7. q. C. de accusa. Et per prædicta patet responsio ad om
nia superius in contrarium adducta. & sic patet quòd in casu
nostro tum quia statutum seu constitutio de qua supra, est irre
gularis tum quia loquitur in personam, quod non debeat com
prehendere mandantem. & sic partes vestræ debent esse in ad-
mittendo istum instructorem curiæ, quem ex vobis facere de-
beretis. capit. qualiter & quando, de accu. ibi, descendam, in-
quit, & videbo. tum quia fauor reorum hoc importat, tũ quia
ius mandat. ¶ Et ita vt supra scriptum est, dico & consulo ego
Vincẽtius de Paleotis legum doctor Bononiensis, ibique iura
ciuilia legens ordinarie de mane.

CASVS Pro dotanda sorore Ioannis venditum est præ-
dium Michaelis minoris, & facta est venditio per Michae-
lem & Bartholomæum simul æque principaliter se obli-
gantes dicto Ioanni. postea Michael qui totum precium re-
ceperat,

ceperat, restituit illud Ioanni.& precium vendicauit; modò dictus Io.agit contra Barthol. siue ad implementum contractus, siue in id quod interest. Respon. ꝙ d.Bartholomæo eadem exceptio competit quæ & dicto minori competebat.

ADDITIONES.

a ¶ Mandante.dicendum quòd sic, quia est princeps & autor delicti. l.hoc iudicio.de ser. corrup.& vere, imò principaliter ipsum delictum cōmit.Bal.c.1.§.si quis decesserit.si de feud.fue.cōtrouer.inter do.& agna. in vsibus feud. Ias.l.si quis id quod. in si.de iur.om. iu. l.3.§.1.quod quisque iur.late in l.si is qui pro emptore. cum seq.de vsuc.& sic iste male consuluit, male etiam sophistice consuluit Bal. consi.52.lib.1.adde Anto.Cor.in fi.versi.extensio. Ange. tract.malefi. versi.Sempronium mandatorem.

b ¶ Mandasse.Roma.singu.711.Tuscis.Anto.Corse.in singu.versi.Præceptum.sed imò dictum ꝙ ex hoc solo non præsumitur mandatum, vt per Alex.Ias.in d.§.sed quid si mandauerit.de acqui.hæredi.Ang. tract.malefi.versi. Sempronium mandatorem. Deci.consi.234.in fin. consilio 622.Iaso.l.prima.de rebus cred.l.1.cum seq.C.de serui.fugi.consi.188. lib.2. Hyppolitus Marsi.consi.132.adde.infra adde infra.eo.consi.138.

SVMMARIVM.

1 *Color quæsitus præsumitur in prohibito contrahere.*
2 *Statuta loci in quo quis habitat scire præsumitur.*
3 *Patruus non tenetur dotare.*
4 *Color quoties quæsitus est, duo rei dicuntur inuicem fideiubere, etiam respectu creditoris.*
6 *Obligabiles duo pariter si non sint, prior nominatus in contractu censetur principalis, & secundò nominatus fideiussor.*
7 *Fideiussor vtitur beneficijs competentibus principali.*

CONSILIVM LXVI.

Viso themate & dubitatione de qua quæritur, super qua requisitus fui, vt in fauorem Io. contra dictum Bartholomæum consulerem, quemadmodum consuluerat quidam celeberrimus doctor, cuius consilium tunc mihi fuit exhibitum, & super omnibus habita tunc cōsideratione, mihi visum fuit super themate illo non posse in fauorem Io. consulere. & rationes me mouentes præfato consultori transmissi per illum, qui pro consilio habendo instabat. & cum rationibus meis nihil responderetur: consultationem illam refutaui. ¶ Nunc etiam sum eiusdem sententiæ cuius & antea fui, videlicet quod dictus Io.non possit cum effectu agere ex dicto contractu contra dictum Bartholomæum. ¶ Et istud primò pro-
1 batur: † quia quotiescunque est persona prohibita contrahere, & aliquis obligatur tanquam principalis seu correus, si vtilitas seu pecunia erat peruentura ad illum prohibitum talē contractum facere, præsumitur color quæsitus quod in fraudem legis correus se obligauerit creditori seu emptori scienti: & si conueniatur talis correus habet exceptionē propter fraudem.l.sed & Iulianus, in prin.iuncto.§.1. ff.ad Mace.l.quamuis.§.si cum rem. ff. ad Velleia. not. glo.in l.contra.ff.de lega. ¶ Cùm ergo dictus Io.ciuis Veronensis sciret, aut scire præsumeretur dictum Michaelem minorem non posse alienare dictam possessionem propter prohibitionem statuti Veronensis prohibentis minorem posse alienationem facere, nisi seruatis
2 certis requisitis, quæ seruata non fuerunt, † præsumitur enim quis habere notitiam statutorum ipsius loci, in quo habitauit. c.1.de postu.præla.l.fi.cum ibi not.ff.de decre.ab ord.faciendis.not.Barto.in repe.l.quod Nerua. ff.depositi.& in l.omnes populi, ad finem.ff.de insti.& iur.& Barto.in l.cunctos populos.C.de sum.Trin.& Bald.in l.antepe. C.de legib.& in l.data opera.C.qui accus.& not.doc.in cap.2.de constitu.& sciuerit Io.quod gerebatur negotium spectans ad se tantum: quia possessio erat Ioannis & vendebatur pro dotanda sorore Ioan. vt in themate prædicto continetur: & dictum onus dotandi de iure spectabat ad dictum Ioan.vt in l.qui filium. ff. vbi pupillus educa.debeat.no.in l.non omni.& ibi Cy.de admi.tuto.& in l.cum plures. §.cum tutor. ff.eo.titu. non autem spectabat ad dictum Bartholomæum eius auunculum, vt patet ex l.ma-
3 ter. C. de iure dotium. † imò nec patruus dotare cogitur, vt not.Ange.& Ioan.de Imo.in l.1.ff.solu.mat. Cum igitur dicti Michael. & Bartholomæus se obligauerunt tanquam duo rei ex causa venditionis, iuxta.l.eandem in prin. ff.de duo.reis.& dictus Michael dictum contractum facere non potuerit, & hoc dictus Ioannes scire debuerit seu sciuisse præsumitur propter prohibitionem dicti statuti, sequitur de primo ad vltimū ꝙ d.Bartholomæus exceptionem habet: quia fuit color quæ-
4 situs, vt probant iura supra allegata. ¶ † Confirmantur prędicta: quia quotiescunque color quæsitus est, duo rei dicuntur adinuicem fideiubere, etiam respectu creditoris, vt plenè not. Barto.& communiter omnes.l.reos.in prin.ff.de duobus reis. & not.in l.vir vxori.§.fina.ff.ad Velleia.sed ita est quod vbicūque competit exceptio principali, eo quia: lege resistente non potuit efficaciter obligari: talis exceptio competit & illi qui censetur esse fideiussor suus: quia si secus diceremus sequeretur in effectu quòd damnum omnium recideret ad personam ipsius pro quo fideiussor intercessit: quia si posset efficaciter
* exigi fideiussor, æquum esset quod ipse fideiussor * postea repeteret ab ipso principali, pro quo fideiussisse videtur. text.est in l.sed Iulianus.§.non solùm.ff.ad Maced. vbi sicut succurritur per senatusconsultum Mace. filiofamilias recipienti pecuniam mutuo: ita & succurritur fideiussori eius, nisi animo donandi
5 fideiussisset. fortius † habetur in l.si mulier contra senatus.§.si ab ea. cum ibi not.ff.ad Velleia.quod quando prouisio succurrens principali est fauorabilis prout est beneficium senatus. Velleian.l.qui excipit, in prin.ff.de condi. indeb.tunc etiam si fideiussor animo donandi intercessisset, vel alio respectu, non posset fideiussori soluenti competere actio contra principalē. temen exceptio quæ competebat principali, competet etiam fideiussori, ergo cum in proposito nostro dictus Bartho. non intercessit, nec intercessisse præsumitur animo donandi, iuxta l.1.cum ibi no.C.de duobus reis. & facit. l. cum de indebito. in prin.ff.de proba.debet ipsi Bartho.competere exceptio quę competebat d.Micha. principali, quinimò etiam quando aliquo respectu non competijsset Barthol. soluenti actio contra Michalem, tamen attento ꝙ d.Ioan.precium suum restitutum fuit, & dicta dispositio statuti est fauorabilis, vt not.Barto.in l. cunctos populos, in ver.sed vidēdum &c. C. de sum.Trin.patet ex d.l.qui exceptionem.in prin.ergo exceptio, quæ competebat dicto Michaeli.debet competere præfato Bartho. ¶ Corroborantur prędicta per ea quę no. Bald.in auth.hoc amplius.
6 C.de fideicom. † vbi contingit ꝙ quando duo non sunt pariter obligabiles, primò nominatus in contractu censetur principalis, & secundò nominatus prępsumitur intercedere, & pro hoc allegantur not.per Iaco.de Are.in l.si communis seruus ita.ff. de sti.ser.sed vbi ambo pariter sunt obligabiles, vterque censetur principalis, nisi contrahatur super re vnius tantum, vel nisi ad vnum tantum res perueniat.alleg.l.si non sing. C.si cert. peta.vel nisi color sit quęsitus, allegatur id quod habetur in d. l. vir vxori. Ergo vel quia sit primò nominatus Michael, vel quia contractus fuit celebratus super re Michaelis tantum, sequitur ꝙ Bartholomęus censetur intercessisse pro Michaele. ¶ Et per ista patet non obstare ea ex quibus fundabat se præfatus dominus consultor, videlicet tex.in l.seruum filij.§.si idem seruus.ff.de lega.1.& id quod habetur in l.si ex falsis.C.de trāsact.& in regula.vtile per inutile: quia illa iura procedunt quatenus non fieret fraus legi prout fit in casu nostro. vt not. in
7 dicta l. sed & Iulianus. † Item cum fideiussor debeat gaudere beneficijs competentibus reo principali, vt in proposito nostro probatur in dicta l.sed si pater.§.non solum. & in l.si mulier. §. si ab ea meritò ex persona dicti Michaelis competit exceptio dicto Bartholomæo: & sic iura allegata in contrarium, non loquuntur in casu proposito, nec simili. ¶ Et eodem modo apparet non obstare text.in authen.si qua mulier. C.ad Velleia. quia ibi non obligatur mulier, sed maritus principaliter obligatus fuit: quia lex suspicatur ne mulier amore mariti indiscretè se obliget, & ibi persona mariti ad quem pecunia perueniebat, poterat efficaciter contrahere & obligari, non mirum si quò ad eum valet obligatio. sed in casu nostro ille in cuius commodum pecunia conuersa est, non poterat dictum contractum alienationis efficaciter celebrare, non mirum si persona alterius æquè principaliter se obligantis videtur in fraudem legis interuenisse. vt dicta l. sed & Iulianus. §. primo. ¶ Minus etiam obst. l. 3. in fine. C. si vnus ex plu. appo. quia ibi fraus verę nec præsumptiuè interuenit:

nec vnus ibi videbatur intercessisse pro alio, prout in proposito nostro.¶ Et eodem modo respondeo ad l. 1. C. si in communi eademque causa. cum aliquibus ad hoc allegatis per do. cō sultorē, quæ sunt remotissima in casu nostro: & cum supportatione nihil commune habent cum casu proposito.¶Sed fortius cæteris videtur ob. tex. nō allegatus per dictum consultorem, l. l. & si his. C. de prædijs mino. vbi sine decreto facta fuit alienatio minoris: & pro illa vend. & obligatione empt. tutor. dederit seu obligauerit emptori pig. propria ipsius tuto. certè quamuis venditio fuerit nulla, tamen accessoria obligatio pignorū tutoris valebit: ita ergo debet esse in proposito. Sed ad hoc respondeo, ꝙ vt ibi dicit glo. in 4. so. communiter appro-
* bata: * illud ibi ideo est: quia ibi dato ꝙ valeret obl. pig. tuto. non poterat ex hoc aliquid in præiudicium redundare contra minorem, sed in casu nostro attento ꝙ dicti Mich. & Barthol. tanquam duo rei dictum contractum venditionis celebrarūt, & pecunia conuertenda fuit in causam dicti minoris, præsumitur ꝙ commodo minoris d. Barthо. dictum contractum celebraret, actionem mandanti habet Bart. contra Micha. si. d. Bar. exigeretur, vt not. Bar. in d. l. reos. C. de duobus reis. per dicta l. vir. vxori. §. fina. cum ibi not. & per l. si pro patre. §. fina. ff. de in rem verso. cum similibus ergo in casu nostro præiudicium pati posset Michael. si exigeretur Barth. sequitur quòd tunc locum non habet id, quod habetur in d. l. si is. sed habet locum id quod habetur in præal. l. sed & Iul. & in d. l. sed & si. §. non solùm. cum simili.

ADDITIONES.

* Fideiussor.] Fideiussor tamen minoris, non habet restitutionem in integrum ex persona minoris, l. 1. & 2. C. de fide ius. mino. vbi vide quæ scripta reliquit Alex. Natta.

* Communiter appro.] Huic tertiæ solutioni acquiescit etiam Alex. in l. prima. in fine. C. de fideiusso. mino. Vide Ias. consilio 133. col. penul. lib. 4. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Legitima naturæ non amittitur ob omissionem inuentarij: nec etiam Trebellianica. nu. 2.*

3 *Res subiecta fideicommisso etiam potest alienari pro dote restituenda. & nu. 4.*

CONSILIVM LXVII.

IOANNIS Ananiæ, consi. 61. Natta.

Visis & ponderatis his quę in facti narratione proponūtur, licet attenta qualitate dubiorum facile esset loqui plura: tamen quia præsuppono rem istam agitari apud peritissimos, quibus multum loqui displicere solet, dicam bre-
1 uiter id quod mihi de iure videtur. ¶ † Circa primum, vtrum per non confectionem inuentarij perdatur legitima iure naturæ debita, glo. in auth. hoc amplius, tenet ꝙ non: & illam sequitur Barto. in auth. sed cum test. in ver. quæro vtrum per nō confectionem inuentarij. C. ad leg. Falc. & ibi declarat post Rich. Mal. & Cy. quomodo intelligantur iura quæ dicunt, ꝙ ille qui non conficit inuentarium, tenetur insolidum. & istam partem etiam tenuit Bald. in l. filium quem habentem, in versi. & quia de inuentario fit mentio. C. fa. er. vt refert Ray. & Gul. de Suza. dicentes ꝙ filius qui non conficit inuentarium, non per-
a dit debitum iure naturæ secundū omnes & sic fatetur omnes a istud tenere. Istud etiam sequitur do. meus. d. Pet. de Ancha. in c. Raynal. extra de testa. vbi alle. Cy. & alios. istud etiam sequitur Ang. in d. auth. hoc amplius. super d. glo. quæ etiam alleg. aliam glo. in l. fin. §. si quis autem temerario. C. de iure delibe. istud etiam sequitur idem Ang. in l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plusquam per l. Falc. Et licet do. meus. d. Io. de Imo. ibi dicat ꝙ fortè de iuris rigore posset contrarium defendi; tamen subdit ꝙ in practica non esse tutum recedere ab opi. gl. & doct. & indubitanter ego credo ꝙ si quis contrarium induceret, poneret se in periculo, per id quod no. tenuit Bar. in l. fi. C. de pœna iudi. qui malè iudi. & per Barto. in l. municip. C. de ser. fugiti.
2 ¶ † Circa secundum vtrum perdatur Treb. b Barto. in l. Mar-
b cel. §. ꝙ autem. ff. ad Treb. tenet ꝙ non perdatur. istud etiam firmat in auth. sed cum testator. C. ad leg. falc. & ibi subdit ꝙ ita de facto pluries dixit: ego vidi vnum ex suis consilijs quod incipit d. Io. Ardizinio. vbi satis plenè hoc declarat: & inter alia dicit istud tenet Roff. in eius libellis. & Iaco. de Bel. in auth. de hære. & fal. §. hic nobis istam partem credit veram Bald. in l. si filius. & in ver. Item quęro vtrum hæres de restituendo rogatus, vbi inter alia assignat rationem differentiæ inter legata particularia, & fideicommissum vniuersale, quia res corporales possunt surripi & occultari: sed ius vniuersale non potest occultari, nec secundum iuris intellectum potest minui per delictum hæredis: quia ea quæ sunt incorporalia, non possunt contractari. & si rectè consuleretur ex dictis Bal. ibi colligitur responsio ad tex. d. auth. de hære. & fal. §. sancimus. in versi. illo adiecto. de quo tantum ipse Bald. clamat in authen. sed cum testator.
c ¶Præterea ego recordor alias dixisse c fortè non male quòd licèt ille text. dicat legatarios & fideicommissarios: tamen ex quo expresse non dicit vniuersales: & potest verificari in particulari, non debet illud verbum vniuersalis subaudiri: per id quod no. gl. singu. licèt vulgata, in ver. petere. in c. cupientes. §. quod si per viginti de elec. lib. 6. Istam partem ꝙ non perdatur Trebellianica, tenet Ang. in auth. sed cum testator, maximè in lectura Perusina, vbi dicit ꝙ quęstiò ista fuit disputata Perusij. Nam, vt supra dictum est post Bald. non est eadem ratio in trebellianica, quæ est in faleidia, quæ debetur iure institutionis. plus dicit Ang. ꝙ esto ꝙ esset eadem ratio: non debet fieri extēsio, vt ibi per eum. Istud etiam in effectu sequitur dominus meus do. Pet. de Anch. in d. c. Raynaldus, remittendo se ad no. per Bar. in d. l. Marcellus. §. quod autem. Istam partem etiam finaliter concludit Ang. in d. l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plusquam per l. fal. quia sicut hæres respectu cohæredis non tenetur facere inuentarium: ita respectu fideicommissarij, qui est hæres loco hęredi. l. si filius. ff. quod cum eo. Istam partem etiā defendit ibi dominus & præceptor meus Io. de Imo. dicens illam tenere Ioan. And. & esse communem opi. & ideo ab illa nō est recedendum: vt ibi plenè per eum, qui etiam respondet ad text. in d. ver. illo adiecto, allegato per Bal. & sic dixi in præcedenti dubio non esse tutius in practica ab ista opinio. recede-
3 re. ¶ † Circa tertium quo quæritur, quæ bona alienata debeāt computari: licèt prima facie videretur dicendum, ꝙ aut alienata per Blasium de cuius hęreditate nunc agitur: tamen quia primus testator de cuius successione nunc agitur, voluit & potuit iure permittente ꝙ dimidia suæ hæreditatis esset subiecta restitutioni, videtur forte verius ꝙ etiam alienata per Franciscum computentur: & de ista computatione ponit satis plenè Bald. in d. l. filium quem. in ver. vlterius quęritur de tali. q. &c.
4 ¶ † Illud autem certum est quod pro dote constituenda potest filius grauatus pro se & liberis suis alienare & minuere bona subiecta restitutioni eo modo quo habetur in authen. res quę. C. communia de lega. & habetur etiam per glo. & doc. in c. in præsentiā, super glo. extra de probat. & in capi. Raynal. super
* glo. 3. de testamen. nunquid * autem istud procedat etiam pro
d dote restituenda, d & sic dos vxoris Blasij possit restitui de bonis subiectis restitutioni, si portio legitima non sufficeret. glo. in dicta authen. res quæ. in versi. item in exigenda dote. quod
* sic. * quidam tamen moderni dicunt illam procedere in terminis in quibus glo. loquitur, videlicet quando filius primò recipit dotem, deinde fuit rogatus: secus dicunt si primò fuit rogatus, deinde recepit dotem. Barto. tamen in authen. de restitutio. & ea quæ parit. circa finem. in versi. quæro pro declaratione. §. quamobrem. simpliciter tenet ꝙ ille. §. procedit in dote constituenda exigenda à grauata persona. & dicit colligi ex glo. posita, coniuncta glo. in authen. res quæ idem in effectu tenet Bald. in authen. res quæ. licèt formet quęstionem prout format glo. & ibi Bald. not. ꝙ putat ꝙ hęredes filij poterunt fideicom. diminuere: quia sic bona transiuerunt ad eos: ita priuilegium illius authen. & sic ista ratio includit illam authen. procedere quandocunque dos fuerit data. Istam partem sequitur Ang. in auth. res quę, post princ. vbi simpliciter dicit ꝙ ille tex. procedit in dote danda, vel restituenda per filium grauatum. istud est valde Ang. ibi in versi. conclude igitur. vbi ꝙ filius grauatus de restituēdo in euētu alicuius cōditionis potest alienare bona subiecta restitutioni pro illa dote danda vel restituenda, ad quam dandam vel restituendam potest compelli, vt ibi pulchrè per eum. Istud etiam in effectu sequitur Sal. in d. auth.

d.auth.res quæ, in verſi.reuertor ad glo. vbi ſimpliciter tenet quod procedit in dote danda.& iſtum caſum,quia dicit quòd mulieres fraudabantur ſi legitima non ſufficiebat,& legitima debetur poſt mortem patris,dicit etiam text.ꝙ mulieres fraudabantur ignorantia fideicommiſſi: & ſic innuit tex. ꝙ tempore quo dos dabatur,erat iam fideicommiſſum: ſic poſt mortem patris probat ille text.in excipiendo: quia exceptio debet eſſe de regula. preterea quando dos datur in vita patris bona
* ſunt obligata, * iuxta ea quę habentur in l.ſi cùm dotẽ §.tranſgrediamur.ff. ſolu.matri. eſt conſiderandum, ꝙ ille text. permittit filio donationem propter nuptias, quę datur quando dos conſtituitur, ſunt enim iſta correlatiua: ergo &c. l. fina. C. de indi. vidui. cum ſimlib.ſicut ergo permittitur filio alienatio pro dote conſtituenda; ita & obligatio pro dote recipienda; & ideo fortè dicit text. alienare & obligare. & etiam quia regulariter pari fauore datur ratione conſtitutæ & conſtituendæ.patet ex his quę habentur in l.aſſiduis.C.qui potio.in pig.hab.& in l. 1.cum ſimi. C.de rei vxo.actio.Io.Anania.

ADDITIONES.

a ¶ Omnes. Imò contrarium, ꝙ etiam hæc legitima perdatur, tenet Bald.l.fi.§.fi.C.de iure delibe. Old.q.134.pro quo facit ratio.text.in authen.de hære.& fal.§.hinc nobis. tamen quia verba, d.auth. non loquuntur expreſſim de hac legitima, & quia longè alia eſt ratio in extraneo hærede qui certat de lucro ſicut & legatarij & fideicommiſſarij,vnde non meretur contra eos obtinere fauorem:ſecus in filio cui hæreditas eſt quaſi debita. & dicitur in legitima creditor cõtra legatarios & fideicommiſſarios.puto veriorem eſſe primam ſententiam ꝙ hæc legitima non perdatur niſi alias de fraude vel interceptione bonorum probetur, ita etiam tenet Guid. Papa deci. Delph. 54.& bene niſi inquantum extendit ad Trebellianicam in filio, in quo non puto eum bene loqui, vt etiam in hóc reprehenditur, per Decium,& bene.conſi.236.in conſi.495.

b ¶ Treb.hic vix diſcerni poteſt quæ ſit communis ſententia,adeò doctores doctoribus imò ſibimetipſis paſſim contradicunt. negatiuam enim quòd non perdatur tenuit Barto. legendo in d. l.Marcellus.§.quod autem.& d.authen.ſed cum teſtator.& ſemel conſulendo conſi.2.incip.do.Io. Sed ipſe contrarium bis conſuluit conſi.51. Bonauentura fecit teſtamentum. conſil.134. Lena Materelli. Bald. etiam poſt Pet.Cyn.in d.authen.ſed cum teſtator.& in l.cum tale.§.1.ff.de condi.& demonſtr.tenuit affirmatiuam.ſed bis pro negatiua conſuluit conſil.229.in primo.lib.3.conſil.454. ad euidentiam. lib.5. Pau. etiam in dicta l.cum tale.§.1.vbi notabiliter limitat, & in l.qui quadringenta.ff.ad treb.ſequitur affirmatiuam & ita conſuluit ſæpius vt conſi.36.conſi.77.conſi.188.conſi.198.in fi.lib.2. ſed ſemel contrarium conſuluit.conſi.387.lib.1.ſic Ange.Aret.inſti.de fideicom.hæred.§.ſed quia.in fi.tenet affirmatiuam. ſed in tract. de teſt. glo.pen. ſequitur negatiuam. pariter Cor. in d. authen. ſed cum teſtator. & conſi.180.in 8.dubio.lib.4.ſequitur negatiuam ſed latius excutiens conſuluit pro affirmatiua conſi.303.lib.1.conſi.22.lib.2.conſil.168.lib.3.contra Iaſo.in l.fina.§.fi. C. de iure delib.leuiter tenet affirmatiuam, ſed verboſe in dicta l. Marcellus in fin. princip. & in rubri. in vtraque lectura ad trebe. & in conſil.84. lib.1.& in conſil.114.in fine lib.4.ſequitur negatiuam. ſic Bertran. modo conſuluit ſecundũ affirmatiuam.conſil.23. Ex themate. nume.71. lib.1. modò ſecundum negatiuam conſi.24.niſi ad ſecundum. conſi.250. verſi. venio ad ſecundum lib.3. ſed quicquid dicat Alexand. hic. & infra lib. 5. conſi.29.num.6.& in dicta l.Marcellus,& opinio affirmatiua eſt crebrior, & fundatior.quam ẽt tenet Mathæſilla.not.158.Ant.Corſe.de pote.regu. quæſt. 73. in fin. quos citat & ſequitur Deci. conſil.236. conſi.495.& eſt veritas.quia tex.in nouel.de hære.& fal.nomen falcidiæ accipit generaliter etiam pro trebellianica:& loquens de fideicommiſſario intelligit etiam de vniuerſali quam etiam exprimit vt ibi ſcripſi in annot.meis.& in conſuetu.Pariſi.§.93. ad quæ remitto. facit quæ dixi ſupra lib.3.conſi.12.in fin.his ſcriptis.priuſquam tranſferrentur Lugduni, veniunt ad manus meas. cõſilia doctiſsimi viri domi.Aymonis Crauettæ, qui in conſi.17.latè exagitat,& tenet negatiuam ꝙ non perdatur, ſed eius rationes ſatis eliduntur per ea quæ ſcripſi in locis præfatis. * Hoc reſponſum non eſt Alexand. ſed Ioan.ab Anania. & quantum attinet ad hunc locum, dicas hanc ſententiam probari Practico Papienſi in forma libelli, qua petitur hæreditas,ſuper verbo,Purè.in fine.Bald.conſilio 354. Ad euidentiã præmittendum eſt, quòd primum teſtamentum.lib.5. & 229.in primo arti.lib.3.Ruin.conſi.112.colum.pen.lib.2. & conſi.135. colũ.6. lib.3.vbi dicit ſe adducere,præter cæteros,duas rationes. Idem ten. Crauet.conſi.17.contrariam fouet ſententiam And. Sicul. conſi.46. colum.penul.volu.3. Corſetus in tract. Trebe. quæſt. vltima Guido Papæ quæſt.53. Ruin.conſilio 115.in fin.lib.3. & conſil.159.colum.2.eod.lib. Natta.

c ¶ Dixiſſet. In d.l.Marcellus.§.quod autem.

* Nunquid autem.] Vide Iaſ.in d.authen.res, quæ. vbi meminit huius conſilij. Natta.

d ¶ Reſtituenda. Idem Anto. Rub.conſilio 78.ſed vide Iaſo. conſilio 231.lib.2.

* Sic quidam.] Vide Ruin.conſi.132.colum.3. lib.4. Natta.

* Bona ſunt obli.] Nota qnòd bona patris ſunt tacitè obligata,vbi recepit dotem pro filio; quod tenet latè Afflict.deciſ.332. Natta.

CONSILIVM LXVIII.

LEGE infra lib.7.conſi.3.vbi correctius habetur.

SVMMARIVM.

1 *Venditor non debet cogi rem tradere ſi non poteſt.*
2 *Emens ſcienter alienum, videtur renunciare euictioni.*
4 *Iuramentum in litem non defertur niſi contra doloſum.*
5 *Intereſſe ſingulare quid ſit.*

CONSILIVM LXIX.

Super eo quod quæritur de dimidia parte poſſeſſionis fratris Gaſparis vendita per dictum Ioannẽ Franciſcum de Piſterla,dicto domino Ioanni Franciſco de Aldigerijs ſcienti eam eſſe alienam, ſcilicet fratris dicti Gaſparis, & dictum venditorem non habere facultatem dictæ rei tradendæ.Breuiter reſpondeo, ꝙ ſi teneremus opin.glo. in l.ſi is qui pro emptore. §. fi. de vſucap. quæ tenuit ꝙ vbi contractus rei alienæ celebratur inter ſcientes,non valet,tunc res eſſet expeditiſſima,& fruſtrà ageret d.Io.Franc. ſed ſi teneamus opin.glo. in l.ſi in emptione.§.item ſi emptor.ff.de contrahen. emptio. quæ tenuit ꝙ contractus valet quando res non eſt furtiua,iuxta l.rem alienam.ff.de contrahen.emptio.& per Barto.& alios in l.cum vir. ff.de vſucapio. & per Cyn. in l.1.C.pro empt.& conſequenter quod teneatur venditor ad rem tradendã, prout eſt de natura contractus emptionis,iuxta l.ex empto.in princ.
1 ff.de act.emp.& eſſet opus longiori excuſſione. ¶ † Tamen attento ꝙ venditor non habet facultatem rei tradẽdę,dico quòd non debet cogi ad rem tradendam: vt no.in §.pretium. inſt.de empt.& vendi.& in l.1.ff.de actio. empti. & in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verbo.obliga.& in l.contractus.C.de fide inſtrumen.& in l.1. C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt. Et ibi etiam glo.& dicit ibi Bald. circa penul.colum. quod tunc demum cogitur venditor rem tradere quando commodè poteſt tradere ideſt quando res non eſt ſubiecta euictioni.& de facili poteſt tradi. & pro hoc allegat 1. quęſt. 1. ſtudet. & dicit hanc eſſe communem opin. ¶Ex his ergo apparet quòd venditor in caſu noſtro non poteſt cogi pręcisè ad tradendum, nec
2 etiam poteſt cogi ad cauendum de euictione: † quia emptor ſcienter emens rem alienã, ſi tunc non petijt ſibi caueri à principio de euictione, videtur renunciare & remittere cautioni. ita dicit Barto.in l. cum vir, circa princip. & dicit ita ſentire docto. in l. ſi fundum ſciens. C. de euict.& ita innuitur in l.ſi fratres. cum ibi not.C. communia vtriuſque iudi. & in dicta l.fundum ſciens. ¶ Nec obſtat ſi diceretur ſaltem debet teneri venditor, qui eſt in mora tradendi ad intereſſe commmune vel etiam ſingulare dicti emptoris: iuxta dicta l. 1.in princ. & ibi not. ff. de actio. emptio. quia reſpondeo quod venit intereſſe extra rem. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de
a actio. emptio. & intereſſe intra rem [a] poſito quod veniret non videtur quod hic probabiliter verificari poſſit, adeo quod concludẽter cum effectu illud exigi poſſit. nam cum ita ſit quod ſi emptor vult conſequi traditionẽ rei, venditę, habet neceſſe offerre & præſtare pretium.l. Iul.§.offerri.ff. de actio. emptio.& poſito quòd res ſibi emptori traderetur, vtilitatem veriſimiliter non conſequeretur, ſed potius damnum: quia res ſibi euinceretur à vero domino, cuius eſt, & qui veriſimiliter non derelinqueret ius ſuum.l.cum de indebito. in princ. ff.de proba.c.ſuper hoc. de renun. & ſi emptori euincatur res poſtquam ſcienter emit, perdet pretium: quia illud repetere non poteſt, neque de euictione agere.d.l.ſi fundum.igitur nõ video qui potius ſua interſit non tradi rem ſibi quam tradi.
3 ¶ † Nec dicatur quòd per iuramentum in litem poterit taxare intereſſe ſingulare, iuxta l. in actionibus. ff. de in litem iur. Quia reſpondeo, cum illud iuramentum non deferatur, niſi contra doloſum, vt ibi: igitur non poterit deferri contra dictum venditorem qui non eſt in dolo, ſi non tradit: quia non habet facultatem rei tradendæ, nec dolo habere deſijt:

igitur non potest dici esse in dolo. l.si procuratorem §.dolo.& l.dolum. ff. man. ¶ Nec etiam potest dici quod fuerit in dolo scienter vendendo rem alienam: quia scienti & volenti dolus nõ infertur.l.cũ donatio.C.de transact.l.1.in fi.ff.de act.empt. ¶ Quinimò secundũ aliquos solum dolus commissus ab initio ꝯtus non sufficit vt deferatur iuramentum in litem, de quo per doct.in d.l.in actionibus,tamen illa disputatio non est hic necessaria, cum emptor non possit dicere dolum contra eum esse commissum: vt proximè dixi, oportebit ergo probare per testes de interesse singulari, secundũ quod not.p gl.& doc. in d.l.j.in ver.subtilitatis.C.de senten.quæ pro eo quòd interest. & in l.nemo est qui nesciat vbi per Barto.ff.de duo.reis.& difficile erit etiam hoc in casu ostendere de dolo & interesse sin-
4 gulari. † attento ꝙ interesse singulare dicitur [b] esse illud quod venit per aliquam qualitatem inhærentem personæ actoris tãtum,adeò ꝙ ad aliam personam transire nõ potest, exemplum
* in libro * in quo habeo memoriam,& habeo ibi additiones de manu mea:& in ea audiui, nam memoria mea non potest esse alterius,& studium meum factum in hoc libro non potest esse alterius.l.1.§.nec autem. C.de cad.tol.& d.l.nemo est qui nesciat. ita determinauit in proposito Bart.in d.l.1.post gl.C.de sen.quæ pro eo quod interest in ver.oppo.de l.Iul.&c.vbi autem potest transire ad alium, appellabitur interesse commune: vt ibi per eum. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶ Intra rem. Hæc vulgaris & omnium glo. & doct. diuisio extra & intra rem inepta est. Sed dictum interesse quoddam propinquum, quoddam remotum, vt plenè & nouè scripsi in l.vnica. C.de sent. quæ pro eo quod inter.

b ¶ Singulare. Hæc etiam diuisio commentitia est, quia in toto iure nulla fit distinctio eius, quod singulariter ab eo quod communiter interest expendatur,non solum est communibus sed etiam quandoque ex singularibus accidentibus vt dixi in d.l.vnica.

* In libro.] Interesse singulare consideratur ex eo, ꝙ fundus sit vicinus;l.si cui.in fin.ff.de leg.2.vel ex eo,quòd res fuerit maiorum suorum.l.si in emptione.ff.de minoribus. Natta.

EPITOME.

TESTATOR relinquens duos filios ex priore vxore hæredes legauit secundę vxori alimenta Respõ. ꝙ licèt heredes non fecerint inuentarium,tamen non potest vidua petere solita alimenta qualia defunctus, qui habebat dotem eius,præstabat; Sed pro modo veri & non ficti patrimonij & salua eius substantia. h.d.

CONSILIVM LXX. Bald.

Considerandum est ꝙ quędam sunt legata quæ certam habent quãtitatem, vel speciem,vt cum legantur 10.vel fundus, vel Sti-
1 chus.& in istis non est dubium ꝙ † hæres,qui non fecit inuentarium solenniter cum solennitate legali, tenetur ad solida legata, saluo ꝙ filius vel alius cui debetur legitima detrahit legitimam, vt no.in auth.de hære.& fal.in §.si quis autem non implens super hoc verbo auferre.& in §.sancimus.& ratio est, vt hæredibus auferatur materia delinquendi,& celandi res & facultates hæreditarias in præiudicium legatariorum, vt dicit ibi tex.in ver.surripiunt &c. vnde contra non facientes inuentarium præsumitur dolus,& subtractio,& malignitas;& quando super hac præsumptione lex fundat suam intentionem, potest dici præsumptio iuris,& de iure.¶ Et licet ista sit ratio literæ: tamen cessante ratione ista, adhuc hæres qui non fecit inuentarium punitur ex sua negligentia & contemptu beneficij legis.pone ꝙ propter absentiam rerum hæreditariarum hæres nil potuit subtraxisse; tamen lex arctat eum ad inuentarium faciendum: quia qui non facit inuentarium, non potest habere beneficium inuentarij.l.fi. §.fin autem.de iure delib. in §.cum
2 enim gemini &c. ¶ † Secundò quædam sunt legata quæ non habent certam quantitatem sed debent certificari secundum quantitatem bonorum,& facultates testatoris ex mente tam legis quam testamen. sicut est legatum alimentorum, de quo quæritur. ff. de ali. lega. l. cum vnus. §. alimentis. etiam hoc æstimabatur ex facultatibus pro dignitate & numero liberorum.argumen.ff.de leg.3.si filio pater. & salua rerum substantia, si ex fructibus & obuentibus hæreditatis. nam si quando legatur vsusfructus, qui est quid perpinguius intelligitur salua rerum substantia: ergo multò fortius legatum alimẽtorum. ff.vbi pup.edu.l.ius alimentorum. nam & hæc erat consuetudo testatoris, scilicet ex fructibus viuere: quæ debet attendi. ff.de ali.leg.l.Mela. §.1.ff.de vsufruct. lega. l.ex vsufructu. Est ergo vxor honorabiliter tractanda. ff.de lega.3. l.item in legato.§.parui.tamen iuxta posse. & non videtur facere posse. non obstat.ff.de ventre in poss.mit.l.1.§.mulier.& §.diminutio.& de car.edi.l.3.§.agnoscendi.quia ibi in eo qui de proprio non aliter, de alieno viuere intelligitur. ¶ Nec obst. C. de prædijs mino.l.ob æs. in glo. quia ibi permittitur ne cogatur substantiam alienare, & remanere denudatus. ff. qui bo.ce.pos.l.qui bonis.qui tex.ad hoc est no.& ibi per Barto. ¶ Videamus igitur in proposito,nam domina mea dicit hæreditatem opulentam, & ad solidam alimentorum præstationem, idque probat per præsumptionem & dispositionem legalem, vt dicto §.scimus.nec prodest minus solẽne inuentarium mulieris,quod in dubio habet formam inuentarij debitam hæredis: quãdo perfectio non præcessit demum solẽnis. C. de iure delibe. l.fina. §.& si præfatam. in versi. solidauerit. item potest mulier bona fide fecisse,& tamen vnus solus subtraxisse. ff.de pact.l.tres fratres.Item res & confessio inter alios acta.ff.de interro. act.l.fi. & licèt non apparent bona stabilia; tamen multa poterant esse inuentario & rebus occultabilibus, vt l.1.C.quando & quibus
3 quarta pars debetur.lib.10. † in contrarium facit æquitas naturalis: quia domina mea contra suum inuentarium non debet audiri allegans plus esse in re quam,in descriptione, suum est mandatum,& occultationem prætendit.ad hoc.C.arbi.tute.l.fi.ad velleia. l.antiquæ. nam lex sine tutore hoc desiderat. ff.de vsu.l.in fideicom.§.fina.& licèt lex præsumat furtum,tamen potest probari contrarium per confessionẽ dominæ meæ. C. de dona. ante nup. authen. sed iam necesse.& not.in auth. de æquali. do. §. aliud. super verbo scribat, vt testator noluit plus præstare quam facultates patiantur,de quibus etiam filios alendos decreuit. dum mulieri alimenta cum ipsis reliquit, nec est aliud credibile patrem voluisse. & maximè: quia nouerca non debet esse melioris conditionis quam priuignus, vt l.hac edictali.C.de secun.nup.& licèt testator qui habebat dotem, præstaret alimẽta pinguiora, istud erat: quia dotem possidebat: tunc aũt minus est in bonis, & ideo alimẽta splendidiora erunt.l.sed si lege.de petitio hær.§.si quis.& §.quid autem. idque totum totis pensatis facultatibus iudex arbitrabitur vt nec onerosa mulier, nec delicatus hæres audiatur.l.seruos pi-
4 gnoratos. ff. de pigno. actio. sed † alimenta sint pinguiora vel maiora, secundum facultatem patrimonij veri non ficti, habẽdo respectum ad reditus & prouentus salua proprietate substantiæ, quemadmodum reliquisset vxori plenum vsumfructũ cum filijs,vt l.1.ff.de vsuf.magis tenue reputatur legatum alimentorum, quam legatum vsusfruct. C. si secundò nup. mulier. l.1. ff. de vsufructu legato. l. vxori. ¶ Et ita dicimus nos infrascripti consultores verba illa intelligi debere æquitatem rigore miscentes propter tria principaliter. ¶ Primò ex conditione personæ eius, quia nouerca, vt dicta l.hac edictali.vnde non potest prætextu non facti inuentarij ascribere totum patrimonium,quod esset in bonis debilibus.¶ Secundò ex quantitate patrimonij alimenta taxantis,nam si testator mandat nõ
a præstari legata vltra vires patrimonij, nunquam [a] vltra tenetur hæres, licet non faciat inuentarium.argumen. ff.de nego. gesto. l. qui in aliena. §. libertos. sed ista taxatio tacitè inest in legato alimentorum.l.fideicom. §.tractatum. ff. de fideicommissa. libe. ¶ Tertiò ex ipsa rerum veritate dictata per inuentarium vxoris, cui esset standum glo. est ordinaria in l. 2. C. quando & qui. quarta pars debetur.lib.10.super verbo, iura-
b ta fide. [b] ¶ Istud est consilium Bald. factum in ciuitate Arimini: in quo etiam consuluit Ange. eius frater, vt ipse etiam facit mentionem.

ADDITIONES.

a ¶ Nunquam. Verum ꝙ testator hanc solennitatem potest remittere hæredi in præiudicium legatariorum; sed non sequitur ꝙ remiserit

nit ex eo quod legata expressa restrinxit ad vires hæreditatis. de his plenè scripsi in consue. Parisi.§.150. vbi remitto vide tamen ad hæc Bald.consi.30.Viso testamento lib.5.vbi dicit quòd vidua non debet tam bene vestiri vt viuo defuncto qui legauit alimenta sed vt decet viduam.

b ¶ Fide. Hic quatuordecim lineas quæ sequebantur vt prorsus ineptas & superuacuas omisi.

EPITOME.

DONATIO facta tertio fauore matrimonij nihilominus propter superuenietes liberos reuocatur.

CONSILIVM LXXI.

a Consideratis his quæ narrantur in themate, mi
hi videtur quo ad dictam petiã a
factam esse reuocationem quòad quinginta ducatos per su-
b peruenientiam liberorum. b ¶ † Ad quod ostendendum præ-
1 suppono quòd dicta promissio dotis facta ab extraneo, quòad
ipsam mulierem, dicitur esse donatio & titulus lucratiuus. l. si.
§. si à socero. ff. quæ in frau. cre. l. 1. §. accedit. C. de rei vxo. act.
l. ex morte. in fi. C. de pac. conuen. l. Mæuia. §. 1. cum glo. ff. sol.
matri. & est text. optimus in l. fin. in princip. C. de iur. do. imò
colligitur per Barto. ibi quod talis concessio dotis quòad mu-
2 lieres dicitur simplex donatio. ¶ † Hoc præsupposito, & pro-
bato succedit dubitatio an reuocatur ipso iure huiusmodi do
natio per superuenientiam liberorum. & dico quod sic, per re-
gulam. l. si vnquam. cum ibi not. C. de reuo. don. & licèt illa
3 lex loquatur quando donata est aliqua pars bonorum; † tamen
non refert an sit donata quota bonorum, an vna res particula-
ris. quia ratio illius legis, quæ est fundata in hoc quòd non est
verisimile donantem ita donasse; si liberos habuisset, ita mi-
litat quando donatur fundus ascendens in effectu ad valorem
tantæ quotæ bonorum, sicut si donaretur illa quota bonorum
quia identitas rationis vtrunque casum associat: ideo vtroque
casu debet esse eadem iuris dispositio. l. à Titio. ff. de verb. obl.
c. 2. de transla. præla. & alias fuisset imponere legem verbis &
non rebus, contra. l. 2. C. communia deleg. & c. commissa. de
elect. lib. 6. & istam opin. in proposito sequitur Barto. in l. Ti-
tia. §. imperator. ff. de lega. 2. vbi hoc probat ex eo quod d. l. si
vnquam, loquitur etiam in donatione certæ partis bonorum,
quo casu non continetur in parte bonorum onus æris alieni. l.
non amplius. §. fina. ff. de leg. 1. l. si quis seruum. §. fina. cum l. se
quen. & ibi not. ff. de lega. 2. l. mulier bona. in princip. ff. de iu-
re dot. sicut nec continetur sub conditione certæ rei particu-
laris. l. 1. §. si hæres. ff. ad Treb. l. fina. §. fi. de contrahen. emptio.
igitur nil refert an sit donata certa res, vel certa quota bono-
rum. & cum Barto. transit Bald. in d. §. imperator. & etiam Io.
4 de Imo. in c. fina. de dona. † nisi fortè secundum Ioan. de Imo.
* ibi donata esset res modici valoris:* quia cum donatio consue
uerit fieri propter merita, non est verosimile quod voluerit
illam reuocari propter superuenientiam liberorum. ¶ Facit
quod not. Bald. in l. 1. C. de inoffic. dona. sed dicta quantitas
non potest dici modica inspecta qualitate personæ donantis,
& quantitate facultatis: quia vt colligitur ex themate, do-
nans non habebat amplius facultates. & dicta donatio nedum
videtur fuisse de ducatis quinquaginta, sed etiam de tota do-
te pro ista muliere à dicto magistro Benedicto. iste donans re-
peritur habuisse vltra pecunias quas pro dote numerauit vnã
domum valoris centum quinque florenorum, vel circa, cuius
domus etiam antequam susciperet liberos, donauit dictæ pu-
re, & eius marito duas mansiones dictæ domus æstimatas flo-
renis 25. vel circa. quis ergo existimabit donantem si habuis-
set liberos, seu de his nascituros sperasset & cogitasset quod huius
modi donationem fecisset? certè nemo, per rationem dictæ. l.
si vnquam. & argu. l. cum acutissimi. C. de fideicom. & l. cum
auus. ff. de condi. & demon. ¶ Non obst. etiam si diceretur quod
saltim oportebat dictam quantitatem ascendere ad valorem di
midiæ partis bonorum, quasi appellatione partis intelligatur
de dimidia. l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verbo. signifi.
5 † quia respondetur per text. in d. l. si vnquam; qui non dicit
simpliciter partis bonorum: sed dixit aliqua parte: quo ca-
* su venit parum etiam infra dimidiam, vt not. gl. in clem. 1.*
de foro competen. in verbo aut aliqua earum parte. & no. Bal.
in ca. 1. §. 1. de contro. inuesti. vbi ad hoc alleg. in argu. l. cum
filius. §. pater. de lega. 2. melius probatur in l. Gallus. §. in omni
bus. ff. de libe. & posthu. & Ioan. de Imo. in l. plures. ff. de dam.
infec. & in c. fina. de dona. vbi in terminis nostris ita tenet no-
tanter Do. de Sancto Gemi. in ca. 2. §. 1. de decimis. in 6. istam
partem etiam in casu d. l. si vnquam, approbat etiam Bald. in
dicta l. si vnquam. per illum text. in d. cle. in verbo, aliqua par-
te. & est de mente Barto. & Bald. in d. §. imperator. expresse fir-
mat Ludoui. Roma. in l. sicut certi. C. de testa. milita. per not.
in dicta clemen. 1. de foro competen. & per hoc ipse reprehen-
dit Bald. qui in hoc quandoque variauit, sed Bald. in hoc non
variauit. Et per hęc respondetur ad allegata supra si bene in-
spiciantur, & tanto magis videtur in proposito nostro dicen-
dum dictam donationem esse reuocatam. eo quia dicta quan-
titas totius dotis videtur quòd ascendebat ad magnam quanti
tatem, & etiam ad valorem dimidiæ substantię dicti donantis.
& sic dicta petia allegat quòd dictus donans non habebat alia
bona quam dictas mansiones, seu domum prędictam & pecu-
nias quas in dotem dedit, qui vult dicere quòd plura habebat
habet hoc probare per not. per glo. in l. cum de lege. ff. de pro-
batio. not. Barto. in l. si constante. in 1. quęst. primę partis. ff. so
luto matri. & in l. decem. ff. de verbo. obliga. & l. conficiuntur.
§. codicilli. in fi. ff. de iure codici. & Ange. & Ioan. de Imo. in l.
cum ex causa. ff. de re iudica. & in l. mutum. §. 1. de acqui. hę-
7 redi. ¶ † Nec iuramentum appositum in dicto contractu ha-
bet obstare secundum Barto. & Bald. post antiquos in dicto §.
imperator. in l. fina. C. de non numera. pecu. & ita consuluit
Oldra. in consi. 238. incipien. Cum mulier &c. & Ioan. And.
in addit. Specu. in titu. de instrumen. edit. §. porrò. in addit.
magna, in tit. de dona. in rubrica. argum. c. quemadmodum.
cum ibi not. in glo. 2. de iureiuran. & l. si libertus. C. de ope. li-
be. & idem not. Bal. in l. 1. C. de inoffi. dona. in fine. & quia ab-
surdum esset dicere quod dicta donatio non esset reuocata cũ
aliàs sequeretur quòd plus consequeretur dicta petia extranea
de bonis dicti donantis, quod est iniquum. l. generaliter. §.
cum autem. C. de institu. & substitutio. l. tale pactum. §. fina.
ff. de pact. & dicta l. cum acutissimi, & per hoc non oportet
ingredi disputationem, an donatio dictarum mansionum sit
reuocata. Alexand.

ADDITIONES.

a ¶ Petiam. Nomen proprium sponsæ donatariæ.

b ¶ Liberorum. Adde Barto. consil. 76. Viso instrumento. consil. 257. siue donatio. lib. 2. Francis. Rip. repe. l. si vnquam. quæst. 23. C. de reuo. dona. And. Tiraq. repe. d. l. in princip. nume. 77. & versi. donatione largitus. nu. 193.

* Res modici val.] Debet esse res tanti precij, vt sit verisimile aliquem illam donasse, si de liberis cogitasse; Socin. consi. 20. in fine lib. 3. facit ratio, quam ipse non adducit, quia cum non sit determinatum à lege, quantũ oporteat esse in donatione, vt sit locus reuocationi, relinquitur id arbitrio iudicis. l. 1. in fi. ff. de iure delib. Natta.

* Glo. in Clem.] Hæc glo. dicit verificari in minimo, tamen in dicta l. si vnquam. non possunt verificari in minimo, quia lex propter minima non rescindit contractum. l. res ex bona fide. ff. de contrahen. emptio. l. scio. ff. de in integ. restitu. Barto. in l. si proprietarius. ff. de damn. infect. Et de dictione vide nonnihil per Dec. in l. cum quid. 1. not. ff. si cert. pet. Ias. consi. 130. col. 2. lib. 4. vbi etiam ponit de dictione, Quid. Natta.

EPITOME.

EXCEPTIO procuratoris illegitimi semper opponi potest. Et litigans tanquam cum procuratore, non fatetur eum talem. h. d.

CONSILIVM LXXII.

a Circa id de quo suprà quęsitum est, respondeo causam appellationis esse desertam, a quia intra dictos
quinque dies vtiles non fuit per dictum ser Nicolaum appel-
lantem producta & pręsentata dicta commissio, & rescriptum
coram eo cui causa appellationis fuit commissa: quo casu
statutum expresse disponit appellationem esse desertam.
1 † & non obstat quòd per ser Bernardum fuit pręsentata:

quia respondetur quòd non constat eum fuisse procuratorem dicti ser Nicolai cum mandato legitimo ad dictam commissionem.& rescriptum præsentandum, licèt ipse post cōclusum in causa produxerit instrumentum mādati, vt dicitur: tñ non releuat talis productio.c.cùm dilectus, de fide instr. c.auditis
2 de procura.§.quia non multi.authen.de testibus.¶† Nec obst. si diceretur quod procurator ser Iacobus ipsius appellati, litigauit cum dicto ser Bernardo comparente tanquam procuratore dicti ser Nicolai appellantis, & sic videtur eius personam approbasse: quia respondeo, ꝙ ista exceptio, tu non es procurator, seu non habes mandatum, potest opponi quandocunque.l.licèt.C.de procura.c.in nostra.extra de procura.& ideo cōcludit Cy.& Bar.in d.l.licèt.& Bar. in l.Pompo.§.rati.ff.de procur.quod quando iudex non pronuntiauit mandatum procuratoris esse legitimum, semper potest opponi ista exceptio,
3 tu non habes mandatum. ¶† Plus dicit Bar. in dictis legibus, ꝙ etiam si ille cōtra quem quis ligat, vt procurator sciat illum esse falsum procuratorem,& non habere mandatum; tamen tolerat ꝙ ipse litiget vt procurator. nō impedit quin semper possit opponere ꝙ ipse non habet mandatum:& alleganti se procuratorem incumbit onus probandi.& assignat Bar.rationem istam,scilicet quia in his quæ non depēdent ex consensu meo, mea approbatio nihil releuat ad validandum iudicium.l.si expressim.ff.de appell. & sic apertè vult Barto. in d.l.licet, & in d. §. rati. ꝙ licet ego approbem personam tuam vt personam procuratoris, tam nisi sit cognitum de mandato & super eo pronunciatum,non impedior quandocunque opponere quòd tu non habes mandatum. ita etiam vult Ange. in §. & hoc in-
4 super. in authen. vt spon. lar. vbi dicit, quòd † si instrumen-
* tum procuratorium fuit productum apud acta, * & fuit cum persona illa litigatum tanquam cum procuratore: non poterit postea opponi exceptio quòd non est verus procurator, si apparet de productione instrumenti apud acta. sed si non apparet dicta productio tunc bene potest obijci: ita dicit ipse ꝙ intelligitur dicta l.licèt. & secundum eum non intelligitur legitimata persona procuratoris,nisi sit obiectum & pronunciatum super legitimatione.allegat not.per Innocen.in c.cum in iure,de officio delega. & in c.quoniam contra,de probationi. & tantò magis prædicta procedunt in casu nostro, in quo mihi præsupponitur quòd pro parte ser Iacobus fuit à principio oppositum, quòd dicta commissio non fuerat producta per legitimam personam, & non fuit productum mandatum, nec super eo disputatum: quo casu omnes concordant quòd non intelligitur legitimata persona donec pro parte dicti asserentis se procuratorem fuerit probatum de mandato. Et constat quòd per totam diem duodecimam Octob. non fuit pronunciatum super mandato nec factus aliquis actus, per quem dici posset dictum ser Bernardinum fuisse legitimum procuratorem ad producendum dictam commissionem & rescriptū. Si autem aliqui actus postea gesti fuissent, non est de illis disputandum, quia per totam diem duodecimam Octob. præsupponitur finitos illos fuisse quinque dies, inter quos fieri debebat dicta productio. ¶ Præterea non sequitur, quòd ser Iacobus consenserit expresse vel tacitè ser Bernardinum esse procuratorem in vno actu, ergo videtur confirmare eum fuisse procuratorem ad producendam dictam commissionem & rescriptum: quia ex diuersis non recta fit illatio.l.eum actum. ff.de nego.gest.l.si.ff.de calum.& probatio debet de necessitate concludere. c.in præsentia, de probatio. nam potuit esse ꝙ esset procurator ad vnum actum,& non ad alium idest,non ad producendam commissionem. ¶ Ex quibus concludo dictam appellationem esse desertam. Alexand.

b CASVS b In diœcesi Fesulana ecclesiæ Sancti Ang.de Secreto,& sancti Petri de Monte Gotio nunciate adinuicem vnitæ sunt à tanto tempore cuius initij non erat memoria in contrarium vsque ad annum 1463. quoties vacatio occurrebat: vnus clericus scholaris solebat in priorem præfigi.fama publica est in loco dictarum ecclesiarum quòd eadem collegiatæ antiquitus fuerant, quodque prioratus dictarum ecclesiarum principalis dignitas in eisdem ecclesijs reputabatur, & quoties prioratum earundem vacare contingebat, clerici, dictarum ecclesiarum, facientes totum collegium, priorem eligebant qui per ordinarium ad ecclesiarum electionem confirmabatur, vt percipi potest ex lectura quorundam instrumentorum, quorum summariè tenor inferius describetur, vacanteque postmodum prioratu dictarum ecclesiarum cum nullum reperiatur ibidem fuisse collegium, & cum de anno Domini 1428. & de alia vice 1433. nobiles de Ricasolis priorem ad dictas ecclesias deputarunt asserentes se dictarum ecclesiarum esse patronos, & in possessione seu quasi iure præsentādi priorem a tanto tempore de cuius initio non erat memoria in contrarium, præsentationesque ipsorum fuerant per ordinarium confirmatæ suumque debitum sortiti effectum fuerunt, licet de dicto iure patronatus nullum habeant priuilegium, nec aliter doceant, nisi ex prædictis præsentationibus per eosdem nobiles, vt præmittitur factis. demum anno Domini 1460. cum quidam Vitus vltimus ex prædictis duobus præsentatis anno 1433. prioratum huius per certum procuratorem ad hoc specialiter institutum in manibus fidelis recordationis Papæ Pij secundi renūtiasset dominus Benedictus de Cathaneis, qui dicti domini Pij Papę erat Capellanus narrato dictas ecclesias habitu. & non actu esse collegiatas. narrato etiam de antiqua consuetudine iuris præsentandi priorem ad dictas ecclesias spectare ad nobiles præfatos de Ricasolis, prioratum huiusmodi vt præmittitur per renuntiationem dicti Viti vacante sede apostolica impetrauit impetrationisque huiusmodi vigore viuente dicto Vito possessionem prædicti prioratus coram notario & testibus secreto tamē accepit, dimisso in dicto prioratu & ecclesijs dicto Vito, qui per annum & vltra in dicto prioratu & ecclesijs moram trahens, seque publicè pro priore præfatarum ecclesiarum gerens. post dictum annum obijt, eoque mortuo supradictus Benedictus ad maiorem (vt asserunt cautelam) iterum vigore suprascriptæ prouisionis per renunciationem dicti Viti, vt proponitur factæ possessionem accepit. parochiani dictarum ecclesiarum prætendentes prioratum huiusmodi per mortem, & non per renunciationem dicti Viti vacare, asserentesque ius præsentandi priorem ad easdem ecclesias ad eos spectare contra dictum Benedictum insurrexerunt supradicti verò nobiles de Ricasolis se patronos asserentes iusque præsentandi priorem ad se spectare prætendentes domi. Benedictum præfatum defendere in dicto prioratu ceperunt. ortaque inter parochianos eosdem super iure huiusmodi præsentandi in laicos compromissum factum,qui neutri dictarum partium ius competere ad præsentandum priorem in dictis ecclesijs per suum laudum pronuntiarunt. sic quòd dominus Benedictus collationis vigore sibi authoritate apostolica in dictio prioratu pacifice remansit, dictoque Benedicto postmodum vita functo & per eam mortem prioratu dictarum ecclesiarum vacante, Anto. de Pactis narrato dictas ecclesias esse collegiatas habitu prioratumque ipsarum ecclesiarum in eisdem collegiatis ecclesijs primam esse dignitatem prioratum huiusmodi primò impetrauit. deinde quidam H. narrato prioratum dictarum ecclesiarum per mortem dicti domini Benedicti vacare, quodque præsentatio prioratus dictarum ecclesiarum de antiqua consuetudine, & a tempore de cuius initio non existat memoria in contrarium ad nobiles de Ricasolis spectabat, seque ab vniuersis patronis prædictis fuisse ad prioratum huiusmodi præsentatum a sede apostolica in priorem dictarum ecclesiarum institui obtinuit. ¶ Dubitatur igitur ex præmissis de pluribus vtrum ex præmissis instrumentis in quibus fit mentio dictas ecclesias esse collegiatas,& aliàs priorem ad easdem fuisse per clericos facientes dictum collegium electum ad eorum electionem confirmatum, subsistente etiam fama prædicta, præmissæ ecclesiæ dicantur esse collegiatæ,adeo quòd prioratus prædictus qui in dictis ecclesijs prima dignitas aliàs fuisse asseritur, dicatur esse sedi apostolicæ reseruatus, stante regula Cancellariæ quæ reseruat omnes primas dignitates in collegiatis ecclesijs. ¶ Secūdò vtrum dictus prioratus dicitur reseruatus ex eo, quia Papa per aliam regulam Cancellariæ reseruat dispositioni Sedis apostolicæ omnia beneficia suorum familiarium, & Capellanorum, ex quo dictus Benedictus de Cathaneis vltimus prior erat Papæ Capellanus. ¶ Tertiò vtrum dictus prioratus dicatur vacasse non per mortem Benedicti, sed per mortem domini Viti penultimi prioris, quia Benedictus non cepit possessionem dicti prioratus publicè viuente dicto Vito, & ipso in prioratu remanente donec vixit, & hoc stante regula Cancellarię, quę dictat quòd si quis per renunciationem impetrauerit

petrauerit beneficium & intra quatuor menses ipsius beneficij possessionem non acceperit,& postmodum renuncians in possessione decesserit, beneficium huiusmodi per mortem & non per renunciationem vacare censeatur. ¶ Quartò vtrum dictus prioratus censeatur esse de iure patronatus laicorum, adeo q̃ reseruationes præmissæ locum non habeant. Reperitur tamen instrumentum in forma publica factum anno Domini 1263. in quo continetur q̃ prior de secreto præsente & consentiente suo capitulo. quãdam petiam terræ cuidam. D. in emphyteusim annuo censu locauit. Item reperitur aliud instrumentum factum anno Domini 1352. quòd quidam canonici dictarum ecclesiarum sancti Angeli de secreto: & sancti Petr. de monte Gotio, qui repræsentabant totum capitulum dictarum ecclesiarum,& ad quos, vt in d.instrumento continetur, spectabat prioris electio fecerunt syndicum ad eligendum eorum nomine priorem dictis ecclesijs, qui syndici eorum nomine quendam Simonem, qui vigore dictæ electionis fuit in dictis ecclesijs institutus, & confirmatus a plebano sancti Io. de Capriola, ad quem institutio seu confirmatio prioris dictarum ecclesiarum spectare dicebat. Item reperitur aliud instrumentum per quod apparet q̃ vacantibus dictis ecclesijs anno domini 1363. quidam Io. compromissarius deputatus a clericis dictarum ecclesiarum, elegit quendam Enrigum qui dictæ electionis vigore ab ordinario institutus dictarum ecclesiarum possessionem consecutus fuit: deinde vsque ad annum 1428. ignoratur status dictarum ecclesiarum. Item vacantibus dictis ecclesijs anno Domini 1428. per mortem cuiusdam Anastasij prioris dictarum ecclesiarum nobiles de Ricasolis asserentes se dictarũ ecclesiarum patronos, & ius præsentandi priorem in dictis ecclesijs ad eos eorumque prædecessores spectare a tanto tempore de cuius initio non est memoria in contrarium, quendam Stephanum in priorem prædictarum ecclesiarum præsentarunt, qui dictæ præsentationis vigore ab ordinarijs institutus possessionem ecclesiarum huiusmodi consecutus fuit. vacantibus post modum dictis ecclesijs anno Domini 1433. quidam Vitus ad dictas ecclesias in priorem a nonnullis ex dictis nobilibus de Ricasolis presentatus fuit & ad ipsorum præsentationem per ordinarium institutus dictarum ecclesiarum possessionem consecutus fuit.

ADDITIONES.

a ¶Desertam. Sed malè & iniquè consuluit, quia satis est postea constare de mandato vel ratificatione saltem statim, vt petitum fuit. Apud acta.] Animaduertas, quandoquidem qui non opponit ante litem contestatam exceptionem falsi procuratoris, debet probare ipsum falsum fuisse procuratorem, vt per Alexand. latè in d.l.licèt.C. de procurat.col.2. Natta.

b ¶Casus. per errorem primorum calcographorum cepit computari pro consilio 73. nec receptum semel numerum mutare volui.

SVMMARIVM.

1 *Iura loquentia de ecclesiis collegiatis vel curatis habent locũ, etiam si tales sunt solo habitu.*
2 *Ecclesia, vt sit parochialis attenditur authoritas superioris.*
3 *Collegium remanet, licèt omnes de collegio mortui sint.*
4 *Ecclesia quomodo cognoscitur collegiata. & nu.34.*
5 *Ius patronatus laicorum non cadit in ecclesia collegiata.*
7 *Laici an possint præscribere ius patronatus. & nu.26.*
8 *Consuetudo, & priuilegium æquiparantur.*
10 *Consuetudo, vt reges, & principes conferat præbendas, valet.*
12 *Laicus ex tempore immemoriali potest tenere decimas.*
13 *Verba narratiua non probant.*
14 *Probatio debet necesse concludere.*
15 *Status præsumitur qui fuit perseueratus.*
17 *Præscribi non potest nisi data capacitate personæ.*
21 *Allegare tempus immemoriale non sufficit, nisi allegetur priuilegium.*
22 *Ius patronatus in ecclesia collegiata est merè speciale.*
24 *Glossa ab opinione non est recedendum.*
26 *Ius patronatus quot modis acquiratur.*
27 *Papa derogare potest iuri patronatus laici præscriptione quasito.*
29 *Papa dicit se ordinarium cunctorum, & omnia beneficia sibi esse manualia.*
32 *Tempus antiquum dicitur cẽtum annorum, & in his fama probat, & nu.33.*
38 *Memoriam extare probatur per instrumenta.*
43 *Præsentatio vt valeat, sufficit præsentantem esse in quasi possessione.*
44 *Compromitti in laicos an possit de re spirituali vel quasi.*
45 *Mala fides & lis mota impediunt præsentationem possessoris.*
46 *Lite pendente an possit quis præsentare.*
47 *Possidens sine titulo præsumitur malefidei, maximè in spiritualibus.*

CONSILIVM LXXIIII.

Non est Alexandri, sed Andreæ Barbat. Natta.

Viso puncto & diligenter examinato. ¶Videtur quod tota difficultas huius quæstionis pendet in hoc, vtrum ista ecclesia sancti Petri de Sereto cui est annexa ecclesia sancti Petri de monte Gontio dicatur esse collegiata tunc, quia ista discussa quæstione satis apparet veritas ipsius puncti. ¶ Et quod ista ecclesia dicatur collegiata satis ad oculum demonstratur, & primò præsupono quod duobus modis potest dici ecclesia collegiata scilicet actu & habitu: item & habitu tantum. ¶ † Nam ecclesia
1 dicitur collegiata habitu tantum, quando desinit collegium morte ipsorum canonicorum, vel priuatione ipsorum ꝓpter aliquod eorum delictum,& tunc talis ecclesia gaudet priuilegio ipsius collegij,& iura quæ de collegijs ecclesiasticis faciũt mentionem, talem ecclesiam comprehendunt. istud expresè decidit glo.in materia valde no.in c.statutum, in verbo, collegiatis.de elec.in 6.istud voluit glo.in c.& hoc dicimus.16.q. vlti.& cadunt ea quæ habentur per scribentes in c.2. de oper. nou.nun.& quod habetur per doct.in c.licet canon. in glo.in ver.parochiali.de ele.in 6.vbi satis notanter loquitur. ¶Et q̃d talis ecclesia gaudeat tali priuilegio: facit in simili quod dixit Innocentius & sequaces in c.de multa.de præbend. vbi voluerunt q̃ illud ca.nedum vendicat sibi locum in ecclesia curata habitu & actu, sed etiam curata habitu tantum,& ratio est se-
2 cundum Ioan. Cald. † quia ad hoc vt ecclesia censeatur parochialis, attenditur authoritas superioris constituentis eam parochialem, vt in cap.nullus omnino 16.quæstio.7.Et facit.ca. auditis.ea.cau.& quæst.1.sicut impiè.de excel.præla. ¶ Hinc est quod sicut parochiani redeuntes sine noua authoritate q̃a centendur esse de illa parochia: & sic si aliqui accedunt ad habitandum ad aliquam ecclesiam non parochialem, non propter ea efficitur talis ecclesia parochialis: quia non desinunt esse parochiani primæ ecclesiæ.facit quod habetur in c.2.& 4. de parochijs, & si contrariũ diceremus sequeretur quædam perplexitas, quia si fortè aliquis acceptaret ecclesiam curatam habitu,& postea acceptaret secundam ecclesiam actualiter curatam, demum tractu temporis prima efficitur actualiter curata, quod sine noua authoritate potest contingere, vt dictũ est. nam isto casu poterit esse non mediocris dubitatio, vtrum vacabit prima ecclesia an secunda.ad euitandas opiniones & dubitationes dicendum est, quod de ipsa ecclesia curata habitu iudicandum est ac si esset curata & actu. ita dicamus in casu nostro cum ista ecclesia sit collegiata habitu, licèt non actu, non per hoc dicetur amisisse nomen collegij. ¶Faciunt ea quę habentur & not.per Abb.in c.secundo.de postu.præla.vbi ipse tenet quasi idem in terminis,& fuit dictum Inno.in d. c.2. de ope.no.nunc.& voluit Bar.in l.sicut.ff.quod cuiusque vniuer.no.& per eundem in l.fi.de colle.illic.& per eundem in l.
3 1.ff.de acqui.pos.vbi concludendo dixerunt † quod vbicunque sumus in collegio ecclesiastico, quantumcunque illi de collegio decesserint vel aliàs mortui sint, nihilominus ius collegij remanet apud ecclesiam.allegat etiam glo. valde nota.in d.c.statutum,de elec.in 6.si remanet apud ecclesiam: ergo talis ecclesia dicitur collegiata. Et si dicatur, amice, talis ecclesia non censetur collegiata, quia in ipsa non sunt canonici & personæ quæ exerceant ius collegij, & licet fortè sint ibi aliqui bonæ fidei, non propter hoc probatur, q̃ sit collegiata, vt est text.apertus & not.in c.dilecta.de exces.præla.& ibi plenè per Innocen.& omnes scribentes.& per eundem in c.pastoralis.de iure patro.& per Ioan.And.& alios scribentes in ca.vobis.eo.ti.& per Archi.in c.primo 9. q.prima cum simi. ¶ Ad hoc

hoc respondetur, vt not. voluit Fede. de Senis in consil. 61. qđ incip. Vacante quodam prioratu secularis ecclesiæ &c. vbi vo
4 luit † quod vbicunque aliquis præsidens in ecclesia facit aliquem actum cum socijs, qui non solet fieri, nisi collegialiter quòd ille actus approbat illam ecclesiam esse collegiatam, & sic vbicunque sunt ibi tanquam caput & membra, ibi probatur esse collegium, vt dixit etiam glo. in ca. primo. de electi. & Innocen. in dicto ca. postulanti, & scribentes in dictis locis, & in c. cum omnes. de consti. & aliquid in ca. significauit, de appel. sed in casu nostro est sic: ergo &c. & quod sic apparet, nã in puncto præsupponitur quòd in anno 1363. prior de Sereto, præsente & consentiente suo capitulo locauit quandam petiam terræ in emphyteusim: & in anno 1352. apparet aliud instrumentum quòd canonici sancti Angeli de Sereto, qui repræsentabant totum capitulum, elegerunt Syndicum ad eligendum quẽdam priorem loco vnius qui mortuus fuerat &c. ¶ Repetitur aliud instrumentum confectum de anno 1363. vbi etiam canonici dictarum ecclesiarum fecerunt quendam Ioan. compromissarium qui deberet eligere, & elegit, & ipsa electio sortita est suum effectum, vt apparet ex ipso instrumẽto, quæ omnia cum non possint fieri nisi à collegio, vt in dicto ca. primo. de electio. & in c. imperatorum. de iureiuran. & in cap. vnico. de syndico, cum vniuersitas siue collegium est illa vel illud quod constituit Syndicum, vt in l. prima. ff. quod cuiusque vni. not. & voluit glo. valde not. in cap. si quis ergo 2. quæstio. 7. vbi posuit dictam differentiam inter actorem, procuratorem, & syndicum: ergo isti fecerunt actus collegiales & capitulares & sic apparet manifestè quod ipsa talis ecclesia
5 censenda est & dicenda collegiata. ¶ † Et si dicatur, est collegiata, meritò non cadit in ea ius patronatus laicorum, vt est text. apertus in c. sanè. de elect. & etiam ad hoc non valet consuetudo, vt in tali ecclesia sic collegiata, ius patronatus spectet ad laicos, vt est text. apertus in ca. Massana. eo. tit. nec ob. c. nobis. de iu. patr. quia vt ibi no. & in ca. sacrosan. dicendum est quod ille text. procedat, non quòd laici haberẽt eligere nec præsentare: sed quod possint habere alios honores. & quos honores, & quæ consequatur patronus ex iure patronus, recur-
6 rendum est ad glo. valde not. in c. piæ mentis 16. quęst. 7. ¶ † Et si dicatur, laici possunt pręscribere ius patronatus, vt plenè not. Ioan. And. in regula, quod alicui. de regu. iur. in 6. in mercu. & per scribentes in c. quærelam. de elec. præterea vbicunque aliquis possidet aliquid per tantum tempus de cuius ini-
7 tio memoria non existit, dicitur tale ius præscripsisse † adeò quòd illa diuturnitas tanti temporis facit ipsum præsumi habuisse titulum, vt est tex. in ca. 1. in finalibus verbis. de pręscri. in 6. Et ad hoc etiam est text. in ca. super quibusdam. §. pręterea. de verborum significatio. vbi salinaria & pedagia & similia quæ sunt reseruata principi, præscribuntur per inferiorem spatio tanti temporis, de cuius initio memoria non existit: quia illud tẽpus habet ius & facit tex. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quo. & ęstiua. vbi ad hoc bonam glo. in materia ista in ca. seruitium 17. q. vlt. & facit etiam glo. in c. nullis 1. quæ-
8 stio. 1. & in c. conquestus. cum si. 2. quæstio. 3. ¶ † Item consuetudo & priuilegium æquiparantur, & ista est glo. not. in c. nouit. in 6. consuetudine. de iudi. nam ipsa consuetudo dat priuilegia. vt dicto c. conquestus 8. quæst. 3. & in c. quia per ambitiones. & ibi gloss. 64. distin. & quod consuetudo & priuilegium æquiparentur, text. melior est de iure hic secundum Io. And. ibi in cap. cum contingat. de foro compe. ibi dum dicit, ex consuetudine vel indulgentia. ¶ Et pro hoc facit quod dixit
9 Bar. in proœmio. ff. † vbi voluit quòd etiam ciuitates ex consuetudine possunt sibi acquirere ius studij sine priuilegio, & posuit exemplum in ciuitate Paduæ, & ideo dixit Bald. multum no. in l. quicunque. C. de ser. fug. quod illud quod est consuetudinarium, non est arbitrarium. & idem Bal. in c. 1. in tit. qui feu. da. pos. in vsi. feu. dixit quòd consuetudo habet vim decreti, & tenaciter obseruata habet vim iustitiæ facit ad hoc text. in materia valde not. in c. duo simul. de offic. ordi. in versic. præsta. consuetudo contulit ab antiquo vbi valde est alicui obseruandum, quod ab antiquo fuit obseruatum. facit text. in c. 1. vt lite penden. ibi consueuistis. & text. in c. licet ex suscepto. de foro compe. & ideo dixit multum not. Bald. in l.
10 rescripta. C. de preci. imp. of. † quod reges & principes seculares, qui ex consuetudine de cuius initio memoria non existit, habent potestatem conferendi in regnis suis præbendas, quod istud possunt facere: quia talis consuetudo tribuere videtur sibi priuilegium: & ponit exemplum in rege Vngariæ: & rege Angliæ: & potest etiam poni exemplum in rege Apulię, vt glo. not. in summa 16. q. 7. Item potest poni exemplum in rege Franciæ, vt dicit Ioan. Monachus in ca. 1. de pręb. in 6. quòd propria potestate ipsius dare potest priuilegium & ipsa iura exercere, vt est glo. in c. bene quidem. in verbo pręter Romanam. distin. 86. & in c. pręter hoc. 32. dist. & in ca. Mennã,
11 2. q. 5. imò dixit glo. fin. in c. peruenit 8. quæstio. 1. † quòd Papa potest committere fœminę, vt iudicet clericum quantumcunque sit persona ecclesiastica. ¶ Si ergo istud potest competere laico ex priuilegio, vt dictum est: ergo ex consuetudine quia ista ęquiparantur, vt dictum est. ¶ Accedat ad hoc quod voluit Io. And. in c. cum apostolica. de his quæ fi. a prę. vbi vo
12 luit † quòd laicus potest tenere decimas [b] de cuius initio me
b moria non existit, & sic videtur dicendum in casu nostro: nã cum isti nobiles de Ricasolis, de quibus in puncto fit mentio, asserunt se esse in possessione iuris præsentandi ex tempore de cuius initio memoria non existit, meritò tale tempus tribuit sibi ius tituli, vt sicut per priuilegium potuisset tale ius consequi, ita vt dictum est, & per talem consuetudinem nam consuetudinis, vsusque longæui non est vilis authoritas, vt in ca. consuetudinis, & in c. fi. de consuetudine, & in c. consuetudi-
13 nis. 11. dist. & in l. 2. quæ sit longa consue. cum si. ¶ † Nam ad hoc respondetur quòd quamuis supradicta videantur demulcere aures audientium, tamen non vendicant sibi locum in casu nostro. nam primò illa instrumenta pro parte illorum nobilium producta de anno. 1430. in quib. dicitur quòd præsentatio rectoris ad dictas ecclesias, spectat ad dictos nobiles a tanto tempore citra, de cuius initio memoria non existit: ipsa verba cum sint narratiua, non disponunt nec probant. vt in ca. si papa. de priuil. in 6. vt not. per glo. in l. 1. C. quando non pe. partes. & per Ioan. An. in ca. dilecto. de præb. & quod voluit Specul. in titu. de instit. edic. §. nunc restat. ad fi. versic. in summa, no. ꝙ licet instrumentum. & per no. in cle. 1. de prob. cum si. imò si rectè ponderentur ipsa oĩa instrumenta in ipso processu producta, apparet potius contrarium. nam dicitur ꝙ in anno 1363. quidam Ioan. fuit electus a capitulo ipsarum ecclesiarum compromissarius, vt ipse haberet eligere, qui Ioã. elegit quendam Henricum qui fuit ab ordinario institutus, & certum est quod ab ipso anno 1363. vsque ad annum 1428. non sunt nisi 63. anni. & possibile sit quòd ipse Henricus potuisset viuere vsque ad illam ætatem, cum vita hominis possit esse vsque ad centum annos, vt est text. not. in l. fin. C. de sacro sanc. eccle. & in simili not. doct. in c. in præsentia, de spon. & in c. quoniam frequenter. §. sin autem. vt lite non contest. nam cum talis potuisset tempore promotionis esse 25. annorum, & illa dicatur ætas legitima, vt in c. cum in cunctis. §. inferiora. de electio. meritò si etiam vixisset vsque ad illud tempus anni 1428. non fuisset maioris ætatis 90. annorum: ergo ista verba etiam si ex se probarent, non concluderent in facto ip-
14 sorum nobilium: quia † probatio debet de necessitate concludere. in cap. præsentia, de prob. ¶ Sed ista necessario non concludit, ergo &c. nam possibile est quòd isti nobiles solum pręsentauerunt in anno 1428. per mortem illius rectoris vltimi, & talia verba asseruissent. nam non probat hoc esse quod ab hoc. &c. l. neque natales. de proba. & in ca. inter corporalia, de transla. prælat. cum simi. pręcipuè cum in puncto præsupponitur quòd de anno 1363. vsque ad annum 1428. ignoratur status ipsius ecclesiæ. Sed ab illo anno 1363. vltra appa-
15 ret statutum ipsius fuisse in possessione collegij, vt supra dictum est: † ergo præsumptio est quòd ille status fuit perseuerans vsque ad illud tempus anni 1428. & qui semel fuit in possessione, semper præsumitur possedisse, nisi aliud in contrarium appareat. l. siue possideris. de prob. c. cum ecclesia sutrina, in glo. in versic. vltim. de causa pos. & proprie. nam cum ista fuerit vltima possessio: meritò præsumitur durasse, vt dictum est si durauit, ergo verum non asseruerunt dicti nobiles quando dixerunt, quòd per tantum tempus de cuius initio memoria non existit, fuerat in possessione vel quasi iuris præsentandi. ¶ Et per hoc potest dici quòd imò ista ecclesia sit in possessione collegij. Nam cum in puncto pręsupponitur quòd de anno 1460. in manibus felicis recordationis Pij secundi quidam

quidam Vitus vltimus immediatus rector renuntiasset dicto
beneficio, quidam do. Benedictus narrato dictas ecclesias ha-
bitu, & non actu esse collegiatas, narratoque etiam quod de
antiqua consuetudine ius præsentandi priorem ad dictas ec-
clesias spectasset ad dictos nobiles de Ricasolis impetrauit: &
sic vigore dictæ impetrationis dictum prioratum meruit ob-
tinere, & tamen ibi non apparet quòd per sedem Apostolicam
fuerit iuri patronatus ipsorum nobilium derogatum. ecce er-
go qualiter ista ecclesia per istam vltimam vocationem est in
possessione iuris ipsius collegij adeo quòd non est necesse qđ
de ipso iure patronatus fiat mentio vel saltim ipsi derogetur.
16 † nam etiam per vnicum [c] actum tantum qui fuit sortitus ef-
c fectum acquiritur quasi possessio, vt plenè not. in ca. cum ec-
clesia sutrina. de caus. pos. & proprie. & in ca. cum olim. & ibi
late per dominum Abb. post alios. eod. titul. & facit tex. in ma
teria satis not. in ca. cum de beneficio. de præbend. in 6. cum
ergo sit in ipsa possessione: ergo tenenda & reputanda, vt vo-
lunt omnes scribentes, & maximè domin. Abb. in ca. nobis.
de iure patron. & in ca. postulasti. eod. titu. & faciunt ea quæ
habentur in ca. querelam. de electio. & ista videntur ponere se
curim ad istam dubitationem. ¶ Vel & aliter ad ipsa contra-
17 ria, & fortè rectius possumus respondere, † quod procedant
d data capacitate [d] personæ. nam ex quo ipsa ecclesia est collè-
giata, meritò tanquam res spiritualis à laico possideri non po
test. dicto ca. Massana & ca. sacrosancta. de elec. ca. causam. de
præscript. ca. primo cum similib. 16. quæstio. 7. si ergo non po-
test possideri, ergo non præscribi: quia sine possessione non
procedit præscriptio. l. sine possessione. ff. de vsucapio. & in re
gula sine possessione de regulis iuris in 6. cum similib. & istud
est quod notanter voluit. d. Abb. in ca. quanto, in primo not.
18 de consuetudine, vbi dixit not. † quod ea quæ sunt ordinis
episcopalis, non possunt acquiri per inferiorem ex consuetu-
dine vetustissima, & ratio est, quia consuetudo non facit quẽ
capacem. nam licet possessio tanti temporis de cuius initio
memoria non existit, habeat vim tituli, vt dicto ca. 1. de præ
script. in 6. & d. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quo. &
æsti. illud procedit quando datur capacitas in exercente, aliàs
secus, quod verbum dicit esse summè not. ad intellectum il-
lorum iurium. ¶ Et pro hoc addunt quod voluit not. Io. An.
post Io. Imo. in ca. 2. de præbend. in 6. & secutus fuit do. Domi
19 ni. † vbi voluit qđ quantumcunq; ipse laicus exercuit actum
collationis beneficiorum, & sic actum spiritualem, nunquam
tamen potest illum actum præscribere, quia non est in eo ca-
pacitas possessionis illius actus: & idem etiam quasi de ver-
bo ad verbum posuit in dicto ca. causam. de præscript. & ibi
subdit dominus Abbas quod illud quod dicitur, quòd illud
qđ potest quæri de cõsuetudine procedit data capacitate, aliàs
20 secus. ¶ † Accedat ad hoc quod voluit not. Bald. in l. prima
de eman. lib. vbi dixit quòd si laicus per mille annos exercuis-
set officium sacerdotale, quòd propter hoc non videtur esse
sacerdos, quia est incapax: & sic vult. Bald. quòd data in-
capacitate executionis, tempus cuius non existat memoria,
nihil operatur. & sic videtur Bald. sibi contradicere in eo qđ
ipse dixit in d. l. rescipta. C. de præci. imper. offe. quod supra re
tuli. Nam poterimus dicere quod Bald. in dicta l. rescripta,
loquitur quando tales principes allegant priuilegium, & pro
bant priuilegium, & probant consuetudinem tanti tempo-
21 ris, de cuius initio memoria non existat. † Nam allegatio cau
sæ & priuilegij, vna cum ipsa probatione longissimæ posses-
sionis tribuit vim tituli. ita in simili dixit Gofr. & post eum
scribentes in ca. fina. de causa pos. & proprie. & aliquid ibi per
domi. Abb. & per eundem in c. peruenit. de censib. secus au-
tem si non allegatur causa vel priuilegium, sed sola ipsa lon-
gissima possessio, vt in casu nostro: quia sic allegatur posses-
sio, vt dictum est: tamen non probatur. nam si proberur pos-
sessio ab anno 1428. vsque ad istud tempus: istud non est ta-
le tempus, de cuius initio memoria non existit, vt ipsa expe-
rientia docet, & attestatur. ¶ Et si quispiam diceret, amice
22 omnia ista vendicant sibi locum in iure mere spirituali, † sed
ius patronatus non est spirituale merè. sed annexum spiritua-
litati, vt in cap. quanto, de iud. & laicus ipsum ius patrona-
tus potest possidere, vt in cap. filijs vel nepotibus 16. quæstio.
7. cap. 3. & cap. cum autem. de iure patrona. cap. primo. eod.
titu. libro 6. cum similib. Nam ad hoc breuiter respondetur,
quòd verum est quòd laicus potest possidere ius patronatus.
vt retuli in supra allegatis in ecclesia non collegiata: sed in ec-
clesia collegiata non est in casu nostro tale ius: & ideo nullo
pacto potest possideri, cum istud ius patronatus in ecclesia
collegiata dicatur merè spirituale, & non annexum spiritua-
li, vt est text. in dicto ca. sacrosancta. & in cap. Massana. de ele.
& sic sentit per hoc quod ea quæ sunt spiritualia, nunquam
possunt exerceri per laicum, nisi in casibus in iure expressis.
Ista est gloss. multum singularis. in cap. fina. 23. quæstio. pri-
ma. ¶ Sed iste casus non inuenitur in iure expressus quòd pos-
sit exerceri, & possideri per laicum imò contrarium, vt di-
ctum est, ergo &c. ¶ Præterea ex alio capite satis ostenditur
quod omnino domino Anto. de Pactijs est in casu uictoriæ:
23 nam † stat regula cãcellariæ quòd omnia beneficia omnium
officialium & capellanorũ pontificis Romani dicantur vacare
in curia: & intelliguntur reseruata dispositioni sedis apostoli-
cę, iuxta ea quæ habentur in cap. 2. de præbend. in 6. præ-
supposito igitur, licet non concesso, quòd istæ ecclesiæ simul
vnitæ essent de iure patronatus laicorum, quod tamen expres
sè negatur, & superius contrarium est probatum dico quod
ex quo dominus iste Benedictus de Cathaneis vltimus & im-
mediatus prędecessor ipsius domini Anto. erat capellanus
summi Pontificis: ergo per ipsam regulam Cancellariæ appa-
ret quòd ipsum beneficium vacauit in curia per mortem suã.
si vacauit in curiam, etiam propter istam rationem, etiam lai-
ci non potuerunt ad illud præsentare. ita dicit glo. valde no.
in dicto capitu. 2. de præbend. in 6. verbo, apud sedem apo-
stolicam & quamuis, vt ibi dominus Domi. refert quòd doc.
24 teneant contrarium, † nihilominus in consulendo & iudicã-
do non debemus recedere ab opin. glo. ita dicit Iaco. Butr. in
l. prima. C. qui pro sua iurisdi. refert & sequitur Ioan. de Imo.
in capit. cum nos. de offic. ordin. & voluit gloss. in l. omnis dif
finitio. de regulis iur. quę dicit, ita adhæreas gloss. sicut Bono.
carotio, & voluit Salycet. in l. traditionibus. C. de pact. & mul
tum, not. dixit ipse Salice. in l. secunda de senten. quæ sine cer
ta quanti. quòd ille qui nescit equitare, tenere debet se ad ar-
zonem. ita debet facere iudex: quia tenere debet se ad alle-
gatam glo. & præcipuè glos. Ioan. Andr. quia vt dicit. d. Abb.
in ca. de quarta, de pręscri. si Ioan. An. voluisset decidere, non
fuisset opus quòd multi scripsissent, quæ scripserunt. & di-
cit Bald. in c. cum olim. de regulis iur. consuluisse, alias secu-
* tus opin. Io. And. fontem iuris * canonici, & sic apparet quã-
ta est authoritas Ioan. And. & ipsius glo. ¶ Post hoc est in hoc
considerandum quòd posito etiam quòd isti nobiles essent
patroni, & quòd erant in possessione iuris patronatus, & iu-
ris præsentandi, quod tamen expresè negatur, & contrarium
fuit superius probatum, tamen dici potest quod etiam ipse
Anto. est in casu victoriæ, & pro ipso ferenda est sententia: &
25 sic prioratus est sibi adiudicandus &c. ¶ † Primò præsuppo-
no quod ius patronatus sine dubio tribus modis per laicum
potest acquiri, & quarto modo etiam acquiri potest, licet de
vltimo sit aliqualis dubitatio. Et primi tres modi sunt isti vi-
delicet per dotem assignatam ecclesię. Secundo propter ędi-
ficationem ecclesiæ. Tertiò propter fundum super quo fun-
data est ipsa ecclesia. vnde glo. ponens omnia: ponit etiam
versum dicens, patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.
& istud posuit glo. in ca. pię mentis 17. quęstio. 7. sed ita est
quòd non apparet quòd aliquo istorum modorum isti nobiles
acquisiuerint sibi illud ius patronatus: dicendum est ergo ꝙ
acquisiuerunt pręscriptione, & istud apparet etiam ex pun-
cto tenendo illam opi. quod laicus priuatus possit pręscribe
e re [e] ius patronatus. † tamen contrarium tenet Archid. in ca.
26 hortamur. 71. distin. & etiam quantum ad casum nostrum.
Ioan. And. in regula quod alicui. de regulis iur. in 6. in mercu.
licet dicat dictum Archid. non procedere in populo seu paro
chianis, propter aliquas rationes de quibus ibi per eum, &
vide quod dixit ibi d. Abb. in quadam sua disputatione quę
incipit, Augerius: ibi tenuit in dictis quod etiam vt dixi prę-
supposito quòd ius patronatus &c. Attamen dico quòd in pos
sessione ipsius iuris, vt dictum est &c. nihilominus ex quo
competit eis tale ius ex pręscriptione, vt dictũ est, quòd aliàs
non posset competere, vt ex inspectione puncti apparet, cum
ipsa ecclesia, & in anno 1263. & in anno 1352. & in anno
1363. esset in possessione ipsius collegij, & tanquam ecclesia
colle-

collegiata haberetur & reputaretur, vt superius dictum est, ergo ipsis non potest competere ius patronatus, nisi ex præscriptione, sed eis competere dicitur, licet etiam posset competere ex priuilegio Papæ, sed ex quo de ipso non apparet, meritò de illo non est insistendum. & cum istud ius patronatus eis competeret ista forma,
27 † dico quòd isto casu Papa potuit[f] conferre talem ecclesiam patronatam, nec fuisse necesse
f quod iuri patronatus expresè derogaret, imò tale beneficium comprehenditur vacare in curia sicut & alia beneficia non patronata. imò plus est dicendum quod legatus talia beneficia conferre potest: ita expresè & singulariter decidit Fede. de Senis in suis consilijs consil. 65. quod incip. Infrascriptæ quæstiones non sunt leues. & ipsum Fed. refert & sequitur. d. Ant. de But. in c. dilectus. de offi. dele. & do. Card. ibi, & etiam in cle. 1. vt lite pendente. in versi. 7. quæro. vbi posuit quęstionem nostram in terminis. & istud etiam dictum Fede. secutus est. d. Abb. in c. dilectus. de offic. leg. licet Ioan. de Imo. & minus bene dicat quod dictum Fede. non est tutum, & hoc per text. in c. cum dilectus, de iure patron. vbi probatur quòd nunquam videtur fuisse de mente Papæ præiudicare iuri laici, nisi hoc exprimat. & subdit quod si contrarium diceremus, per hæc possent retrahi laici a fundationibus ecclesiarum, si viderētur iuri suo derogare: quia salua reuerentia ipsius domini Io. non bene loquitur. Nam laici non retraherentur à fundatione ecclesiarum quando nihil de suo proprio posuissent ad tale ius quærēdum, sed potius dicerentur retrahi ab ipsa præscriptione quærenda, cum viderent parum illud tale ius sibi prodesse, nec Papa dicitur derogare iuri ipsorum laicorum isto casu
28 quia vt dicit do. Ant. † licet ipsi laici pręscripserint ius patronatus contra diœcesanum: non tamen dicuntur isto casu præscripsisse contra Papam vel eius legatum. & cum ipsis non cōpetat ius contra Papam, vel eius legatum, meritò de ipso iure non est facienda & habenda mentio, & sic non est verum qđ dicit ipse Ioan. de Imo. quòd iuri laicorum derogatur: quia dictum suum procederet in diœcesano, contra quem præscripserunt, non autem in Papa, contra quem nihil est præscriptū.
29 † Nam papa est ordinarius * cunctorum, vt in ca. cuncta per
* mundum. & in ca. per principalem. secunda quæstione tertia, & totus mundus dicitur eius diœcesis. facit in simili quod dixit Bald. in l. rescripta. C. de preci. impe. offe. vbi dixit quòd omnia beneficia mundi, quò ad Papam censentur esse manualia, & ista vltima sunt quæ ponunt gladium ad radicem huius quæstionis: & ex his omnibus eliciuntur plures conclusiones. ¶ Quòd ista ecclesia sancti Angeli vnà cum ecclesia sancti Petri est ecclesia collegiata, & pro collegiata haberi & teneri debet quod ex quo est collegiata, meritò in ea non cadit ius patronatus laici, & quod præsupposito quòd non sit collegiata, ius patronatus non potest competere ipsis laicis nisi ex præscriptione. ¶ Præsupposito sine præiudicio quòd ipsis laicis competat ius patronatus ex ipsa pręscriptione, Papa potuit conferre tale beneficium sine derogatione ipsius iuris patronatus: nec est necesse quòd de ipso iure patronatus fuerit facta mentio. Ex his omnibus resultat conclusio pro domino Anto. de Pactijs.

ADDITIONES.

a ¶ Habitu. Imò non habet locum pœna nisi sit vel incipiat esse curatum actum, vt not. Ioan. An. Archi. & omnes in d. ca. licet canon. Panor. Fel. c. pastoralis. §. fin. de rescri. & idem generaliter dico quoties alias dispositio pœnalis exorbitans vel alias odiosa ampliaretur, vnde non sufficit esse curatum habitu in terminis. §. statuimus. de colla. in prag. & concor. sed bene sufficit quādo p hoc restringitur ambitio, vel odiosa dispositio vt impetrationes beneficiorū, & gratię Pontificum: quia nisi fiat mentio de qualitate habitu sunt subreptitiæ. licet. d. Matth. Pacus aliter dicere videatur in tract. mand. parte 5. conclu. 8. limita. 1. & licèt Bonifa. de Vitali clemen. 1. de offic. vic. nimis generaliter loquatur. & licet Gemi. d. c. licet canon. in prin. aliter distinguat.

b ¶ Decimas. dixi in consue. Pari. §. 46. q. 4.

c ¶ Vnicum. And. Iser. de capi. Corra. Bal. si vasal. quid sit inuesti. in vsi. feu. & in marga. de electio. consi. 32. lib. 1. Rom. consi. 221. in fi. Pau. consil. 130. lib. 1. Cor. consi. 47. lib. 3. Deci. l. si emancipati. C. de colla. & consi. 124. Roch. Cur. tract. de iu. patro. versic. competens. nu. 35. licet Ro. consil. 70. requirat duos actus. adde Franc. Balb. tracta. pręscri. prima parte 5. partis prin. q. 8.

d ¶ Capacitate. Roma. l. si certis annis. C. de pac. latè Hyp. Marsi. no. 80.

e Præscribere. latissimè disputat Roch. Cur. trac. de iure pat. versi. ipse vellis à quo. quæst. 36. sed veritas est ꝙ potest, vt tenet Car. d. c. querelam. & cle. fi. de iure pat. Aretinus, in Rubrica de iudicijs Gemi. cō si. 123. Cor. cōs 123. 47. li. 3. Dec. c. cū venerabilis. de excep. consi. 117.

* Fontem iuris.] Hoc consilium non est Alexan. sed Barbatiæ; & quantum spectat ad Io. And. vide plura per Fran. Cur. consi. eius 1. circa 4. colum. 4. Natta.

f ¶ Potuit. latè sequitur Rochus Curtius tractatu de iure patronatus. versi. honorificum. num. 12. Deci. consil. 117. consil. 126. consilio 149. Aymo. consi. 63. num. 6.

* Papa est ordinarius.] Sed num ius patronatus acquiratur a laico pscriptione, latè tradit Rochus in tract. iuris patron. car. pen. Dec. consil. 117. & consi. 124. col. j. 134. dub. 2. & consi. 126. col. 2. vbi dicit in Romana Curia nullam esse differentiam inter ius patronatus quæsitum ex pręscriptione & alia de causa adeptum. Et adde quòd legatus de latere non potest derogare iuri patronatus laicorum: quod fallit, si laici innitantur pręscriptioni; Dec. consi. 149. columna penultima & de his tradit Alexand. consilio sequen. & repetit Dec. consil. 573. Natta.

CONSILIVM LXXV.

Subscriptio Alexan.

Visis ponderatis narratis in themate, & his quæ copiosè scripta sunt per præstantissimum consulentem in eandem sententiam concurro, & omnis difficultas consistit in discernendo, an obstet d. Ant. de Pactijs allegatum ius patronatus laicorum de Ricasolis, cuius vigore restringantur reseruationes sedis apostolicæ, de quibus fit mentio in dictis regulis cancellariæ, & in dictis duobus primis dubijs: adeo quod non intelligantur illæ reseruationes habere locum in beneficijs, quæ essent de iure patronatus laicorum, vt videtur se habere magis communis conclusio doc. in ca. 2. de præben. in 6. & not. Lapus in sua allegatione 105. incipien. Beneficia vacantia. & doc. maximè Imo. in cap. vlti. de præbend. & in cap. dilectus. de offic. lega.
1 † quia non est verisimile Papam in generali reseruatione voluisse comprehendere huiusmodi beneficia, cum per hoc retraherentur laici a fundatione ecclesiarum, iuxta ca. cum dilectus, iuxta gloss. in versi. quempiam præsentare, de iure patro. & propterea, cum non sit verisimile quod Papa fuisset specialiter hoc coucessurus in dictis reseruationibus: meritò non debet venire in generali reseruatione. cap. fina. de offic. vica. libro 6. l. obligatione generali. ff. de pig. Nam si dictæ reseruationes comprehendunt casum nostrum, res est expedita pro domino Ant. ¶ Quòd autem comprehendatur dictum beneficiū sub aliqua ex prædictis reseruationibus, apparet. Et primo qđ reseruatio primarum dignitatum in ecclesijs collegiatis locū habet in proposito nostro probatur: quia dicta ecclesia erat collegiata, vt probatur per ista duo instrumenta, quorum vnū est de anno. 1263. aliud est de anno 1302. per quæ instrumenta apparet quod prior consentiente suo capitulo quandam petiam terræ locauit in emphyteusim, & quod quidam canonici repræsentantes totum capitulum dictarum ecclesiarum instituerunt Syndicum ad eligendum priorem.
2 † Nam deprehenditur ecclesiam esse collegiatam * ex multis, quæ traduntur per
* Inno. & alios in ca. postulasti, de iure patro. & per Host. & alios in cap. nobis. eod. titu. in cap. dilecta. de excel. præla. per gl. in cap. statutum Felicis. in versi. collegiatis. de rescrip. libro 6. & per Hostien. in sum. de exces. prælat. §. 1. versic. item ostenderet superiores. & per Pau. de Leaza. in cap. 1. de elec. vt est quando apparet quod in ecclesia habiti sunt communes tractatus. ca. tertio loco, de proba. vel quando ibi est aliquis vt caput, & clerici vt membra, vt per glo. in d. cap. statutum. vel aliter apparet ꝙ illa ecclesia se gerebat vt collegiata, & alia plura signa ponātur per doc. in dictis locis. Sed ista sunt satis quæ in proposito casu interuenerunt. ¶
3 † Et tantò magis probant dicta instrumēta, quia sunt antiqua & excedunt longè tempus annorum centum[a] habito respectu ad præsens tempus, quo casu dicuntur
a esse de antiquo, vt not. per Inno. in cap. veniens, & in cap. quid per nouale de verb. signifi. & Spec. in titu. de proba. §. probare. ver. & no. præscri. probandi modum &c. & not. doc. & maximè Moder. in ca. veniens. el 1. de test. & Inno. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. bene faciunt no. per Host. in c. Albericus de testi. & Bald. in l. proprietatis. C. de proba. & Ange. in l. atqui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. & in l. penul. ff. de

ff. de condit. insti. & in l. cum super. C. de rei vend. ¶ Et in dictis antiquis instrumenta probant etiam ea quæ in enunciatione narrantur, ut not. concludit Bald. & Sali. in l. cum aliquis. C. de iu. delib. & Anto. de Butr. in capit. fin. de succes. ab intest. dum tractat de fide verborum enunciatiuorum. bene faciunt not. per Bald. in l. emancipatione. C. de fide instru. cum simi. ¶ Hoc etiam fortificat ex probatione famæ: nam præsupponitur, famam esse quod antiquitus scilicet tempore à quo distamus longè vltra centum annos dictæ duę ecclesię erant collegiatæ, & quòd dictus patronus principalis dignitas in dictis ecclesijs reputabatur.
4 † & constat quòd in antiquis etiam sola fama seu communis opi. probat sufficienter, vt per Inno. in d. c. veniens. & c. quid per nouale. de verborum sign. & per alios in d. c. veniens, de test. & p Cyn. & Bar. in l. si quidem. C. solut. matrimo. & not. Bald. in dicta l. proprietatis. & Ange. in dicta l. cum super. & ibi etiam Bald. & not. Bald. in authen. quas actiones ad finem. C. de sacrosan. eccl. & in l. conuenticulam. de episco. & cler. & in l. in bonæ fidei. C. de rebus cre. & in hoc casu saluatur glo. reputata singularis in dicto c. cum me absente. & per Ange. ibi, & in l. Titius. ff. quib. mod. pig. vel hyp. solui. ¶ Nec in hoc habet obstare si diceretur quòd dicta ecclesia desierat esse collegiata actu, & quod dictæ regulæ Cancellarię facientes mentionem de ecclesijs collegiatis debent intelligi de his quæ sunt collegiatæ habitu & actu, & not. glo. in ca. licet canon. in verbo, parochials. de electio. in 6.
5 ¶ † Quia respondeo, quod imò quò ad propositum nostrum intelligitur de ecclesia collegiata habitu, & non actu, dummodò ex ea non fuerit destructum collegium authoritate superioris, vt voluit gloss. in dicto ca. statutum, in verbo. collegiatis. per id quod habetur in l. sicut. §. fin. ff. quod cuiusq;. vni. nom. & 65. distin. si fortè. & per nota. in ca. gratum in verbo pactiones. de post. præla. & quod habetur in l. si vsusfructus ciuitati. ff. quib. mod. vsufruc. ami. ¶ Vnde faciunt no. per Innoc. in ca. de multa, de præbend. & per Specul. in titu. de le. §. videndum. versicu. quod quæritur quòd beneficium, vbi concludunt quòd illud quod habetur in dicto ca. de multa, procedit etiam si ecclesia non sit actualiter parochialis, sed habitu tantum. bene facit quod not. Ioan. Andr. in ca. per venerabilem. qui filij sint legitim. & istam partem puto esse veram, quando verba sunt dubia, seu quando sunt simpliciter probata scilicet quod verificentur in ecclesia collegiata habitu
b tantum. & ita tenet per plura Domini. [b] de sancto Gemi. in dicto ca. licèt canon. post alios ibi. & Anto. de Butr. in proœmio clem. quorum dicta breuitatis causa omitto: quia non expedit. ¶ Potest etiam ad dictum obiectum responderi, quòd istud beneficium erat reseruatum, etiam alia ratione quàm ex eo quòd esset prima dignitas in ecclesia collegiata: nam erat reseruatum etiam ex eo quia dictus dominus Benedi. erat capellanus Papæ, & sic vel in vna vel in altera, aut in vtraque dictarum reseruationum, videtur quòd omnino comprehendatur dictum beneficium. ¶ Nec obstant si diceretur quod in dictis reseruationibus non veniunt beneficia pertinentia ad ius patronatus laicorum, per ea quæ supra in princip. dicta sunt: quia responderi potest. primò quòd cum non apparet de aliquo titulo iuris patronatus dictorum laicorum de Ricasolis, non videtur quòd simus in casu. nam neque apparet quod ipsi fundauerint, neque quod ipsi dotauerint dictam, ecclesiam, aut construxerint, quibus modis, vel altero eorum acquiritur ius patronatus, per id quod legitur & not. 16. quæstione 7. ca. piæ mentis. & in ca. nobis. de iure patro. vel nec per priuilegium impetrauit, vt plenè not. per
3 gloss. in ca. nobis. ¶ † Nec obstant si allegarent se præscripsisse: quia ad hoc potest responderi quod vbi non apparet ecclesiam fuisse patronatam, vt in proposito nostro, non potest laicus præscribere ius patronatus in dicta ecclesia, saltem collegiata: vt per plura probant Ioan. And. in reg. quod alicui de regulis iuris, libro 6. in mercu. & Paulus de Leaza. in commento ca. primo. de electio. in vltima quæstione, per id quod habetur in ca. sacrosan. eccles. in ca. Massana. de electio. & in cap. quoniam quibusdam. & in cap. illud. de iure patro. cum alijs multis iuribus ad hoc allegatis per eos & in hoc casu saluatur opin. Archidiaco. & sequacium. 71. distinct.
* hortamur. ita etiam tenet domi. Abb. in ca. * causam quæ de præscrip. & in ca. querelam, de electio, & in sua dispu. incip. Augerius patronatum & cęt. in primo dubio. plus dicit domi. Abb. in præfato. ca. querelam. quod licèt dicta opin. Ioan. Andr. in dicto ca. quod alicui. sit magis communiter approbata adeo quod seruaretur in practica: tamen putat mero iure, quòd verior sit indistinctè opinio Archidia. & sequacium, scilicet quòd siue ecclesia habeat patronos, siue non, laicus non possit præscribere ius patronatus: quia laicus non potest possidere ius spirituale. dicto ca. sacrosanc. & ca. Massana. ita nec ius annexum spirituali, sicut ius præstandi: quia de connexis idem est iudicandum. ca. translato, de constitutio. cap. quanto. de iudi. cum simi. si non potest possidere, ergo nec pręscribere. dicto ca. causam. & in regula sine possessione. libr. 6. ¶ Nec obstant secundum eum, si dicatur quod istud ius est possedibile per laicum, vt extra de iure patrona. ferè per totum. ¶ Quia respondet quod istud ius fuit gratiosè laicis concessum non omnibus, sed patronis duntaxat fauore ecclesiarum vt laici inducerentur per acquisitorem huiusmodi iuris patronatus ad construendum, fundandum, & dotandum eccle-
36 sias. † habilitatio ergo certarum personarum ex certa & limitata causa non debet extendi ad alias personas, in quibus non concurrit illa super qua fundatur dicta habilitatio 16. quæstione prima, generaliter. & ca. sanè. de priuileg. & in ca. cum cessante. de appellatio. ¶ Quæ disputatio non videtur multum necessaria in casu nostro ex quo non apparet quòd ante quasi possessionis dictorum de Ricasolis dictæ ecclesiæ essent patronatæ, & vt dicit. domi. Abb. opin. Ioan. Andr. tenentis quòd laicus non præscribat est magis communis & in iudicando a communi opin. non est recedendum vt traditur in
17 locis vulgaribus. ¶ † Secundò potest responderi quòd posito quòd possit præscribi, tamen requiritur præscriptio tanti temporis in cuius contrarium memoria non existat, quando non præcessit titulus præscribentis. ita concludit Paulus de Leaza. in commento dicto cap. de electio. in 6. per id quod habetur in ca. primo. de præscriptio. in 6. & probare videtur in ca. querelam. de electio. in 6. de antiqua consuetudine &c. a contrario sensu. Nam, vt dixi. supra de antiquo esse dicitur illud quod actum fuit a tali tempore, & ab eo distamus saltem spatio annorum centum. Idem etiam est de mente Archid. post Odofr. 16. quęstione 7. si plures. & Archid. & Ioan. Andr. & alij post eos in ca. primo de iure patron. libro 6. vbi expressè dicunt quòd licèt quis probauerit se fuisse in quasi possessione iuris patronatus, tamen non sufficit, nisi probauerit de tanto tempore, cuius memoria hominum in contrarium non constat. Et negari non potest quòd ex narratis in themate nullo modo apparet de quasi possessione dicti iuris patronatus tanti temporis, cuius in contrarium memoria non existat: imò apparet contrarium per dicta duo instru
38 menta celebrata per dictum priorem vel canonicos. ¶ † Nam per instrumenta probatur memoriam extare, vt inquit Ioan. An. in ca. primo in fin. de præscript. in 6. in nouella. Et per hoc patet quod falsum asserunt illi de Ricasolis quando in præsentationibus suis asseruerunt se esse patronos, & fuisse in quasi possessione iuris pręsentandi a tempore citra cuius memoriam non existere dicebant. & etiam talia verba ab ipsismet prolata, clarum est quod in fauorem eorum non probāt. l. exemplo, & l. rationes. C. de proba. & l. nullus. ff. de testib. Quinimò etiam si ab illo huiusmodi verba prolata fuissent, non probarent, vt in authen. si quis in aliquo. C. de eden. facit quod not. Innocen. & alij post eum. in ca. cum in iure. de offic. deleg. & in ca. quoniam contra. cum simi. de proba. & tantòmagis, quia non sumus in antiquis, quia instrumenta de quibus hic narratur, non fuerunt condita tempore a quo distemus per annos centum, & imò non sumus in casu quòd propter antiquitatem credatur vbi alias non crederetur vt su-
39 prà dixi. ¶ † Tertiò respondeo, quòd posito quod essemus in casu in quo dicti de Ricasolis pręscripsissent: tamen dictæ reseruationes de quibus in dictis regulis Cancellariæ trahuntur ad beneficia quę vigore pręscriptionis pertinerent ad ius patronatus, vt concludit Antonius de Butr. & do. Cardina. Floren. in ca. dilectus. de offic. lega. Et præfatus dom. Card. in clemen. 1. in 6. quęstione vt lite pendente. per ea quę traduntur per Feder. de Senis in suo consilio 65. incipien. Infrascriptę quęstiones. quia licet pręscripserint contra ordinarium collatorem, non tamen pręscripseru nt contra Papam, & quia

iſto caſu ita militare videtur ratio not. per gloſſ. dicto ca. dile-
ctus, de iure patrona. ſicut militat quando fundaſſent & con-
ſtruxiſſent vel dotaſſent, vt etiam oportunè dictum fuit per
dictum dominum conſulentem. ¶ Et hoc tantò magis pro-
cedit in caſu noſtro in quo non apparet de præſcriptione ſal-
tem centum annorum completa per dictos de Ricaſolis, &
contra ſedem apoſtolicam neceſſaria eſt præſcriptio centum
annorum cap. ad audientiam. de præſcrip. vt in authen. quas
actiones. C. de ſacroſan. eccle. ¶Sed contra hanc tertiam reſpõ
ſionem fortaſſe quiſpiam ſic argueret, poſito quòd ius patro-
natus prædictum non poſſet per præſcriptionem acquiri, vel
quòd neceſſaria eſſet ſaltem præſcriptio tanti temporis cuius
in contrarium memoria non exiſteret, tamen ſi dicti de Rica-
ſolis non allegarent præſcriptionem, ſed allegarent titulum
ſeu priuilegium cum priuilegium concedi poſſet laico 16.
quæſtione prima, hinc etiam. & not. glo. & doc. in dicto ca. ni-
mis, de iure patrona. in verſi. iuriſdictionem. cum ſi. &c. vnde
ſi ad probandum huiuſmodi titulum ſeu priuilegium allega-
rent, & probarent ſe vſos fuiſſe per longum tempus dicto iu
re præſentandi, videtur eſſe probatum de titulo per l. cum de
in rem verſo. ff. de vſu. & per not. 18. quæſtione ſecunda, ſed
40 inter. ¶ † Sic etiam quod licet ſeruitutes non habentes cau-
ſam continuam, non præſcribantur niſi ſpatio temporis, cu-
ius in contrarium memoria non exiſtat, tamen ſi quis ſe fun-
det non ex præſcriptione ſed ex titulo aliquo allegato, & ad
probationem tituli oſtendit ſe vſum dicta ſeruitute per lon-
gum tempus decem annorum hoc ſufficiet ad probationem
tituli. ita habetur in l. ſeruitutes ruſticorum prædiorum. in
princip. iuncta glo. in verſic. certam in fin. ff. de ſeruitu. & in
l. prima, in fin. cum glo. & ibi doc. ff. de aqua pluuia arcen. &
not. per glo. & doc. in ca. peruenit. de cenſibus. & per Innoc.
in ca. ſi diligenti, de præſcrip. cum ſimil. ergo ſic ſi præſume-
retur titulus allegatus per illos de Ricaſolis, ſequitur quòd
dictæ reſeruationes non debent trahi ad beneficia pertinentia
ad ius patronatus laicorum ex titulo legitimo, & non ex præ-
ſcriptione. not. per doc. in dicto cap. 2. de præben. in 6. cum
concordan. ſupra allega. Sed ad hoc reſpondeo, quod poſito
quod dicta opin. glo. in dicta l. ſeruitutes. cum ſimi. eſſet ve-
ra: quam tamen plerique impugnant ibi, & in dicto ca. per-
uenit. & in l. certis annis. C. de pac. & in l. prima §. denique.
de aqua pluuia arcen. eò quia ſequeretur quod lex eſſet im-
poſita verbis, & non rebus. contra l. ſecunda. C. communia de
lega. & ca. commiſſa. de electio. libro 6. & per allegata per eos.
tamen aliter reſpondeo, & dico, quod ad hoc vt procedant
41 allegata in contrarium requiritur quòd † probetur per illos
de Ricaſolis quòd præſentationes quas faciebant, fecerint ex
illa cauſa & titulo quam & quem nunc allegarent, aliàs illæ
ſimplices præſentationes non inferent ſibi cauſam & titulum
quem nunc allegarent. l. ad probationem. & l. neque natales.
* C. de proba. & ita decidit * Salycet. in dicta l. ſi certis annis. in
verſic. quæro dicit quod decennalis. & etiam in vltima quæ-
ſtione vbi clarius. & iſta eſt de mente Bart. in dicta l. cum de
in rem verſo. ibi, dum dicit, nunc ad propoſitum ſi ruſti-
cus &c. & Antonius de Butr. in repe. dicto ca. peruenit. & ex-
preſſius Salycet. in dicta l. cum de in rem verſo. in 1. & quarta
quæſtione vbi dicit huiuſmodi probationem eſſe difficilem.
ſed ita eſt quòd prout in puncto narratur, in dictis præſenta-
tionibus factis per illos de Ricaſolis non apparet quòd fue-
rint factę ex cauſa certi tituli vel priuilegij tribuentis eis di-
ctum ius patronatus, ergo per eos non probaretur titulus
qui nunc allegaretur. Ex quibus in fauorem dicti Antonij
concludo vt ſupra Alexand.

¶Subſcriptio alterius Doctoris.

¶SED his tamen non obſtantibus contrarium proculdu
bio de iure puto verius prout. ſupra concluſerunt pręfati cla
42 riſſimi doct. & moueor: † quia vt pręſentatio eſt fructus iu-
* ris pręſentandi. * ca. conſultationibus. de iure patronatus. ita
electio eſt fructus eligendi, & collatio iuris conferendi, vt
in dicto ca. cum olim. & ca. querelam. de electio. & ca. cum
eccleſia ſutrina. vnde iſte fructus ſequitur ipſum poſſeſſo-
rem, & eo ipſo quòd eſt in quaſi poſſeſſione aliquis iuris præ
ſentandi habet fructus ipſius iuris qui ſunt ipſa pręſentatio,
43 vnde dixit text. not. in dicto ca. conſultationibus. † quòd ad
validitatem præſentationis ſufficit præſentantem eſſe in qua-
c ſi poſſeſſione iuris præſentandi & ſequitur poſſeſſorem [c] &
non proprietarium. & ad hoc quotidie allegatur ille text. ſe-
cundum domi. Antonius de Butr. ibi ſed in caſu noſtro clariſ
ſimè apparet quod illi nobiles de Ricaſolis non habent ſeu ha
bebant quaſi poſſeſſionem iuris pręſentandi tempore quo fe-
cerunt illam pręſentationem de d. B. contra An. de Pactijs, ſe-
quitur quòd ſua pręſentatio fuit nulla, quia non poſſidens
non poteſt percipere fructus. vnde dicit ibi. do. An. cautum
debere eſſe aduocatum ſi vult concludere pręſentationem eſ-
ſe validam, quia non ſufficit concludere quod talis credeba-
tur, habebatur & reputabatur vt patronus, niſi cum hoc con
cludat, quòd erat in quaſi poſſeſſione iuris patronus, & ſic
cum in iſto caſu iſti nobiles de Ricaſolis non fuerint tempore
pręſentationis illius in quaſi poſſeſſione iuris pręſentandi, ſe-
quitur neceſſariò quòd præſentatio illa eſt nullius momenti.
¶ Quod autem tempore illius præſentationis non fuerunt in
poſſeſſione, probatur: nam cum in puncto dicatur quòd
cum vacaſſet dictus prioratus per mortem ſeu reſignationem
cuiuſdam viri inſtituti 1433. & quidam dominus Benedi-
ctus impetraſſet ex præſentatione dictorum nobilium de Ri-
caſolis, inſurrexerunt parochiani dicti prioratus aſſerentes
ius præſentandi priorem ad dictum prioratum ad eos ſpecta-
re contra dictum dominum Benedictum. Et ex aduerſo ſu-
pradicti nobiles de Ricaſolis aſſerentes ſe patronos, & ius
præſentandi priorem ad ſe ſpectare prætendentes, dominum
Benedictum defendere in dicto prioratu cæperunt: orta in-
de inter parochianos & nobiles pręfatos materia. q. fuit per
dictos nobiles & parochianos de & ſuper iure huiuſmodi
præſentandi priorem ad dictum prioratum in laicos compro
miſſum factum, qui laici dicti compromiſſi vigore neutri
dictarum partium ius competere ad præſentandum priorem
in dictis eccleſijs per ſuum laudum pronunciarunt &cæt. a
quo laudo non fuit reclamatum nec contrauentum, vnde ori
tur actio. l. cum antea. C. de arbi. l. diem proferre. §. ſtari. ff. eo-
dem titu. vnde pro veritate habetur ſententia. l. actori. C. de
reb. credi. l. ingenuum. ff. de ſtatu homi. & iuxta not. in l. ſi ſo-
cietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. & per omnes doc. in cap.
44 quintaualllis. de iureiu. ¶ † Et maximè cum de cauſa ſpiri-
tuali vel quaſi poſſit fieri compromiſſum in laicos arbitrato-
res, vt per Innocen. in ca. innotuit. ad fi. de arbi. & per Ioan.
And. & Antonius de But. & vult ibi Innoc. quòd ſaltem iſtud
eſſet verum, vbi quæſtio eſſet ſuper facto: quia tunc ſecundũ
eum tenet ſecundum quod voluit Paulus de Leaza. in clem.
prima. de vſu. & Bart. in l. 2. ff. de iuriſd. om. iud. & Bart. in l.
omni nouatione. C. de ſacroſan. eccle. & Bart. in l. Titia. ff. ſol.
matrimo. & l. quoties. C. de iudi. & Federic. de Senis in con-
ſil. 92. & in conſi. 24. & Antonius de But. & Imo. & Moder. in
ca. cum ſit generale. de foro compet. & per d. Abb. in ca. per
tuas. de arbi. in repet. ſua. ¶ Præterea dato quod dicti nobiles
de Ricaſolis fuiſſent in poſſeſſione vel quaſi dicti iuris patro-
natus tempore iſtius vltimæ præſentationis factæ contra do.
Anto. de Pactijs: tamen fuerunt in mala fide. vnde dicit Inn.
in dicto ca. conſultationibus, quem ſequitur ibi dom. Anto.
45 & alij ſcribentes † quod talis præſentatio non valet: quia ſi-
cut malæfidei poſſeſſor corporalis non facit fructus ſuos, vt l.
fructus. & l. ex diuerſo. ff. de rei vend. ita nec in iure incorpo-
rali facit actum validum, quaſi poſſeſſor malæfidei, cum ta-
lis actus fructus cenſeatur. Et idem dicit in miſſione in poſ-
ſeſſionem authoritate iudicis iuris ordine non ſeruato: vt l.
meminerint. C. vnde vi. & in l. fin. C. ſi per vim vel alio modo
quia non eſt bonæfidei. ¶Præterea, dato etiam quod iſti nobi-
les de Ricaſolis fuiſſent in bona fide; tamen quia eis fuerat
mota lis quòd non erat patroni per parochianos, & fuerat la-
tum laudum quod non erãt patroni. vnde Innocen. in dicto
ca. conſultationibus, ponendo hunc caſum, videlicet quan-
46 do aliquis eſt in bona fide: † tamen eſt mota quæſtio ante prę
ſentationis actum, vtrum poſſit præſentare. primò dicit quod
d videtur quod non [d] poſſit præſentare, & malè: quia remanet
poſſeſſor, vt in dicto ca. 1. & ca. laudabilem. vt li. pendente &
remanet bonæ fidei quò ad fructus & vſucapionem. l. ſi poſt
acceptum. ff. de rei vend. Item licèt ſit mota ſibi quęſtio, ſi nõ
intelligit ſe habere iniuſtam cauſam in litigando non eſt ma-
lęfidei,

læfidei, ideo præsentatus potest institui sub ea. sed ibi Innoc. recedit ab ista opin.& tenet contrarium, quod imò est malæfidei post litem conte.& interrumpitur prescriptio.l.certum. C.de rei vend.l.nemo. C. de acquir.pos.& sic sentit Innoc. in isto casu, quod posito quod præsentans sit in quasi possessione sit mota est sibi quæstio iuspatrona. tanquam malæfidei possessor præsentatur, ab eo non debet institui & confirmari: sed in casu nostro concurrunt duo fortiora: quia isti nobiles de Ricasolis præsentantes non erant in quasi possessione iuris præsentandi tempore factæ præsentationis per eos: quia iam præsentatus & institutus & confirmatus. d. Anto. de pactijs, & sua institutio erat sortita effectum: quia erat in possessione: vnde ipsi nobiles non possidebant cum duo insolidum possidere non possint. ca.licet causam. de prob.l.3.§.ex contrario. ff.de acquir.poss. ¶ Præterea videtur indubitanter dicendum istos nobiles de Ricasolis esse in mala fide, non dico præsumpta, sed aperta, & manifesta, quod sic ostenditur:

47 † possessor sine titulo presumitur esse malæfidei, maximè in rebus spiritualibus, vel quasi. hoc decidit Bart. in dicta l.fi. C.vnde vi.& Bart.in l.Celsus. ff. de vsuca.vbi dicit quòd bona fides presumitur, si precedit titulus verus vel putatiuus, & Archid.in c.1.de præscri.lib.6.dicit quod præsumitur bona fides si ostendatur titulus: modo in proposito isti nobiles de Ricasolis, vt præsupponitur in themate nullum titulum vel instrumentum habent, nec vnquam habuerunt in isto iure patronatus: quia non constructione, non fundatione, non dotatione, quibus titulis acquiritur ius patronatus.ca.monasterium.& ca.filijs.16.quæstione 7.& 17.quæstione secunda, Abbatem.non donatione non successione iuxta not. in cap.si plures.de iure patronatus.& in c.1. eo.lib.6.ergo fuerunt isti nobiles de Ricasolis in mala fide: ergo sequitur quòd per illam repræsentationem non acquisiuerunt aliquod ius, nec in possessione, nec in iure patronatus: quia erant in mala fide, & per consequens non potuerunt præsentare, & sic non potuerunt percipere fructus ipsius iuris præsentandi, vt ex supradictis apparet. ¶ Pro confirmatione etiam prædictorum bene facit quod voluerunt domini de Rota decisione. 262.

48 vbi concludunt † quòd si facta est præsentatio a possessore, & non constat quod sit malæfidei, sed in casu dubio, tunc si ius commune non restitit illi possessori, tunc præsumitur bonæ fidei possessor. arg.ca.1. de scrut.cum simil. Ideo tunc in dubio valet præsentatio, & quicquid inde postea sequeretur. Si autem possessori resisteret ius commune puta quia extraneus a capitulo vellet interesse electioni, tunc sentit Innoc. in c.1. de integ. resti. quòd sola possessio non sufficit, vnde in dubio presumetur malæfidei, & sic non teneret presentatio, nisi aliter iustificaretur ex iustitia tituli, vel probationibus probabilibus.l.cum igitur. §. 1. l.vt liberis. §.fin. ff.de libera.cau. vel nisi illa possessio iustificaretur per longinquitatem possessionis, possessio enim contra ius commune non præsumitur iusta, nisi aliquali titulo iuuetur vel ex aliqua causa tenendi. Et propterea dicunt d.de Rota in præallegata conclusione.& est

49 dictum Archidia.in ca.eum qui. de præbend.in 6. † inuasorem ᶜ pacificè possidentem posse presentare, dum tamen tolleretur & non constet de iniusta causa possessionis, allegat 23. quæstione secunda, in summa.& c. nihil.de elec.in vltima gl. per Innocen.quòd si concurrunt due electiones vel presentationes, quarum vna sit facta malefidei possessore, & altera sit facta a bone fidei possessore, præualet illa que est facta à bone fidei possessore. ad hoc facit quod not. in ca. cum Bertoldus, de re iud.& per hoc dixit Inno.quod si concurrat dominus iuris patronatus & possessor ad faciendam presentationem qd præualet presentatio possessoris, dũ tamen sit bonefidei. ¶ Sed si concurrant duæ presentationes, quarum vna est facta à proprietario, alia a possessore malefidei preualet facta a proprietario. ista dicta ponit Innoc.in ca. cum ecclesia, de electio.& ista dicta vt pulchra sequitur do. Anto. in dicto c.consultatio

50 nibus. & etiam dixit Innoc. † quod quando iudex misit aliquem in possessione iuris patronatus, & ipse immissus erat malefidei, quod presentatus ab eo non debet institui: quia ille talis immissus remanet malefidei possessor, & aliud est in patrono, & aliud in prælato, quia patronus in præsentando nõ innititur authoritati superioris: nec publico effectu. vnde licet pro ipso sententietur quòd sit patronus, semper tamen remanet malefidei, & imò fructus non facit suos. ¶ Prælatus verò nititur ex confirmatione superioris, vt patet not.in cap. nihil.que dicta sequitur dom.Petrus de Anchara.in dicto ca. consultationibus.dicens esse bene notandum memoriæ quod authoritate sententie iudicis non purgatur mala fides illius pro quo talis sententia lata est, vel authoritas interposita, cum concordan.text.in ca.fina.§. patri nostro de matrimonio contracto contra interdictum ecclesie. ¶ Et ex his apparet quòd cum possessioni seu presentationi dictorum nobilium de Ricasolis resistat ius commune, videlicet quod laici habeant patronatum in ecclesia sine aliquo titulo, & maximè in ecclesia collegiata, ergo isti fuerunt & sunt in mala fide manifesta: quia contra dispositionem iuris communis ipsi nobiles possidebant ius patronatus, seu ius presentandi contra dispositionem iuris communis: quia ex dote aut constructione, & similibus. vt superius dixi: ergo contra dispositionem iuris tenebant illam quasi possessionem iuris patronatus, & per consequens fuerunt in mala fide. l. quemadmodum. & ibi glo.& Barto.C.de agri.& censi.lib.10.& ca. qui contra.de reg.iur. lib.6.& not.scribentis.in c.si quis presbyterorum.de rebus ecclesie non alienan.& sic isti de Ricasolis erant in mala fide, & per consequens non potuerunt presentare, & maximè, quia tertia presentatio facta de domino Benedicto capellano non fuit sortita effectum, fuit ergo interrupta eis illa possessio: & sic illi sue possessioni resistebat ius commune quòd laicus habebat patronatum in ecclesia sine aliquo titulo. ¶ Nec illa sua possessio fuit antiqua quia incipit in 1408.& in 1461. fuit interrupta per illos parochianos dictarum ecclesiarum etiam per laudum latum.& sic illa possessio eorum non potuit iustificari ex antiquitate temporis, vt voluit Innocen.& do. de Rota in preallegata decisione. & maximè quia Innoc. ibi voluit quod quando talis possessio non erat apertè contra ius commune resistens, vt in casu nostro: tunc poterat illa possessio iustificari ex longinquitate temporis, nec concurrit adminiculum iuris communis, imò concurrit resistentia iuris communis. ¶ Preterea dato quòd ius patronatus posset prescribi, prescribitur 40.annis, iuxta not. in cap.de quarta.de prescrip. & in authen.quas actio.de sacrosan. Sed isti non possederunt per 40.annos. nec est probatum, ergo &c.

ADDITIONES.

* Esse collegiatam.] Que dicatur esse collegiata ecclesia, vide pulchrè per Felin.in ca.accedentes.col.2.de præsaript.& Ias. consi.77. colum.fi.lib.1.& Dec.in ca.nullus.2.not.de elect. Natta.

a ¶ Centum.dixi in consue.Parisi.§.5.not.63.

b ¶ Domini imò Gemi.ibi.versi.4.casu magis sequitur glo.& est veritas vt dixi in consil. præcedenti. numero 1.& idem mecum tenuit Fede.de Senis.consilio 80.incip.Factum tale est bigatius.

* Abbas in ca.] Vide ibi his de rebus per Felinum affatim. Natta.

* Ita decidit.] Idem vult Bald.in cap.1.§.si quis per 30.columna secunda, si de feudo fuer.controuer.in.do.& agna. Alberic.Ros.in Dictionario, in verbo, prescriptio. versic.an currat præscriptio. Et istud dictum Salycet.tenet etiam Alexand.consilio 113.columna prima, libro primo,& consilio 108.circa fin.libro secundo, & non procedit in præscriptione immemoriali; Felin.in cap.causam.columna quarta, de præscrip.vide Alexan.in l.si certis annis.columna fina.C. de pact.vbi Rimin. post Castrensem, dicit illud de tempore immemoriali. Natta.

* Iuris præsentandi.] De his fructibus vide Felin. in c.cum olim.columna secunda, de maior.& obed.Et adde quòd non probatur quis esse patronus quo ad proprietatem, licèt probetur possessio iuris patronatnm quantum vis tempore vetusta; Archidiac.16.quæstione 7. ca.si plures.& de possessione iuris patronatus plura Dec.consil.117. per totum, & consilio 124.columna 1.& latè etiam consilio 134.dub. 1.& consilio 129. columna 2.& consilio 126. in pluribus locis, & consil.127.colum.1. Natta.

c ¶ Possessorem.Gui.Pau.consil.92.Rochus Cur.trac.de iure pa.vers. competens.q.14.Ber.consi.373.in fi.lib.2.dixi in consu. Pari.§.37.gl. 10.nu.3.num.9.

d ¶ Quod non hoc procedit quando esset lis mota super possessorio, secus si super petitorio, modo possessor sit in bona fide vt per Panor.Henr.Boi.c.2.de in integ.rest.latè Roch.Cur.de iure patro.ver. competens.q.23.

e Inuasorem. sed ibi non loquuntur de inuasore iuris patronatus, sed de inuasore ecclesiæ vel castri a qua dependet ius patronatus vt per Gemi.Phil.Francis.dicto cap.eum qui.Felyn.dicto cap.cum Bertoldus.

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *Pater si iussit filios simul habitare, & in communione persistere, hoc solum importat quòd debeant communicare fructus, & communiter viuere, non autem quòd debeant esse socij, vel tenere bona in communi pro indiuiso. nume. 2. 3. 12. & nume. 20.*
4 *Verba etiam vniuersalia debent restringi ad verisimilia.*
5 *Onera dotandi sunt magna: nec debent ferri de communi, etiã inter socios omnium bonorum. nu. 6.*
8 *Societas omnium bonorum nunquam contrahitur nisi expreßè agatur. & nu. 18.*
9 *Fructus in dubio tantum videntur communicari, non proprietas. & nu. 29.*
10 *Societas etiam tacitè, & quò ad quædam dissoluitur.*
13 *Generalis restringitur per species sequentes, & ad similia. 19. 26.*
15 *Appellatione impensarum studij quid veniat.*
16 *Diuisio si fiat, non est habenda ratio maioris familiæ vnius.*
17 *Impensarum omnium appellatione veniunt solum iustæ & moderatæ.*
21 *Inæqualitatem magnam parentes inducere inter filios non præsumuntur. & nu. 24.*
25 *Communionem parentes facere non videntur, nisi causa æqualitatis seruandæ.*
27 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates.*

CONSILIVM LXXVI.

Consilia pro Baptista de Fanturijs de Vrbino in causa sua, & vsque ad consilio 79. non sunt Alexand. & sunt modici valoris: & sunt Sallustij, vel alterius Doctoris. Natta.

Viso themate suprà formato & super eo diligenti deliberatione premissa & vt ad quęsita iuris consona tradatur respon
a sio. ¶ † Primò considerandum venit quid importent ista ver
1 ba quando pater iubet filios suos simul habitare & in communione persistere, super quo consuluit Bart. consil. 168. incipien. Quidam habens bona communia. quod consilium ipse refert & sequitur in l. Quintus. ff. de annuis lega. & ibi facit plura membra: quantum verò ad casum istum de quo quęritur Nico. pater Bernabęi, & Ioan. & auus excellentis artium medicinę doctoris magistri Augustini mandauit in suo testamento ipsos omnes simul stare & habitare & in communione viuere. dixit Barto. quòd ista verba operantur quòd fructus ęqualiter colligantur, & ęqualiter expendantur, adeò quòd licet vnus haberet maiorem familiam quam alius, non propter hoc teneatur plus conferre. hoc dicit probari, quia verbum communiter, debet intelligi ęqualiter, vt in l. fin. §. Lucius. de legat. 2. & de duo. fra. de nouo bene. inuesti. ca. duo fratres. & sic considerando verba supradicta clara esset responsio ad primum quęsitum, videlicet quòd Ioan. & magister Augustin. contribuere non debeat ad dotes solutas per Bernabæum, dum dixit filiabus suis, nec ad dotes solutas post mortem Bernabęi per ipsum Ioan. & matrem Augusti. filię
2 & neptis ipsius Bernabęi. † Nam ex quo, vt prędixi, verba prędicta non operantur effectum alium nisi quòd fructus cõmuniter & æqualiter colligantur, quòd expensæ pro fructibus æqualiter recolligendis æqualiter fiant, absque dubio nõ venirent dotes filiarum: quia non veniunt appellatione fructuum, quinimò debuissent fieri de portione ipsius Bernabæi tantum. ¶ † Sed adhuc aduertendum venit quòd verba
3 ipsius Nicolai videantur fuisse magis ampla: quia subiunxit illa verba, & tenere omnia eorum bona pro indiuiso, & omnia eorum lucra, & expensas, & onera tam pro studio & pro libris dicti magistri Augustini quàm pro alia quacunque re & ipsos vel aliquem ipsorum tangentium communicare, & nullam diuisionem facere de bonis & hæreditate dicti testatoris &cæt. Ex quo enim voluit quòd omnia onera essent cõmunia tam pro studio Augusti. quàm pro quacunque alia re, videtur voluisse quòd etiam onera dotium essent communia. nam qui omne dicit, nihil excludit, vt l. prima §. & generaliter. de lega. præstan. ca. solitæ. de maiorita. & obedientia. ¶ Sed his non obstantibus adhuc in contrarium se habet veritas. nã
4 † rationabile est quòd verba restringantur ad verisimile cogitatum per testatorem; vt l. si quis ita. §. fin. de testamentis tut. & est text. optimus in l. solutum. §. solutam. ff. de pigno. actio. vbi dum dicit non enim credibile est conuenisse &c. qui probat quòd verba semper debent restringi ad verisimilia, & alibi dicitur quòd semper testator præsumitur cogitare, & velle secundum ordinem & dispositionem legis: vt l. si duo. ff. de acquirenda hæreditate. Nunc ad propositum nostrum non est verosimile Nicolaum testatorem voluisse quòd filijs stantibus in communione, dotes soluantur de communi. nam onus dotandi filias posset esse nimis magnum & insupportabile. Quinimò statuit lex tale onus pertinere ad patrem, & non ad patruos, vt l. fina. C. de dotis promissæ, & ideo sic præsumitur patrem in sua dispositione velle. Nec obstant illa verba dum dixit, & pro alia quacunque re, quia debet intelligi similibus rebus expressis, hoc est de similibus oneribus, & expensis conficient pro victu communiter ducendo, ac pro fructibus recolligendis, & etiam quòd forent similia oneribus studij, & pro alijs oneribus quotidianis, quæ contingunt in familia expediri: non autem pro oneribus & dissimilibus rebus suprà per testatorem expres-
5 sis, † quemadmodum sunt onera dotandi, quia illa sunt onera nimis magna, & quod natura illius verbi alia, quamuis sit indiffinitè positum: vt feratur & restringatur ad alia similia, probat text. in l. penultima. C. qui admit. ad bon. possess. possunt. & est bona gloss. in l. si fugitiui. C. de serui. fugiti. Et voluit etiam glo. in l. illud. C. de sacrosancta ecclesia, & no. Barto. in l. conuenticulam. C. de episcopis & clericis. ¶ Amplius etiam probatur ista conclusio aperta ratione ex notatis per Guliel. in Specul. in titulo de iudi. in quarta parte. §. sequitur videre. & versic. quid si vnus ex fratribus. ibi apertè
6 decidit † quòd si sunt duo fratres qui retinent omnia eorum bona communia, & omnia onera, & expensas communiter supportant post mortem patris & vnus ipsorum dotauit filias, & alter non, quòd tempore diuisionis dotis non debebunt extrahi de communi, sed duntaxat de portione fratris, qui filias suas dotauit. Quamuis ergo diceremus, vt est veritas, quòd Nicolaus testator ex verbis in testamento appositis, quæ suprà retuli, & quæ suprà in themate continentur, voluerit inducere communionem omnium bonorum, & lucrorum, & bonorum, attamen in tali [b] dispositione non venit quòd dotes debeant communicari & hæc
7 sufficiant quò ad primum quæsitum. ¶ † Accedo ad secundum, quo quæritur nunquid hæreditas matris ipsius magistri Augustini qui decessit post mortem Nicolai, & in qua ipse magister Augustinus post mortem patris successit ipsis stantibus in communione per ipsum magistrum Augustinum sit communicanda fratri vel nepoti suo filio Bernabæi, & idem quæritur de persona Ioannes si apparet quòd communione durante aliqua hæreditas sibi obuenisset vel legatum: an ipsum debeat communicare nepotibus suis? super quo conclusiuè loquendo, arbitror dicendum quod non, per text. in l. ea verò. §. primo. ff. pro socio. coniuncta. l. nec adiecit. eodem titulo, in quibus habetur quòd si contrahitur societas simpliciter, in qua venit omnis quæstus factus hincinde, tamen non venit hæreditas vel legatum, vt est text. notabilis in l. sed si ad matris. pro socio. quinimò text. in dicta l. ea verò. §. primo, ad hoc vt in societate veniant hæreditas & legatum, requiritur quòd specialiter sit contracta societas omnium bonorum quod verbum specialiter, glo. ibi exponit, idest expresè. & eodem modo intelligitur quod ex ponit glo. in l. cum duobus. §. socium. & in l. si societas vniuersorum. & in dictis etiam locis gloss. firmat
8 † quòd nunquam contrahitur societas omnium bonorum
c nisi expresè [c] sit actum. cum itaque in casu isto inter filios Nicolai & nepotem nunquam fuerit expresè contracta societas omnium bonorum, quòd est necesse quò ad hoc vt hæreditas & legata veniant in societate & communione, immo nec inter eos apparet expresè fuisse conuentum quòd fuerit contracta societas etiam simpliciter: ergo sequitur necessariò concludendum, quod magister Augustinus non tenetur communicare Ioan. nec filio Barnabæi hæreditatem

vxoris

uxoris suis filijs acquisitam, cum talis hæreditas sit propria filiorum & non magistri Augustini. ¶ Nec refert si diceretur quòd ipse magister Augustinus communione durante com-
9 municauit fratribus fructus dictarum hæreditatum, † nec uidetur quòd quamuis communicauerit fructus, & sic respectu dictorum fructuum dicantur contraxisset societatem, tamen proprietatem bonorum nunquam apparet, quòd magister Augustinus communicauerit, & sic non est contracta societas ad hoc uti proprietas bonorum hæreditatis inter eos sit communicanda, ut l. si sic. & l. planè. ff. pro socio longè enim differt communicasse fructus in quibus inter fratres communiter uiuentes de facili præsumitur liberalitas, ut l. Procula. de proba. & docet experientia quæ est optima legum interpres, ut l. cum de lanionis. §. asinam molendinariam. ff. de fundo instru. de præsumptione communionis proprietatis bonorum de qua nihil apparet actum tacitè uel expresse: nec debet præsumi etiam liberalitas inter fratres in re tam grandi, & magni præiudicij: quia nemo præsumitur iactare suum, vt l. cum de indebito. ff. de probat. & quotidie videmus fratres commune m vitam ducentes ad insimul habitantes communicare fructus successionum obuenientium vni, & non alteri, & tamen absit a seculo quod ex hoc etiam in dubio proprietatem videantur largiri. concludo igitur circa hoc quòd si hæreditas obuenisset ipsi magistro Augustino ipse cõmunicare non tenetur Ioan. nec filio Barnabæi & eodem modo nec Ioan. ipsis magistro Augustino nec filio Barnabęi si qua hæreditas vel legatum apparet sibi obuenisse: quia cum nõ fuerunt in communione ipse Ioan. communicare non tenetur. Tandem accedo ad tertium & vltimum quęsitum: nam proponitur in themate quòd post mortem Barnabæi reperiũtur multa debita ipsius & ipsius nomine contracta. Nec apparet quòd ad dicta debita obligati sint ipse Ioan. nec magister Augustinus sed solum ipse Barnabæus in libris etiam mercantiarum nomine proprio obligatus apparet, & seipsum fecit debitorem, & creditorem, ipsum Ioan. & magistrum Augustinus non nominando, & similem modum proponitur tenuisse Io. in libris suarum mercantiarum: quia apparent multa debita & credita per ipsum fuisse contracta nomine proprio: & pręsupponitur non apparere, quòd huiusmodi debita sic contracta fuerint propter communem vtilitatem domos, & insuper etiam dicitur quòd durante communione, & ad insimul habitatione magister Augustinus emit quendam fundum suo nomine proprio, modo quæritur attentis prædictis an debita contracta per ipsum Barnabæum de quibus dixi, & per ipsum Ioan. solui debeant de portione sua, & consimiliter quæritur an magister Augustinus debeat communicare fundum suo nomine proprio emptum? pro cuius decisione conclusiuè memorandum venit, quòd quamuis doct. in l. Titium & Mæuium. §. altero. ff. de administratione tutorum. & in l. si patruus. C. famil. ercisc. & vtrobique per Bartol. & Bald. & per Bartol. plenissimè in tractatu de duobus fratribus, vbi etiam per Bald. per illum traditur quem compleuit ab articulo non finitum, quia morte præuentus, communiter dicunt, &
10 † concludunt quòd ex habitatione communi, & ex communi vsu bonorum, & participatione lucrorum, & onerum inter fratres inducatur tacita societas, licet non omnium bonorum secundum Bartol. quamuis Bald. contra in locis præallegatis. attamen talis societas sicut tacitè contrahitur consensu, ita tacitè consensu dissoluitur, propter negotiari particulariter, & ad commodum proprium, vt l. itaque. ff. pro socio. & not. in l. societas. & l. planè. eodem titu. & tangit etiam Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itin. actuque priua. Cum itaque isti fratres post inchoatam communionem, & tacitam societatem inchoauerint particulariter, & nomine proprio negotiari, & ad propria commoda: quia dicitur non apparere quòd posuerit in communione ea propter quæ debita contraxerũt, vt apparet magistrum Augustinum suo nomine emptionem fecisse, quamuis talia fecerit contra mandatum Nicolai testatoris actum, & huiusmodi actibus apparet inter eos societatem, & communionem fuisse diuersam, quantum pertinet ad debita, & credita, & quantum ad prædium emptum per
11 magistrum Augustinum. † Nec refert quòd tunc tempus quo prædicta acta fuerunt, & postea etiam adhuc fuissent in eadem domo communem victum ducendo, & etiam communiter fructus bonorum recolligendo Nam cum sit ita quod quantum ad talia esset commune inter eos, tamen secus est quantum pertinet ad mercantias, & ad illa quæ respiciunt traficum mercantiæ, & quæ scripta reperiuntur in libris mercantiæ, quorum respectu dicitur dissoluta omnis societas, &
12 communio. † Potest enim societas quæ contrahitur in certis rebus dissolui, & in certis non, quemadmodum per communem vsum in certis rebus in illis tantum contrahitur, & in alijs in quibus vsus non interuenit communis, non contrahitur secundum veram opin. Bartol. in quolibet prædictorum locorum, & bene per Bartol. ad propositum in dicto §. si quis hoc interdictum. Ex quibus infertur clara conclusio ad quæsitum, uidelicet quod hæredes Barnabæi debita ipsius Barnabæi contracta de ipsius portione debent solui, & eodem modo credita ad eum pertinent, quæ nomine proprio contraxit: & etiam similiter dicendum est de Ioan. altero fratre. ¶ Consulo tamen quemlibet iudicem arbitrium seu arbitratorem habentem iudicare inter istos Ioan. & magistrum Augustinum & filium Barnabæum vt ferant sententiam, & re uideatur ratio administrationis domus, quam fecit Barnabæus, tempore quo vixit: in qua apparebant omnes introitus qui peruenerant ad ipsum Barnabæum de communi patrimonio ipsorum post mortem Nicolai, & apparebunt etiam exitus, & expensæ. ¶Et tunc apparebit veritas, an illa debita contracta per Barnabæum nomine proprio contracta fuerint propter commune bonum, & vtilitatem omnium, & tunc erunt soluenda communiter, & per omnes ipsos tres: aliàs habebit locum quod supra dixi, & consimiliter dico de debitis contractis per Ioan. nomine proprio, vt debebat inspici veritas per reuisionem rationis, & calculi, & consimiliter videndum erit, & ex legitimis indicijs debebit inspici an magister Augustinus pretium illius fundi soluerit de pretio redacto ex fructibus bonorum communionum, seu ex fructibus redactis ex mercantijs communibus: nam tunc quamuis fundus in omnem euentum remaneret proprius magistri Augustini: vt probatur in l. si patruus. Attamen ipse magister Augustinus deberet restituere Ioan. & filio Barnabęi duas partes pretij soluti pro illo fundo. Sunt omnes quæstiones quæ in diuisione bonorum oriuntur inter fratres, quæ expediuntur de bono & ęquo animo, ne aliquis patiatur contra sententiam iurisconsulti in l. si seruum. §. sequitur. ff. de verborum obligationibus, ibi dum dicit esse hanc de bono, & ęquo, in qua sub authoritate scientię iuris interdum perniciosè erratur.

Subscri. ad consi. pręced.

CAPIO primum quęsitum, & ponderanda sunt omnia
13 verba dicti testatoris. † Nam primò voluit ipsos hęredes eius stare, & habitare, & in communione viuere. facit, l. prima. §. habitare. cum §. sequen. ff. de his qui deie. vel effu. iuncta. l. verbo victus, de verborum significationibus per hoc enim non intelligitur contracta societas inter dictos hęredes, vt est text. in l. cum duobus. §. si fratres. ff. pro socio. ¶Pręterea non sequitur, quod debeant tenere omnia eorum bona pro indiuiso, nec etiam per hęc verba intelligatur contracta societas, vt dicto §. si fratres. ibi in diuersas hęreditates. Nam quam primum filij successerunt patri, dicuntur illa bona propria filiorum, nec amplius dicuntur bona patris, vt l. sed si plures. §. filio. ff. de vulgaris. & pupillaris. & l. j. §. veteres. de acquiren. posses. & l. hęres per filium. ff. de acquiren. hęredit. & quòd in his not. & in dicto §. si fratres, & quamuis tenuerunt eorum bona indiuisa, quę tamen fuerunt olim eorum patris, non tamen per hoc intelligitur inter eos contracta societas. postea in dicto testamento sequuntur illa verba, & omnia eorum lucra, & expensas communicare tam pro magistri Augustini studio, & libris, quam pro alia quacunque re ipsos vel eorum aliquem tangentem communicare &c. ¶Dicendum est etiam quòd nec per dicta verba intelligatur contracta societas omnium bonorum, sed tantummodò de emolumento, & damno quod contingeret in dictis bonis ad dictos hęredes vel aliquem eorum quod sit commune, non autem aliunde emolumentum vel damnum dictis hęredibus vel alicui eorum contigisset in commune debet redigi, vt dicit etiam

text.in d.§.ſi fratres. Nec huic ſententiæ obſtant illa uerba te-
ſtamenti, uidelicet tam pro ſtudio & libris magiſtri Auguſti-
ni quàm pro alia quacunque re. Nam aduertendum eſt quod
licet primò dictus teſtator dixit omnia onera & expenſas, &
per conſequens generaliter deberet intelligi.l.1.§.& generali-
ter, de leg.præſtan. per prædicta verba, quæ poſtea ſequuntur
tam pro ſtudio & libris dicti magiſtri Auguſtini reſtringunt
14 præcedentia. dum primò dixerat omnia onera &c. † quia qđ
primo generaliter loquitur, & ſequantur aliqua in ſpecie illa
generalitas reſtringitur ad illa ſpecialia, & eorum naturam, vt
l.vxorem.§.feliciſſimo.de legat.3.& l.quæſitum.§.fin.& quod
ibi latè Bartol.ff.de fun.inſtru.& in cap.generi per ſpeciem.de
reg.iur.in 6.& l.§.1.de vino oleo tri.lega.& hoc ſaltem negari
non poteſt.

¶ Alia ſubſcriptio.

¶ET ſi tãtorum & talium doctorum authoritas abſq; alia
concluſione in ſententiando, & iudicando ſatis eſſet, vt firmat
do.Federi.de Senis in conſilijs, conſilio 35.facit quod in ſimi-
li dicit tex.iunctis his quę ibi ſcribit Bal.in l.ad exhibendum.
C.ad exhi.ꝙ authoritas peritorum & iuriſconſulti non eſt ſper
nenda. adeo quod quicquid demonſtratæ rei adijcitur ſatis de
monſtrare fruſtra eſſet, dixit tex.in l.1.in fi.ff.de dote prælega.
attamen vt in prima concluſione cui aliqualis hæſitatio vide-
tur, luce clarior eluceſcat: & quia argumentis cauſa deciditur,
vt dicit tex. in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad Trebe. & ferrum
ferro acuitur, dicit Bald.in l.precibus.C.de impu.& alijs ſub-
ſti.videtur prima fronte dicendum vt verbis vtar iuriſconſulti
de quo in l.quinquaginta.ff.de prob.Io.& Aug.prædicti ad cõ
tributionem dotium prædictarum filiarum dicti Barna.teneri
iuribus & rationibus infraſcriptis. nam nulli dubium quod
appellatione expenſarum veniunt dotes & dotium onera, po-
tiſſimè præſenti caſu vbi teſtator dixit omnia eorum lucra &
expenſas & onera tam pro ſtudio &c. quam pro alia quacunq;
re ipſos vel aliquem ipſarum tangentia &c. & debitum onus
ſoluendi dotes ſpectat ad patrem, & ipſum tangit per l.fi. C.de
dotis promiſ.& in l.inter liberos. de ritu nup. & in l.filiæ. de
14 leg.2.cum ſi.¶ † Præterea ſi de quominus videtur ineſſe & nõ
ineſt, ergo de quo magis.auth.multòmagis. de ſacroſanc.eccl.
& auth.multòmagis.de epiſc.& cle.Sed ſi teſtator voluit Bar-
na.& Io.teneri pro rata ad contributionem expenſarum ſtudij
dicti magiſtri Auguſti.cum ſit ſtudium medicinæ, ſequitur ꝙ
non ad expenſas ſtudij grammaticorum tenetur, ſecundũ Bar.
in l.1.§.nec caſtrenſe.ff.de colla.bo.& in l.de bonis.§.fin.ff.ad
Carbo.igitur quantòmagis prçſumitur voluiſſe teſtator dictos
magiſtrum Auguſtinum & Io. teneri ad expenſas & onera do-
tium filiarum dicti Barnabęi pro eorum rata ad quas indiſtin.
vt ſupra patet tenetur per iura ſuperius alleg.¶Nec habet præ-
dictis obſtare qđ ſi teſtator voluiſſet intelligere de dotib. filia
rum Barnabæi, expreſſiſſet ſicut expreſſit de expenſis ſtudij di
cti magiſtri Auguſtini per l.vnicam.§.ſi verò.C.de cadu.tol.
& 28.q.j.ſic enim.verſ.cum non dixit.& in c. ad audientiam.
cum ſi.de decimis quia facilis eſt reſponſio. Nam tunc teſta-
tor non expreſſit de expenſis dotium: quia tunc non immine-
bat onus expenſarum dotium filiarum dicti Barnabæi: quia
fortè nondum erant tunc in rerum natura.Nam vel ſi erant nõ
erant fortè viri potentes vel nubilis ætatis: ſed bene immine-
bat fortè tunc opus expenſarum ſtudij dicti Auguſtini qui tũc
forſitan ſtudebat.¶Vltimò certi iuris eſt inter fratres æqualitas
ſeruanda, vt l.illud de col.& in l.fin.C.communia vtriuſque
iud. Sed ſi teſtator expreſsè voluit Barnab.& Io.teneri ad con-
tributionem & communem expenſarum ſtudij dicti Augu.vt
ſeruetur æqualitas inter eos, cenſetur voluiſſe teſtator magiſtrũ
Auguſtinum vna cum Ioan. teneri contribuere ad onus dotan
di filias dicti Barnabæi, nec eſt verum dicere quod expenſæ, &
onera dotium filiarum Barnabæi ſint maiores & magis inſup-
portabiles quam onera & expenſæ ſtudij dicti magiſtri Augu.
15 quoniam contrarium eſt verum: † nam appellatione expenſa-
rum ſtudij, venit quod expenditur per introitum matriculæ
ſecundum Bart.in l.pen.§.fin.per illum tex. de leg.3. Item ve-
niuat pretia librorum ſecundum Bart.in l.quibus diebus.§.1.
de condit.& demon.Item veniunt expenſæ doctoratus, quæ
poſſunt aſcendere vſque ad duo milia turonenſium, vt eſt tex.
in clemen. cum ſit nimis. de magi.Item conſequenter videre
meo expenſæ ſtudij poſſunt eſſe multo maiores & inſupporta
biles quàm onera & expenſa etiam quinque vel ſex dotium dã
darum ſecundum quantitatem patrimonij, vt in dicta l.filiæ.
16 de legat.3.† Nec in diuiſione habenda eſt conſideratio maio-
ritatis familiæ vnius quam alterius dando ex dicta familia ali-
quid lucri, quod in domo perciperetur, ſecundum Bald. in
l.ſi patruo affectu.C.de nego.geſt.& in l.ſi patruus.C.com-
munia vtriuſque iud.& Petr.de Ancha.in conſilijs ſuis.& per
Ludo.in conſilijs ſuis conſilio 69.¶His tamen non refragan-
tibus conſilium & ſententia ſupradictorum conſulentium iu-
ris cenſetur verior primò iuribus & rationibus eorum. ¶Se-
cundò vno præſuppoſito quòd veritas ſit vltra contenta in pũ-
cto & in themate: quòd ſi probari poteſt, tollit & amouet om
nem hæſitationem, etiam ſuppoſito quod teſtator expreſsè mã
dauerit dictos hæredes teneri contribuere dotibus filiarum ip
ſorum vel alterius ipſorum. nam præſupponitur ex themate
quod dictus Barnabæus ipſe ſolus & ipſius ſolius nomine do-
tes promiſerat & ſoluerat pro ſuis filiabus dum dixit poſt mor
tem teſtatoris. item ſtipulatus fuerat ſibi ſoli reſtitui in ca-
ſum, & euentum dotium reſtituendarum non narrando Io.
nec magiſtrum Auguſtinum in promittendo, & ſoluendo, &
minus in ſtipulando ſibi reſtitui: & per conſequens expreſsè
quemadmodum cenſetur voluiſſe diſcedere a communione
dictarum expenſarum de communi fiendarum per iura & ra-
tiones per conſulentes allegatas. Item quia potuit dictus Bar-
nab. renunciare iuri dictæ contributionis, & communionis
dictarum dotium, & expenſarum pro ſe introductæ, vt l. ſi
quis in conſcribendo.C.de pact.& in l.penul.C.de epiſcop.&
cleri.& in cap. ſi diligenti. de foro competente & actus agen-
tium non debet operari vltra eorum intentionem: vt l. non
17 omnis. cum ſi. ſi cert. petatur. ¶ † Præterea pro iſta conclu-
ſione facit: quia appellatione omnium, & ſingularum expen-
ſarum veniunt ſolum expenſæ legitimæ, iuſtæ & moderatæ ſe-
cundum Ange.in auth.de col. do. in verſicul. oportet autem
per glo.in l.quidam Hiberus. de ſeruit.vrba.prædio. vbi pro-
mittens reficere omnes, & ſingulas expenſas fiendas per ta-
lem, intelligitur promiſiſſe ſolum expenſas legitimas, iuſtas &
moderatas. ſed expenſæ dotium non ſunt moderatæ ſed inſup
portabiles & immoderatæ: ſcilicet vt præſupponitur in the-
mate, & per prædictum præſuppoſitum argumenta in contra-
rium allegata tolluntur &c.

¶ Alia ſubſcriptio.

¶CIRCA ea quæ proponuntur tam in punctuo quàm
in conſilio nil aliud addendum videbatur quàm teſtimonium
veritati perhibere. Tamen licet attentis his quæ copioſè, &
eleganter ſupraſcripta, & concluſa ſunt per ſupradictum con-
ſultiſſimum doctorem dominum Salluſtium, pro fortifican-
da dicti eius conſilijs concluſione dicendum puto, aut ex
verbis teſtatoris diceretur inter dictos fratres, & nepotem,
& inſimul. & cohabitatione & fructuum bonorum com-
munium perceptione communi, & eorum conuerſione in-
ducta ſocietas aut non. Si autem nulla eſſet inducta ſocie-
tas nulli dubitationi locus eſt quod ea quæ ſupra conſulta &
18 concluſa ſunt de iure ſunt veriſſima. † Si autem ſocietas in-
ducta eſt illa potius dicenda eſt particularis quàm vniuerſa-
lis: imò quia vniuerſorum bonorum nunquam contrahitur
ſeu contracta intelligitur niſi expreſsè fiat, vt eſt caſus in l.3.
§.cum ſpecialiter. ff.pro ſocio. & ibi gloſſ. in l.cum duobus.
§.idem Papinia.eodem titu.aliàs autem ſi ſimpliciter fiat nun-
quam vniuerſalis eſt cenſenda ſocietas. l.coiri. l.quæſtus. &
l.nec adiecit eodem tit. Item quia in huiuſmodi ſocietate alio
non dato non intelliguntur bona futura, vt l.prima.§.primo.
ff.eo. vbi glo. expreſsè declarat etiam in ſocietate omnium
bonorum non venire bona futura, vbi glo. dicit ſecus in bo-
nis poſtea quæſitis. Cum itaque meo iudicio verum ſit, quod
inter prædictos, nec ex eorum expreſſa voluntate nec tacita,
nec ex verbis teſtatoris non intelligitur vniuerſalis contracta
ſocietas, quoniam non interuenerunt ea quæ fuerunt neceſ-
ſaria ad ipſam vniuerſorum bonorum ſocietatem contrahen-
dam ut expreſsè per Bartol. in lege Titium, & Mæuium in §.
altero.ff.de admini.tut.& per Bald.in l.ſi patruus. C.commu-
nia utriuſque iudi. & ibi clarè per dominum Bartol. de Sali-
ceto

ceto, & in dicto tractatu Bar. ſuppleto per Bal. probatur enim quòd non interuenit omnium bonorum ſocietas, quia de illa non conſtat quinimò conſtat oppoſitum ſecundum quòd ex puncto colligitur Barnab. per ſe traficaſſe & ſe creditorem ac debitorem feciſſe non fratrem neque nepotem, ſicque dicitur feciſſe ſecundus frater: vnde potius arguitur non ſocietas nec communio quàm ſocietas maximè quia magiſter Augu. in traficis & mercantijs ſe non exercebat, quia ſcholaris & fortè minor inhabilis ad contrahendum ſocietatem quam nec expreſsè contrahere potuiſſet: ergo nec tacitè. arg. ad l. qui ad certum. ff. loc. & no. expreſsè in d. §. altero. & d. l. ſi patruus. & maximè quia non præſupponitur nec veriſimile eſt ipſum communicaſſe lucra ſua. ¶ Primò, quia dum ſcholaris erat non poterat lucrari: & poſt non præſupponitur ipſum lucra in communi poſuiſſe, quòd fuiſſet neceſſarium vt vniuerſorum diceretur contracta ſocietas, vt in dictis iuribus & in dicto tractatu Bartol. huiuſmodi lucra quæ à magiſtro Auguſtino proceſſiſſent: cum ex ſocietate non deſcendant non contribuuntur: vt l. 1. §. ſi quis interdicto. ff. ne quid in loco pub. per gl. in l. 1. ff. de iti. actuque priua. namque (vt dixi) ad eandem ſocietatem omnium bonorum inter prædictos poſſet intelligi in propoſito fuiſſe contractum etiam tacitè & de expreſſa non conſtat, vt ſupra patet nec ex verbis teſtatoris, vt ſupra per dominum Salluſtium eſt oſtenſum, & ea ratione dicti fratres non fuerunt circa prædicta ſecuti voluntatem patris licet indiuiſi quò ad id quid habitauerint, & communiter poſſederint, & fructus communiter perceperint, ac conuerterint: tamen diuerſas artes & mercantias proprio nomine exercuerunt non communi nomine, & ſe creditores, & debitores proprios ſcribebant, vnde arguitur quòd communicare non intendebant, vt not. Bartol. in legibus præallegatis. & in l. Neſennius. ff. de nego. geſt. & maximè hoc patet cum emerunt bona propria nomine non communi: & per conſequens communicanda per not. in dicta l. ſi patruus. quinimò reſultat dictum fratrem & magiſtrum Auguſtinum nepotem ad dictas ſiue primas ſiue poſteriores non teneri dotes, cum ſocij omnium bonorum non fuerunt vt ſupra patet, & per conſequens integram portionem omnium bonorum in diuiſione conſequi debere, nec hæreditas delatas magiſtro Auguſtino ſeu filijs eius debere conferri, vt in d. l. 3. §. j. quoniam ibi præſupponit expreſſam ſocietatem omnium bonorum quæ hic non fuit, ergo nec communicari debebunt. arg. l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſocio. & per conſequens ad dicta debita contracta per dictum Barnabæum tenentur dictis rationibus &c.

ADDITIONES.

a ¶Reſponſio. non eſt conſilio Alexan. vt ſtylus oſtendit, & tertia ſubſcriptio. in princip. & quia nume. 6. tenet contrarium. eius quod vult Alex. infra lib. 5. conſilio 70. & in conſi. ſeq. ſiue in vltima huius conſilij ſubſcriptione quæ eſt Alex. vt phraſis & conſonantia dictorum oſtendit.

b ¶Tali ſcilicet etiam omnium bonorum, & hæc veritas, vt dixi ſupra 54. conſilio 154.

c ¶Expreſsè, Pau. conſilio 349. ex die libro 1. Cœpol. cauſa ciui. conſi. 42. Iaſon conſi. 2. libro 3. Alex. infra eod. conſi. 78. & verum puto licet aliter velle videatur Bald. d. l. ſi patronus. Rom. conſi. 168. Circa primum: conſi. 291. cum iſti fratres. Ant. But. conſi. 7. Socin. 291. libro 2. Deci. auth. ꝙ locum. de col. conſi. 61. conſi. 68. conſi. 304. Aymo. conſilio 26. nu. 5.

CONSILIVM LXXVII.

Subſcriptio Alex. ad præcedentia.

Quia per ſupraſcriptos famoſiſſimos doctores patres honorandiſſimos omnia ſunt dilucidè pertractata. Ideo illotis manibus pertranſire decreui: & in caſu præſuppoſito quò ad primum quæſitum dico, quod dubium facere videntur ipſius teſtatoris verba duplicata, & exuberantia, qui mandauit ipſos filios & nepotem non ſolum in communione viuere, verum addidit quòd omnia eorum iura, expenſas, & onera tam pro ſtudio Auguſtini quàm pro alia quacunque re ipſos vel aliquem ipſorum tangente communicare &c. Et ſic in effectu debebunt communicare expenſas & onera tangētia aliquem ipſorum. cum itaque dotare filiam vel filias tangat aliquem ipſorum videlicet patrem, & ſit onus paternum. l. obligamur. §. lege. ff. de act. & obliga. & l. fin. C. de dot. promiſſi. meritò tale onus videtur a teſtatore iniunctum vt de communi fiat. & ſic magiſter Auguſti. videtur quod ſtare debeat contentus, vel priuetur ſecundum voluntatem teſtantis. l. 1. C. de

1 his quæ pen. no. cum concor. †Sed eſt aduertendum quòd teſtator non nominauit aliquas expenſas & aliqua onera niſi illas quæ fierent pro ſtudio & libris dicti Auguſtini reliqua autem verba fuerunt generalia. De expenſis autem pro ſtudio & libris quando ſtudium eſt cœptum in vita an debeant fieri de communi eſt dubium. Nam Dyn. tenuit eas de communi fieri debere per l. & quæ originem. §. fi. ff. de mu. & hon. & l. filiā. §. idem ſcribit. ff. fam. erci. & per alia iura. Sed Bar. in l. 1. §. nec caſtrenſe. in vlti. q. ff. de coll. bo. & in dicto tractatu de duob. fratribus, tenuit eas debere fieri de proprio, vt ibi latè per eū. quinimò dum teſtator appoſuit verba illa generalia. Dico ꝙ illa debent intelligi de caſibus ſimilibus expreſſis. Caſus eſt notabilis in l. fin. §. ſi cui cui dulcia. ff. de trit. vino & oleo. facit quod no. in l. ſed ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. & in capit. qui ad agendum. de procu. libro 6. & cap. qui generaliter. eod. tit. ſiue enim dicamus de generalitate præcedenti certum eſt illam reſtringi & declarari per ſpecies expreſſas ſubſequentes. l. nam quod liquidę. §. fin. ff. de pen. lega. & l. ſi cum fundum. ff. de verb. ſignifi. & no. Bald. in l. quoties. ff. fam. erci. ſiue dicamus de generalitate ſequenti legatorum. l. petitio. §. fin. ff. de leg. 2. & in dicta l. quoties. & ibi plenè no. Sic ergo cum fuerit facta expreſſio de expēſis pro ſtudio & libris, certum eſt quod illa verba generalia tam præcedentia quàm ſequentia intelliguntur de ſimilibus, & ſic de expenſis quæ fierent in negotio iam cœpto, vt per Bart. in dicto tractatu, ſicut erat cœptum ſtudium dicti magiſtri Auguſtini ſed dotari illas neptes teſtatoris non erat negotium cœptum, cum nulla dos poſſit eſſe ſine matrimonio. l. ſi. C. de do. promiſ. l. 2. ff. de iure dotium. ergo non poteſt intelligi, illa generalitas de dotibus dandis dictis neptibus. Item quia de expenſis fiendis in ſtudio iam cępto de libris erat dubium inter dotes. vt ſupra dixi. ¶ Sed de dote danda per patrem mortuo auo non erat dubium: quia eſt officium patris, vt dictis iuribus. & facit optimè. l. dedit dotem auus, cum ibi notatis. ff. de colla. bono. & illa generalitas debet intelligi vt per eam caſus dubitabilis declaretur, non autem ita vt caſus indubitabiles per illa verba generalia reuocentur in

20 dubium. ¶†Pro hoc etiam facit quòd quamuis teſtator appoſuerit illa verba ita generalia, tamen non intellexit inter fratres & patruos & nepotem inducere ſocietatem omnium bonorū generalem: quod patet: quia dicto magiſtro Auguſtino reliquit ducentos florenos & vnam domum & quædam alia: & ſic voluit aliquid ipſum habere præcipuum: ergo non voluit inducere ſocietatem omnium bonorum, ſed ſolum vt ſtarent in communione. l. 3. §. 1. ff. pro ſocio. Verba enim illa præcedētia declarant ſequentia. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. & l. cum filiabus. in prin. ff. de lega. 1. & l. qui non militabat. §. Lucio. ff. de hære. inſti. Inſuper ſi voluiſſet teſtator tales dotes dari de communi ſciuiſſet hoc exprimere, prout fecit de dote alterius ſuæ filiæ cui dotem legauit. l. 1. §. ſin autem ad deficientis. C. de ca.

21 du. tol. †nec enim præſumendum eſt parentes voluiſſe inducere tantam inęqualitatem inter filios, vt ſi vnus eorum haberet multas filias quod alij tenerentur dotare, arg. l. cum oportet. poſt princi. C. de bo. quæ li. debitum enim & expenſa quā facit vel facere debet vnus fratrum non venit ſoluendum de communi patrimonio, licet teneant bona in communi, etiam ſi pro altero eorum in vita tantundem vel plus impēderit. l. ex parte. §. filius. & ibi caſus no. quem ibi no. Bald. ff. fam. erci. facit optimè quod not. Spec. in tit. de iud. in quarta parte. §. ſequeretur. verſi. quod ſi vnus. vbi vult quod ſi vnus ex fratribus habet filiam ad maritandum quod debet maritari de proprio, non de communi, niſi aliter eſſet inter eos conuentum, vt ff. pro ſocio. l. ſi ſocius pro filia. vbi caſus notabilis & hoc dictū allegat & ſequitur Bald. in l. ſi patruus. C. communia vtriuſq;

22 iud. per primum eximium conſulentem allegatum. ¶†Ex quibus patet clara reſponſio ad primum quęſitum & ſimiliter ad ſecundū quæſitum. Cum. n. nec ex verbis teſtatoris nec ex actibus ſequētib. ſit inducta ſocietas omniū bonorum: certū eſt ꝙ

omne lucrum, & quicquid quęritur aliunde quam ex rebus communibus est proprium eius cui aduenit uel cui quęritur. Casus est in l. cum duobus. §. si fratres. el 1. ff. pro socio. Quod etiam reputatur in dote magistri August. quæ non quæritur ipsi magistro Augustino nisi quò ad vsumfructũ, sed eius filijs. l. 1. & quod ibi habetur. C. de bon. mater. d. l. socius pro filia. in j. responso. ¶Ad tertium dico & clarius quod posito quod etiã ex verbis testatoris esset inducta societas omnium bonorum,
23 quod non est vt supra probaui. † tamen quælibet societas tacito consensu dissoluitur, vt l. itaque. ff. pro socio. cum simili. legibus præceden. sicut tacito consensu initur, vt præallegata. l. qui admitti. & l. planè. ff. pro socio: & idem iuris censendum est de societate inita ex mandato testatoris, quod censet de societate inita ex consensu partium. l. fin. & ibi casus. C. de re. alie. non alie. & no. in l. fin. C. communi diui. cum inuiti non cogantur stare in societate vt ibi: eo ergo ipso quod dictus Barnabæus incipit facere apodixas, & scripturas suo proprio nomine: similiter in libris scripserit se proprio nomine debitorem & creditorem scientibus dicto magistro Augustino & Io. & cum talia gesta per ipsum Bernabęum non cesserint ad vtilitatem communem, sine dubio voluisse videtur talem societatem dissoluere & illam remanere solum in communitate viuendo argu. l. Nesennius. ff. de nego. gest. & quod per Bart. & Bal. in d. l. si patruus. & in d. §. altero. Ex quibus absque vlteriori processu idem concludo iuris esse quod supra copiosè deductum & conclusum est per spectabiles doctores &c. ¶Circa quartum quæsitum præmittendum arbitror † quod testator
24 qui voluit lucra & onera esse communia inter substitutos ab eo intelligitur voluisse onera esse paria, ita quod onus vnius non excederet valde onus alterius & hoc suadetur. ¶Primò, quia sicut eos instituit pariter ita in sequentibus verbis videretur voluisse eos onerare pariter. argu. tex. in l. qui hæredi. §. qd discretas. de vulga. & pupi. & certè onus adiectum a testatore sicut adiectum sub nomine appellatiuo intelligitur secũdum portiones hęreditarias, si sub nomine proprio omnes tenentur æqualiter pro virili. vt in l. turpia. §. fin. & ibi no. ff. de lega. 1. ¶Secundò, quia æqualitas affectionis inducit præsumptionẽ quòd testator voluerit æqualitatem seruari inter istos institutos. argu. tex. in l. non solum. §. si puellæ. ff. de ritu nupt. & in l. cum ita legato. §. vlti. de legat. 2. iuncta glo. ibi in verbo proximo. quæ notabiliter dicit, quod sicut plures eiusdem gradus videntur æqualiter vocati: ita & æqualiter vocatur ille qui de iure succedit vna cum proximioribus in gradu, & ponit exemplum in filio fratris succedente vna cum patruis testatoris. sicut autem successisset ab intestato, vt in l. 3. C. de suis & legi. ¶Tertiò, quia sicut communitas quæ inducitur inter filios inducta videtur æqualitatis seruandæ gratia inter eos vt l. in illam. & l. vt liberis. C. de colla. & eod. titu. l. illud. §. primo. Ita verisimile est, quòd † testator voluerit communionem facere
26 inter institutos æqualitatis seruandæ gratia: quia in dubio dispositio testatoris intelligitur secundum dispositionem iuris, vt l. hæredes mei. §. cum ita. & ibi per Bart. ff. ad Treb. & in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & posthu. & quia mens testatoris regulatur ex verisimili, vt l. sicut certi. & l. si cum vel in vtero. C. de test. mil. & l. Titius. in prin. & §. 1. ff. de lib. & posth. & verisimile est quod testatoris fuit intentum dictum quod in legitima communione seruaretur æqualitas inter eos, non vt ex ea resultat oppositum, quòd diceremus magistrum Augustinum & Io. debere concurrere in dotandis istis puellis resultaret magna inæqualitas contra mentem defuncti: quia multò magis onus subibunt, quàm pro ipso aliàs pro ipsis, scilicet magistro Augustino, & Ioan. subiuerit cohæres eorum: ergo dicẽdum est, quod de tali onere non intellexit testator, nec de tali impensa, quæ pro maiori parte exhauriret partem ipsorum magistri Augustini & Io. sed de impensa æqua & rationabili. facit bonus tex. in l. at si quis. §. hæc actio. ff. de relig. & sumpt. fune.
26 ¶†Confirmatur hoc: quia testator dixit & omnia eorum lucra & expensas, & onera tam pro studio, & libris dicti Augustini quàm pro alia quacunque re, debet intelligi pari vel minori ipsa re expressa, non autem maiori, vt elegãter in simili dicit Bar. in l. sed si quis. §. quęsitũ. ff. si quis cau. allegans tex. in l. fi. §. cui dulcia. de vino & oleo leg. vnde cum expensa istarum dotium præsupponitur, multo maior quàm pro expensa facta pro ipso magistro Augustino: sequitur quod non includatur in verbis dicti testamenti. ¶Præterea non est clarum, neque etiam apparet ꝙ iste iussus testatoris de viuendo communiter, & de com-
27 municando omnia, valeat. † Nam si arguimus de contractib. ad vltimas voluntates, sicut arguere licet, vt l. iure ciuili. ff. de condi. & demon. & l. qui chirographum. ff. de leg. 3. quemadmodum non valet pactum: quòd plures sint in communione perpetuò, ut in l. hoc iudicio. §. si conuenerit. ff. communi diuidun. ita nec debet ualere iussus testatoris, & imò si ita est, resultat clarissimè quòd hic non fuerit societas omnium bonorum: quia nec testator potuit illam disponere, nec ipsi heredes
28 fecerũt illam, vt patet ex narratis in themate. † ex tacitis enim actibus non resultat societas omnium bonorum: sed resultat societas & particularitas eatenus quatenus actus cõmuni nomine gesti sunt, ut ponit Bartol. in l. Titium & Mæuium. in §. altero, ff. de administra. tuto. Nec cohabitatio in bonis communibus inter fratres, & perceptio fructuum communis inducit aliquam societatem, ut probatur in l. cum duobus. §. fratres. ff. pro socio. & in c. j. de duobus fratribus de no. beneficio inuestitis. unde cum hic non fuerit societas uniuersalis, sequitur quod onus dotandi filiam ex istis cohæredibus non pertinet ad omnes simul, sed ad ipsum cuius filia est, ut expresse probatur in l. si socius pro filia. ff. pro soc. Et ex prædictis apparet decisio secundi quæsiti: quia cum per consulentes, & per meipsum præsupponatur quod hic non fuit societas omnium bonorum, tale lucrum successionis peruentum magistro Augustino non est communicandum per iura per consulentes al-
29 legata. ¶† Nec obstat quòd magister August. communicauit fructum dictorum bonorum, ergo in illis uideatur contracta quædam tacita societas: quia ex hoc non tamen uidetur communicata proprietas dictorum bonorum, ut in terminis decidit Bal. in l. fi. C. de col. allegans tex. in c. si duo fratres. de fratri. de no. bene. inuesti. ¶Sed dubium restat quòd posito quod tale lucrum non esset communicandum ex præcepto testatoris, uolentis omnia lucra debere communicari: quod præceptum uidetur acceptatum per istos per aditionem hæreditatis factæ per eos. Sed ad hoc respondetur, quod nõ fuerit acceptatum per uiam consensus, qui possit inducere societatem: quia nec inter præsentes. nec per nũcium uel epistolam. ¶Item quia testator uidetur intellexisse de lucro proueniente ex negotiatione, uel quæstu, argu. tex. l. sed si adijciatur. ff. pro socio. Item quia illud præceptum non tenuit nec potuit ligare hæredes: nec testator potest hæredem grauare extra portionem hęreditariam, ad quod ultimum non insisto: quia satis dictum est per dominos consulentes: & ego de sola subscriptione fui requisitus. Alex.

EPITOME.

DONATIO dicitur inter viuos, licet fiat mentio mortis per modum demonstrationis vel si sit pactum de non reuocando, si est facta pro se & hæredibus, & donatio remuneratoria non reuocatur propter ingratitudinem.

CONSILIVM LXXVIII.

Visis quàm eleganter, & in facto & iure quod de-
a ductum est per partem aduersam. Restat[a] igitur ut ostendam allegationibus iuris, & in facto ex quibus constabit nobis de bono iure dicti Tottolli: & primam & non secundam donationem ualere. ¶Quantum autem ad primam partem, quia pars aduersa nititur ostendere primam donationem esse causa mortis: tamen quia primò fuit dictum expresse in ipsa publica donatione: tamen etiam quia dicitur collata post mortem donatricis: & quia promisit ipsam donationem non reuocare: quæ tria denotant esse donationem causa mortis. Nec probant asserta iura per eum allegata quę iudicio meo nõ faciunt ad casum nostrum: maximè quia asserta iura aliàs per partem aduersam non loquuntur nec intelliguntur simpliciter, ut dicit pars aduersa. Nec iura per eum allegata dicunt ꝙ
1 ubi est facta mentio mortis non intelligitur sit donatio causa mortis, ut ipsa in donatione sit expresse dictum quòd sit inter uiuos, ut in casu nostro est. ¶Nam in prima donatione dicitur

tur quòd donat purè, merè, irreuocabiliter, & inter viuos. & sic per dictum uerbum inter uiuos, tolluntur omnia fundamenta, & iura allegata per partem aduersam. & ita uoluit, & limitauit Bartol. in l. fin. C. de pact. ¶ Et quòd dicta donatio fuerit collata post mortem donatricis fuit necesse hoc exprimere in prædicta donatione, & maximè quia dicta donatrix donauit solum proprietatem inter viuos dicto Tottolo, retento vsufructu ea viuente. ideo vt verba in suis locis apertè accommodentur, & vt dicta verba inter viuos, & ex causa mortis in suis casibus aliquid operentur: operabuntur enim verba prædicta quòd donatio proprietatis illorum bonorum sit facta inter viuos: Donatio autem vsusfructus sit causa mortis.
2 nec aliter dicta verba possent intelligi. ¶ † Præterea vt voluit Bal. in l. 2. C. de iure do. & Bart. in l. vbi ita donatur. de donationi. causa mortis, quando est facta mentio mortis in donatione per modum causæ finalis: tunc in dubio præsumitur causa mortis. secus si est facta mentio mortis per modum cuiusdam demonstrationis: quia tunc non præsumitur, vt est casus noster. & quia secundò vsusfructus & mors est denominata ad demonstrandum quando debeatur vsusfructus, sed respectu proprietatis est donatio inter viuos: & respectu verborum, & etiam effectus. ¶ Præterea verba illa intelliguntur quòd non solum donatio habeat locum inter viuos, sed etiam post mortem, & sic est donatio inter viuos, & per prædicta etiam respondetur quod talis donatio inter viuos cum iuramento facta non potest reuocari. Nec dicuntur contraria dicta verba inter viuos ex causa mortis, imò disponunt in casu suo, vt supra videlicet proprietatem inter viuos & irreuocabiliter vsumfructum non ex causa mortis: quia illum sibi reseruauit ea viuente: & sic necesse fuit dicere respectu vsusfructus ex causa mortis. ¶ Quantum ad primum quod sit pactum de non reuocando donationem in dicto primo instrumento, iudicio meo pars aduersa nõ bene ponderauit verba dictæ primæ donationis. nam in primo instrumento donationis dicitur irreuocabiliter, & inter viuos cum iuramento: ergo est donatio inter viuos, & non causa mortis, vt voluit Bald. in l. 2. C. de iure do. & Bar. in d. l. fi. C.
3 de pac. ¶ † Item cum promittat non contrauenire etiam cum iuramento, est donatio inter viuos. nec est locus pœnitentiæ, secundum Ange. in consi. incip. Domina Antonia de Floren. & Bald. in l. cum quis. C. de cond. ob. cau. Pręterea vt voluit Bar. in l. nam & si cum moriar. ff. de condi. inde. & ibi Pau. de Cast. semper præsumitur donatio inter viuos, & non causa mortis, quando ad est seu procedat causa promissionis: quia vbi adest alia cõiectura, cessat donatio causa mortis licet fiat mentio de morte. ergo cum adsit causa promissionis scilicet vt alimenta præstentur ergo nõ est donatio facta mortis causa licet fiat mẽtio mortis. ¶ Prætereà vt voluit no. Bald. in d. l. 2. de iure do.
4 vbi in instrumento † fit donatio pro se & hæredibus & sic fiat mentio hæredum semper præsumitur donatio inter viuos: & non causa mortis, quæ non transit ad hæredes donatarij, quia reuocatur si primò moriatur donatarius quàm donans: ergo est donatio inter viuos cum sint nominati hæredes Tottoli. ¶ Item dicitur quòd donantes non fecerunt nec in futurum facerent de dictis proprietatibus & bonis vt supra natis traditis, & donatis donationem, traditionem, dationem, venditionem alienationem &c. vt latius in dicto instrumento primæ diuisionis continetur. & etiam est pactum liberum, quòd dicti donantes promiserunt. eidem Tottolo litem non mouere nec mouenti consentire &c. ¶ Item & dicitur nulla de cætero per se per aliũ seu aliquo modo, ratione vel causa vel ingratitudine contrauenire vel consentire inferenti quęstionem. Cui dubium quod dicta verba omnia particulariter & singulariter de per se præguantur & expressè importare videntur pactum de non reuocando dictam donationem? ¶ Quantum ad secundum quod videtur opponere pars aduersa contra primam donationem, di-
5 cens † quòd donatio est facta sub modo, & modus non fuerit seruatus: quod talis donatio est inualida, & nititur ostendere quatuor rationibus. ¶ Primò quòd Tottolus promisit cultiuari facere possessionem. Secundò quòd fineret ipsam donatricem recipere fructus dictæ possessionis. Tertiò promisit calciamenta, & vestimenta. Quartò promisit etiam sibi alia ailmenta necessaria. quæ quatuor idem important, & non erat necessaria ita longa scriptura. Quibus omnibus vnico verbo posset responderi Attamen, vt morem sequar aduersarij principaliter respondetur, & primò dico quòd non est modalis, imò dicitur pura, & simplex, dum dicitur purè, simpliciter &c. ergo non est modalis: quia non esset simplex, nec pura: vt per Bartol. in l. 1. §. si quis simpliciter, de verb. obliga. Præterea talis contractus est vltro citroque obligatorius non modalis: quia hincinde cadunt obligationes, sed non sunt modales: alias non esset dare contractum ultro citroque obligatorium, purum, & simplicem, quod non est dicendum. ¶ Præterea ignoramus an pars aduersa bene legerit dictam primam donationem. nam in dicto instrumento dictæ primæ donationis continetur quòd dicta donatrix reseruat sibi vsumfructũ dictæ rei donatæ, vt possit ex illo se alere, & alimentare & paciscuntur inuicem, quòd si deficeret vsusfructus, pro eorum alimentatione, quod tunc & eo casu dictus Tottolus teneatur supplere, quæ uerba sine dubio volunt & important quod si deficeret dictus usus fructus ad alimentationem prædictam, tenerentur dicti donatores simpliciter requirere dictum Tottolum, ut suppleret dictam donationem: quod si non requisiuerit quòd deberet supplere, ut supra. Cui dubium est quòd dictus Tottolus etiam præsupposito quòd defecisset dictus Tottolus usufructuarius non tenetur supplere nisi eo requisito: quia licitum fuit dicto Tottolo ignorare an dicta donans indigeret alimentis prædictis. ¶ Imò fortius dicitur de iure quod si dictus usus fructus non suffecisset ad alimenta prædicta, & quod Tottolus prædictus sciret hoc quòd cõtinuè ignorauit, dictus Tottolus, non tenetur ad alimenta prædicta nisi eo solemniter requisito. ut supra ut est in simili in eo qui tenetur de euictione si scit litem motam suo emptori: attamen non tenetur defendare, & litem in se suscipere nisi facta denunciatione, ut clarum est de iure. ¶ Secundò ad illam partem quam dicit pars aduersa quod fructus dictæ possessionis in uita donantis dictus Tottolus recepit, huic oppositioni dupliciter respondetur. Primò quod hoc excipit pars aduersa non fuit nec est uerum: imò dicta donans continuè dictos fructus dictæ possessionis habuit & recepit. ¶ Pręterea dicitur quòd posito quòd Tottolus habuit dictos fructus, potuit habere uirtute instrumenti ut seruaret & manuteneret ad instantiam dictarum donationum, dummodo faceret animo præiudicãti vsusfructui reseruato in se quatenus placuerit: non autem prohibetur quòd possit habere dictos vsusfructus animo gubernandi licet teneatur reddere rationem dictæ domi. Bart. & viro. ¶ Pręterea posito sine præiudicio quòd dictus Tottolus dictos fructus aliqualiter recepisset quòd negatur, dicit & respondit ipse Tottolus inquantum legitimè apparet vt supra quòd licet dictos fructus habere & percipere potuit pluribus rationibus, vna maximè quòd dictus Tottolus tunc temporis fuit institutus procurator ab ea donante ad quæcunque negotia ipsius donantis & specialiter ad recipiendum fructus & reditus dictæ possessionis, quos si aliquos habuit, restituit dictę donatrici & eius donantis dispoſuit voluntatem. & si aliquis vellet dicere contrarium, vel aliquis petere vellet rationem fructuum prędictorum: veniat hæres dictę donantis, & ipse Tottolus est paratus facere ea quæ de iure tenetur & debet. ¶ Quantum ad reliquas duas partes respondetur quòd per primam ablationem communem ipsius Tottoli sublatæ sunt dictę quatuor oppositiones dictę partis aduersę & de dicto mãdato, & procuratorem dicti Tottoli apparet per publicum instrumentum, negans etiam aliquid fuisse probatum per partem aduersam quòd habeat aliquo respectu improbare dictam donationem primam. Quantum autem ad tertiam allegatam exceptionem, quam videtur obijcere pars aduersa quòd dictus Tottolus iniecit manus ad ipsam donantem & per vim fecit extrahere ipsam donantem de domo, & quod etiam per vim abstulit certas bestias & res dictę donantis, in quibus omnibus, breuibus respondetur quod hęc omnia con sistunt in facto. Nam vt prędictum est, licuit. d. Tottolo vigore dicti mandati vel procuratori recipere & gubernare res dictæ donantis: vt etiam apparet ex verbis donantis dictus Tottolus debet gubernare dictas res dictę dominæ Bartho. & eius viri quod iniecerit manus in eam ista pœnitus negantur: imò si necesse fuerit ad hoc fuit & est paratus probare contrarium & quòd illam bene tractauerit. ¶ Sed posito, non tamen concesso, quod eam verberauerit: dico quòd non
6 est locus reuocationi: † quia iura quę permittunt donationes

reuocari loquuntur in donationibus merè gratuitis: non autem in donationibus quæ fuerint factæ propter merita, vel ex titulo oneroso, quia tunc secundum Ange. in l. si vnquam. C. de reuo. do. de illis donationibus factis iudicatur quemadmodum & de titulo oneroso. & sic non possunt reuocari nec prętextu ingratitudinis nec superuenientium liberorum. facit quod no. in l. si fortè. de cast. pec. Quantum ad quartam partē quia videtur pars aduersa excipere q per primam donationem non fuit quęsita ipsi Tottolo aliqua possessio, nedum dominiū quod regulariter non quæritur sine possessione. & quia secunda donatio debet præferri primæ: quia dictus Sabadinus habuit primo possessionem. & titulum allegans. l. quoties. C. de rei vendi. & multas alias rationes & leges de quibus in suis exceptionibus fit mentio, quibus omnib. respondetur quòd pars aduersa iudicio etiam ipsius Tottoli seipsum decipit. nam vt prædictum est fuit data proprietas dictæ possessionis d. Tottolo per quatuor annos antequam esset facta asserta donatio dicti Sabadini inter viuos & irreuocabiliter. & cum iuramento, in quo primo instrumento donationis est pactum constituti, per quod pactum transfertur possessio, & translata fuit in d. Tottolum: & quam possessionem vigore maximè licentiæ sibi datæ in dicto instrumento donationis dictus Tottolus a die factæ primæ donationis tenuit & possedit prout etiam tenet, & possidet de præsenti: & etiam pars aduersa confitetur dum dicit, Tottolum percepisse fructus dictæ possessionis, per quam perceptionem probatur possessio, licèt ab vno anno citra dictus Sabadinus detinuerit & possederit dictam possessionem, & molestauerit dictum Tottolum in dicta possessione. nec est verum quòd dicta mulier dixit quòd volebat duntaxat ipsam donationem demum habere locum post mortem eius. imò fecit pactum constituti & dicto Tottolo licentiam dedit. & ita est verum in facto omissis alijs deductis per partem prædictā aduersam in sua quarta parte suarum exceptionum quæ ad idē sonant & idem important: & omittuntur alia prædicta breuitatis causa. Ex quibus omnibus clarissimè constat dictam primam donationem valere, & dictum Tottolum fuisse dominū & possessorem dictarum petiarum terræ non obstante secūda donatione facta Sabadino, quæ non valet tanquam de re non spectante ad donatorem. & ipsam donationem primam vires perpetuas habere: & ratione promissionis & etiam iuramenti: & etiam quia dictus Tottolus omnia contenta in dicto instrumento donationis quantum ad ipsum spectat vsque ad vnguē obseruauit: & maximè constat de confessione dictæ dom. Bartholomææ per duo instrumenta confecta ad instantiam Tottoli, & d. B. Item ad vnum aduertat reuerentia vestra & ponderet duo verba quæ sunt in dicta asserta secunda donatione dictæ partis aduersę in qua dicitur, quod propterea ipsa do. B. existēs personaliter in præsentia dicti iudicis sponte & animo deliberato, & non per errorem ducta per se & suos hæredes reuocata & annullata prius dicta donatione facta d. Tottolo dedit, & tradidit, & donauit &c. Quæ verba ablatiui absoluti consequenter resoluuntur in conditionem. l. à testatore. de condi. & dem. l. euictis. de vsu. & cum d. donatio fuerit legitimè reuocata, scilicet in contradictorio iudicio. & sic voluit & intellexit dicta donans facere donationem secundam prima legitimè reuocata & annullata per sententiam ca. cum secundum de hæret. in 6. l. eius qui delatorem. & ibi Bart. de iure fisci. quæ minimè interuenerunt, & quod hoc sit verum quod dicta donans sic voluerit, expressè apparet per primam donationem in qua promisit ad defensionem & ad alia prædicta, propter quam promissionem ad generalem defensionem dictæ rei primò donatæ & per alia superius deducta dicta donans secundam donationē, prout dicitur, donauit dicto Sabadino, & sic contraueniendo dicto primo instrumento iurato duplicem pœnam meretur. Primò pœnam periurij. Secundum pœnam lib. sexcentarum Bon. in d. primo instrumento promissam & conuentam, quod non est credendum quod dicta donans voluerit incurrere in dictas pœnas periurij & lib. sexcentarum Bonon. & propterea adiecit illa verba in d. secunda donatione, videlicet primò reuocata & annullata. d. prima donatione facta dicto Tottolo ne incurreret dictas pœnas. ¶ Et propter ea infertur quòd d. secunda donatio facta sub conditione vltra allegata prædicta non habuit nec habet locum nisi purificata conditione videlicet quod in contradictorio iudicio fuerit reuocata d. prima donatio quod minimè factum fuit huic Sabadino sub conditione reuocandæ primæ donationis, quæ nondum fuit reuocata, non facit dictum Sabadinum possidere nunc, sed ita demū post reuocatam donationem. capitu. olim el primo & ibi per doct. de restitu. spolia. l. sub conditione. ff. de sol. l. qui absenti. de acquiren. possess. Ex quibus omnibus clarissimè constat dictam primam donationem factam Tottolo esse in viridi obseruantia, & esse donationem inter viuos nec esse reuocatam, nec etiam potuisset reuocari stante maximè obseruantia per dictum Tottolum contentorum in dicta donatione, & dictū Tottolum fuisse & esse in possessione dictarum petiarum terræ. plura dici possent quæ breuitatis causa omitto. cætera suppleat excellentia, & dominatio vestra in iure & in facto. Finis.

EPITOME.

RESPECTV creditoris non præsumitur debitor soluisse.

CONSILIVM LXXIX.

Visis nonnullis dubitationibus, quæ ad defensionem Rustici & Mazza-
a dij adducuntur, contra quem aliàs consului. [a] Et responsionibus ad dictas dubitationes eleganter & copiosè satis per clarissimum dominum aduocatum actoris satisfactū est, & quamuis non expediret aliquid vltra dicere: quia oportunè responsum est: tamen vt petenti morem geram, hic pauca subijciam
1 vt infra. ¶ † Et in primis non obstat quòd dicitur quod quando negatiua est fundamentum alicuius, ipse illam probare debet. l. hoc iure. ff. de verbor. obligatio. l. prima. §. docere. & ibi Bart. & Angel. ff. ne quis eum qui in ius vocat. vi exi. ¶ Quia ad hoc patet responsio ex his quæ dixi in consilio scilicet quod
* hoc non militat in casu nostro ex quo locatori erat * obligatus Rusticus laborare ex suo contractu, & promissione: quo casu sibi Rustico incumbit onus probandi adimpleuisse actori cui se obligauit. & satis est quod sit lapsum tempus laborandi, nisi Rusticus probet se laborasse & adimpleuisse, vt no. gl. ma. in l. secunda. C. de iure emp. & Bart. in l. in illa stipulatione. ff. de
2 verbor. obligatio. & dixi in consil. ¶ † Et per hoc non obstat si dicatur quod quilibet præsumitur bonus. l. meritò. ff. pro so-
b cio. Quia quantum [b] ad eum cui debitor est obligatus, non præsumitur quod debitor satisfecerit, nisi probet. l. prima. C. de probatio. & not. vbi supra. ¶ Per hoc etiam non obstat pari ratione illud quod habetur in l. ædem. C. locati. vbi locator probat. Nam dico quod locator ibi bene habet probare domum esse necessariam proprijs vsibus locatoris: sed vbi allegaretur quod conductor malè versaretur in re tunc si hoc percipi potest ex omissione eius quod facere promiserat conductor locatori, & tempus adimplendi sit elapsum, sufficeret probare per solam ostensionem instrumenti obligationis, nisi conductor contrarium probaret scilicet se impleuisse, per ea quæ proximè dixi. Sed si constare non poterat ex instrumento locationis illud quod allegat locator, vt quia locaui domū, & conductor promittit soluere pensionem singulis annis: certè ex hoc instrumento non potest dici apparere, quod conductor malè versetur in re. ideo habet necesse locator aliud probare. ita de necessitate intelliguntur ea quæ habentur in dicta l. eden. & in capit. propter sterilitatem, extra de loca. ¶ Quantum verò pertinet ad id quod allegatur, videlicet debuisse produci solemniter libellum contra dictum colonum pro dicta expulsione, est sufficienter responsum per dominum aduocatum. Et confirmo per id quod voluit Bartol. in repet. l. 3.
3 C. de pign. † vbi voluit quod saltem quando appareret de obligatione, & conuentione publicum instrumentum, potest actor volens implorare iudicis officium per expulsionem coloni illud summariè petere absque solemnitate libelli, vt probat ibi per plura, & est de mente Specul. in titu. de locat. §. nunc aliqua. versicul. 49. & Bald. in l. secunda. C. de iure emphy. in versic. sed pone quod proprietarius non audet & c. & in dicta l. æden. & in capit. primo. §. si quis not. de pace iura. firman. ¶ Circa etiam id quod dicitur dubium reuocari, an posito quòd in instrumento simpliciter dicatur quòd rusticus promisit bene, & diligenter laborare etiam si non essent

sent adiecta illa verba, sed ad arbitrium boni viri, nihilominus dicitur quod etiam intelligitur promisisse laborare: secũdum quòd disponunt statuta loci. ¶Secus si promisisset ad arbitrium boni viri, quo casu intelligitur promisisse secundum dispositionem statutorum, vt dixi in consilio. & hoc esse ve-
4 rum pater, † quia illa verba bene & diligenter, important arbitrium boni viri, & sic in dubio intelligi debent, vt no. traditur per Bart. in l. cum filius. §. cum pater. per illum tex. ff. de leg. 2. & quòd importent arbitrium boni viri, patet in l. si ita sit scriptum. ff. de ma. testa. & in c. primo. in fi. de eo qui mitti. in pos. causa rei ser. libro 6. & in clem. 1. de offic. or. ¶ Et quod verba contrahentium limitentur, interpretentur, & intelligantur secundum dispositionem statuti, voluit Bar. expresiè in casu certo: multòmagis in dubio in l. vt iusiurãdi. §. si liberi. ff. de ope. lib. in ver. sed isto casu &c. bene faciat quod voluit Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. & id quod habetur in l. fi. in fi. C. de fideius. & in l. si prius. §. placuit cum simi. ff. de aqu. plu. arcen. Ex quibus concludo prout in proprio consilio conclusi, allegatis in contrarium non obstantibus. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Consului. supra lib. 2. consi. 129.

* Locatori erat.] Adde ꝙ quando quis tenetur ad factum certum limitatum, tempore, & loco; probata est negligẽtia, nisi ille doceat de impedimento, postquam illud non fecit, sed Bart. consi. 102. allegat. l. 3. §. si ad diem. ff. de re in inte. l. 2. §. sed & si quis. ff. si quis cau. Vide Feli. in c. si autem. in versi. negligentia. de rescrip. Natta.

b ¶Quantum Imol. c super his. de accu. Bal. l. inter debitores. de pac. in repe. l. secunda. de iureiu. Corne. consi. 11. lib. 2. Ias. l. 2. C. de iure emphy. Fran. Ripa. repe. l. fi. q. 55. C. de reuocan. do. sed vide Bald. in trac. statu. ver. collecta. * Respondeo ꝙ bonitas non præsumitur, vbi agitur de præiudicio tertij, Fel. in c. fi. col. 5. de præsump. Dec. in l. qui accusare. 4. no. C. de edendo. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Actio pro socio potest generaliter intentari, vel pro certa quantitate restante.*

2 *Argumentum a communiter accidentibus valet.*

4 *Testes quòd dicant se alias vidisse scribere nõ sufficit, sed quod viderint scribi literam de qua agitur.*

5 *Scriptura etiam requiritur quòd sit scripta ab vtraque parte, & quòd sit comprobata. nu. 6.*

7 *Consanguineus non est integer testis.*

8 *Fratris factum etiam socij alteri non nocet.*

Mandatum an præsumatur tacitum. & nu. 10. 11.

12 *Mandatum præsumitur tacitum si procurator domino sciente illud excedat.*

15 *Iudex licèt habeat liberum arbitrium, non debet credere testi non reddendi bonam rationem.*

CONSILIVM LXXX.

Viso processu causæ inter An. Possidonium agentem. & Petrum Paulum quõdam Ludo. de Suc. se defendentem, quia celeberrimus dominus consultor copiosè scripsit, & aliqualiter longus in sermone fuit. Ego quam breuius potero restringere conabor, concludendo sententiam absolutoriam fieri debere in fauorem rei.
1 ¶†Et in primis præsuppono fuisse intentatam actionem pro socio, quæ generalis appellatur, sicut actio tutelæ & nego. gest. l. pro socio arbiter. ff. pro socio. vnde potest intentari multipliciter. Vno modo ad reddendum rationem per eum qui administrauit, & ad consignationem reliquorum. l. secunda. cum ibi not. per Bartol. ff. de nego. gest. & plene not. in cap. primo. & secundo. de libe. oblatione, per Specul. in titu. de iudi. in quarta parte generali & sequenti. & etiam potest intẽtare in certa quãtitate in qua dico te restare debitorem meum occasione dictæ societatis administratæ per te, sicut in alijs actionibus generalibus, puta actio tutelæ, & similes, potest etiam dari simile ad certam quantitatem in qua petam tutorem in certa quantitate ex administratione facta per eum, vt l. prima cum glos. & ibi clare Bartol. si aduer. rem iudic. & hunc secundum modum secutus est in libello suo Anto. petendo condemnari dictum Petrum Paulum occasione dictæ societatis, & administrationis factæ per Lu. patrem dicti Petri Pauli: & occasione dicti Saldi & calculi facti per Benedictum fratrem & negotiorum gestorem Petri Pauli fratrum ac nepotum hæredum dicti Lu. in quantitate librarum 401. & solidorum 5. & denariorum 9. pro rata dicti Petri Pauli hæredis pro quarta parte dicti Lu. nõ enim videtur in proposito sua intentata actio communi diuidundo si bene inspiciatur, præsertim cum non deducatur causa certi iudicij tanquam aliquod commune inter communes socios iuxta. l. 1. ff. communi diui. & l. si actum. ff. pro socio. ¶His sic propositis & consideratis omnibus de quibus in processu, videtur mihi nos esse in casu quòd actore non probante reus absolui debet diffinitiuè, iuxta l. qui accusare. C. de eden. & in cap. 1. vt ecclesiasti. benefic. & quæ absolutoria dicetur diffinitiua negotij principalis, vt per glo. & doct. in auth. qui semel. in versic. locum. C. quomodo & quando iudex. & quia ius & probationes actoris consistere videntur ferè in scriptis, & illis priuatis deductis in iudicium & in nonnullis attestationibus. vnde videndum est de virtute earum. ¶Et primò capio scripturam quam actor dicit esse de manu Lu. in qua dicitur in hac forma videlicet: Possidonio per el borso dela compagnia deue hauere soldi 9. de 6. Item per suo guadagno per 5. anni soldi 10. de 7. & ista scriptura non probat, quia non apparet quòd dictus Possidonius dederit dictas pecunias societatis causa: nam potuit exbursare dando ex causa mutui, dicto Martinello, qui vt dicitur in libello fuit socius Possidonij. & dominus Symon tenetur reddere de eis rationem. non autem
2 hæredes Ludo. qui eas non habuissent. & † scriptura producta per aliquem debet in dubio interpretari contra ipsum pro ducentem: quia probatio de necessitate debet concludere, c. in præsentia. de prob. l. veteribus. cum ibi not. ff. de pact. l. neque natales. C. de proba. ¶ Item inquantum in dicta scriptura continentur hæc verba. Item per suo guadagno per anni 5. soldi, 10. de 7. Ista scriptura potest intelligi quod habuerit Possidonius pro suis lucris dictam quantitatem. & imò non probatur concludenter dictum An. Possidon. creditorem esse in dicta summa. nec etiam est verisimile quòd in dicta scriptura voluerit singulos denotare quòd ipse Possido. restaret creditor lucrorum omnium annorum: quoniam arg. sumpto a communiter accidentibus non consueuerunt socij similium societatum stare per 5. annos quòd nihil capiant de lucris societatis. vt docet experientia quæ est rerum magistra. c. quam sit. de elec. libro 6. & id probatur argu. a communiter accidentibus:
3 † quia illud præsumitur fuisse seruatum quòd cõsueuit communiter accidere & seruari, vt not. glo. & doct. in l. scriptura. C. de fide instru. & in d. l. neque natales. & in dicta l. non hoc. C. vnde cognati. declarat Bald. in l. conuenticulam. C. de epis. & cleri. ¶ Item non dicit ibi a quo debeat habere dicta: ergo nullius est effectus: in auth. si quando. C. de consti. pen. & no. in l. fin. in fin. ff. si cert. pet. & l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. ¶ Item non probat: quia non est probatum legitimè vt oportet dictam scripturam fuisse manu d. Lu. scriptam nec releuat de ea probatio præsens per dictos testes: quia testes licet dicant se vidisse scribere dictum Lu. non tamen talis pro-
4 batio releuat: † quia ad hoc vt releuet probatio per testes habentes probare scripturam esse manu alicuius, oportet quòd
a ipsi deponant se fuisse præsentes[a] quia scripta fuit talis scriptura per scribentem, & quòd viderunt scribere illam scripturam de qua agitur. & not. glo. in auth. & si contractus. in glo. mag. C. de fide instrument. & ibi clarè Iac. But. in versi. modo quæro &c. & probatur in §. si quis igitur. & not. in auth. de instru. cau. & fide. & not. Bart. in l. nuda ratio. ff. de dona. & in l. admonendi. ff. de iureiur. & Bart. in l. scripturas. C. qui pot. in pi. hab. Bald. in auth. sed nouo. C. si cert. peta. & Ant. de But. in c. 2. de fide instrumen. sed dicti testes non dicunt se fuisse præsen
5 tes confessioni dictæ scripturæ: ergo &c. ¶ † Præterea attento quòd dicta scriptura non valet sine subscriptione vtriusque partis etiam si actor habere posset testes qui deponerent se vidisse dictum Lud. scribere illam propriam scripturam & illi
b fuisse pręsentes[b] secundum magis rationabilem opin. hoc per se solũ non sufficeret, sed oporteret adhuc fieri comparationẽ literarum secundum formã legis, comparationes, cum ibi no. C. de fi. inst. & cum pateret per comparationẽ literarũ, ꝙ talis scriptura esset manu Lu. scripta: tũc diceretur cõstare sufficiẽter

ter illam fuisse scriptam manu Lud.& ita probatur in d.§.si qs
igitur.cum §.si quando.& ibi no.Ia.de Bel.in l.si quis.in auth.
de instru.cau.& fide.per illum tex.& Ray.in auth.sed & si qs.
C.qui po.in pi.ha.& Barr.in d.l.nuda ratione.& l.admonẽdi.
præal.& Bal.in d.auth.sed nouo iure. & Ang.in d.l.compara-
tiones.& Ant.de Bu.in d.c.2.de fi.instru.& ibi do.Abb. sicu-
lus.sed ista seruata non fuerunt : ergo dicta scriptura non pro-
bat . ¶Minus etiam probat alia scriptura manu Ioan. fratris d.
Petri Pauli,in qua semper cõfitetur ad se peruenisse certas quã
titates pecuniarum:quia in ea dicitur de certis summis . li.12.
dico marcha.70. a Iuliano. & 53.a Dyno. & ita per ordinem
6 enumerantur quædam aliæ summæ, & † non continentur ibi
causa aliqua nec personæ aliquæ ergo simpliciter non releuat.
d.l.nuda ratio.de don.& l.cum de indebito.§.fi.ff.de proba.&
adeo defectiua est, quod non potest intelligi quid importare
velit : ergo talis ratio pro non facta habetur . l.2.ff.de his quæ
pro non scriptis habentur.& l.quicquid astringendæ. secundũ
vnam lec.ff.de ver.obli.Item non est probatum per testes ꝙ ip-
si viderint d.Io. scribere dictam scripturam vt requirebatur,
prout supra dixi. Nec etiam facta est comprobatio prout supra
dixi oportere fieri.¶Denique etiam posito ꝙ illa scriptura esset
manu Io. non potuit Ioã. per suum factum præiudicare Petro
Paulo fratri suo.l.1.C.qui.res iu.non nocer.l.portionem.C.de
cõmunium.rerum alie.l.nemo ex socijs . in prin. ff.pro socio.
& præsertim quia non apparet de tempore confectionis dictæ
scripturæ Io.Antonij,& sic dici non potest eam fuisse confectã
eo tempore quo Io. fuisset administrator seu suorum negotio-
rum gestor dicti Petri Pauli & fratrum . ¶Item etiam insuper
non obstat scriptura producta tanquam producta manu dicti
Benedicti fratris d.Petri Pauli, in qua videtur actor facere po-
tissimum fundamentum, cum illa scriptura cõtinere videatur
calculum & saldum dictę societatis : quia respondeo pariter
quod non est probatum saltem per duos testes qui deponunt
se fuisse præsentes quando fuit facta dicta scriptura per domi-
num Benedictum,prout requirebatur prout supra probaui.ne
que ad rem facit testis qui dicit se interfuisse videlicet Tha-
dæus de Quistello,nec etiam alij duo testes qui requirebantur
ad comparationem literarum, vt supra dictum est : quia tantũ
vnus restat . nam Thadęus de Quistello non est integer testis :
quia dictus Ant.& Io.supradicti & Thadæus fuerunt fratres :
vt fatetur actor respondendo positionibus,& etiam ipsemet te-
stis videtur hoc asserere : & sic actor & testes sunt in eodẽ gra-
du de iure canonico.c.dilecti. ver.fin.de test. & ibi no.in q.de
fratre & affine.& de iure ciuili in 5.vt l.iurisconsultus . §.6.ff.
de gra.& insti.eo.ti.§.6.† quoniam per talem consanguinitatẽ
7 non est integer testis:vt no.in l.etiam matris.ff.de prob.& no.
expresse Bar.in l.admonendi.circa 9.col.de iureiu.& l.qui te-
stamento.§.fi.ff.de test.& An.de But.in c.fi.de iureiu. & in ca.
cum oporteat.& ibi etiam hoc tenet Io. de Imo.de accu. ¶Præ
8 terea alia ratione nõ habet vires dicta scriptura Benedicti † qa
factum fratris non potest præiudicare fratri.l.j.C.qui.res iudi.
non no. quinimò vnus ex socijs obligare non posset nec præiu
dicare alteri nisi in his in quibus apparet vnum esse propositũ
& institutum ab altero,& sic habere tacitũ vel expressum man
datum ab altero.l.nemo etiam solus.in prin.cum ibi no.p Bar.
ff.pro socio.& colligitur etiam ex no.per Bart.in rep.l.ex duo-
bus.ff.de duobus reis.in 6.q.iunctis notatis per eum in 10.qõ.
quantominus in casu nostro in quo non apparet ꝙ dictus Be-
nedictus & dominus Petrus Paulus essent socij tempore dicti
Saldi.idest de anno.1249.die 25.Iunij. Iam non est probatum
legitimè saltem per duos testes, ꝙ dicto tẽpore erant socij om-
nium bonorũ. & posito ꝙ aliquis testis deponeret ꝙ post mor-
tem d.Io. Benedictus & fratres steterunt in communione seu
in societate:non per hoc probaret ꝙ de ann. 1449. die 25.Iu-
nij esset iam inita , & contracta tacitè vel expresse : quod post
mortem Ioan.& etiam post dictam diem 25. Iunij 1449. inita
esset & contracta dicta societas:quia per d.verba testes hoc nõ
concludunt scilicet quod dicto tempore saldi esset iam contra
cta dicta societas, cum bene non probet, & concludat eorum
ratio cum d.l.1.§.ꝙ aũt scriptum.ff.de aqua quoti. & æsti.no.
Host.& Io.An.in c.licet causam. de prob.per Bart.in l.Celsus.
ff.de vsu c.& Bal.in l.indicia.C.de rei ven.& l.falsus.C.de fur.
9 ¶†Et per hoc etiam patet non obstare, si diceretur ꝙ tempore
dicti calculi,s.de ann.1449.die 25.Iunij dictus Benedictus tã
quam regens & gubernans negotia sua & fratrum,& ipsis sciẽ
tibus & non contradicentibus calculabat rationes & tenebat
computum suum, & eorum fratrum tanquam eorum admini
strator : quia non propterea videtur ꝙ Petrus Paulus tacitum
mandatum d. Benedic.prædicta faciendi dederit,in l.j.§.scien
tiam.ff.de tribu.& l.qui patitur.ff.manda.& quod no Inno.in
cap.ex parte decani.de rescri.& Pe.de Anch.in consi.31. inci.
quia modicam , quia ad hoc respondeo quod posito quòd te-
stes deponerent ꝙ post mortem Io. dictus Benedictus regebat
& administrabat,vt supra scientibus & patientibus fratribus,
& non contradicentibus prout ipsi testes audierunt &c.tamen
non concludunt quod hoc fuerit dicto tempore . s. 1449. die
25. Iunij seu ante . nam potuisset ipse post dictum tempus vt
proximè dixi per no.Ioã.And.in d.ca.licet causam . cum alijs
supra alleg.& talis probatio non concludit.¶Secundo respon-
deo per no.per Bart.in l.post dotem. ff.solu.matri. circa 6.lec.
10 † dum tractat an & qñ si aliquid facio voluntate tua dicat fa-
cere ex mandato tuo . & concludit ꝙ si negotium pertinebat
ad te principaliter videor facere mandato tuo d.l. qui patitur.
& ibi no.& in l.si quis alij.insti.de inuti.stipu.Aut pertinebat
negotium principaliter ad me gerentem: & non videor facere
ex mandato tuo.l.2.§.fin.ff.man.aut negotium illud quod ge-
rebam poterat pariter pertinere ad vtrunque scilicet ad te &
ad me: & tunc aut procedit volũtas tua propter quam aliqnid
facio:& tum voluntas tua inducit mandatum.l.1. in princ.§.
mandatum.& d.l.post dotem secundum sextam lecturam,aut
contra negotium quod facio est causa voluntatis tuæ:quia me
faciente seu gerente actum ex motu meo præcessit voluntas
tua:& tunc talis voluntas non inducit mandatum. l.aliud est.
de reg. iur. Verum est quòd si ego actum illum gerebam tuo
nomine,videris per talem voluntatem ratificare,alias non . l.si
pupilli.§.sed si ego.ff.de neg.gest.& l.si fortè. ff.de præca.mo-
do in proposito ad ea , dato quòd sibi videretur datum tacitũ
mandatum ab ipso Possidonio,vel sibi cum alio,posito ꝙ sub-
sequenter pręstitisset patientiam vel consensum.Petrus Paulus
non potest videri fecisse de mandato Petri Pauli : quia specta-
bat pariter dictum negotium ad dictum Benedictũm,& ad d.
Petrum Paulum.secundum quod allegatur per actorem . per
d.l.aliud est vendere . & etiam potest videri ratificatus per di-
ctum Petrum Paulum:quia si bene inspiciatur dictus Benedi-
ctus cum Possidonio fecit saldum suum nomine suo : & non
nomine fratrum vt euidenter ostendunt verba saldi dicentia
Io.Benedicto da Taxo debo dare a Possidonio da Quistella per
mi,& mei fratelli,& nepoti per rasone de la compagnia mia,&
mio padre con lui &c. & successiuè subiungantur hæc verba
videlicet,Ioan.Benedicto da Taxo debo hauere da Possidonio
&c.Nam in dicto saldo Possidonius constituit & asseruit se de
bitorem in dicta quantitate pro eo ꝙ ipse Possidonius debet
dare tam pro se quàm pro suis fratribus & nepotibus , tamen
verba obligatoria non sunt prolata in personam fratrum , sed
in personam suam , Nam si ego & fratres mei sumus debitores
Titij in centum: nihil repugnat ꝙ ego illud debitum in me as
sumam , & præterea pro eo quod ego & fratres mei debemus
Titio , constituam me debitorem Titij in tota summa , & sic
quamuis geram illud quod concernit causam fratrum meo-
rum possum agere sub nomine meo, vt fuit in proposito & nõ
obligabo fratres.¶Tertiò respondeo per ea quæ no.Bart.in l.1.
11 ff.de neg.gest. † vbi dicit ꝙ si quis me præsente & tacente ge-
rit negotia mea extra iudicium : ita demum videor mandare,
& comprobare,si illud gestum sit in fauorem meum, aliàs nõ,
per l.filiusfam.§.inuitus.ff.de procu.Sed non apparet ꝙ istud
gestum a Benedicto sit in fauorem dicti Petri Pauli , si consti-
tuat se debitorem in tanta quantitate : & non apparet quæ vel
quanta quantitas capitalis peruenerit ad manus Ludouici de
pecunijs Possidonij:ergo non intelligitur approbasse. Bene fa-
cit quod no.dom.Cardi.Florenti.in c.cum olim . §.1.de offic.
deleg.& in capit.ex parte decani. de rescri.vbi dixit quòd po-
sito quod in actibus iudicialibus si quis facit actum nomine
suo scientis & patientis videtur consentire,per textum in d.c.
cum olim.& per no.per Innoc.in d.cap.ex parte, tamen secus
est in actibus extraiudicialibus . l. procurator in fin. & l. quo
enim.§.vlti.ff.rem ratam habe.& no.Bar.in dicta l.quo enim.
in prin.& Bal.in l.si absentis.C.si cert.peta. & bene facit quod
no,in c.cum olim. alias de offic.deleg. & Bart.in l.quæ dotis.
ff.sol.

ff.sol.mat.in fi.& doc.in c.nonne.de præsump.cum concord.
12 ¶ † Nec obst.l.1.§. magister autem.de exer. Quia respondeo *
* ꝙ ibi magister nauis, & sic habens a me mandatum generale
præposuit quendam magistrum me sciente,& patiente. Nam
verum est quod videor ratificare & præponere eundem: nec
mirum:quia non solum vbi magister nauis habuisset manda-
tum sufficiens ad præponendum aliū, prout ibi habebat pro-
ut ibi apparet in tex.in prin.sed etiam si non habuisset manda
c tum sufficiens ad hoc, dummodo c haberet aliquod manda-
tum:licet ipse excederet fines mandati, videor consentire si ta
ceo, & patior.l.fin.ff.quod cum eo.c.fi.de iureiur.in 6.& d.c.
fi.in fi.vt lite non conte.& no.Inno.Io. And.in c.cum quis.de
sen.excom.in 6.in nouella.& And.de Iser.in c.1.§.præterea.de
prohi.feu.alie.per Fed.& Ant.de But.in c.certū.ad fi.de iudi.
& Gui.de Cu.in l.1.in prin.ff.de exerci. & Io.de Imo.in l.2.§.
si voluntate.ff.sol.mat.& in d.c.ex parte.& respondet etiā Sal.
in d.§.magister.secundum ꝙ ibi hoc sit speciale propter naui-
gantium vtilitatem, in quo versatur vtilitas publica.l.j.§.ideo
autem.& no.glo.in ea.l.1. circa prin.aliàs autem sciens & pa-
tiens non haberetur pro cōsentiente, allegat.d.§.inuitus.cum
si.bene facit ꝙ not.Bart.in d.l.post dotem.circa sextam lec.dū
respondet ad l.1.§.si is qui nauem.ff.de exerci.sed in casu pro-
posito non apparet in processu ꝙ Petrus Paulus ad aliquid fe-
cerit procuratorem suum dictum Benedictum. ¶Et ex his etiā
13 patet responsio ad l.1.§.scientiam.ff.de tribu.† Nam præces-
serat ibi concessio peculij,& administrationes factæ per domi
num seruo, vnde scientia & patientia domini sciētis & patien-
tis eum contrahere cum aliquo non poterit pro suo interesse
particulari suum debitum anteducere, prout potuisset, nō in-
terueniente dicta patientia: sed cogetur dominus venire in tri
butum, & seu pro rata cum alijs creditoribus, qui mecum in
hoc videntur priuilegiati. Et sic constat ꝙ illa patientia nō ha-
bet vim mandati: quia si haberet vim mandati, non solum te-
neretur vsq; ad integram satisfactionem peculiarem: ponendo
in tributum creditum suum cum alijs suis creditoribus præ-
dictis: sed etiam tenerentur insolidum: & sic vltra vires pecu-
lij, vt in l.1.in prin.ff.quod iussu.& ista ratio etiam colligitur
ex verbis Bar.in d.l.post dotem.circa.6.lec.¶Non ob.etiam d.
l.qui patitur.quia illa loquitur quando patior aliquid fieri qđ
tendit ad fauorem meum, vt ibi no.dixi.nos autem tractamus
de calculo, quem non apparet tendere ad fauorem: imò potius
ad damnum: vnde secus videtur in casu nostro. ¶Et sic nō ob.
id quod no. Inno.in d.c.ex parte decani.quia pluribus modis
potest responderi, vel quod dictum Inn.procedat in actibus iu
dicialibus.l.sæpe.ff.de re iud.vide dom.Card.Flo.in d.c.cum
olim.& in d.c.ex parte. & dixi contra facit quod no.gl.in l.fi.
14 C.si tu.vel cura.interuenerit.† imò magis communiter vide-
tur improbari illa decisio Inn.Nam contrarium tenet ipsemet
Inn.in c.quāuis.de re iud.allegando.l.1.C.qui.res iudi.nō no-
cet.& l.Sed & hæ.ff.de procu.& l.3.§.1.ff.de sol.volens quod
licet quis agendo nomine meo in iudicio me sciente,& patien
te, mihi non præiudicat nisi aliter constet de tacita vel expres-
sa ratihabitione mea: tamen fallit nisi ille qui ageret nomine
meo, persona esset a qua haberem causam in re illa d.l.sæpe.de
re iud.& cum hac secunda opi.Inn.concordat Dy.in d.l.sępe,
in sua solenni distinctione, vbi vult ꝙ dominus cuius nomine
ille agit, non censetur agenti dare mandatum, cum scit & pati-
tur quando contingat illud non fuisse vtiliter gestum.l.iam ta
men.§.in hac.el 2.ff.iudi.sol.per no.in l.etiam.C.mand.& in
l.ex parte.in prin.in gl.ff.fami.ercis.& cum hac opin.concor.
Ant.de But.& Io.de Imo.in l.quamuis.& etiam Cy.in l.si pe-
cuniam.C.de neg.gest.per d.§.in hac.& ante eum in l.1.ff.de
neg.ge.& Ant.de But.in d.c.ex parte decani.& Card.in cle.1.
de procu.& Raph.Cum.in d.l.sæpe.& Ioan.de Imo.in d.c.ex
parte decani.& in d.c.cum olim.& in l.2.§.voluntatem.ff.so.
mat.& Domi.de S.Gemi.in c.qui ad agendum.de procu.in 6.
¶Sed vbi faceret actō quis nomine meo tendentem ad cōmo-
dum meum, & quia à sententia contra me lata appellaret me
sciente,& patiente, videor appellare.& ita potest saluari dictū
Inno.in d.c.ex parte decani.& in c.in nostra.de procu.& not.
Domini de Rota sua decisione.444.incip. Item fuit dubitatū
vtrum proc.cum sequenti: quia talis appellatio tendit ad fauo
rem meum.s.ne sententia, exequatur contra me.bene facit.d.
l.qui patitur.& quod no. Cy.in d.l.si pecuniam.& Bal.in d.l.
si absentis.nec circa hoc latius insisto, cum præsertim quò ad
dictam assertam scripturam Benedicti plusquam sufficere vi-
deantur plures aliæ responsiones supra datæ,& maximè quod
non fuit sufficienter probatum per testes qui viderint Benedi-
ctum scribentem illam scripturam prout de iure requiritur:
& etiam quia non fuit probatum ꝙ eo tempore Benedictus
tacitè vel expresè haberet mandatū a Petro Paulo talia facien-
15 di. ¶Nec prædictis habet obstare † ꝙ fuit commissa cognitio
dictæ causæ simpliciter, de plano: sine strepitu,& figura iudi-
cij, sola inspecta rei veritate, & secūdum veritatem facti: quia
posito ꝙ dominus qui ita commisit potuisset ita committere
vel per dicta verba quamuis tollere possint solennitates rigo-
rosas iuris pontificij: non tamen tollūt probationes & ea quæ
concernunt defensionem.in cle.sæpe. & quod ibi gl.in verbo
defensiones.de verb.sig.& in l.de submersis.C.de naufr.li.11.
& not.Bart.in extrauag.ad reprimendum.in ver.summariè.&
in versic.sine figura & doc. in l.filiusfa.ff.de do.& in l.1.ff.de
test.mili.& Ant. de But.in c.2.in prin. de iura.calum.per illū
tex.& do.de Rot.conclusione sua 33 & Bald.in l.nemo.C.de
senten.& in l.iustitia.ff.de iu.& iur.& in c.fi.de no. forma fi-
de.& in l.nec quicquam.§.de plano. ff.de offi.procon.& in l.
solam.in fi.C.de testi.& ibi dicit ꝙ stante libero arbitrio iudi-
cis de procedendo de iure & de facto, nō debet credere iudex
testi non reddenti bonam rationē dicti sui.facit quod no.Bal.
in l.si non speciali.in fi.C.de test.& istud est ponderandum ꝑ
ratione dicti sui reddita per testes productos volentes depone
re dictas scripturas fuisse manu dictorum Ludo.Io.& Benedi
cti: quia non reddunt bonam rationem dicti sui: cum non di
cant se fuisse pręsentes quando fecerunt scripturam excepto
ser Thadeo de Quistello: qui non probat per ea quę fuerunt su
perius declarata. Ex quibus cuncludo dictum Petrum Paulū
esse diffinitiuè absoluendum.

NICOLAVS V. Papa mandauit in perpetuū vniri prioratum certo monasterio distanti per miliare & diuersis ordinis cum clausula generali, prouiso quod animarum cura nullatenus negligatur. Sed in contrarium Paulus 2. Papa mandat dissolui dictā vnionem: ex eo ꝙ nonnulli parochiani dicti plebanatus diuersis temporibus culpa & negligentia Abbatis & & conuentus prædicti monasterij sine sacramentis ecclesiasticis decesserunt: & deducitur pluribus modis Abbatis & conuentus negligentia. Et primò per querelas factas in capitulo generali, quod propter prędictam vnionē quolibet anno contingit mors alicuius ex parochianis prædictis sine sacramentis: & post huiusmodi querelas aliqui alij parochiani similiter decesserunt, post quorum obitum tam coram ordinario loci & multis parochianis pręsentibus quam corā abbate & monachis conquesti fuerunt. adeò quòd pro sacramentis ad alias ecclesias parochiani accederent: & ob id pluries & diuersis temporibus conquesti sunt. post quas quidem querelas nullā fecerunt diligentiā: non prouiderunt, non inquisiuerunt prout tenebantur, sed nouam addendo negligentiam, sacramenta etiam quibusdam pluries petita denegarunt; ita quòd absque illis mortui sint. Attento ꝙ prioratus prędictus per abbatem. & monachos monasterij prædicti continuò frequentabantur: & in eo. 10. vel 12. monachi continuò commorabantur, ita vt abbatem & alios qui gerebantur in prioratu latere non potuerunt: cum etiam omnia illa tam in ciuitate vniuersa quam in parochia essent publica & notoria. nunc quæritur ex deductis & probatis an pręsumatur negligentia abbatis & conuentus: & dato quod sic, an de iure ob talem negligentiam veniat dissoluenda vnio dicti prioratus a monasterio prędicto.

ADDITIONES.

a ¶Præsentes.s̃.lib.3.consi.76.
b ¶Præsentes.imo hoc sufficit.s̃.consi.181.nu.2.lib.2.
c ¶Dummodo.idem glo.ver. protinus.in c.cum olim.de offi.deleg.& ibi Pau.Felin. & hoc demum casu intelligunt etiam dictum Inn.in d.c.ex parte decani.quòd alias non procederet: Alex.in l.sæpe.de re iud.d.Ias.in l.quæ dotis.n.69.sol.mat.in l.si procurator. fallen.7.C. de procu.Fran.Cur.iunior.l.si diligenter.nu.7.mandati.adde tex.vbi Bart.in l.fin.C.de exce.& transla.mili.anno.lib.12.adde Albert. Bru. consi.107. Deci.consi.437.consi.672. quamuis illud dictum Inn.sequantur Ro consi.170.Panor.consi.2.lib.2.Gui.Pap.deci.Delphinatus.c.73.Afrer.in ade.quęsti.Tholosa.125.Feli.c.fraternitatis.de testibus.Lanfran.tract.de arbitris.

SVMMARIVM.

2 *Interpellatio vna sufficit etiam contra superiorem.*
4 *Citari si quis debeat ter, sufficit semel, si dicat se nole venire.*
6 *Vnio dissoluitur propter abusum.*

CONSILIVM LXXXI.

Stantibus his quæ in superiori themate proponuntur, puto legitimè probatam esse negligentiam * animarum, tum quia præsupponitur pluries petita fuisse sacramenta ægrotantibus præstari: & illa fuisse denegata, vt absque illis mortui sint. quãdo. n. quis est pluries debitè interpellatus, & non prouidet: dicitur negligens. c. 1. de sup. ne. prsela. l. de vnoquoq;. §. fi. ff. de re iud. † Imò videtur ꝙ quãdo
1 tractatur de interpellatione seu requisitione extraiudiciali regulariter sufficiat vna tantum interpellatio. l. Titia Seia. §. vsuras. de leg. 2. l. mora, in prin. cum glo. in verbo repetendi. ff. de vsu. & bona glo. & doc. in c. 1. in verbo requisierit de hæret. & gl. in c. cupientes. §. quòd si per 20. in verbo, proposita. de elec. in 6. & gl. in c. si episcopus, 18. distin. no. Inno. in c. cum nobis olim. de elec. & Arch. in c. si contra vnum. de offic. deleg. in 6. & Io. And. in c. ego enim. de iureiur. & Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in 3. oppo. de ope. noui nun. & in d. §. vsuras. & in d. l. mora. & licet d. Ant. in d. c. 1. de suppl. neg. prela. & in c. ex literis. de consti. & in c. cum causam. de offic. deleg. videatur tenere quòd vbi ipse inferior interpellat superiorem, requiratur trina[a] interpellatio per text. quem ad hoc reputat singularem in d. c. 1. & quod ibi no. Host. & Io. And. Facit etiã tex. & quod ibi Bald. de milit. vasal. qui contu. est. tamen con-
2 trarium voluit Bart. in d. §. vsuras. & in d. l. mora. † & in d. §. si quis ipsi prætori. in princ. dum vult quòd vix est quod litigator semel interpellet iudicem vt causam expediat: ne dicatur iudex in negligentia constitutus: & hoc videtur tenere Bal. in auth. item si appellatione. C. de tempo. appel. & Saly. in l. fi. in §. illud. eo. tit. vbi voluit quod aliud sit in instantia causæ appellationis, vt illa non currat appellanti: quia requirunt iura quod appellans summopere instet per d. §. illud. & sic non sufficit vnica interpellatio. argum. eorum quæ habentur in clem. quamuis, de appel. & in c. ab eo. cum ibi notatis eo. tit. in 6. & ita uidetur residere do. Cardi. Floren. in d. c. cum causam. vbi respondet ad text. in d. c. 1. quod ibi est specialis casus in quo ita reperitur & ita etiam Domini. de sancto Geminia. in d. c. si contra unum. vbi dicit quòd do. Ant. consueuerat sequi opin. positam per glo. in d. c. cum causam. quæ vult quod ad hoc vt delegatus consumat causam delegatam sibi & agenti negligentia requiritur & trina interpellatio. Et quod domi. Ant. illam opi. firmat per tex. in d. c. 1. & in d. c. ex literis, sed Domi. dicit quòd arguebat contra ex his quæ no. per gl. in d. cle, 1. cum si. & quod do. Ant. mutauit postea sententiam, & tenebat quòd sufficeret vna secundum quòd tenebat glo. in d. cle. 1. quæ est communiter approbata. & no. etiam gl. in d. c. si episcopus. Et dicit Dominicus quòd responderi potest ad no. in d. c. ex literis. quòd ibi fallit in illis casibus in quibus ius exprimit quod requiritur trina. ¶ Præterea posito quod uerum esset quod requiritur trina & non vnica sufficit interpellatio facta, attamẽ an ita facta fuerit in casu nostro vel non, clarè percipio ex his quæ deducuntur in themate. ¶ Item adhuc uidetur quod in casu nostro non fuerit necessaria trina admonitio, quia præsupponitur in themate quòd prælatus querelantibus respondit se adhuc peiora facturum, adeò quod parochiani pro sacramentis ad alias ecclesias proficisci cogerentur: vnde succe-
3 dit illud quod dicit Host. Io. And. & alij in d. c. j. † quòd quando requireretur trina interpellatio: tamen si in prima denegatur, expressè nõ est necessaria ulterius requisitio. Allegat quod habetur in c. cum inter uniuersos. de elec. & in c. uenerabilibus. de sent. excom. lib. 6. & quia in incertis, non autem in certis locis est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. de verb. obli. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. de leg. 3. ¶ Bene facit quod habetur in c. eum qui de dolo, & contu. in 6. & no. glo. & doc. in l. tres denunciationes. C. quo & quan. iud. & in l. consentaneũ. eo. tit. & in l. fi. ff. de in integ. restit. & in l. ex consensu. §. fin. de appel. & gl. 15. q. 1. c. de illicita. & Inn. in c. ad peti. de accusa. & Cy. in l. cum proponas. da bonis auctori. iu. poss. & 2. q. 9. si ex no. cum Ang. & in l. si finita. §. iul. per Bar. de dam. infec. & Spe. in tit. de cita. §. viso. versi. item potest constare. & in vers. item sit peremptorium. vbi secũdum magis communem opi.
4 concluditur † quòd si ille qui debebat ter citari respondet in prima citatione ꝙ nolebat ulterius comparere * seu litigare coram illo iudice, non est vlterius citandus. & hæc est magis communis opi. saltem quando verba tendebant ad futurum, vt fuerunt in casu nostro. & ideo non cadit hic illa disputatio quam ponit Io. And. in d. tit. de contuma. §. 1. & glo. & doc. in c. venerabilis. §. secus. de sen. excom. in 6. vbi habetur. qđ quando citatus dixit nolo venire, variæ fuerunt opin. an sit talis vlterius citandus. nam stãtibus verbis prolatis in futurum, prout in casu nostro, non est hic necessaria illa disputatio, quia magis communiter tenetur id quod supra dixi. Et plenè per Imo. tangitur in d. l. ex consensu. §. fi. & casus noster clarè deciditur
5 per Host. Io. And. in d. c. 1. de sup. neg. præla. ¶ † Confirmãtur prædicta ex eo quod in themate narratur quod Abbas non poterat prætendere ignorantiam eorum quæ in dicto prioratu facta sunt. tum quia prioratus prędictus per abbatem & monachos quotidie frequentabatur. c. quosdã. & c. quanto. de præsum. & c. cum dilectus. el 1. & ibi no. de purga. cano. l. 1. iuxta prin. ff. de flu. l. si vicinis. C. de nu. videtur etiam, quia dicitur ꝙ prædicta erant publica & notoria tam in ciuitate vniuersa quàm in parochia. c. si. qui matr. accu. pos. 16. dist. cum dictis concordantijs allegatis in gl. & not. gl. in l. si tutor petitus. C. de pericu. tut. & ille qui est certus, non est vlterius citandus. l. 1. in fi. ff. de actio. emp. l. 1. §. si intelligatur. ff. de ædi. edi. & l. item veniunt. §. petitam. de pet. hære. & per consequens ex prædictis videtur dari negligentia non solum prælati; sed etiã totius conuentus dicti monasterij: nimirum si postea talis negligentia pręiudicaret ipsi monasterio: iuxta ea quæ habentur in c. 2. de iuramen. calum. & in l. iubemus. nulli. C. de sacro san. ecc. Et no. in c. 2. de ordi. co. vbi plenius per doc. cum suis
6 concor. ¶ † Circa secundum quo quæritur, an stante ꝙ sit probata negligentia veniat dissoluenda dicta vnio prioratus ab ipso monasterio: & dico ꝙ sic: quia vnio duarum ecclesiarum dissolui debet quando tendit ad graue præiudicium spiritualis religionis cultus diuini vel eleemosynæ, vt est tex. no. quem ad hoc ibi ponderant doc. in c. 1. ne sede vac. ita dicit Old. in consil. 211. incip. In quæstione quæ vertitur super vnione facta, ad finem. allegat mihi in ar. id quod habetur in c. in congestam. de biga. cum. n. facta fuerit illa vnio per modum denotandum sub illa clausula, prouiso & c. Nisi modus ille impleatur debet retractari quod factum est, quia pro certo iustè & sanctè præfatus Paulus 2. dissolui mandauit ex eo quod nonnulli parochiani dicti prioratus diuersis temporibus culpa & negligentia Abbatis & conuentus dicti monasterij sine sacra-
7 mentis decesserunt. ¶ † Nec obstat si in contrarium allegaretur id quod no. Spe. in tit. de cle. non resid. §. 1. ver. quid si aliquis Baro monasteriũ * ædificauerit, & illud dotauit: & postea Abbas vel monachi sunt ingrati contra eum copulando forte & conuersando cum inimicis eius; an possit reuocare bona monasterio collata & facere illud destrui, cũ donatio propter ingratitudinem commissam reuocetur. l. fi. C. de reuocan. donatio. & c. fi. de dona. & arguit ad vtranq; partem & finaliter respondet quod nec monasterium destruatur nec bona ei auferantur: quia dolus & delictum personarũ non debet in damnum monasterij redundare. 17. q. 6. si episcopum. & c. venerabilis. de excep. & l. meminerint. C. vnde vi. & secundum Spe. debebunt eijci illæ personæ à monasterio, & aliæ ibi poni. Et cum decisione Spe. videntur transire doc. in d. c. fi. quia potest responderi primò quod quò ad vnionem dictarum ecclesiarũ dissoluendam non debemus recedere ab eo quod habetur in d. c. ne sede vacan. cum ibi not. per doc. vbi attenditur ad dissoluendam ipsam vnionem propter causas prędictas. ¶ Potest & secundò responderi per id quod dicit Inn. in d. c. fi. sed ꝙ id quod dicit Spe. in d. loco potest procedere quando si diceremus culpam capituli vel prælati nocere ecclesiæ, sequeretur ꝙ ecclesia priuaretur omnibus bonis vel maiori parte, ita quòd non posset esse nisi damnosa: propterea quod se auerterent religiosi a diuinis: tunc vnio debet seruari: alias autem non procederet, eo quia propter delictum prælati & clerici potest priuari ecclesia re sua, vt habetur in d. l. iubemus nulli. & no. in c. delictũ personę de reg. iur. in 6. doc. in d. c. j. de do. & contu.

Vel responde ꝙ posito ꝙ Papa potuisset prouidere non dissoluendo vnionem sed mandando illas personas trudi de monasterio, vel alios ibi ponere, tamen Papa etiam potuit mandare
8 dictam vnionem dissolui saltem † cum Papa quò ad ecclesias & beneficia dicatur habere liberam & plenariam potestatem, vt in cle. 1. vt lite.pen.& c.2.de præben.in 6.

ADDITIONES.

* Negligentiam.]Quomodo probetur negligentia,vide Fel.in c.si autem.versi.negligentia.de rescrip.& in c.insinuante.colum.3.de offi.deleg. Natta.

a ¶Trina.fa.Lucas.Pena in l.5.de diuer.offi.lib.12.C.& secutus est Ro.consi.332. sed postea mutauit sententia in melius in sing.424. quòd sufficiat vna,nisi in casibus generaliter expressis & est veritas.& sequitur Fely.c.ex literis.de consti.Alex.hic Dec.c.ex parte.de appel.

* Comparere.] Vide Alex.qui sequitur.in l.si mora col.3.ff.sol.mat.& in l.contumacia.vbi late.ff.de re iudi. Natta.

* Monaster.] Vide aliquid per Fel.in c.ecclesia S.Mariæ.colum.42.de consti.12.q.& per Fel.in c.nouit col.10.de iudi. Natta.

EPITOME.

Testes admittuntur non obstante publicatione facta coram arbitro repetita coram iudice. idem alias quando dicta testium non sunt didicita, vel quando parte non opponente admittuntur vel causa est summaria.

SVMMARVM.

2 *Testes singulares alternatiuè, vel salua veritate deponens non probat.*

3 *Confessio non nocet nisi parte præsente & acceptante.*

4 *Testes singulares mille non plus valent quàm vnus.*

CONSILIVM LXXXII.

In causa & lite inter Prouidum mercatorem Paulũ de Lparijs & Ioannem de Bonis compagnis agentes,& Ludouicum de Canonicis conuentum,fundata est intentio agentium per scripturam manu propria ipsius Ludouici,& ab eo recognitam.l.scipturas.C.qui potio.in pig.ha.& ibi not.in §.si quis igitur.in aut.de instru.cau.& fid.l.cum de indebito.§.fi.ff.de prob. ¶Difficultas ergo tota consistit in illo pane æris vel argenti,de quo dicitur factam reconuentionem, & in eo dico non potest obtinere Ludouicus secundum for-
1 mam suæ petitionis, † quia de iure est quod petens metallum aliquid deducat,& consequenter probet de specie.de qualitate,& liga sua,& ita declarat Bart.in l. in actione.ff.de fur.& in l.cum aurum. vbi hoc probatur. ff. de auro & argen. bene faciunt no.per Io.And.in c.auditis,de præscri.sed hoc non probauit Lud.saltem per testes contestes, & legitimè probantes : ergo non potest obtinere.l. qui accusare. C.de eden.c.1.vt ec-
2 cle.benefi. ¶† Quod autem testes sui non probent,ostenditur. Et primo Iacobus magistri Stephani est singularis & vnicus in dicto suo:ergo non probat. c.in omni.de testi.l.vbi numerus. ff.de testi. secundo non probat alia ratione : quia testis iste deponit quod Pau. & Io. prædicti dixerunt ꝙ ille sciens tenebat panem illum,qui tenebat vinum,& 14.15.16.salua ratione : vnde cum deponat iste testis alternatiuè non probat, quia deponit ambiguè, vt in l.vbi autem.in §.qui illud.ff.de verb.ob. l.prætor.§.ꝙ autem.ff.de iniurijs.bene facit quod no.Io.And. & alij.in c.1.de arbit.in 6.& Arch.3.q.9. nihilominus.cũ si. ¶Et tantò minus probat dictus testis,quia non probat aliquid constanter,quia dicit salua veritate,& sic ostendit se non bene recordari.oportet.n.quod testis firmiter deponat, tantum qđ quando dicit se ita credere,non probat, etiam si diceret se pro certo credere.c.ex literis.& c.quarto loco.de præsump.decla-
3 rat magistraliter Bal.in l.siue possidetis.C.de probat. ¶ † Præterea prædictus testis dicit d. Paulum & Ludouicum dixisse dicta verba absente Ludo.& sic non probat dicta confessio facta absente parte, & etiam si probaretur per duos testes.l.fi.ff. de interro.act.l.certum.§.si quis absente.ff.de confes.& c.fin. de succes. ab intesta. Nam dictus testis dum refert verba quæ prolata fuerunt præsente parte, non dicit ꝙ dictus Paulus & Ioannes,ꝙ dixerunt tantum teneret argẽti dictus panis ramis, seu de qua liga esset, neque etiam probat dictus testis aliquam societatem contractam,& firmatam inter dictos Io.& Paul.ex vna,& Ludouicũ ex altera : imò deponit dissensum inter eos, & societas contrahitur cum consensu.l.1.in prin. ff.de acti.&
* obli. ¶Imò quia si qua confessio * facta fuisset præsente aduersario,qui ei confessioni non consensisset, nec eam acceptasset, nõ prodest talis confessio, vt probat Cy.in l.vnica.in 6.q.C.de confes.& ibi plenius Sal.in l.iubemus. C.de lib.cau.& etiam in dicta societate probanda dictus testis est singularis. ¶Non ob.etiam dispositio iuris de pluribus testibus & semiplena ꝓ-
4 batione,quia non probat aliquid,eò quia sunt singulares,† & testes singulares etiam si sint mille, tantum valet vnus quantũ mille.l.iurisiur.vbi Bald.ita dicit. C.de testib.c.licet causam. de prob.& quia deponunt quod tractabatur pro concordia,& ꝙ partes remanserunt discordes:& non fuit accepta per Lud. aliquo modo confessio aliqua dictorum Ioan. Pauli:quia dissentiebat Ludo.ab his quæ dicebat Pau.& Io.& sic per prædicta non probant quinimò si bene inspicias, non dicunt quod illi confessioni factæ per Io. & Paulum esset præsens Lud.imò nihil penitus probat Matthæus de Gambaro quia nihil dicit de eo de quo est quæstio,nec etiam Io.de Guidetis deponit aliquid de conclusione aut de concordia societatis: nec etiã aliquid dicit de dicto pane æris. & idem etiam dico de alio teste,s. Petro Bartolini. ¶Cum ergo etiam de iure diuino requirantur duo testes contestes,capi.nouit,de iudi.& in d.c.in omni. non video quomodo posset obtinere dictus Lud. qui nihil probauit.¶Accedit etiam ad confirmationem prædictorum : quia ex forma statuti sub rubrica de modo proba. non potest fieri probatio per testes iure vel facto excedenti summam centum librarum:ergo de hoc est casus.¶Quò ad quasdam res in artificio etiam petitas per Ludo.non insisto: quia etiam nihil
* probauit, & nihil probatur quod fuerint consignatæ * Paulo & Ioãni:aut quòd ipsi repromiserint custodiam seu eas saluas fore, posito quod in eorum apotheca per Ludo.reconditæ seu etiam inuentæ fuerint.l.si ego.§.dari.ff.de iure do.no.Bald.in auth.habita. prope finem.C.ne filius pro patre. Reliqua suppleat prouidentia dominorum iudicantium, & præstantis consultoris.

ADDITIONES.

* Contesta.] Idem Alex.in consi.12.supra eo.lib. Natta.

* Consignatæ.] Qui rem habent penes se,non tenentur ad custoniam, nisi eam susceperint; ita Bald.in d.Auth.Habita.Io.And.in addi.ad Spec.in Rubr.de depos. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Filiæ exclusæ per statutum non debet constitui dos minor legitima.*

CONSILIVM LXXXIII.

* Viso statuto * sub rubrica. Qualiter mulier ab intestato succedat,& his,quæ in themate narrantur, requisitus,vt attingam tantum circa dubium quo quæritur,an posito quod regulari debeat casus prædictus secundum ꝙ disponit statutum in causa intestati,debeat dicta mulier dotari competenter & conuenienter secundum conuenientiam & facul-
1 tatem patris, adeo quod † non habeat minus quàm esset legitima portio debita de iure communi, & sic petere posset suppleri dotem vsq; ad legitimam in quo casu concurro cum sententia domini cõsultoris: vt ipse refert,ego super hoc alias con-
a sului, idem tenui a .s.quod possit peti æquari vsque ad legitimam, per ea quæ in consilio præfati fratris mei referuntur:& ita reperio etiam consuluisse Bal.in consi.incip. Punctus talis est Antonius plures filios &c. vbi concludit pinguius qđ dotari debeat.ita quod saltim habeat legitimam :quia vir bonus
2 non arbitrabitur quod legitima filiæ sit auferenda, † cum censeatur quasi æs alienum.l.Papinianus.§.si quis.ff.de inoff.test. Et sic debita etiam iure naturali,l.cum ratio.in prin.ff.de bo. damna.& in auth.de hęred.& fal.§.pręmium itaq;.dicitur.n. filius vel filia creditor vsque ad legitimam, vt inquit Cyn.in l. Marcellus.§.res quę.ff.ad Treb.& in auth.res quæ,in fi.C.cõmunia de lega.& Spe.in tit.de confes.§.nunc videndum.vers.

sed

sed ipsi quid patris.& Bal.in l.filium quem habentem.C.fam. ercis.& in l.2.C.ad leg.fal.& in l.scimus.in prin. C.de inoffi. testa.per id quod habetur.l.si patronus. de don.iuncta.l.si qs legatum.ad fin.cum ibi not.ff.de fal.ita etiam consuluit Ang. consi.357.incip.Dominus Grego.Pagoni, & loquitur in casu fortiori,& magis dubio: quia loquitur in terminis statuti disponentis ꝙ stantibus filijs masculis, filia fœmina non succedit,nisi ad competentem dotem: quo casu vult etiam Ang.ꝙ filia debeat pro competēti dote habere ad minus legitimam, quamuis contra fratres masculos ipsius mulieris,quantò magis in casu nostro in quo nulli extant fratres masculi ipsarū. ar.l.si filiæ.ff.de leg.3.istam partem etiam præcise tenet Sal.in auth.res quę.superius alleg.vt refert etiam pręfatus dominus consultor,& idem etiam ibi Raph.Ful.qui ex illo tex.colligit argu.quod si statutum excludat filias à successione,& masculos eis pręferat, & disponat quod filię dotētur arbitrio propinquorum: quod propinqui non poterunt arbitrari minus legitimam:quia in ea non est excessus:sed bene poterunt arbitrari vltra legitimam,si illa nō sufficeret merito, & qualitati personę,vt ibi. ¶Et hoc tātò magis procedit in casu nostro in quo statutum exigit quod debeat filia competenter dotari:non autem disponit quod esset contenta dote a patre. hoc dico propter ea quæ dixit Bald. quod quando statutum disponit quod filia dotata possit agere ad supplementum congruæ dotis arbitrio boni viri: quia meritum dotis intelligitur arbitrio boni viri.l.1.ff.de leg.2.l.si cum ea.C.de do. promis.l.quæro.ff.de iure do.& d.l.si filiæ.† Nisi statutum diceret quod filia tenea-
3 tur stare contenta de dote data* vel promissa à patre secundū Bal.arg.l.qui volebat.ff.de hęre.insti.& profectò esset satis absurdum dicere quod filiæ inter omnes tres non deberent habere dotes ascendentes ad suam legitimam nullo existente filio masculo, quod non fecit testator sibi hærede instituto per ea quæ dicta sunt.Non ob.si diceretur quod filiabus nulla debetur legitima in casu prędicto, quę exclusę sunt a successione intestati,& legitima est in eius a quo debetur arbitrio, videlicet, vt minus plusvè vni quam alteri filiorum relinquat:dum modo non minus quarta parte legitima relinquat cuique, vt in l.parentibus.& in auth.nouissimè.C.de inoffi.testa.quia respondeo quod verum est qđ debetur eis legitima de iure communi & sine vllo onere, & conditione prout dicitur de iure communi cautum esse.l.quoniam in prioribus. C.de inoffic. testa.tamen tempore matrimonij,& sic purificata conditione petere possunt dotem sibi constitui arbitrio boni viri: qui arbitrari debet dotem eius vsq; ad legitimam, saltem in casu nostro in quo nulli extant filij masculi:sed tres tātum filiæ:quia talis dos subrogatur loco legitimæ,vt no.Bar.in l.Titio.§.Titio genero de condi. & demon. cum si.ideo debet saltem vsq; ad illam summam,ad quam ascendit legitima dotari:quia nec numerus liberorum repugnat, nec etiā pręsupponitur ꝙ alia qualitas repugnet per rationem d. l.si filiæ. iuncta.l. si eum.§. qui iniuriarum.ff.si quis caut. & etiam quia fieri debet interpretatio, vt statutum minus lędat ius commune, quam fieri possit.l.2.C.de noxa.c.cum dilectus, de consue. Alex.

ADDITIONES.

* Viso statuto.] Hoc consil.insertum est consilijs Francisci Curtij; & habes ibi nu.38. Natta.

* De dote data.] Sequitur Ias.consi.221.col.fi.lib.2. Natta.

CONSIMIVM. LXXXIIII.

Consideratis his de quibus in themate, videtur prima consideratione dicendum quod per publicationem processus, & omnium actorū facta per dictos iudices sit pręclusa via producendi dictos te-
1 stes in hac causa, † quoniam publicatio attestationum videtur esse terminus productionis testium.c.cum venissent.de testibus.cle.de testibus.eo.ti.& saltem respectu illius partis quę petijt publicationem aut illi assensit: vt no.gl.in d.cle.de testi. quam sequuntur doc.idem tenet Hostien.in summa de testi.§. vtrum.circa princ.& Io.And.in c.constitutus, lulti.de testi.& Bar.in auth.atqui semel,circa medium.C.de proba.& Imo.in c.fraternitatis,post glo.de test.& ibi tenet etiam do.Abb.Modernus, volens ꝙ per solam publicationem testium intelligitur pręclusa via producendi alios testes.Et dato quod per talē publicationem non subsit timor subornationis, vt quia dicta
2 testium nōdum sint didicita:† attamen quia ex quo pars quæ vult producere testes acquieuit publicationi testium, videtur tacitè renunciasse productioni testium super illis, allegant in arg.id quod habetur & no.in fin.in c.j.de elec.in 6.de eo qui gessit actum,qui solet fieri post litem contest.vt habeatur pro lit. contest. quò ad facultates opponendi exceptiones dilatorias. & quod no.in c.cum causam.de appel.de dilatoria.cum ergo sola renunciatio expressa absque eo quod testificata sint didicita,sufficit ad excludendum facultatem productionis testium,vt in d.cle.testi.de test.in fi.& eadem ratione etiam tacita renunciatio sufficere debet:quæ fingit ex publicatione.Per hoc etiam ponderat illud quod dicit Io. And.in d.c.fraternitatis. inquantum vult ꝙ publicatio non præcludit viam productioni testium ex solo timore subornationis: sed vt aliquis sit producendi finis.& quamuis sunt alij multi termini exclu-
3 siui,tamen iste est vnus ex illis.¶† Sed præmissis non obstantibus in casu de quo quæritur contrariam sententiam puto de iure probabiliorem ex pluribus:& ad hoc ostendendum præsuppono ꝙ isti testes fuerunt recepti coram arbitro,& eorum dicta coram eo fuerant publicata; vt apertè in themate continetur:& talis publicatio & apertura facta coram arbitro, non est impedimento quin tales testes possint iterum produci & examinari.etiam inter.easdem personas in eadem instantia coram iudice.l.fin.C.de testi.& c.præsentiū.de testi.ita.n.potest etiam pars alios producere, contra quam producti fuerunt coram arbitro, vt expresse habetur in præsenti verbo non habebit.& no.Cy.in l.per hanc,in 2.oppo.C.de temp.appel.& sic neq; apertura attestationum,neq; didicisse testificata,& timor subornationis ex prædictis resultans,non erant,neq; sunt impedimento quominus possent testes produci coram iudice.
4 ¶† Solum ergo restat videre vtrum illa publicatio facta per iudices generaliter de processu, & de omnibus actis factis in dicta causa sit impedimento:& dico quod non.Primo,quia posito quod essemus in publicatione testium receptorum coram iudice:prout loquuntur allegata in contrarium, tamen nō est casus noster: tum quia nulli testes hic fuerunt recepti coram
5 iudice, † quia non est ita expeditum quod sola publicatio testium receptorum coram iudice sufficit ad pręcludēdum viā productioni testium ex sola publicatione, nisi occasione illius publicationis sint didicita testificata.ita voluit gl.in c.constitutus, lult.de testi.per id quod habetur in §.quia vero multi. in auth.de testi.& per Spec.in d.§.satis vtiliter. ver.quod autē dixi.& in versi.quid si publicata. per id quod habetur in d.c. constitutus.& in c.veniens.el 2.versi.pars autem eo.ti.ita etiā consuluit Bar.cons.suo incip.Quæsitum est per dictum c.&c. vbi sequitur opi.gl.in d.c.constitutus,& specialius in loco supra allegato.Istam partem sequitur etiam Guil.de Monte Lau. & etiam Zen.& Stephanus in d.clem.de testi.& Ant.de Butr. in d.c.fraternitatis.vbi voluit quod sola publicatio non sufficeret ad excludendū productionem si non allegetur vel ostendatur verè vel præsumptiuè quod obsit producenti didicisse testificata. Nam dicunt quod ideo ipsa sola publicatio obstat, vt in d.cle.de testi.cum alijs supra alle.de testi.pręsumptio est & verisimile est quod propter publicationem didicerint testificata cum didicere potuerint.Sed vbi constat quod non didicissent testificata,non obstaret publicatio:quia cessaret timor subornationis,quæ est causa repellendi, vt in d.§.quia verò.&
6 sic volunt isti † quod vbi constat cessare impedimentum resultans ex timore subornationis,seu resultans ex eo quod didicita esset testificatio; tunc non habet obstare publicatio ipsa. Sed ita est quod neq; didicisse testificata,neq; timor subornationis in casu nostro impediebat productionem testium productorum coram iudice, vt ostensum est per no.in d.c. pręsentata.in d.l.fi.ergo non debet obstare publicatio prædicta facta à iudice.& ad rationem Ant.de Butr.Io.An.Zen.dicētium,qđ debet esse aliquis finis producendi testes: respondetur, quia videmus quod alij sunt fines,s.tertia productio testium cum publicatione & conclusione.c.in causa:vt in d.§.quia verò.& in c.vltra tertiam. de testi. & dilationes ad probandum.l.fi.ff.de
7 fer.istam opin.tenet etiam Ange.in d.§.quia vero multi.† vbi vult quod demum publicatio præcludat viam productioni testium, quorum dicta prius non erant apera nec didicita. & dicit

dicit etiam quod ita vult Bar. in præall. auth. qui semel. & dicit quod nec aliter voluit dicere Bar. in d. auth. quia alias Bar. esset sibijpsi contrarius, attento eo quod ipsemet Bar. voluit in consi. præalle. sed ita est in casu nostro ꝙ per dictam publicationem factam à iudicibus, non fuit facta nec fieri potuit apertura testium: quia iam prius coram arbitro fuerunt publicata & aperta: ergo non est præclusa via probandi: quia publicatio illa facta coram arbitro, præcludit viam producendi, demum quando sunt didicita, iuxta no. in d. c. præsentata. Item quò ad propositum nostrum videtur velle Bald. in d. auth. at qui semel, in ver. habes ex prædictis declaratum &c.
8 † vbi vult ꝙ publicationi non præcludatur via producendi testes quando per talem publicationem dicta testium non deuenerunt ad notitiam producentis. Ita etiam vult ibi Salyc. & per hoc apparet vna responsio ad allegata in contrarium. ¶Secundò moueor: quia iura quæ dicunt ꝙ per publicationem præcludatur via producendi testes, loquuntur quãdo publicatio attestationis, quæ non erat aperta nec publicata. sed in casu nostro non ita fuit: imò non fuit facta a iudicibus publicatio attestationũ. & licet fuerit facta publicatio processus & omnium actorum in d. causa, in qua nulli coram iudicibus examinati testes fuerũt; attamen publicatio processus & talium actorum gestorum coram iudice per l. gesta. & ibi Bar declarat. C. de re iudi. non tollit quin testes ad hoc possint recipi: quia talis publicatio processus quò ad testa. quæ secretò fiunt de testibus ad eum finẽ fit, vt probent coram alio iudice, vel eo aut succurrere vt habeantur per auth. vbi alias non essent. & ita similem iudex attestationem receptã coram arbitro publicato processu potest admittere vt probet: & sic sibi debet posse alias probationes & testes. & maxime plus in casu nostro propter protestationem factam per illum contra quem fuerunt productæ quod nõ intẽdebat stare illis attestationibus, vt fuit in casu nostro. illa publicatio nil operari debet, etiam quò ad tribuendam fidem ipsis attestationibus. d. l. fi. cum si. & sic illa quæ habentur in d. cle. testibus. & in c. fraternitatis. cum si. non faciunt ad casum nostrum: quia non loquuntur de huiusmodi publicatione. Ad huiusmodi confirmationem bene facit quod no. Ant. But. post Io. And. in d. c. fraternitatis, in vers. fallit. 7. &c. vbi dicit quòd propter publicationem poterunt produci testes, quando corã iudice non sunt producti testes, quamuis sit datus articulus: quia tex. in d. §. j. Lud. maximè ponderat productionem testiũ. idem tenet Abb. in d. c. fraternitatis. in 18. fal. Sed in proposito nostro perinde est, acsi nulli testes essent recepti postquam pars contra quam fuerunt recepti coram arbitro, non vult stare illis attestationibus, vt sæpius alleg. d. c. præsentata. & per hoc vltimum apparet non esse verum ꝙ hoc casu per solã publicationem processus videatur sufficienter esse renunciatum iuri facultati producendi testes. & maximè cum precise affirmauerit potestas per publicationem semiplenè probasse, imò alternatiuè dixisse, plenè: vel saltim semiplenè probasse, petẽs deferre iuramentum in supplementum probationis, quod tamen nunquam delatum fuit, & per consequens illo non dato non videtur pro se etiam renũciasse facultati aliter probandi. l. 3. ff. de testa. mili. ¶Tertio principaliter moueor: quia posito quod illa publicatio fuisset etiam talis effectus ꝙ præclusisset viam producendi testes, seu habuisset vim renunciationis vel
9 cõclusionis in causa, tamen attento † ꝙ iudex primò parte aduersa non citata detulit productioni testium pro parte ad cuius petitionem fuerat facta publicatio. intelligitur facta reuocatio quò ad dictum effectum præcludendi viam productionis testium. primò hoc volunt domini de Rota sua conclusione. * 5. incipiente. Item si post conclusionem in causa &c. vbi concludunt quod si post conclusionem factam in causa iudex admittit articulos sit reuocata conclusio in causa: quia natura contrariorum hæc est, quod vno posito eodem actu censeatur reliquum esse reuocatum, vt ff. de acq. hære l. illud. & hoc dicunt esse verum: si iudex sciat in causa esse conclusum: secus si ignorauit, vt in clemen. 1. de procurato. insti. qui dari tut. in
10 post. princ. † & subdit ꝙ in dubio præsumitur sciuisse, si ipse iudex admittens post conclusionem in causa fuit illemet qui conclusit in causa. c. veniens, de filijs presbyt. & c. ab excommunicato. de rescri. secus si esset alius iudex admittens articulos qui esset subrogatus in locum primi iudicis: cum quo facta fuit conclusio in causa: quia præsumitur ignorare per regulam qui in alterius. ff. de reg. iur. & cum illa decisione dominorum de Rota trãsit Ant. de But. & Imo. in c. auditis. de procurato. hoc in terminis nostris decidit formaliter do. Cardin. Flor. in clem. test. de testi. vbi dixit quod in casibus in quibus publicatio attestationum præcludit viam productiuam producendi testes debemus dicere hoc procedere nisi iudex prædictam suam interlocutoriam reuocaret: quia hoc facere pos-
11 set, per c. cum cessante. de appel. secundum eum † eò ipso ꝙ iudex produ. postea testes admitteret, intelligeretur reuocare, tamen pars aduersa posset appellare. ita residet ibi do. Card. & alleg. & sic ibi est decisio huius q. specificè. & bene facit quod no. Bal. in l. peremptorias. C. sen. rescin. non posset in versi. quęro si iudex &c. vbi vult ꝙ si iudex statuat terminũ ad probandum, & post terminum admittat probationes aliter parte præsente vel citata, videtur reuocasse illam præfixionem termini & idem tenet Salyc. in d. l. peremptorias bene facit. l. pen. ff. de
12 pręto. stip. ¶ † Quarto principaliter quia videtur in themate præsupponi quod hæc causa erat cognoscenda summariè, sine figura iudicij, & sola facti veritate inspecta. quo casu quamuis vbi alias de iure communi in alia causa ordinaria quis impediretur producere testes in causa summaria, idem est quia talis prohibitio est propter timorem subornationis, vt in d. §. qa verò. & sic ex quadam naturali æquitate, quæ est, vt nec alter alteri insidietur. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & ita dicit Bar. ad reprimendum. in versi. figura. & per d. clem. sæpe. de verb. sig. Sed ita est, quia in casib. in quibus proceditur sine figura, non attendimus conclusionem de qua in causis ordinarijs, vt in d. clem. sæpe. §. in verbo irrogabit. de ver. sig. quia nunquam intelligitur ita conclusum ꝙ iudex non possit post cõclusum in causa ad petitionem partium interrogare illam partem & testes, licet secus sit in causis ordinarijs, tamen hoc bene poterit in causis in quibus proceditur sine figura iudicij. & illud ibi sequuntur cõmuniter doc. per illum tex. & reputat ibi domi. Car. hoc esse singulariter notandum: & sequitur etiam domi.
13 Abb. in c. cum Io. de fide instru. in no. † Pro hoc quia in talibus causis solum attendi debet dispositio iuris naturalis, vel gentium, vt no. in d. clem. sæpe. & per doc. in cle. dispendiosa, de iudi. & per Bart. & Ludo. in l. filiusfamilias. de dona. & ibi Imo. & quod no. Bal. in l. 3. C. de testib. cum si. & ista potuit esse causa quæ mouit iudices ad deferendum iuramentum testibus non obstante publicatione prædicta. & illa verba, sola veritate rei inspecta, etiam plus important esse remouendas solennitates iuris quàm operentur illa alia verba, s. summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij. vt no. dixit Ant. de But. in c. 2. in princ. de iure. calum. tamen in casu nostro aliud est: quia in casu nostro didicisse testificata non esset
14 impedimento ipsi producere volenti testes; † quia apertura in publico facta coram arbitro non impedit quin etiam post didicita testificata possint coram iudice produci testes secundũ distinctionem d. l. fi. & dixi supra meritò non sumus in casu in quo impedimentum sit propter timorem subornationis resultantis ex eo quod didicita sint testificata. Sed si quid est, quod impediret ipsum producentem; esset quędam tacita renunciatio, seu conclusio in causa pręcedens petitionem publicationis & publicationem. ¶Quintò principaliter moueor, quia in themate continetur statuto loci cautum esse, ꝙ si reus non præstiterit satisdationem quæ petita fuerit postquam petita fuit, & cessatum sit in ea pręstanda, quicquid agitatum fuit nomine dicti non præstantis satisdationem; sit ipso iure nullum, ergo dicta publicatio per quam præcludebatur via actori ad ꝓducendos testes, secundum quod dicit reus, debet esse nulla in fauorem rei. Et dato ꝙ propterea esset litigatum pro actore cum reo coram dicto iudice, & ad vlteriora processum: tamẽ per hoc non potest videri recessum esse ab illa petitione, & allegatione actoris, vt simpliciter decidit in terminis An. de Bu.
16 c. super literis, de rescri. in versi. † Ad secundum principalem passum descendo &c. vbi dicit ꝙ si statutum dicit ꝙ instrumentum de quo non soluta sit gabella, * executioni non mandetur, & si contigerit fieri processus ipso iure sit nullus; & accidit ꝙ oppositum fuit gabellam non fuisse solutam, & iudex ad vlteriora procedit: refert de facto se dixisse ꝙ ꝓcessus erat nullus, & ꝙ per processum ad vlteriora non videtur reiecisse dictam exceptionem quam statutum prædicit: quia ita dispo nendo dicitur tollere iurisdictionem & fundamentum, & si processus

processus est nullus, vt statutum dicit, non potest sequi tacita valida pronunciatio: quia si non valet principale, neq; etiam illi accessorium, iuribus vulgar. & ad hoc allegat dominum Lappum. in c. 1. & in c. cum multis. & in c. dispendijs, de rescrip. in 6. ad idem bene faciunt notata in lege, quidam consulebant, de re iudi. Et per hæc allegata in contrarium nullo modo obstare possunt ad casum nostrum, & ad illa fore pluribus modis medijs responsum. & sic concluditur ex omnibus prædictis nō obstante publicatione posse procedi ad receptionem & examinationem testium. de quibus suprà.

ADDITIONES.

a ¶Tenui. s. lib. j. consi. 69. & in locis quæ ibi allegaui.
* Sua conclus.] Huius decis. Rotæ meminit etiam Alex. in l. quod iussit. ff. de re iudi. Natta.
* Non solu. gabella.] Refert dictum Butrij Ias. in l. 2. col. fi. ff. si quis in ius voc. non ierit: & Feli. no. in c. suborta. col. j. versic. limita septimo. de re iudic. & pro hoc bene facit quod vult Domi. in c. statutum. in princ. de rescrip. in 6. vbi gl. in verbo communit. dicit, quòd vbi statutum tum annullat ipso iure processum, licet pars prosequatur non opponendo, nō ideò efficitur validus processus, quia cā statuti non concernit fauorem partium, sed statuentium; refert, & sequitur Alex. j. eo. lib. consil. 96. col. j. Et dictum Butrij hic relatum sequitur Dec. consi. 18 col. 3. & consi. 275. col. 2. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd mulier decedens nō extantibus ascendentibus & descendentibus teneatur fratribus suis tertiam partem dotis suæ relinquere: appellatione fratris venit soror, quæ debet cum fratre viriliter in dictam tertiam partem concurrere: & si soror sit hæres instituta a defuncta, nil tamen accrescit fratri, sed solum reddetur ei dimidia tertiæ dictæ dotis.*

CONSILIVM LXXXV.

Animaduersis optimè ijs quæ in themate continentur, videtur pima consideratione dicendum dicto fratri integra centum deberi ꝓ tertia sibi debita authoritate statuti sub rubrica, de dotibus restituendis. nam statutum prædictum exorbitans est à regulis iuris communis, quia soror de iure cōmuni non tenetur aliquid regulariter fratri relinquere in testamento, nisi turpi persona
1 instituta. l. fratres. C. de inoffi. testa. †Sed ita est quod statutum odiosum mentionem faciens de fratre non comprehendit sorore
a rem, [a] vt in specie no. Pet. de Anch. pro damno in repet. c. canonum statuta. de consti. post medium. in verbo, dicto de filijs & nepotibus. Nam in exorbitantibus & odiosis masculinum non concipit fœmininum. l. quisquis. cum glos. C. ad leg. Iuli. maiest. & plenè no. in l. si quis in tantam. C. vnde vi, & ibi doc. & etiā l. 1. in princ. ff. de pec. & in l. 1. ff. de verb. sig. & in c. generali. de elec. in 6. & per Arch. 17. q. 4. c. si quis suadēte. cum si. & maximè attento communi vsu loquendi, secūdum quem
2 formaliter appellatione fratris non comprehenditur soror. †& statuta debent intelligi secundum communem vsum loquendi. l. liberorum. §. quod tamen Cassius. de lega. l. 3. l. labeo, & ibi no. ff. de sup. leg. & no. Bart. in l. 1. in prin. ff. de suis & leg. Et in rubr. de no. ope. nun. & Iac. But. in prima constitutione. c. 7. Bar. in l. non dubium. C. de leg. & in l. omnes populi. in 6. q. cum si. ¶Et licet statutum loquatur in plurali, dum dicit relinquere fratribus, & vnus tantum sit frater, non per hoc exten
3 ditur ad sororem, quia statutum loquens in plurali verificatur etiam in vno tantum, sicut & in singulari. l. 2. §. Iulianus. ff. vi bo. rap. & quod ibi no. Bar. cum suis concor. & facit quod no. gl. in l. vt perfectus, in verbo tabulariorum. C. de anna. excep. & Spe. in tit. de primo decre. §. effectu. ver. sed nunquid sufficeret. & Io. Ant. in c. pastoralis. §. præterea. de offi. deleg. vbi volunt quod iuribus quæ requirunt aliquando fieri protestationem coram vicinis vel honestis viris satisfactum sit, si protesta
4 tio facta sit coram vno vicino, vel honesto viro. ¶† Secundò ꝓ hoc facit quod quando vna sola ratio potuit esse causa statuti: illa perinde habetur ac si expressa fuisset in statuto. & est glo. no. in l. quamuis. C. de fideicom. & ibi no. Bal. & Bar. in l. maximum vitium. C. de libe. præteri. & in l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. & Sal. in l. si serui nostri. C. de noxa. & Imo. in l. fi. ff. de hęre. insti. & facit quod no. gl. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. & in l. 2. ff. de lib. & posthu. & in l. fundus qui locum in prin. ff. de regu. iur. Sed ratio dicti statuti nulla alia esse potuit, nisi fauor agnationis & familiæ cōseruandæ, quæ per masculos conseruatur l. 2. §. 1. de suis & leg. l. apud se dubitari. in versicu. eo fundus. in quo publicus fauor versatur. l. 1. §. sed si
5 seruus. ff. de vent. inspi. †& propterea necessariæ sunt maribus maiores diuitiæ ad agnationem & honestam familiam conseruandum propter onus. l. Titia. cum testamento. §. Lucius. ff. de leg. 2. & ibi Bal. dicit hanc esse rationem statuti pręferentis masculos fœminis. & plenius hoc explicat Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de succes. ab intest. §. 1. & Bart. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. & Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. Trinit. & Bal. in l. fi. C. de ius voca. & inter consi. Ange. consi. 68. incip. Martinus. sed ista ratio statuti cessat in fœminis: ergo non debet extendi statutum ad casum diuersam rationem habētem. l. quod constitutum. de testa. milit. l. inter stipula. §. sacrā. vers. sed hæc dissimilia, de verb. obli. l. si vero. § de viro. ff. sol. ¶Tertiò quia si statutum voluisset dispositionem tertiæ partis relinquendæ vendicare sibi locum in sororibus; sicut in fratres: facile fuisset statuentibus hoc exprimere, & expressissent. c. ad audientiam. de deci. l. 1. §. sinuero ad deficien. C. de cadu. toll.
6 ¶† Quarto, quia dato ꝙ soror esset comprehensa sola, sicut etiā frater pro authoritate statuti sub rub. de dotibus restituendis, & tamen testator relinquēdo hæreditatem dictæ Mæuiæ sorori, videtur reliquisse sibi animo compensandi cum ea parte, quam ex forma statuti sibi relinquere tenebatur, vt in auth. pręterea. C. vnde vir. & vxor. & no. doc. & gl. in l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. & l. 2. vbi doc. in §. si pater sol. mat. facit. l. debitori. C. de pac. & l. si adul. C. de hęred. actio. ergo solus remanet Titius frater ad dictam tertiam petendam. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam de iure ꝓbabiliorem esse reor, † videlicet quod tam soror quàm frater
7 vocati intelligantur ad dictam tertiam partem delatam à statuto sub rub. de do. restit. ex infrascriptis. & primò quia appellatione fratris comprehenditur soror. l. Lucius. §. Męuia. ff. ad Trebel. l. Lucius. ff. fam. erc. l. tres fratres. ff. de pac. l. Lucius. §. quęsitum. de leg. 3. & maximè hoc est verum quando profertur a lege, vt ibi dicit Ray. qui dicebat secus esse quando profertur ab homine. sed Ang. in d. l. tres fratres. dicit idem esse si appellatio fratris proferatur ab homine, per d. §. Mæuia. & §. quęsitum. & subdit Pau. de Cast. ꝙ quando refertur in plurali, vt fratres prout in casu nostro. tunc comprendit sororem. & ita intelligit text. in d. l. tres fratres. secus si in singulari numero: cum ista vocabula frater & soror, sint diuersa. ¶ Secundò moueor, authoritate statuti positi in conclusione statutorum dictæ ciuitatis, vbi inter cętera extant hęc verba: Statuimus & ordinamus, quod verba pręsentium statutorum & approbatorum in genere quocunq; prolata, vel quouis numero: si casus ille contingere possit in alio genere vel numero, & contingat per iudicem, ac si ibidem forent adiecta verba cuiuslibet generis vel numeri &c. ergo apparet apertè quod statuentes vo
8 luerunt † quod verba prolata ab aliquo statuto in genere, vt in masculino: tunc masculinum concipit fœmininum. vnde dicit gl. in d. §. quęsitum. & gl. in d. l. Lucius. fami. ercis. quòd ideo appellatione fratris soror comprehenditur: quia genus masculinum concipit fęmininum. voluerunt ergo statuentes, quò ad ea quæ disposita sunt in statutis tollere disputationē, quæ de iure communi vertebatur circa illum arg. an masculinum concipiat fœmininum. ¶Tertiò verba prolata in vna le
9 ge vel statuto recipiunt interpretationem, † & declarationem ex his quæ disposita sunt in alia lege vel statuto. l. non est nouum. cum duabus legib. seq. ff. de leg. l. vtrum. ff. de peti. hęre. l. 1. §. parui. cum gl. & ibi no. Bart. ff. ꝙ vi aut clam. & l. ita nobis pudor. cum glo. & ita no. Bart. C. de adul. Sed ita est quod statuentes pręd icti in alio statuto sub rub. de succes. ab intest. in casibus in quib. & statuentes disponebant circa fratres aliquid contra ius cōmune vtuntur his verbis, fratres mares &c. Ergo ex illo statuto bene apparet ꝙ statuentes sub simplici appellatione fratris intelligebant etiam comprehendi sorores: & pręcipuè hoc intelligere poterant ex his quæ causata sunt in dicta conclusione statutorum. Et propterea quod statuentes nolebāt appellatione fratris venire sorores, vsi sunt his ver
10 bis fratres mares. † nullum. n. verbū debet intelligi esse prolatum superuacuò, & sine instrumento in statutis contractibus &c.

bus &c. vt dicit Bal. in rub. de contrahen. empt. in 9. q. per l. ita stipulatus. in prin. ff. de vsur. & l. hac lege. ff. de contrah. empt. facit. l. si quando. in prin. de leg. 1. & c. si Papa. de priuile. in 6. Quartò si diceremus ꝙ verba dicti statuti sub rubrica, de dote restit. loquentia de fratribus, non comprehenderēt sororem. sequeretur absurdum contra iuris communis dispositionem: videlicet quod non extantibus fratribus masculis, & stantib. sororibus ac patruis potior esset conditio patrui in successione quam sororis: sed de iure communi potiores sunt sorores patruis, vt in auth. cessante, & in auth. post fratres. C. de legi. hære. & statutum semper debet interpretari, vt quanto magis fieri potest iuris cōmunis tramites imitetur. c. cum dilectus, de consu. l. 2. C. de noxa. actio. & no. in l. fi. §. in computatione.
11 C. de iur. delib. ¶† Quintò, vt statutum nullam contineat ini-
b quitatem debemus à proprio verborū significatu recedere, [b] vt no. Bar. in l. omnes populi. de iusti. & iur. 3. & 6. q. princ. in verbo, iuxta præmissa quæro quid si in statuto est aliquod verbum. alleg. l. in ambigua. ff. de leg. 1. & similiter dixit Anto. de But. in d. c. cum dilectus, de consue. & ibi Imo. in not. per illū
12 tex. † quod ne inducatur repugnantia à iure communi, licitū est à proprio significatu recedere: ergo in proposito fortius, dato quod masculinum concipit fœmininum, & in proprio verborum significatu, vt no. gl. & doc. in l. 1. de verb. fig. & patet in l. pronunciatio. eo. titu. cum si. s. alleg. attamen vt statutum imitetur ius commune, quantò magis fieri potest debemus facere extēsionem & impropriationem per quam masculinum concipit fœmininum. ¶Nec tertiò obstat si diceretur quod statutum voluit deferre patruis causa agnationis conseruandæ: quia hoc non est verum, vt infra dicetur. Superest ad allegata in contrarium respondere. ¶Non obstat igitur in primis quod appellatione fratis non venit soror: eò quia in odiosis masculinum non concipit fœmininum: quia respondeo primò quod
13 istam extensionem faciunt ipsimet statuētes, volentes † quòd verba prolata in ipsis statutis in vno genere, intelligantur prolata in alio: quod quidem debet intelligi indistinctè, vt statutum positum in conclusione statuti aliquid addat iuri cōmuni. Et no. Bar. in l. 3. §. prætor. ff. de dam. infe. ver. quæro quid si statutum &c. & Bart. in l. 3. ff. de vsu. & do. Anto. in c. causam quæ. de do. & contu. & Bald. in rub. C. qui accu. in pen. col. & Imo. in l. si vero. §. de viro. in 4. col. sol. mat. arg. l. si quando. in
14 princ. de leg. 1. & d. c. si Papa. ¶ † Secundò respondeo ex his quæ no. Bal. & Sal. in l. venia. C. de in ius voc. vbi volunt quod vbicunq; aliqua dispositio vel statutum concernit qualitatem
c aliquarum personarum; tunc respectu [c] personarum, quibus fauetur, illa dispositio est fauorabilis & extendenda quò ad illas personas quibus fauetur. respectu verò earum personarum quæ ex dicta dispositione grauantur: illa dispositio censetur odiosa & restringenda per illam doctrinam. & ex gl. in d. l. venia. & no. gl. in l. sed si hac. §. fi. ff. eo. & in l. qui bona. §. si aliena de dam. infe ex quo infert vnum Bal. & Sal. in d. l. venia. quod ibi vide per eos: ideo in proposito nostro istud statutū ex parte mulieris testantis. quæ grauatur per statutum censetur odiosum & restringendum. Sed respectu fratrum qui vocantur censetur fauorabile & extendendum, vt appellatione fratris contineatur soror, vt in d. l. Lucius. §. Mæuia. cum si. Non ob. quod dicitur de communi vsu loquendi: quia dato quod hoc probaretur: respondeo primò quod statutum positum in conclusione statutorum. remouet dubium: dum dicit quod verba præsentium statutorum prolata in vno genere, intelligantur prolata in alio. ¶Præterea respondeo, vt patet ex his quæ no. Bald. in
15 c. 1. in prin. de succes. feu. vbi volunt † ꝙ verba prolata à statutis, & etiam peritis debent intelligi, & interpretari secundum
d quod intelligunt iuristæ, [d] & non secundum quod intelligūt, & loquuntur idiotæ. Et propter hoc dicit in proposito. Imo. in c. cum tibi. in fi. de testa. quod nulla q. quā quęritur, an statutum loquens de decedente ab intestato habeat locum in pupillo si allegatur quod sit per communem vsum loquendi vulgarium & peritorum, quia statuta fiunt à peritis, qui in dubio videntur habere respectum ad propriam significationem verborum. alle. no. per Bal. in d. c. 1. & dicit hoc esse menti tenendum in practica ad idē quod no. Bal. in l. leg. 12. tab. C. de leg. hære. vbi vide quod dicit. Et idem est de mēte Bar. in l. si quid
16 earum, in prin. ff. de leg. 3. vbi dicitur quod † licet secundum vulgarem sermonem non sit differentia inter emere & comparare: tamen secundum literalem sermonem est differētia: quia emere est cum pretio: comparare est acquisitio etiam facta per permutationem vnius speciei cum altera, vt no. gl. in d. l. si qd earum. in prin. & legitur & no. in l. 1. C. de rer. permu. & ideo dicit Bar. in d. l. si quid earum. quod in dictis testium & vulgarium personarum non esset facienda differentia inter illa verba, videlicet emere & comparare, s. in legibus & statutis conditis a peritis, vnde facienda esset differentia. & idem no. Bart. in l. liberorum. de verb. sig. & in l. si quis filiabus. & l. seq. ff. de testa. tut. secus est in dispositione facta ab imperito, vt no. Bar. in l. stipultio ista, §. hi quoq;. de verb. obli. in fi. ¶Non obst. secundum arg. videlicet quod ratio dicti statuti fuit causa agnationis conseruandæ; quia respondeo primò quod istud non est verum: vt patet ex illis verbis, non extantibus ascendentibus. per quæ verba comprehenduntur sine dubio auia materna, & mater, per quas fœminas constat non conseruari agnationem: vt iam est dictum. Secundò, hoc ostendo ex his, quæ no. Sal. in
* l. 2. C. de noxa: vbi dixit * ꝙ si statuto cauetur ꝙ si quis deces-
17 serit ab intestato, fœminæ non succedant existente agnato aliquo masculo, vsq; ad quartum gradum, tale statutum loquens per dictionem, si quis, & sic in masculo, non vendicat sibi locum in muliere decedente superstite eius fratre, & superstite filia eius mulieris: quia filia hoc casu, & in casu quando decedit masculus. Nam statutum loquitur in masculis descendentibus, qui substinent onera totius domus & generis sui, & phibet bona transire ad mulieres, quæ ad alienas vt plurimum transeunt familias. Sed quando decedit is de cuius successione tractatur, bona erant iam penès mulierem quæ non substinet onera generis sui: ideo facilior debet esse ad aliam mulierem transitus. arg. ff. de pac. l. si vnus. §. pactus. versi. quid si ipse. ita resides Sal. ita quod est in proposito nostro: quia tractatur de bonis & successione mulieris, non autem masculi, vel etiam secundum Bar. in l. liberorū. de verb. sig. in ver. his præ-
18 missis &c. † Dicamus etiam secundum do. Bal. in d. l. leg. 12. tab. C. de suis & legi. & Imo. in l. si verò. §. de viro. ff. solu. mat. in d. statuto non potest allegari nisi ratio conseruandæ agnationis, postquam talis ratio non est expressa a statuentibus: vnde secundum Imo. in dubio debemus interpretari statutū secundum quod magis concordetur cum iure communi. d. c. cum dilectus. & de iure communi frater & soror paribus passibus ambulant, vt habetur in locis vulgaribus. ¶ Non obstat quod si statuentes voluissent comprehēdere sororem sicut fratrem, hoc expressissent &c. Quia respondeo quod satis fuit expressum ex quo statuentes simpliciter statuerūt de fratribus, quorum appellatione veniunt sorores: vt supra probaui: pręsertim per id quod est dispositum in conclusionem statutorum. Postremò non obstat vltimum arg. quod solus Titius possit petere tertiam, attento quod illud quod est relictum Męuiæ, vide-
19 tur sibi relictum animo compensandi: quia respondeo ꝙ tam frater quam soror intelliguntur pro virili vocati ad dictam tertiam per statutum. l. si hæredes nominatim. de leg. 1. l. quidam relegatus. in fi. cum duabus seq. ff. de rebus dub. ergo non potest dici per hęreditatem relictam Mæuiæ confusam esse nisi dimidiam tertiæ: & aliam dimidiam deberi Titio in qua compensari debet id quod est sibi à testatore relictum animo compensandi.

ADDITIONES.

a ¶Sororem. infra lib. 7. consi. 45. secus in non odioso, vt hic Pau. cōsi 119. lib. j. Cur. senior. consilio 9. adde Ias. in rub. in fi. de acq. pos. Alc. de verb. sig. * Quòd statutum excludens ab hæreditate fratris, non intelligatur excludere ab hæreditate sororis, vide Iaso. in rub. ff. de acquir. posses. propè finem. Et adde quòd renunciatio facta de bonis fraternis, non extenditur ad bona sororis, quia odiosa; Dec. consilio 230. prope finem. Et quòd statutum correctorium loquens de fratre, non comprehendat sororem. Alex. late consi. 45. per totum lib. 7. Et in statuto, & alijs municipalibus, appellatio fratris an contineat sororem, scribit latè Dec. in l. fœminæ. col. pen. ff. de reg. iur. Ias. in l. tres fratres. j. no. ff. de pactis. vide Cur. sen. consi. 9. per totum. Natta.

b ¶Recedere. dixi in consue. Pari. §. 8. gl. 4. nu. 8.

c ¶Respectu. Cor. consilio 95. lib. 2. Ias. consil. 24. lib. j. sed hanc distinctionem pungit Dec. in d. l. venia. dic, vt per Alcia. ibi quòd est vera quando fauor ab odio separationem recipit.

d ¶Iuristæ. supra libro j. consi. 2.

* Vbi dixit.] Sequitur Ioan. Bap. in l. omnes populi. car. pen. ff. de iust. & iure. Et decisio Sali. procedit etiam quòd statutum loquatur per verbum

verbum communis generis; Fulg.consilio 54.colum.j. versic.2.De mente.& consilio 85.circa fin. Et Saliceti mentionem facit Curt.senior consi.9. Natta.

SVMMARVM.

1 *Statutum ciuitatis de non emendo,vendendo:vel transferendo sale,nisi certis personis, non habet locum in transeunte,vt de alia ciuitate deferat ad aliam. & idem de statuto non transferendi frumenta aut victualia vel pannos.nu.2.& 3.*

6 *Forensis nisi diu incoluerit,præsumitur ignorare statuta.*

CONSILIVM LXXXVI.

Visa inquisitione contra dictos inquisitos formata,& visis capitulis & statutis de quibus in themate,nõ videtur aliquo modo super dicta inquisitione procedi posse con

1 tra dictos inquisitos ad aliquam condemnationem.¶† Et primò,quia de iure communi non reperitur esse de genere prohibitorum conducere sal per territorium huius ciuitatis non solutis aliquibus gabellis, vt c.super quibusdam.§.1.de verbo. sig.l.vectigal.ff.de pub.& no.Ioan.And.in addi. Spe.in tit.de consti.§.1.in addi.incip.Guid.de Suza.&c.¶Est igitur videndum,an per capitula prędicta, & præsertim per illud capitulum incipiens.Item che non sia lecito comparare alcuna persona &c.Intelligitur esse prohibitum & pœnale quod nõ:quia in dicto capitulo cauetur ꝙ non sit licitum emere,vel vendere prçterquam conductoribus dicti datij salis: & quod nemo audeat ire extra comitatum Bononiæ ad emendum aliquam quantitatem salis, & illam conducere ad comitatum & ciuitatem Bononiæ sub pęnis contentis in eo.Nam tale statutũ non comprehendit portantem vel conducentem sal per ciuitatem Bononiæ ad alia loca:puta ad partes Lombardiæ, prout accidit in casu nostro : & sic non comprehendit transeuntem per ciuitatem prędictam,cum sal aliò conducatur.Sed solũ comprehendit illos qui dictum sal adducerent ad ciuitatem & comitatum Bononiæ:& illud in eadem ciuitate & comitatu venderent: & sic pręiudicium facerent dictis conductoribus datij salis in ciuitate & comitatu Bonon. hoc colligitur ex his q̃ decidunt Iac.de Are.& Cy.in l.si quis post hac,per illum tex. cum gl.C.de ædi.pri.& Io.And.in addi.Spe.in tit.de consti.§. 1.in addi.quæ incipit,Guid.de Suz.&c.Bar.& Ang.in l.cætera.§.sed & si quis.ff.de leg.1.& Pet. de Anch.& Ioã.de Imo.in

2 c.1.de cle. non re.† vbi concludunt quod si statutum disponit quod nemo possit portare bladũ seu victualia extra districtum ciuitatis, non comprehenditur ille qui de alia ciuitate seu districtu portauit per ciuitatem, & districtũm statuẽtium vt conducat ad alia loca. ¶Et dicit Ioã.de Imo.in d.§.sed & si quis.ꝙ etiam si statutum decideret ꝙ nemo possit portare seu deferre frumentum per districtum extra territorium:ꝙ etiam illa verba nõ intelligerentur de blado seu frumento quod fuit

* portatum de alia ciuitate ad locum * statuentium,vt aliò conduceretur : quia deportatione bladi extracti ab initio de alio loco, non videretur interesse ciuitatis statuentium:ergo nõ videtur in dubio de hoc intelligendum , per d.l. sed si quis post hac.& l.Cęsar.de publica.ita ergo debet esse in proposito nostro:quia statutũ prohibens sub pœna, ne quis vadat ad emendum extra ciuitatem Bononiæ sal:& illud conducat ad ciuitatem, debet intelligi quando conduceretur sal ad ciuitatem Bono. ibidem remansurum; quia tunc fieret pręiudiciũ conductoribus datij salis ad quos solum spectat vendere sal. ¶ Et hoc in terminis decidit Paul. de Cast. in d.l. cętera.§.sed & si

3 quis.vbi inquit:† quod si in ciuitate est ordinamentum quod panni forenses non intromittantur in pannis ciuitatis, debet intelligi de his qui intromitunt pannos, vt ibi remaneant, & eis operentur : secus si per transitũ ad alia loca.d.l.si quis post hac.& iste est pręcise casus noster. ¶Confirmo:quia in statutis per præcedentia declarantur sequentia.l. vtrũ.ff.de peti.hęre. l.si seruus plurium.§.si.ff.de leg.1.l.fi.ff.de hære.insti.Sed ita est ꝙ statutum in sui principio prohibet qd nullus possit emere nec vendere sal præterquam à conductoribus præsentibus datij salis. & subiungit quod si aliquis præsumeretur ire extra comitatum Bonon.ad emendam aliquam grossam quantitatem salis, & illam conducat ad ciuitatem & comitatũ Bon. incidat in pœnam librarum &c.Statutum ergo,vt patet in sui principio voluit prouidere quod nullus possit cõducere alium de sal ad ciuitatem Ferrariæ fraudulenter,id quod aliquo modo impedirentur conductores datij vendere sal,quod ipsi haberent pro subueniendo necessitatibus ciuitatis: sed imò voluerunt ꝙ nemo alius possit adducere salem ad ciuitatem Bononiæ;& illud in aliquo loco dispensare:quia hoc fieri nõ posset sine præiudicio conductoris dicti datij,quæ ratio cessat qñ sal conduceretur causa portandi ad alia loca;ergo tunc cessare debet dispositio statuti.l.adigere.§.quamuis. de iu.pat.c.cum cessante.de appel.¶Comprobo prædicta:quia statutum expresse a dicto incursu pœnæ excipit illos qui per transitum conducerent sal: quia debent notificare dictis conductoribus datij prout supponitur in themate fuisse notificatum.¶Nec ob.si diceretur ꝙ ista pars statuti disponẽs de transitu,loquitur quando conducentes per transitum vellent transire per ciuitatẽ sed in casu nostro transiuerunt , nedum , per ciuitatem sed etiam per comitatum:quia respondeo primò quod dato quod iste casus quando fieret transitus per ciuitatem non esset comprehensus a statuto, tamen remaneret in dispositione iuris.l.commodissimè.ff.de lib.& posth.& l.si extraneus.ff.de condi.ob cau. & no.in.l.si cum dotem.in prin.ff.solu.mat.& in l.omnes populi.ff.de iusti. & iure per doc. & de iure communi constat ꝙ iste transitus pœnam non meretur,vt dixi in prin.expresse no. And.in d.tit.de consti.§.1.in addi.incip. Guid.de Suza.&c.

4 ¶ † Et illi casus excepti per statutum prædictum a regula posita in principio dicti statuti non comprehendunt plusquam esset de natura ipsius regulæ.l. generali.§. vxori.21. not. Bar. ff.de vsufru.leg.l.Lucius.§.plurib.21.Barth.ff.ad Treb.& no. Bart.in l.1.ad fin.ff.de origi. iur.& no. omnes in l.in his.ff.de leg.2. respondeo quod mens statuentium circa dictam exceptionem disponentem de transitu per comitatum , fuit etiam comprehendere transeuntem per ciuitatem,vt manifestè colligitur ex verbis illius statuti,dum subiũgit ꝙ si dictum sal per transitum conduceretur non possit exonerari in comitatu,vel guardia ciuitatis Bononiæ &c.Ecce quod fecit mentionem de ciuitate,s.quod de necessitate statutum implicare voluit præcedentia,& comprehendatur sic ciuitas:quia alias non conuenirent ista verba ipsi particulæ statuti loquentis de trãsitu per comitatum Bonon. Ad hoc bene facit.l.proculus.ff.de vsusf. & l.pe.ff.de colla.dot.sicut & alias ponitur pars pro toto.l.pa

5 ter filium.cum gl.fi.ff.de leg.3.sicut etiam videmus , † quod

* quandoq; districtus * ciuitatis idem importat quod dięcesis, & comprehendit ciuitatem ipsam , vt in cle.ne Romani.§. sanè.de elec.iuncto.c.1. cum glo.2.de rer.permu. lib.6.& not. doc.in c.Rodulphus.de rescrip.¶Non ob.prędictis,si dicatur quod iste transitus ex forma dicti statuti spectat ad cameram communis Bononiæ, vt maximè colligi videtur ex forma cuiusdam alterius capituli supra specificati.Quia respondeo primò quod posito quod dictus transitus spectare debeat ad cameram communis Bonon.tamen per hoc non est prouisum in dictis statutis quod transiens eo modo quo transiuerũt & conduxerunt dicti inquisiti,incidat in aliquam pœnam.¶Secũdò respondeo quod non est verum quod quò ad dictum transitum ipsi conductores datij sint positi in locũ cameræ:imò expresse colligitur contrarium ex verbis suprascripti capituli incipientis . Item che'l non sia lecito alcuna &c. vbi statutũ specificat illud quod vult spectare ad camerã,& postea subiungit,quod transitus intelligatur reseruatus cameræ communis Bono.Nã si statutũ voluisset intelligere quod illud quod acquiritur cameræ ex forma illius capituli,deberet spectare ad conductores superuacuò reseruasset transitũ ipsi cameræ:quia omninò certum erat quod commodum transitus ad dationem spectat ad cameram,& consequentiam ad habentes ius ab ipsa camera.l. omnium.& l.vectig. C.de vect. & sic reseruatio fuisset superflua:quod non est dicendum.l.si quando in princ.ff.de leg.1. & c.si Papa.de priuil.in 6.sed si intelligatur quod illa reseruatio transitus sit facta cameræ ad ostendendum quod non transeant in conductorem datij:tunc bene operantur illa verba,reseruat.sed certò ex inspectione & lectura dicti capituli incip. Item ch'l non sia lecito &c. clarè colligitur quod statuẽtes voluerunt transitum non acquiri conductori datij, sed cameræ tantum.Et non obstat illud quod dicitur in superiori c.incip. Item ch'l sal non sia lecito &c.specialiter disponitur quod ille transitus sit reseruatus cameræ.Item quod non conductori.vt supra

ſupra proximè probaui; ergo illa verba generaliter poſita in alio capitulo præcedenti, nõ habent obſtare. ¶Secundò rñdeo quod intentio illius prioris capituli qđ inc. Item che'l ſal &c. eſt diſponere qđ conductores datij nõ poſſunt emere ſal ab ali quo preterquam a do. Iaco. cui camera erat obligata, ad hoc, ſ. quod nõ eſt accipiendũ ſal ab aliquo alio ſub pena, imò camera voluit quod conductores, quò ad hoc eſſent in locum cameræ: patet, quia ita diſponitur ibi in illo c. dum dicit: & nõ poſſano dicti datiari p alcuno modo tore ſal durante la detta con dutta da altra perſona come ſignore ò vero ſignora: ma ſolo ſiano obligati come nello inſtromento de la conducta ha promeſſo detta camera à detto meſſere Iacobo, e in loco de la camera ſi intendano li datiarij poſti ſotto la pena ch'in lo detto inſtromento ſe contene. Ecce qđ per iſtud ſtatutum conductores ſunt loco cameræ, quò ad ea quæ in d. inſtrõ promiſſa fuerant per cameram do. Iac. & ſic non debet extendi ad alios effectus, i. ad cauſam tranſitus, de qua in d. inſtrõ non erat conuentum qđ camera ſuper eo aliquid promiſiſſet do. Iac. l. quicquid aſtringendæ. in prin. ff. de verb. obl. & d. l. ſi extraneus. & maximè, qa negari non põt quod verba dicti ſtatuti incipientis. Item ch'l ſal &c. clarè non cõprehendit ꝙ in omnib. oẽs effectus conductoris datij ſint poſiti in locũ cameræ, & per conſequens fieri debet interpretatio contra conductores datij qui ſe fundãt ex verbis dicti capituli ambigui. l. veterib. ff. de pac. vbi declarat Bar. l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationib. ff. de verb.
6 ob. c. ex literis. cum ibi no. de ſpon. ¶† Fortificantur prędicta: quia poſito quod dictũ ſtatutum pęnale cõprehenderet tranſeuntes ſeu conducentes per tranſitum, tamen ab illa pęna poſſent ſe tueri forenſes, prout ſunt dicti inquiſiti qui probabilẽ
* habebant ignorantiã * dicti ſtatuti. & hoc per ea quæ no. Bar. & alij cõiter poſt eum in l. cunctos populos. C. de ſum. Tri. in 5. col. in ver. 2. quęro quid de delic. forenſes &c. & Cano. in c. 2. de cõſti. in antiquis. & in c. a nobis. de ſen. excom. & Ia. Cal. in rep. c. de illis. in 5. q. de rap. & Pet. de Anc. in rep. c. canonũ ſtatuta. de conſti. in verſi. reſtat vltimò circa iſta &c. Et Gandinus in trac. maleſi. ſuper Rubri. de reb. vetitis extra territoriũ non portandis: & ibi ſubdit qđ in dubio pręſumitur ignorantia ſtatutorum, vt dixit, & Bal. in l. ius ciuile. in fi. ff. de iuſti. & iu. & in l. 1. ff. de leg. vbi concludit, qđ vbi forenſis committit id ꝙ erat tantummodo delictum ex forma ſtatuti ciuitatis; ta-
7 lis forenſis habens ignorantiam dicti ſtatuti excuſatur. † quod quidem in dubio præſumitur ſi forẽſis ignoraret ſi in loco ſtatuti non traxit magnam morã. c. 1. de conſti. in 6. l. fi. ff. pro ſocio. c. ſi. qui ma. accu. poſ. ideo nõ eſt puniendus pęna dicti ſtatuti, ſi tale factum non erat prohibitum cõiter per alias ciuitates per l. fi. ff. de decr. ab ord. fac. & per c. vt aiarum. de conſti. in 6. & ibi no. Io. And. in nouel. & per doct. in l. fi §. & licet ff. de publi. Sed ita eſt qđ iſti erant forenſes, & qui non conſueuerant habitare in ciuitate Bo. vel eius comitatu, & cõducere ſal per tranſitum eo modo quo ipſi fecerunt: & nõ erat delictum de iure communi, nec etiam apparet communiter per ſtatuta, aut per conſuetudines aliarum ciuitatum quod ſit delictum: ergo excuſandi ſunt. ¶Accedit: quia iſti inquiſiti vt in thema-
8 te narratur † palam & publicè, & per loca conſueta conduxerunt dictos equos oneratos certa quantitate ſalis, & denunciauerunt conductoribus datij qualiter tranſire volebãt, & licentiam & buletam petierunt, & ſic non poteſt dici quod fraudẽ committere voluerunt, iuxta. l. 2. & ibi no. Bart. decurſu pub. lib. 10. l. qui fiſcales. & ibi Bar. C. de nauicula. lib. 11. & Bal. & Sal. in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fug. l. cum proponas. C. de nau. fę. & Iac. But. & Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. & cle. & Bal. in l. quia nonnunquam. per illum text. quæ res ven.
* non poſ. iuncta. l. fi. §. diuus. & quod ibi not. Bart. * ff. de pub. ¶Accedit inſuper licentia ſuperioris mandatum ab eo factum officialibus portatum quod permitterent dictos inquiſitos liberè tranſire cum dicta quantite ſalis. & profectò pro ſuperiori præſumitur ſecũdum quòd no. doc. in c. innotuit, de eo qui fur. ord. ſuſc. & in c. cum in iure. de offi. deleg. cum ſi. Ex quibus cõcludo quod dicti inquiſiti nullo modo veniunt puniendi occaſione eorũ de quibus in dicta inquiſitione, ſi non probetur eos exoneraſſe dictam quantitatem ſalis in ciuitate Bo. aut comitatu, vel eius guardia. Et maximè quia pœna de qua in dictis cap. non eſt per dicta capitula impoſita conducentibus per tranſitum aliquam quantitatem ſalis, vt ex ſuperioribus eſt probatum. Et ita vt ſuperius concluſum eſt, puto iuris eſſe ego Alexan.

ADDITIONES.

* Ad locum ſtatuentium.] Idem tradit And. ab Iſernia in rubri. Quæ ſint Regalia. col. fi. vbi optimè loqu. Natta.

* Diſtrictus.] In fauorabilibus comprehendit, non in odioſis; vt Abb. dicit in d. c. Rodulphus. Natta.

* Ignorantiam.] Hanc quæſt. latè proſequitur in terminis Alber. Roſ. in 2. parte ſtatutorum. q. 1. Vide etiam Spe. in tit. de conſti. §. j. verſi. & ſunt hæc in arg. cum verſi. ſeq. & omnino And. ab Iſer. in Rubri. quæ ſint regalia. col. fi. vbi remoto iuris rigore vult, exterum ignorantem, nunquam eſſe puniendum. Et præſumitur dolus in vectigalia nõ ſoluentibus; Bal. in l. leges ſacratiſsimæ. C. de legib. Natta.

* Et quod ibi no. Bar.] Nota quòd quando quis defert talia ex quibus vectigal ſoluere non tenetur, debet res proferri ideſt publicano intimari, & peti apodixa, quod eſt verum de rebus, de quibus non eſt omnino certum, vtrum ſolui debeat gabella vel non; vt quando eſt dubiũ, deferat ſui vſus cauſa vel non, ſecus ſi ſint res prorſus exemptæ, ab onere vectigalis ex forma ſtatuti, quia tunc ommiſſa profeſſio non nocet; Bar. & Caſtrenſis in d. l. fi. §. Diuus. & Pet. de Anch. in cle. præſenti. 2. no. de cenſib. Natta.

EPITOME.

SOCIVS non debet dotare filiam de communi ſed de ſuo.

CONSILIVM LXXXVII.

1 An dos debeat cedere in damnum omnium fratrũ, vel tantum vnius. ¶† Et primò videtur quod omnium cõiter. & hoc Bal. videtur decidere in duobus locis in tractatu de duobus fratrib. ſuper prima parte, in verbo, itẽ dicit ſi vnus fratrum habet filiam ad maritandum. & in verſi. ſed an ſumptus, qui fuerit in perſona filiæ. facit quia dos cedit in lucrum, & commodum omnium ſociorum. l. actione. §. fin. cum l. ſeq. ff. pro ſoci. ergo etiã in damnum, cum cõtrariorum ſit eadẽ diſciplina &c. Item etiam vr̃ determinare Pau. de Caſ. in conſi. incip. Ad primum vr̃. item a paritate rationis, vt per Bar. & Pet. & quod ibi Bal. in l. ex parte. §. filius. ff. cõi. diui. Itẽ probatur per tex. in d. l. actione. §. fi. & quod ibi Bald. & hanc opi. vr̃ etiam ſequi Bal. in conſ. ſuo quod incipit, Factum eſt tale, Vincentius, & Fuſcarius fratres. vbi cõſuluit ipſe filiã vnius ex ſocijs omnium bonorum de communi debere dotari, per
2 legem ſi ſocius pro filia. ff. pro ſocio. ¶† Sed contrarium mihi
a de iure videtur verius, [a] & hanc opinionem ſequitur Spec. in tit. de iud. in §. ſequi. ver. qđ ſi vnus. ad quod optimè facit tex. in ſui ratione in l. 1. in §. pen. ff. de col. dot. ibi, æquius. n. eſt inſolidum &c. Faciunt ea quæ voluit Spec. in d. §. ſequitur. verſi. quid ſi duo fratres. vbi ponit quando contrahit vnus æs alienum, a quo ſolui debet, & dos dicitur æs alienum l. fi. de coll. dot. & propriam perſonam patris reſpicit. l. qui liberos. de ritu nup. & vide Bal. in auth. ex teſtamento. C. de col. verſi. 17. c.
* & vide Bal. in quodam * ſuo conſi. quod incipit, Io. Franciſcus & Pucerius fratres ſimul ſtatuerunt in communione bonorũ ſuorum. & vide gl. in d. l. ſi ſocius pro filia. in ver. non ſolum. facit quod ſpeciale eſt in d. l. ſi ſocius pro filia. quòd de communi dos detur propter patrimonium commune: ergo in contrarium eſt ius cõmune &c. Item hanc opinionem firmat Bal. in alio ſuo conſilio quod incipit. Caſus: quatuor erant fratres hæredes patris communiter degentes. idem tenuit Bar. conſulendo in conſilio quod incipit, Dominus Ciritellus. & Bal. in cõſilio incipiente. Iſte quærit cum ſteterint ſimul cum patruo ad vnum panem, & vnum vinum. & Bal. in alio conſilio incipiente; Ex multis ſuprà ſparſim narratis comprehendo ſubſequenter. Ange. in conſilio ſuo incipiente, Raynutius & Ant. & idem in ſuo alio conſilio quod incipit. Anto. & Tho. & ita etiam conſulendo tenuit Pet. de Anch. in conſilio 302. incip. materia. idem Ludo. Roma. conſil. 145. incip. Præſentis conſultationis. & in conſilio 403. incipiente Omnipotentis Dei. ego Alexan.

ADDITIONES.

a ¶Verius. Amplio etiam ſi ſint ſocij omnium bonorum vt dixi ſupra lib. 2. conſi. 154.

* Bal. in quodam.] Idem tenet Bal. conſi. 120. Quidam Ant. Zannis, &c. lib. j. & conſi. 418. Ad primum dico quòd fructus. in fi. lib. 3. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Statuti prohibentis supplicari, quis intellectus?*
3 *Testis dices se non recordari, an probet.*
4 *Simulatio an probetur per præfata.*
7 *Notarius debet esse rogatus ab vtraq; parte.*
10 *Testi non dicenti plenè factum, non creditur.*

CONSILIVM LXXXVIII.

In causa dominæ Bartholomeę de Bianchetis, in qua alias allegationes reddidi, sentio subortam esse dubitationem quod non potuerit præfata domina Bartholomęa habere recursum ad superiorem per viam supplicationis, vt de iniustitia sententiæ contra eam latæ cognosceretur, propter statutum sub rubrica, de erroribus notariorum, quo videtur esse cautum quod sententiæ per quam nunciatur non fuisse error notariorum stari omnino debeat, & appellare non
1 liceat: presertim pp † illam dictionē omninò, quæ videtur esse pręcisa. c. cum ex eo cum ibi no. per Arch. & Io. And. de elect. in 6. c. quamus. cum ibi no. per Arch. de pac. eo. lib. cum si. & posito quod potuisset haberi recursus supplicando Papæ, qui est supra ius, non autem inferiori, per not. per Innoc. in c. ex literis, de restit. in integ. & posito quod potuisset haberi recursus ad inferiorem à principe: tamen rescriptum ab eo impetratum non teneat, cum in supplicatione non fiat mentio de dicto statuto disponente quod dictæ sententiæ seu declarationi omnino stetur, & appellare non liceat, per id quod in simili dicimus non valere literas secundas non facientes mentionem de clausula, appellatione remota, posita in primis literis, per id quod habetur in c. literis. de dolo & contu. cum simil. ¶Sed potest responderi quod dictum statutum loquitur quando nō esset probatum de errore, nec ex inspectione instrumenti appareret de errore. Nam tūc dicitur statutum eo casu pronunciandum esse nō debere ad correctionem erroris, & quod
2 tali declarationi stetur, ergo † ad hoc vt sit locus dicto statuto, requiritur quod appareat concurrere qualitas statuti. l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flu. pub. & ibi no. Bart. in l. 2. §. docere. ff. vi bo. rapt. no. Ioan. And. in c. 1. de homici. lib. 6. in nouella. & no. per Bal. in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cle. Quartò operabitur tunc tale statutum, quia alias de iure communi potuisset appellari, & quamuis non fuisset in causa principali probatum de errore posset postea in causa appellationis probari. l. per hanc. C. de tempo. appel. c. fraternitatis. de testi. tamen per statutum non potest appellari, & in causa appellationis probari de errore. Sed in proposito nostro fuit de errore probatum & in alijs allegationibus deduxi, & infra etiam adducendo dicta, & per hanc responsionē tolluntur omnia obiecta superius adducta. ¶Posset etiam responderi quod via sup-
* plicandi & recurrendi per viam querelæ * ad superiorem, nō intelligitur exclusa per dictum statutum, vt no. Bal. in l. fin. de tempo. appel. & ibi etiam Sali. & no. Pau. de Leaza. in clem. 1. de seq. possess. & Sal. in l. fi. C. de senten. & interlo. omni. iudic. c. ex literis. & Inno. in versi. supplicant. de resti. in integ. & per domi. Abb. in c. querelam. de procu. & per id quod no. in glo. iuncto tex. & plenè per Imo. in l. ex consensu. §. fi. de appel. ¶Et non ob. quod non potest supplicari, nisi princ. & non inferiori, quando petitur per supplicationem gratia, quæ esset contra tertium, & quod dicitur per Inno. in d. c. ex literis. de restit. in integ. quod non potest in hoc fieri per inferiorem a principe. cap. cum inferior, de maiori. & obedien. l. formam. C. de offic. præfecti præto. Aphri. & no. in c. fi. de hæreti. in 6. Sed in proposito nostro superior committit iustitiam fieri super peritis, & eo tempore hoc fecit, quo nondum sententia in rem iudicatam transiuerat. Non obst. etiam quod in supplicatione non fuerit facta mentio de dicto statuto, quia respondeo, quod cū statutum nō intelligatur tollere huiusmodi recursum saltem in casu nostro, vt dixi, ideo cessat argum. Præterea dicit Hosti. & Ioan. And. in c. ex conquestione, de restit. spol. de consuetudine non seruatur quod secundæ literæ vitientur ex eo quòd in eis non est facta mentio de clausula, appellatione remota, apposita in primis literis. ¶Et quia sentio aliqua objci contra ea quæ in alijs allegationibus adduxi, in quibus puto ostendisse quòd de allegato errore constabat, ideo comprobando ea quæ in prioribus allegationibus dixi similiter persisto in ea sententia quod sit sufficienter de errore probatum per dominum Michaelem, & per ser Cæsarem & alios. ¶Nec obst. dum contra dominum Michaelem adducitur quòd ipse deponit se non recordari qualiter illa clausula, pasciscentes, sit posita in
3 instrumento, fuerit tunc lecta & publicata per notarios. † & testis dicens se non recordari, non dicitur probare aliquid contra instrumentum, per no. per glo. & Bar. in l. 1. in §. si quis neget. ff. quemadmodum testam. aperi. & per Innoc. & alios in c. cum Ioan. de fide instru. Quia respondeo, quod si domi. Michael solummodò deponeret se non recordari, quomodo fuerit lecta & publicata dicta clausula per notarios, non diceretur probare contra instrumentum, tamen alia deponit quæ ostendunt notarium errasse. Nam deponit se semper audiuisse tempore quo deuentum est ad dictum instrumentum dictā do. Bartho. non firmare, nec affirmare velle pro veris iuribus, nec illa affirmauit, nec affirmare voluit, sed semper dicebat & dixit versus dictum Ant. per hæc verba, se io ho quella rason che tu dice tuotele tutte con quelli patti, &c. & qd ipse testis per ea quę audiuit a patribus tempore & temporibus eius intentionis fuit, & erat, dictam mulierem non cedere dictis Antonio & Franci. contra illos de Pollucijs nisi ea iura quæ &
a qualia esse repenrentur, [a] & essent, & ideo arbitratur ipse testis quòd dicta mulier non intendebat, nec promisit se veram creditricem & dominam talium iurium, nisi talium qualia essent, & latius per eum in dicta sua testificatione. Ex qua apparet quod dicta domi. Bartho. non conuenit seu non promisit esse veram creditricem dictorum iurium simpliciter, sed solū talium qualia esse reperirentur, vt ipse testis apertè dicit, & li-
4 cet dicat quod ipse ita declarat, & arbitratur, † non tamen probat, quia fundat suam declarationem, & arbitrium ex his quæ accipit per sensum corporis, id est per ea quæ audiuit a patribus vt ipse deponit, quo casu etiam ipsi deponentes per verbum, credit, probarent, vt c. ex literis, de præsumptio. not. Cyn. in l. testium. in 5. q. C. de testi. & Canonistæ in c. quoties, de testi. & bene ostendit Bar. in consilio quod incipit, Raynutius Petri. & no. Bal. in l. siue possidetis. C. de probat. cum sim.
5 ¶Et per hoc etiam † non obst. si dicatur quod licet d. Bart. dixerit in præfationibus contractus, non sequitur quòd per hoc si aliter est scriptum, ita sit vt premissum erat, iuxta l. quoties. §. 1. cum ibi no. per Bart. & alios. ff. de hæredi. instit. quia illud procedit quando ab vtroque contrahente fuit firmatum vt ibi loquitur Bart. secus quando fuisset solummodo tractatum, & non ab vtraque parte conclusum, per ea quæ no. Bal. in l. cum allegas. in 3. colum. C. de vsur. in l. multum. C. si quis alteri vel sibi. & Bald. & Ang. in l. si quis cum aliter. de verb. oblig. quia multa tractantur, quæ postea non fiunt. l. si ex causa. §. nunc videmus in fi. ff. de mino. l. voluntate. C. de rescind. vendi. l. eleganter, in princi. ff. de condi. indebi. c. dudum. de rebus eccle.
6 non alie. in 6. † quia respondeo quòd ad probandum contractum esse simulatum, bene est verum quòd oportet probare quòd partes ambæ prius ita firmassent, & conuenissent, vt si apparet quod in instrumento continetur Titium vendidisse Sempronio fundum pro. c. & volo probare quòd illa venditio fuit simulata, debeo probare quod paulò ante inter dictos contrahentes fuerat conuentum & firmatum quòd esset fundus conuentus loco & in locum pignoris, sed vt Sempronius posset lucrari fructus, fuit actum quòd fieret communiter contractus venditionis apparenter. l. item quia. §. item Iul. & ibi no. docto. ff. de pac. & not. Iaco. But. & Bart. in l. pacta nouissima. cum suis concor. C. de pac. Et isto casu no. Bal. in d. l. cum alleg. cum simi. & tunc nullus est error commissus a notario. Sed in casu nostro allegatur error, & ad probandum errorem probatur quòd domi. Bartho. tempore dictæ transac. non conuenit, nec promisit se esse veram creditricem dictorum iurium cessorum per illa verba, sed quia cedebat iura quæ ad eam spectare reperirentur, vt deponit dominus Michael, & ser Cæsar. & ideo est necesse dicere quòd notarius aliter scribendo errauerit. ¶ Nec Barto. in d. l. quoties. §. 1. facit distinctionem aut differentiam quantum ad hoc, an fuerit dictum ab vna partium; vel ab vtraque, vt ostendunt rationes suæ, nam ipse solum vult dicere quòd præsumitur error, & non dolus notarij quando reperitur aliter scriptum, quam partes dixerunt, vel aliter quam ipse notarius publicauerit. est bene

verum

verum quod nisi vna pars tãtum dixisset aliquid in contractu, & alia pars non consensisset, licet notarius omisisset ponere in contractu illud quod vna pars tantum voluisset, non di-
7 cetur errare, † quia notarius debet esse ab vtraque parte rogatus de eo quod scribit, vt no. in aut. de tabel. in princ. & plene doc. in c. 1. de fide instru. Sed bene errauit quando scripsit in instrumento quod vna pars promiserat, & conuenerat illud cuius contrarium pars semper dixerat, quia vbi probatur rem se aliter habuisse, probatum est de errore. l. cum de indebito. in prin. & ibi no. per glo. de proba. & in l. si postu. C. de iur. & fac. igno. & ita fuit in casu nostro. ¶Et licet dominus Michael dicat se non recordari, quomodo fuerit per notarios publica-
8 ta dicta clausula, hoc non habet obstare. † quia publicatio notarij non debet fieri aliter quàm se habeat consensus vtriusq; contrahentis, vt not. glo. in d. authen. de tabel. & in l. si ex pretio. C. si cert. pet. & publicatio instrumenti non est de substantia contractus, saltem non requiritur de necessitate scriptura, sed sufficit consensus partium declaratus per ipsas partes notario coram testibus, vt no. Io. And. in addi. Spe. in tit. de instrumen. edi. §. ostenso. ver. illud. in addi. magna. Et Ant. de But. & alij in c. cum P. tabellio. de fide instru. vnde etiam dato quod notarius publicasset, sicut scripsit, & errasset, tamen in publicando id quod postquam do. Bartholomæa non consensit, debet corrigere se, & istud etiam euidẽtissimè in casu nostro deponit d. ser Cæsar de Panzachijs Bononien. nostrorum temporum causidicorum facilè princeps, qui non minus sapientia & virtute pollet, quam probitate exploratáque fide, vti de hoc fama clara sonat, quorum duorum testium quanta esset fides & integritas, nemo est qui nesciat. Non obstant depositiones trium testium partis aduersæ, quia in meis alijs allegationibus respondi, & nunc confirmo. Nam dominus Dutius dicit quod illa cessio fuit facta pura, & tanquam cessio iuriũ certorum & non incertorum, & istud est euidenter non verũ, quia d. domina cessit iura, quæ sibi spectare reperirentur contra dictos de pollutijs, maximè pro quantitate librarum 150. de pignoribus vigore cuiusdam instrumenti emptionis, & sic cum illa verba futuri temporis. s. quæ reperirentur sibi & c. faciant conditionem de futuro. l. Stichum qui meus erit. de leg. 1. & conditionis euentus de futuro pariat incertitudinem. l. vbi autem non apparet. §. qui illud. & §. pen. de verb. oblig. sequitur quod dicto ipsius domini Ducij non est credendum, etiam si in vno tantum diceret falsum, vt in alijs allegationibus deduxi. ¶Et etiam respondeo quod iste testis in effectu refert se ad instrumentum dicti ser Christophori de Bottierijs. in quo non est extensio quod d. Bartho. simpliciter conueniat
9 se esse creditricem dictorum iurium cessorum. † Sed est ibi clausula pacisces & c. & sic in breuitate, quæ clausula debet extendi secundum quod consuetum est in similibus, vt not. Bal. in l. argentarius, in prin. ff. de eden. & not. omnes in l. Gallus. §. 2. ff. de libe. & posth. Spe. & Io. And. in tit. de instrumen. edi. §. instrumentum. versi. quid si a contrahenti. & Bal. in rub. C. de fide instr. & doc. in d. c. cum P. tabellio cum si. & per testes vtriusque partis est probatum quod non est extensa prout est consuetum attento ꝙ fuit cessio iurium incertorum, vt dictum est. ¶Non obst. etiam illud quod deponit ser Thomas de Sceccadenarijs, quia vltra ea quæ in alijs attestationibus deduxit, dico ꝙ non probat concludenter, quia dicit ꝙ non recordatur de omnibus quæ acta fuerunt in d. transactione. & ideo licet dicat ꝙ dicta domina conuenit se esse veram creditricẽ dictorum iurium cessorum, tamen cum non recordatur de omnibus, non probat, quia potuit esse ꝙ dicta domina conuenit se esse dominam iurium cessorum. l. talium qualia esse reperirentur, vt dicunt testes domi. Bartho. Ad hoc bene facit quod no. dixit Bald. in l. cum antiquitas. C. de testam. vnde di-
10 cit gl. no. in l. Lucius in gl. magna. ff. de infami. † ꝙ non credi-
b ditur testi, qui non dicit plenè [b] factum. & nisi testes necessariò concludant, non probant. c. in præsentia, de proba. in reliquis ad antiquitas allegationes me refero.

EPITOME.

AN emphyteusis transeat ad hæredes extraneos, & an computetur filijs vel nepotibus in legitimam. Et an possit vni filiorum prælegari.

ADDITIONES.

* Per viam quęrelæ.] Nunquid, prohibita appellatione, possit institui quęrela, vide Doct. in Auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imper. offer. & Alex. in l. fi. col. 12. C. de edic. Diui Adria. Alias allegationes, quarum meminit Alex. in prin. huius responsi, habes consi. 27. lib. 2. supra. Natta.

a ¶Reperirentur. j. eo. consi. 93. consi. 94.

b ¶Plenè. supra lib. 4. consi. 33. nu. 21.

CONSILIVM LXXXIX.

* VTrum emphyteusis ecclesiastica * transeat ad extraneos hæredes, & communis est opinio quod non, & per consequens nec in fiscum, qui habet se loco extranei hæredis. l. iura libertorum. & ibi no. Bar. de iu. patro. l. eorum. ff. ad leg. Iul. maie. l. 1. C. de bo. lib. & l. eum qui. ff. de interdic. & releg. & imò emphyteusis ecclesiæ secundum magis
a communem opi. non transit ad extraneos, [a] † quia alienari nõ
1 potest emphyteusis, vt ibi in §. alienationis. & §. si non etiam perpetuam. in auth. de non alie. & quod sit magis communis opi. tenet glo. & doc. in l. etiam. solu. mat. Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. neque. & Io. And. in c. in præsentia. de proba. & Bart. in l. vt iureiur. §. si liberi. ff. de ope. lib. & hic. & in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pac. & in l. Gallus. §. quidam rectè. de libe. & posthu. in l. quod dicitur. de verb. oblig. & Bal. in l. cum virum. in fi. C. de fideicom. & in l. vsufructu. sol. matri. vbi refert ita consuluisse Bar. idem Bar. in l. 2. C. de suis & legi. & in
2 l. assiduis. C. qui po. in pig. hab. † Idem etiam cõmuniter concluditur in emphyteusi concessa a priuato, quãdo est concessa ea conditione, videlicet quod ad extraneum hæredẽ non transeat. nam tunc etiam non confiscatur, dato quòd confiscata sint bona emphyteutæ, vt concludit Bart. & communiter alij. in l. si finita. §. si de vectig. ff. de dam. infec. & not. Guili. & alij in l. si quis presbyter. C. de episc. & cleri. & Bal. in l. 1. C. de bo. lib. & in l. si ita. §. fi. ff. de libe. & posth. & in l. insulam. in prin. ff. solu. matri. & Oldra. in consi. 17. incipi. Thema tale est, quidam clericus. & Imol. in c. ex parte. de feu. & Per. de Ancha. in
3 repet. c. postulasti. in 8. q. de foro compet. ¶ † Idem videmus in feudo quod quidem non transit ad extraneos hæredes, vt in c. 1. §. si clientulus. de alie. feu. c. fin. si de feu. fue. contro. inter domi. & agna. nam si vasallus delinquat & bona publicentur, non confiscabitur feudum. c. 1. si vasallus feu. priuc. & in c. si vasal. culpâ. in tit. si de feu. fue. controuer. inter do. & agna. & in c. 1. an ille qui interfecit fratrem do. sui. & in c. imperialem. §. illud quoque. de prohibita feu. alie. per Feder. & in c. felicis. §. si qua verò. de pœnis. in 6. & in c. in quibusdam. §. fin. & ibi no. doc. de pe. & per doc. in d. §. si in vecti. & in d. l. 1. C. de bo. lib. & in d. l. insulam. Faciunt quæ in simili scribuntur in l. Im-
4 perator. ff. de fideicom. lib. ¶ † Sed tunc dubitandum est, vtrũ
b emphyteusis ecclesiastica computetur in legitimam, [b] quam debet habere filius vel filia, nepos vel neptis in bonis patris vel aui. Et quod tali casu si auus recepit emphyteusim pro se & filijs suis, & nepotibus masculis, legitimis & naturalibus, quos si non habuit, vel habuerit & penitus defecerunt, tunc transeant in vnam vel plures filias vel nepotes quæ virum liberum & legitimum acceperunt, & rem patris possideant, isto casu dico esse certum quod non imputatur in legitimam, quia stipulatione aui nepotes habeant emphyteusim, & non vt hæredes aui, quia instrumentum inuestituræ dicit ꝙ rem patris possideant vel rem aui, tunc est clarum ꝙ talis emphyteusis, dum sit apud nepotes iure hęreditario ipsius aui, non imputa-
5 tur in legitimam, propterea † quia emphyteusis potest specta-
c re ad institutum in re certa, [c] sed emphyteusis ecclesiæ ex quo non transit ad filios vt hęredes, sed ad filios, vt filios vt scripsi in d. l. Gallus. §. 1. de lib. & posth. sequitur quod nõ imputatur in legitimam, de quo est illa gl. vulgata in §. optimè. in aut. de nup. in gl. 1. per quam decidit ibi Ang. quod iura feudalia vel emphyteutica quæ transeunt in filium vel filiam, & si hæredes non essent, nũquam computantur in quartam sibi debitã iure naturæ, nec in trebellianicam, vel falcidiã, & hunc dicas esse casum quotidianum & notabilem, quia de eo secundum ipsum non fecit mentionem Bar. in l. in quartam. ad leg. fal. tenet Ang. in d. §. optimè. p id quod no. in gl. 1. quæ incipit, hic manifestè. ¶Bene facit quod per illam glo. no. etiam Bald. in l. hac edictali. in fi. princi. C. de secun. nup. qd maximè procedit

K 2 prout

prout in casu nostro.s.quando emphyteusis ecclesiastica non dicitur obuenire filijs vel filiabus a patre, sed ab auo, quia tūc multominus debet imputari in legitimam. in l.eum qui. ff.
6 de interdic. & releg. ¶ † Et illud quod obuenit nepoti ab auo, dicitur aduentitium nepotis respectu patris, non autem cense
d tur profectitiam a patre seu contemplatione patris,[d] vt probatur in l.quæsitum. secundum vnam lec.glo.ff.de leg.1. & hoc etiam ibi expresè tenent Bar. Ange.& Imo.& Raph.Cu.idem no. gl.in d.l.qui in aliena. quòd aduentitia non computantur in legitimam, vt l.scimus.§.repletionem.C.de inoffi.testam.& Bar.& alij in d.l.in quartá.ergo &c.Nec ob.si diceretur quod auus recepit pro nepotibus contemplatione filij sui, maximè quando nepotes vel neptes nō sunt nati.l.qui filiabus.in prin. de leg.1.si enim fit mentio de nepotibus, dicimus quòd etiam contemplatione nepotis propterea poterat esse etiam quod filius illo tempore non erat natus, quo casu tunc non potest dici quod recepit pro nepotibus vel contemplatione filij, quam nepotum. Præterea posito quod esset natus filius, poterat esse infans, & sic in tali ætate in qua nulla poterant esse merita eius erga patrem, ita quod non posset dici quod contemplatio tione filij pater motus fuerit ad acquirendum filijs vel nepotibus, & hęc fuit in proposito consideratio Rofred.quam refert Bart.in d.l. Gallus.§.ꝙ si is.Facit l.fi.ff.de ope.ser.aliter etiam respondeat ad hoc secundū Bar.in d.§.quod si is.scilicet quod licet propter filium diligam nepotem, hęc non est sufficiens causa propter quam dici possit quod illud quod relinquitur nepoti dicatur profectitium, & relictum contemplatione filij, & non nepotis, vt ipse probat per l.socium qui in eo. in fin.ff. pro socio. ¶Nec etiam obst.si dicatur quod attento quod dicti nepotes vel pronepotes non poterant succedere in dicta emphyteusi, nisi essent saltem in aliquo hęredes patris, vt fuit dictum supra, per illa verba, rem patris possideant &c. ergo si possidebant a potestate patris videntur excludere eas adiecta emphyteusi non instituendo, sed in prętereundo aut exhæredendo eos, ergo quodammodo dicuntur habere dicta bona emphyteutica a patre.arg.l. si fundum per fideicom.§.fi.cum l.sequen.ff.de lega.1.& quod no. Cy.in l.ex tribus.C.de inoff. testa. quia instrumentum dicebat qualiter recepit emphyteusim pro se & filijs, & nepotibus, ita dicebat auus si rem patris possideant. respondeo quod non pendebat a potestate patris hoc facere, quia tenebatur filias instituere, & non poterat exhęredare nisi subesset iusta causa.§.aliud quoque, in auth. vt cum de ap.cog. † Præterea ad hoc vt imputetur in legitimam, re-
7 quiritur quod procedat ex substantia patris, vel saltem quòd contemplatione patris aliunde filius acquisiuerit, & sic vt sit profectitium. vt agatur tunc ad supplementum.d.§. repletionem.& l.omnimodò.§.fi. sed aduentitium non computatur, vt dixi, & illud quod procedit ab auo dicitur aduentitium, nisi probaretur quod contemplatione patris & non filij datum sit ab auo, vt supra probaui. ¶Pro hoc etiam apparet responsum ad no. per Bal.& Sali.esse verum in casu suo quod tamen non pono pro constanti stantibus alijs rationibus, & authoritatibus supra in contrarium adductis, tamen in casu nostro il-
8 la decisio nihil habet obstare, † quia Bald.& Sal.loquuntur in emphyteusi quæ in persona patris cepit originem pro se & filijs, & sic quò ad filios erat quid profectitium, nos loquimur
e in ea quæ ab auo[e] sumpsit originem, & ex prouisione aui acquiritur nepotib.vel proneptib.aut neptib.ratio, quia quò ad eas dicuntur aduentitia respectu patris, nō autem profectitia, per not.in d.§.interdum. meritò non veniunt computanda in legitimam debitam in bonis patris, vt est ostensum. ¶Et licet pater expresserit bona aduentitia filij, quod debent sibi computari in legitimam nemo dicit patrem hoc posse, quia dispositio patris in testamento per quam diminuitur aliquo modo legitima filij, non esset efficax.l. quoniam in prioribus. C.de inoffi.test.in §.cęterum.in auth.vt cum de app.cog.l.cum patronus.ff.de leg.2.bene fateor ꝙ in bonis patris pater, quando inter viuos filio donat efficaciter, puta emancipationis causa potest apponere hanc.l.s.quod in legitimam computet l.si qn̄ §.fi.ff.de inoffi.testa.l. cum quo de pecu.§.fi.ad l.fal. & in spē declarat hoc Bal.post fi.in l.2.in fi.C.de iure dot.dixi in l.pe. C.de col.alleg.in l.illam. ¶† Nec obst.etiam si diceretur, dato
9 quod ista esset emphyteusis procedens ab auo nepotū vel neptum, cum satis dicitur eis obuenire a patre, ex eo quia potuisset patrem non soluendo canonem intra biennium facere quòd dictæ neptes fuissent exclusæ a iure emphyteutico, iuxta no.per Spec.in tit.de loca.§. nunc aliqua.ver.2. per Bart.in l.eum qui.in fi.ff.de interdi.& rele.fac.c.1.si vasal.feu.pri. & c.1.§.deniq;.in tit.quę fuerit prima causa benefi.amit.coniuncta dicta glo.in d.l.si fun.per fideicom.§.fi.cum l.sequen.cum simil.quia respondeo.Nam primò dici potest quòd Spec.in d. versi.oportet.arguendo pro & contra, nihil decidit, vt inquit Bar.in d.§.si libere.& Bar.in auth.si quas ruinas.C.de sac.san. eccle.vnde ipsemet Spe.in eo.§.versi.144. tenet expresè contrarium.& idem tenet Odof.quem sequitur Io. And.in addit. super d.versic.1.in q.4.& cum Spe. ibi videtur etiam transire Bal.in l.emancipatum.§.fi.ff.de sena. ¶Posito tamen quod verum esset qđ pater non soluendo canonem, & sic delinquēdo contra ipsum contractum posset præiudicare filijs suis in emphyteusi auita, tamen per hoc non sequitur, ergo dicta bona emphyteutica videntur ꝓfectitia ab ipso patre, & non ab auo, alias attento quod pater si committat crimen læsæ maiestatis, potest hoc modo facere filium suum priuari, & si diceretur ex hæreditate & successione filij in bonis proximiorum & cōiunctorum, iuxta l.quisquis. C.ad l.Iul. maiest.sequeretur quòd pater posset dicere quod bona, quæ obuenissent filio ex successione agnatorum deberent computari filio in legitimā de-
10 bitam, & in bonis patris. † pręterea inspici debet id ad quod principaliter ordinatur actus hominis.l. non omnes.ff.si cert. peta.& l.3.§.fi.& ibi declarat Bar.ff.si quis cautioni.sed quando pater soluebat debitis temporibus canonem, talis actus solutionis principaliter ordinabatur, vt sibi patri cōseruaret ius emphyteuticum, quia soluebat pro eo tempore quo sibi patri competebat ius emphyteuticum, & vt se liberaret ab obligatione tunc præsenti, & licet cōsequenter redundet hoc ad cōmodum dictorum nepotum, & neptum, tamen illud non attenditur. facit l.qui excep.in princ.ff.de condi.indeb.& in l.si
11 quis nec causam. ff. si cert. peta. † alteri tamen non potuisset
f pater legare,[f] vel aliter concedere emphyteusim cōcessam auo pro se & filijs, nepotibus & neptibus, adeò quod illa concessio haberet prędiudicare dictis nepotibus & neptibus post mortem patris.c.1.de ali.feu.l.peto.§.prędium. & §.fratres. supra de leg.2.no.Bal.& Ang.in l.item videndum.§.fi.ff.de petitio. hære. ¶Quinimò fortius voluit Bar.in d.§.si liberi.& consilio 183.incip.Quæstio ista habet duo dubia.& Bal. & Sali.in l.si adulta.C.de hære.act.& Rav.Bal.Ang.& Pau.in l.apud Iulianum.§.si quis alicui.ff.de leg.1.& Fede.de Senis in consi.228. incip.Factum tale est, duo fratres.& Sali.in l.fi.in §.coloni.C. de iure emphy.& Pet.de Anch.in consi.319.incip.In themate præsupposito. quod si quinque sunt liberi & emphyteusis habuisset originem in persona patris recipientis pro se & filijs non posset pater vni legare emphyteusim in præiudiciū aliorum filiorum, & quamuis nonnulli tenuerint contra, tamen illa disputatio non est hic necessaria, attento quod sumus in emphyteusi auita, & sic non quæ spectabat ad patrē, sed ad auum pęnitere non potest, aut reuocare, dato quod reuocare potuisset, iuxta.l.antepen.C.de donat.inter vir.& vxo.iuncta l.filiæ. cum ibi no.C.famil.erciscun.& per id quod not.Bart.in l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de verb.oblig. cum suis concor. quinimò dicit ibi Barto. quod hæres non potest reuocare per l. 3. ff.de ser.exportan. ¶Ad prædictorum confirmationem bene facit id quod no.Bald.in l.qui se patris.C. vnde liberi.circa 8.col.cum tractat, an vasallus in prędiudicium filiorum possit renunciare feudo.& melius per Bal.in l.si in personam.C.de fideicom.vnde & in feudo & emphyteusi tenet † quod renūciatio facta ꝑ
12 filium mortuo patre non nocet nepoti.& per hoc superuacuū est ingredi argumentū an emphyteuta possit legare rem, quā ipse conduxit, de quo in l.si domus.§.fi.& ibi dixi.ff.de leg.1. quia posito quòd possit legari per eum qui conduxit a principio & acquisiuit pro se & hæredibus, & vult legare in prędiudicium sui seu hęredū, tamen iste non est casus noster. ¶Nec ob. prędictis si nepotes vel neptes agnouissent eis relictum factū in testamento patris relinquentis dicta bona, & quædam alia pro omni legitima, & ex qua agnitione & approbatione testamenti facta non deberet posse amplius impugnare testamentum, saltē quò ad hoc quod non teneantur imputare in legitimam pro rata.arg.l.si pars.§.fi.ff.de inoffi.testa.& l.post legatum.in prin.ff.de his qui.vt indig. vt sic videantur possedisse virtute

virtute illius testamenti, s. testamenti patris, iuxta. l. quædam mulier. ff. de rei vendi. & Bart. in l. cum solus. cum concor. ff. de vsuca. quia respon. quod habuerunt alium titulum efficacem qui erat vtilior, & antiquior, imò præsumitur potius q̃ ex illo titulo possederint. l. 1. ff. de solu. & per no. per Bart. in l. gerit. de acquir. hęre. ver. circa tertium principale. ¶Nec obst. id quod dicitur de agnitione, quia respondetur per legem si quando. §. fi. & quod ibi no. Bal. de inoffi. testa. quem alij ibi sequuntur, vbi quęrit, pone, pater relinquit filiæ in testamento 10. & iussit eam esse contentam, ita quòd in bonis suis nõ possit plus petere occasione legitimæ, vel quacunque alia ratione, filia istud legatum acceptauit, & recepit a fratre, & fecit de eo finem, & refutationem, modo vult agere ad supplementum legitimæ. Quærebatur an possit? Primò arguit quod non, quia iudicium defuncti agnouit. l. parentibus. eo. tit. & per alias ra-
13 tiones ibi allegatas per eum, tamen cõtrarium decidit, † quia dispositio testatoris per quam filius oneratur in legitima non valet, d. l. quoniam in prioribus. & d. §. cæterum. & Bar. in l. 1. C. de his quæ pœnæ not. nec obstat quòd agnouerit iudicium defuncti, quia illud non obst. quò ad legitimam, vt d. l. si quando. §. fi. ergo cum illa dispositio testatoris mandantis hic bona filiarum computari eis in legitimam, & eas plus petere non posse, sit odiosa filiabus, & tendat ad diminutionem legitimæ sequitur quod illa clausula reijcitur, & agnoscendo legatum non potest dici quod talis agnitio pręiudicet quò ad legitimã,
14 quia est contra dictam. l. si quando. §. fi. ¶ † Nec ob. si dicatur quòd debet illa agnitio saltem operari, vt dicta bona computentur in legitimam, licet non impediatur petere supplementum vltra bona quod superesset supplementum, quia dico qđ ad hoc vt filius sibi per renunciationem pręiudicet in legitimam, requiritur quod specifica fiat mẽtio de legitima, vt probatur in d. l. si quando. §. fi. & no. Guil. Bald. & Ange. in d. l. de his, de transac. ff. cuius ratio habet locũ in casu nostro, in quo de renunciatione legitimæ agitur, & illud quod statuitur quò ad exclusionem partis, i. supplementi legitimę, debet etiam habere locum vbi ageretur de exclusione totius legitimæ, quia idem debet esse respectu totius quod in parte respectu partis. l. si seruus meus. de acquir. hęred. l. si duo. de administra. tuto. fateor. quòd si dicta bona essent talia, quę deberent imputari in legitimam, tunc ratione agnitionis non posset peti nisi supplementum. sed in casu nostro bona illa non sunt huiusmodi, ergo non debet dici excludi ista neptis a petitione legitimę in bonis patris, in alijs scilicet bonis rebus emphyteuticis aui, maximè, quia in eis præsumitur ignorantia inuestituræ aui, imò acceptando legatum patris videtur renunciasse. l. in repudianda. ff. de acquir. hęredi. l. mater. de inoffi. testa. l. legitima. de peti. hęredi. si ergo legatum patris in illis bonis emphy. aut scientes nepotes agnouissent legatum patris pro legitima, non possent tunc consequi alia bona patris pro legitima, quia videtur renunciare &c. Alexan.

ADDITIONES.

Ecclesiastica.] Istud consilium, incipiendo à versiculo, sed dubitatur. est repetitum de verbo ad verbum consi. 8. lib. 3. in prin. à versic. in supposito. col. 2. Natta.

a ¶Extraneos dicendum vt supra lib. 2. consi. 199.
b ¶Legitimam. Dicendum vt supra lib. 3. consi. 8. nu. 6.
c ¶De certa. Dic vt dixi supra lib. 3. consi. 128. col. fi.
d ¶Patris. vide infra lib. 5. consi. 129.
e ¶Ad auo. infra lib. 5. consi. 29. nu. 4.
f ¶Legare. supra lib. 3. consi. 8. nu. 15.

CONSILIVM. XC.

Lege supra lib. 1. consi. 120. quod hic duplabatur.

SVMMARVM.

1 *Creditoris præsentia non requiritur in scriptura priuata, manu debitoris scripta.*
2 *Factum falsi nuncij quando possit ratificari.*
3 *Promissio quæ fuit super præcedenti etiam naturali obligatione valet.*
5 *Argumentum a contrario sensu valet in contractibus.*
7 *Iudex debet interrogare testes suspectos de omnibus circunstantijs*
8 *Mercenarius non est idoneus testis.*

CONSILIVM XCI.

Circa primum dubium quo quęritur vtrum ex dicta scriptura dictus Laurentius sit efficaciter obligatus, attento q̃ dicitur illam fuisse factam in absentia dictorum ser Io. Petri. Francisci de Roma. & ita illam continere nudam promissionem. breuiter sentio pro dictis ser Io. Petro, & Francisco, quia illa scriptura est recognita per scribentem & propterea contra eum plenè probat. l. Publi. §. fi. ff. deposi. l. scripturas. C. qui po. in pig. ha. & ibi not. in §. si quis igitur. in aur.
1 de instrumen. cautela & fide. † & quando scriptura est manu illius, qui se debitorem constituit, non requiritur præsentia
a partis, sed perinde habetur ac si esset epistola missa[a] ad eum, ad quem verba scripturæ dirigũtur, dummodò scriptura perueniat ad ipsum, & illi consentiat, vt plenè probat Bar. in l. nuda ratio. ff. de dona. in verbo, quęro. quid si in libro &c. maximè per id quod habetur in l. generaliter. & in l. contractibus. C. de non nume. pecu. & in §. studium. in auth. de trient. & semis. & per no. in l. inter chartulas. C. de conuen. fis. debitorib. lib. 10. & in l. instrumenta. C. de proba. iuncta d. l. Publia. vbi text. Ad iura quæ requirunt pręsentiam partis respondetur q̃ non loquuntur quando fit scriptura per ipsum obligatum. ita etiam tenet Bald. in l. vnica. C. de confes. in 3. col. in versic. 2. oppo. &c. Ant. de But. in c. fi. de confes. circa 5. vel 6. col. & in c. si cautio. in 1. colum. de fide instru. & licet nonnulli teneant contra Bar. in scriptura, quæ fieret in libro rationum, maximè per dictam l. nuda ratio. quia liber non fit perscribentes, vt mittatur seu tradatur parti, tamen in scriptura quæ ex mente scribentis fieret, vt detur parti, tenent veram esse opi. Bar. quia est eadem ratio, quæ est in epistola & scriptura libelli, iuxta l. cum precum. C. de libe. causa. & per Io. de Imo. in d. c. si cautio. & in d. l. nuda ratio. faciunt no. per Barto. in l. certum. §. si quis absente. cum si. ff. de confes. Nos autem loquimur in scriptura priuata manu debitoris per se facta, quæ consueuit fieri pro cautione creditoris, & sibi dari, iuxta l. plures apo. cum ibi no. C. de fide instr. & in l. si acceptolatum. §. 1. ff. de accepti.
2 ¶† Præterea interuenit tempore confectionis dictæ scripturæ Michael Bumellus, qui se gerebat pro nuncio dictorum de Roma, vt etiam fatetur dictus Laurentius, qui dictam scripturam dedit ipsi Michaeli in signum deferendam dictis de Roma. Et quo apparet q̃ animus dicti Laurentij fuit dictam scripturam succedere loco epistolæ, cum eam consignauerit dicto Michaeli gerenti se pro nũcio dictorũ de Roma. & quamuis etiam aliter non constaret quòd Michael fuisset constitutus nuncius ad id per dictos de Roma, & fiat dubitatio vtrũ factum falsi nuncij in contractu celebrando posset ratificari, iuxta l. certè. §. secundum vnam lec. & ibi no. Bar. ff. de preca. & in l. multum. & ibi per omnes. C. si quis alteri vel sibi per Bar. in l. qui autem. §. fi. ff. de consti. pe. & Bal. in l. falsus. C. de fur. & in l. si pupil. §. sed si ego. ff. de nego. gest. tamen quò ad illum actum dilationis epistolæ, vel similis rei potest ratificari, vt no. Bal. in l. si procuratori falso. in pen. col. ff. de condi. ob cau. & in l. Caius. in vltima col. & ibi etiam Io. de Imo. ff. solu. matri. cum igitur talis actus de quo in dicta scriptura potuerit perfici per epistolam siue per scripturam æquipollentis, nihil est quòd obstare videatur quominus ex dicta scriptura ꝓbetur efficax obligatio dicti Laurentij. ¶Quòd autem actus ille potuerit perfici per huiusmodi scripturam habentem vim epistolæ patet, quia dictus Laurentius constituit in dicta scriptura se debitorem dic. de Roma, in ducatis ducentis pro illustrissimo domino Nicolao Esten. & hoc pro quadam alia obligatione per ipsum Laurentium prius facta Matthęo Tuscano de Mediolano pro dicto domino Nicolao. & sic constituit pro alia obligatione alterius, & etiam sua se soluturum, quod fieri potest etiam per epistolam, & tam inter præsentes quàm inter absentes, tam per stipulationem quàm sine, vt probatur in l. Titius. la 2. & in l. quidam. cum l. sequen. & in l. vbi quis. ff. de constitu. pecu. cum simil. & sic hoc casu non propriè obligatur Laurentius vt fideiussor, qui obligatur tantum verbis. & sic per stipulationem quæ fit inter præsentes. l. blanditus. C. de fideiuss. & l. stipulationum aliæ. in §. satisfacceptio. ff. de verbo. oblig. iuncta l. 1. in princi. eod. titu. sed obligatur vt constitutor ex constituto, vt in d. l. quidam. & l. Labeo. ff. de pact. & ex tali constituto oritur actio, quamuis non interuenerit

stipulatio.ff.de consti. pe.l.1.& d.l.Titius.& ibi probatur qđ scriptura in modum epistolæ potest dari, & a præsente præsenti,& a præsente mitti absenti, & tūc magis propriè dicitur epistola, vt no.Bar.in d.l.nuda ratio.in fi. ¶Et ex his etiam apparet non obstare dum dicebatur dictam conuentioné fuisse nudam,quia dico ꝙ non est nuda,† quia quando promissio fit super alia præcedenti obligatione sua, vel alterius etiam si præcedens obligatio fuisset naturalis tantum, oritur, efficax obligatio ex sequenti promissione,quæ appellatur conuentio vestita,quia transit in constitutum.l.1.§. debitum.ff.de cōsti.pecu.
3

4 & in d.§.de consti.cum alijs supra allegatis. ¶ † Præterea cum prædicta sint in terris ecclesiæ, sequitur ꝙ de iure cano.quod est seruandum in terris ecclesiæ omnis conuentio etiam nuda est efficax, iuxta ea quæ habentur in c. 1. de pac.12. q. 2.prędicandum.quod not. 12.q.2. quicunq; suffragio. & ita se habet communis opi.per ea quæ non est opus in hac disceptatione deducere.cum a communi opin.in iudicando non sit recedendum,vt traditur in locis vulgaribus. ¶Nec etiam de æquitate canonica ita requiritur pręsentia partis,sicut de iure ciuili,vt no.in 1.q.7.in c.quot.cordis oculis.& no.Io.And.Anto. de But.Ioan.de Imo.in d.c.si cautio.& Bal.in l.generaliter.in 10.q.C. de non num. pecu. & saltem quando concurrit ratio solius conscientiæ vt dicunt docto. in dictis locis, & prout est in proposito nostro, quia dictus Laurentius ex causa dictæ nouæ obligationis,quam fecit dictis de Roma.per dictam scriptam consecutus est redemptionem scriptæ illius alterius obligationis, quam prius fecerat dictus Laurentius in pręsentia dicti Francisci de Roma. & videtur ꝙ fuerit confessus se esse obligatum virtute dictæ scriptæ, quia dum Franciscus prædictus sibi protestatus esset quod obseruaret contenta in dicta scripta, ipse recognouit dictam scriptam,& recognouit se non habere modum ad soluendum,nec ex facto suo esse debitoré, vt dixit apparere ex inspectione scriptæ. vnde a contrario sensu verborum,resultat quod erat debitor ex facto alterius.s.pręfacti domini Nicolai, pro quo se debitorem constituit, prout

5 in scripta continetur. † & constat quod in dispositione contrahentium resultat obligatio etiam a contrario sensu verborum, vt est tex.in l.inter socerum.§.cum inter.ff.de pac.do. & no. Guido de Suza.in l.1.§.huius rei.ff.de offic.eius cui man. est iurisd.& Bal.in l.vendi. C.de actio.empt.& in aut.sed & si quis in 8.col.C.de secun.nup.& in l.item quia.ff.de pac.& in l.apud antiquos.C.de fur.& in l.2.C.de fideicom.& do.Abb. in cap.cum apostolica.de his quæ fiunt a pręla.vbi reputat ad hoc sing.esse.d.§.cum inter. & videtur etiam probari in l.pecuniam.ff.si cer.pet.igitur per dictam confessionem tanquam pare pręsente factam etiam resultat probatio pręcedentis obligationis.d.l.Publi.in fi.l.fi.ff.de interrog.act.cum similibus l. posset etiam dici, prędicta iuuari ex scriptura libri dicti alterius mercatoris, sed non est necesse super hoc insistere stantib. prędictis,quæ meo iudicio abundè sufficiunt.¶Circa secundū dubium,quo quęritur vtrum intelligatur sufficienter esse probatum pro parte dicti Laurentij ꝙ dictus Laurentius non intelligatur se obligasse nisi sub hac conditione, videlicet si & inquantum pręfactus dominus Nicolaus esset cōtentus de dicta obligatione & scriptura Laurentij ? & in hoc etiam respondeo & dico, hoc non esse legitimè probatū pro parte dicti Laurentij. Nam circa hoc deponit Franciscus Michelinus, & do. Anto. Bonazunta testis dicti Laurentij.alij non sunt testes qui in fauorem suum circa hoc aliquid deponant, vt patet ex narratis in themate.Quod autē non dicatur esse legitimè probatū per dictos duos testes patet ex pluribus. Nam dicti duo testes non concordant in hoc ꝙ dicta promissio & obligatio Laurentij esset conditionalis.s.si do. Nicolao placuerit, seu quòd ita demū valeret si do.Nicolao placeret.¶Sed si in aliquo possunt dici concordari esse videantur in hoc, s.quod si dominus Nicolaus non esset contentus de dicta scripta, deberet reddi dicto Laurentio,ad hoc tendunt verba depositionis dicti Francisci Michelini,secundum quam apparet ꝙ promissio & obliga

* tio fuit pura,sed ex parte Laurentij veniebat resoluenda * sub conditione,videlicet si & inquantum constaret dominum Nicolaū non contentari de dicta scripta,& sic conditio fuit adiecta resolutioni promissionis & obligationis, meritò non redditur obligatio conditionalis, ita habetur in l.2.cum ibi not.ff. de in diem adiec.adiunctis no.per Bar.in l.1.circa 3.vel 4.colum.ff.de cond.& demon.cum ergo pręsupponatur quod per dictum de Roma, negatum est dominum Nicolaum decessisse,& non est probatam pro parte Laurentij quòd dominus Nicolaus decesserit, sequitur quod dicta promissio remanet pura,& non est resoluta per euentum conditionis, meritò potest ex ea agi tanquam pura.¶Præterea alia ratione dicti testes non probāt,quia sunt singulares. Nam vnus eorum dicit ꝙ dictus Laurentius locutus est per verba futuri temporis, videlicet, Questo è lo scritto lo quale io ho fatto, io ve lo do con questo

6 patto e cōditione &c.† Et longa est differentia inter verba præsentis temporis, & verba futuri temporis, etiam quò ad reddendum actum a principio conditionalem, vel resoluendum sub conditione, vt per Bar.in d.l.1.de condit.& demon.in 4. col.in versi.tertiò quæro de hac conditione nisi &c.Et not.in d.l.2.ff.de iudi.ad quod facit l.Stichū quis meus erit.in prin. cum ibi no.ff.de leg.1.& testibus singularibus non est credendum.c.licet causam.de probat.c.bone.de elec.¶Sunt etiā valde singulares circa responsionem factam per dictum Michaelem dicto Laurentio,quia vnus dicit quòd Michael respōdit, sono homini de tali conditione,non exprimendo aliter nomina aliquorum, quod recordetur ipse testis, che loro la remandoranno,& restitueranno quando miser Nicolao nō fusse con tento. Alius verò testis deponit Michaelem respōdisse ser Francisco è tale homo che voi non haueresti vna parola con seco. quæ verba nullo modo sunt conformia,& concernunt circunstantias actus de quo quęritur. pręsupponitur etiam quòd in alijs circūstantijs sunt varij, quia vnus dixit quòd ambo testes simul venerunt ad locum vbi factæ sunt subscriptiones. alter verò dicit quod vocatus, dum veniret ad locum, inuenit ibi alium contestem. Item vnus eorum circa circunstantias loci, in quo fuit celebratus contractus, deponit quod Laurentius tunc sedebat in parte superiori in mēsa. Alius verò dicit quod sedebat in parte inferiori.Item vnus dicit primò lecta fuit scripta antequā subscriberetur iudicio suo. Alius verò dicit contrarium.Item vnus dicit quod non fuit locutus cum procuratore partis aduersæ. alius verò dicit quòd ꝓcurator partis aduersæ allocutus fuit ambos hac de re. ¶ Et diligenter fecit iudex ita perscrutari a testibus de pręd ictis circunstantijs, quia testimonium erat satis suspectum, cum deponunt non verisimilia. quomodo.n.est putandum quod si Laurentius voluisset obligari sub conditione pręd icta fecisset scriptam obligationis puram,& liberam absq; eo quod ob aduersario habuisset aliam scriptam vel cautionem,quod casu quo domi. Nicolaus non contentaretur, non posset inquietari ? nec etiam est verisimile quod dicti de Roma voluissent purè restituere Laurentio scriptā,qua dictus Laurentius erat purè obligatus Matthæo Tuscano pro obligatione d.Laurentij conditionali,cum per dictam restitutionem scriptę induceretur liberatio d.Laurentij iuxta l.Labeo.ff.de pac.& testimonium non verisimile, est suspectum de falso c.quia verisimile, de pręsump.fac.l.ob

7 carmen.§.fi.C.de testi. ¶ † præterea tunc iudex debet interrogare non solum de loco & tempore, sed etiam de qualitate loci seu temporis, puta, an esset serenum vel obscurum,& de similibus, vt est gl.no.in c.cum causam quæ inter archiepiscopum.in verbo, tempore.de testibus.& nota Azo.in sum.C.de testi.& Spe.in tit.de teste.§. iam de interroga. ver.& not.quod expressius &c.vbi dicunt quòd iudex tunc potest interrogare de qua qualitate vestium & colore, & de forma loquendi, & an simul vel separatim peruenerint ad locum,& an cōtrahentes starent vel sederent, & si in pręd ictis reperiuntur varij, nō statur eorum dicto no.Spe.in loco proximè alleg.& no.doc.in d.c.cum causam quæ inter archiepisc.vnde dicit ibi Bal.in 5. col.quod si testis dicat quod scit Titium tenere talem domū, licet non debeat vlterius testis interrogari, quis erat secum, tamen si dixerit quòd Titius erat secum, & Titius examinatus dicat quod non erat secum, seu quod non interfuit, erit suspectum & inualidum testimonium illius, qui dixit quomodo Titius secum erat. alleg.l.1.in fi.ff.quēadmo. test.ape.bene faciūt no.per Bal.& Sali.in l.testiū. C.de testi.& per Bal.in d.c.cum causam. col. 5.quod huiusmodi interrogationes non fiunt frustra,quia imò iudex qñ suspicatur de teste, debet laborare circa huiusmodi interrogationes contra testē. & dicit hoc tradi per Azo.in sum.aut.C.de testi.& multò magis in circunstātijs pertinentibus ad actum, de quo quæritur, vt sunt aliquæ ex prædictis

prædicti, per no.per doc.maximè do.Abb.in d.c.cũ causam, in 6.col.non.n.variarunt testes prædicti, aut circa locum originis vnius ex parentib.contrahentium, aut circa pronomen seu agnomen vnius eorum, iuxta l.his verbis.§.fi.cum ibi not.
8 per doc.ff.de here.insti.& in l.eos.ff.de fal.¶† Accedit etiã ad perimendum fidem dictorum testiũ, quia vnus ex his est mercenarius dicti Laurẽtij, cum ei operetur sub diurna mercede, vnde tanquam testimonium personæ domesticæ non est legitimum.l.etiam.C.de testi. & in c.literis. & vtrobiq; no.de test. iuncta l.respiciendum.§.fuit a domestica. ff.de fur.& no.Spe. in ti.de test.§.1.ver.item excipitur ꝙ est domesticus.cum duobus sequentib.Item alius testis erat colonus Laurentij qui etiã non est integer testis, secundum Spe.in loco proximè allegato, per l.pręsenti.§.sanè. C.de his qui ad eccles.confu.iuncta.d.l. etiam.& no.gl.3.q.4.in sum.& per gl.& doc.in pręalleg.c.in literis. ¶Infringitur etiam fides dictorum testium ex eo ꝙ deponunt d.Michael, & dictus ser Dominicus, quorum personæ fuerunt approbatæ per aduersarium, qui etiam eos produxit, imò non potest eorum personas improbare.l. si quis testib.C. de testib.Nam dicti Michaeli & ser Dominicus deponunt qđ dicta conditio non fuit adiecta, & quod non potuisset adijci quin audiuissent, & sic probarunt negatiuam per dictã cohortationem. per no.in §.si non absunt. in aut.de hęre.& fal.& in l.patronus.§.rei per duellionis.ff.de acq.hęr. & Cy.in l.actor. C.de prob.& Io.And.in c. bonæ.el 1.de elec.& Bar.in l.hæredes palam.in prin.ff.de testa.& in l.diem proferre.§.si plures. ff.de arbi.cum si.& eis magis credẽdum est quàm dicto Francisco Michelino, & magis Ant.Bonendino, quia verisimiliora deponunt sicut dixi suprà.l.ob carmen.§. fin.de testi. & plenè no.in c.in nostra.de testi.Ex quibus concluditur etiam in hoc secundo dubio non esse sufficienter probatam intentionem dicti Laurentij per testes prædictos.

ADDITIO.

a Resoluenda.] Adnota gl.per quam Soc.dicit in l.pecuniam.ff.si certa peta.quòd si promissa sit certa quantitas cum hoc quòd si facto calculo minus deberetur, illa minor quantitas censeretur promissa; tamen in promissa quantitate instrumentum habebit executionẽ, præstita tamen cautione, iuxta auth. quæ supplicatio. & istud sequitur ibi Dec. Natta.

CONSILIVM XCII.

Viso themate. Vide.s.lib.2.consil.121.quia Alex.hic pro confirmatione consilij Dominici Rufi Bononiensis discipuli sui inserit duntaxat consilium suum incip.Super cõtentis.Sed valde truncatum quo anno pręcedenti consuluerat in eodem puncto inter alias personas. & quia Alex. idem fecit & tertiò supra lib.2. consi. 121. vbi semel illud consi.a multis mendis repurgaui & integritati suæ restitui, ibi videas.

EPITOME.

COMPENSATIO debiti liquidandi non potest opponi cõtra debitum liquidatum per sententiã.

CONSILIVM. XCIII.

Quæritur vtrum si commissa est executio sentẽtiæ, quæ in rem iudicatam transiuit contra illos de Luchinis in fauorem do. Bartholomeæ vxoris Thomæ de Blanchinis impediatur executio dictæ sententię, si dicti de Luchinis opponant exceptionem compensationis in certam quantitatem, in quibus dicunt dictam dominam eis teneri, eo quia asserunt eam incidisse in pęnã ducatorum ducentorũ, eo quia ipsa quodam instrumento trãsactionis factæ inter dictas partes cessit dictis de Luchinis omnia iura quæ ipsa habebat contra Iacobum de Pollucijs in quadam petia terrę, paciscens & conueniens dicta domina se esse veram dominam & creditricem dictorum iurium, vt supra cessorum, & postea in fine instrumenti promittunt partes prædictæ omnia obseruare sub pœna ducentorum ducatorum, & dicunt ꝙ dicta domi.Bartholomeça non erat creditrix vera dictorum iurium cessorum, & ꝙ postea cecidit in dictam pœnam.& breuiter dico non impediri dictam executionem ratione dictæ exceptionis cõpen-
1 sationis. quod probatur, † quia contra debitum liquidatum per sententiam nõ potest opponi exceptio compensationis de debito non liquidato.l.fi.C.de compensa.sed debitum pœnale de quo opponitur compẽsatio fuit debitum promissum sub conditione si non obseruarentur ea de quibus in dicto instrumento, seu secundum ꝙ dicit pars aduersa fuit promissa pęna sub conditione, si dicta domina non esset creditrix dictorum iurium cessorum, & promissa non obseruarentur, & non dicitur liquidum dictum instrumentum, nec executionem mereri prinsquam in iudicio sit liquidatum, i.probatum, verificatam esset dictam conditionem.l. si quidam.& ibi per illũ tex. hoc not.Bal.C.de excep.& Bald.in l.cum in testamento.C.de testa.manu.alleg.tex.in l.hoc iure.ff.de verb.ob.ibi est de hoc tex.sing.& patet ex no.etiam per Bart.in repet.l.creditores.C. de pig.in 3.q.prin.in verbo, quæro de tempore &c.¶Nec ob.si diceretur quod dictus de Luchinis voluit liquidare, quia respon. ꝙ ex quo fuit lata prima sententia in fauorem dictæ dominæ, illa intelligitur habuisse præceptum de soluendo intra decem dies dicti statuti sub rub.de præceptis faciendis, & executioni mãdari debet sententia incontinenti post dictos decẽ dies, nisi suspensa fuit per appellationẽ, quo casu differtur executio quousq; fuerit terminata appellatio, & ea terminata nõ habet aliam dilationem ad soluendũ, si condemnatus fuit appellans.& postea fuit confirmata sententia, & in rem iudicatã transiuit. vnde succedit illud quod dicit Bart. in l.aufertur.§. qui app.ff.de iure fis.Et cano.maximè do.Abb.in c.2.de deposito ꝙ quando condemnatus nullum haberet tempus ad soluendum, tunc si opponat exceptionem compensationis debiti quod offerat se intra breuem dilationem partium liquidare, non auditur, vt ibi per eum, per illum tex.ergo cũ in casu nostro non habet dilationem aliquam ad soluendum, vt dixi, nõ
2 debet habere terminum ad liquidandum. ¶†Præterea aduertatur, quia illa domina cessit iura quæ reperitur habere, ꝑ quæ verba licet nullum ius haberet, non tenetur cessionario.l.si in venditione.cum tribus legib.sequẽtib.ff.de hære.vel act.ven. & no.Iac.But.& Ang.in d.l.1.C.de euic.& si postea in instrumento cessionis dixit quod cõuenit se esse creditricem iuriũ, vt supra cessorum, & supra dixerat quod cedebat iura quæ reperiretur habere, per quæ verba licet nullum ius haberet, non tenetur cessionario. l. si in venditione. cum tribus legibus sequentibus.ff.de hære.vel act.ven.& not.Iac.But.& Ang.in d. l.j.C.de euic.& si postea in instrumento cessionis dixit, ꝙ conuenit esse creditricem iurium, vt supra cessorum & supra dixerat, ꝙ cedebat iura quæ reperiretur habere, sequitur, quod ista duo capitula instrumenti sunt ad inuicem repugnantia, & sic vitiatur, vt inquit Bar.& alij in l.scripturę.C.de fi.instr.per l.vbi repugnantia.ff.de regu.iur.& in prima consti.§.quibus. & no.Cyn.in l.in exercendis. 5.q.C.de fide instru. ¶Quinimò fortius si in dicto instrumento transactum esset, quod si dicta domina esset obligata ad damnum dictis de Luchinis de quo damno opposita esset compensatio, nec facta liquidatio, quæ necessaria est.l.2.cum ibi no. C.de senten. quæ sine cer.quan. tamen liquidatio in proposito nostro fieri non potest ad impediendam executionem dictæ sententiæ, per prædicta.reliqua suppleat excellentia domini iudicantis.¶Ego Alex.de Tartag.

CONSILIVM XCIIII.

Clarissime domine vicarię in causa executionis sententiæ contra illos de Luchinis, visis his quæ egregiè & copiosè adduci videntur contra dominam Bartholomeçam, quamuis subtiliter adduci videantur, tñ quia non sunt talia ex quibus sint resoluta fundementa dominæ Bartholomææ, breui sermone meo hoc ostendere conabor.¶Non obst.igitur quòd contra decisionem Bar.in l.aufertur. §. qui compensationem. ff. de iure fis. adducatur decisio Bal.in l.3. C.de compensa. vbi adducit l.si cum militi.§.pen.
1 ff.de compensa.quia respondeo ꝙ † opin.Bar.est communis, quam sequuntur Petr.de Anch.Io.de Imo.& domi.Abb.in c. bona fides.de deposito. & idem tenet Ioan. Fab.insti.de act.§. in bonæfidei. in ver. sed quid si compensatio opponatur post sententiam &c. probatur in d.l. aufertur.§. qui compensationem.inducendo vt ibi per Bar.nec obst.l.si cum militi.§.pen. ff.de compensat. allegata per Bal. quia ibi opponebatur compensatio de debito iam liquidato per aliam sententiam, quæ in rem iudicatam transiuerat.sed Bar.loquitur quando oppo-

nitur

nitur exceptio compensationis de debito liquidádo, ita quod illa lex cum supportatione non debuit allegari per Bal. contra decisionem. Bart. nec obstat quod not. Bal. in l. si ex falsis. C. de transac. quia non loquitur quando non opponebatur exceptio compensationis contra executionẽ sententiæ latæ contra reũ, cui nulla competeret dilatio ad soluendum, vt in casu nostro. ¶Non ob. quæ ponit Rom. in consi. 253. cum si. quia cum supportatione, non sunt in terminis nostris nec æquipollentibus, quia nos non agimus ex illo contractu ex quo se fundat se pars aduersa, sed agimus ex sententia lata contra partem aduersam, cuius sniæ petimus executionem. Vnde si pars aduersa vellet opponere de aliquo capitulo eiusdem sniæ, fortasse admitteretur
2 tur vbi tale capitulum non egeret liquidatione, † ꝙ & hoc casu aliud sit qñ agitur ex sententia lata super ipso contractu, voluit Bar. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. in vlt. q. ff. de iureiur. & Ant. de But. in c. cum Io. in prin. de fi. instru. cum suis multis concor. ¶Nec obst. dum dicitur ꝙ debitum pœnale est conditionale. s. si promissa non seruētur. l. ita stipulatus. ver. ꝙ si ab initio. cum si. ff. de verb. obl. ¶Item non ob. quod negatur ꝙ statutum velit non dari dilationem ad soluendum, qñ est appellatum, & causa appellationis est terminata, quia dico ꝙ hoc euidenter colligitur ex statuto dum dicitur, quo casu differatur executio quousq; terminata fuerit appellatio &c quia imò etiam de iure cõi quando appellatio est manifestè frustratoria non habet condemnatus quadrimestre, vt no. Bald. in l. 2. C. de vsu. rei iudi. vti fuit in casu nostro stante instrõ liquido & claro, cuius occasione lata est snia. Idẽ si dicta appellatio erat de-
* serta, nam tunc de iure cõi non habet aliquod tempus * ad soluendum appellans si in prima snia fuerat condemnatus, vt ꝓbat tex. fin. in l. quia nonnulli. secundum Bal. ibi. C. de appe. & ita fuit in casu nostro, vt videbitis per inspectionem secundæ sententiæ, quam vidi. ¶Nec ob. ꝙ statutum dicat quod cognoscatur summariè &c. ergo debet admitti exceptio veræ solutionis, & pactum de non petendo, & aliæ similes quæ possunt opponi post sniam, iuxta not. in l. 1. C. de iur. & fac. igno. vt exceptio compensationis debiti non liquidati, & nõ exceptio compensationis debiti liquidati, vt fuit ostensum in allegationib.
3 ¶† Nec ob. dum allegatur id quod. no. do. Abb. in c. suscitata. de resti. in integ. & in c. super eo. in fi. de offic. deleg. ꝙ statutũ excludens opponi except. contra sententiam, intelligitur nisi quando opponat exceptionem legitimam & dicat se velle incontinenti probare, per not. per glo. in c. suscitata. & c. quia ad hoc respon. ꝙ ista est exceptio cõpensationis debiti non liquidati contra iam liquidatum per sententiam, & ideo quando talis exceptio opponitur post tempus datũ condemnatis ad soluẽdum, vel qñ opponitur in casu in quo ex dispositione iuris cõis vel municipalis condemnatus non habet dilationem ad soluendum, vt in casu nostro, non procedit, vt firmat Bar. in d. l. aufertur. §. qui compensationem. & sine dubio decisio Bar. & aliorum intelligitur etiam qñ reus opponens exceptionem offerret se incontinenti expedire, & quando non requirunt altiorem indaginem, vt inquit Bar. in l. 4. §. cõdemnatum. in 1. col. ff. de re iudi. quia in executione sententiæ cognitio est summaria. l. a diuo Pio. §. si super. ff. de re iudi. & per consequens non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem. l. 3. §. si tibi. ff. ad exhiben. l. ille a quo. §. si de testamento. ff. ad Treb. & l. si is a quo. vt in posse. leg. & tñ Bar. in d. l. aufertur. dicit ꝙ illa exceptio compensationis solùm admittitur cõtra sententiã quando potest probari & liquidari intra tempus datum ad soluendum, & tunc dicitur satis incontinenti probari. alle. Bar. tex. in d. l. si is a quo. sed vbi nullum datur tempus ad soluendum, tunc cessat dicta oppositio exceptionis, secũdum Bar. ¶Et per hoc apparet ꝙ etiam do. Abbas non modò non di
4 cit ad casum nostrum, vt dixi, † sed etiam non est in se verũ, *
* cum supportatione. patet, quia vbi statutum nullas reijceret exceptiones contra sententiam, debent exceptiones quæ opponuntur contra sententiam incontinenti liquidari & probari, vt no. Bar. in d. §. condemnatum. sequitur & no. gl. in d. c. suscitata. in verbo, effecti. ergo si statutum disponat ꝙ talis & talis exceptio non admittatur contra sniam, & intelligeremus hoc statutum non habere locum vbi opponẽs illas exceptiones offerret se incõtinenti probaturum, statutum nihil penitus operaretur. contra id quod no. Bar. in l. 2. de vsucapio. & in l. 4. §. prætor. de dam. infec. in verbo, quæro quid si statutum. & Ant. de But. in c. causam, de dolo & contu. & in c. 1. de rescr. & do. Abb. in c. pastoralis, in princ. de appel. per l. si quando. in prin. de leg. 1. & c. si Papa. de priuile. in 6. ¶Item illa decisio Abbatis est contra no. per Bar. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. quem totus mundus sequitur, dum dicit ꝙ quando statutum disponit ꝙ contra instrumentum generaliter non possit opponi nisi talis exceptio vel defensio, ꝙ aliæ non potuerunt opponi, quia debemus inhærere verbis statuti, etiam si dura sint. l. prospexit. ff. qui & a quibus. ¶Nec ob. no. per gl. in d. c. suscitata. quia gl. loquitur in terminis iuris cõis secundum quod exceptiones plures possunt contra sniam opponi, vt no. in l. j. C. de iuris & facti ignorantia. dũmodò incontinenti probentur, vt no. gl. in d. c. suscitata. & Bar. in d. §. condemnatum. & similiter loquitur glo. in l. 1. §. siue autẽ. de tabu. exhiben. quæ vult quod contra agentem illo interdicto admittatur exceptio incontinenti probanda, sicut in alijs interdictis etiam possessoris regulariter, vt plenè not. l. si de vi. ff. de iud. in gl. magna ad fi. & in l. 2. C. de edic. diui Adri. & in d. l. fi. C. quorum leg. cũ similib. no. Old. in con. 40. in lib. meo. & de hoc aliquid dicit
5 etiam Bal. in d. l. data opera. C. qui accus. ¶† Pro hoc, quia videmus quod lex non vult ꝙ contra agentem interdicto vnde vi, admittatur exceptio dominij, etiam si offert se incontinenti probaturum, reus non auditur, vt per Dy. in c. qui ad agendum, de reg. iur. in 6. & Bar. in d. l. si de vi. & in l. naturaliter. §. nihil cõe, de acq. pos. cum cõcor. & probatur in c. 1. de resti. spol. præterquam quo ad thorum, vt ibi. nec si Abbas illud dixerit in d. c. suscitata, sed etiam si Episcopus vel Cardinalis diceret quod plus esset. cum pace, non bene dixisset. ¶Non obst. quod nò. Bal. in l. 1. C. de vsufru. quia illud de quo opponitur exceptio compensationis non proceditur ex contractu, ex quo agimus, quia nos agimus ex sententia non ex primo cõtractu, vt antea declaraui. item illud posset procedere vbi esset liquidum, aliàs non, qñ tractatur de executione sentẽtiæ, vt pluries superius dictum esse puto. ¶Non obst. dum ad id dicebam ꝙ ista domina cessit iura quæ reperiretur habere, respõdebatur, quod ipsa fuit in dolo & sic tenetur, quia rñdeo ꝙ de dolo aliquo non est probatum, & allegans illum probare debet l. quoties. §. dolum ff. de proba. ¶Non ob. etiam dum ad id quod dicebam quod capitula instrumenti cessionis prædictæ sunt repugnãtia, & sic viciatur, nam rñdetur ꝙ illud haberet locum qñ essent diuersa instrumẽta contraria, & ꝙ non haberet locũ in vno & eodem instrõ contrario, vt dicit Bart. & alij in illa l. scripturæ. C. de fide instru. & secundum Bal. ibi in fi. habet locum etiam in re, alleg. no. per Io. An. in c. imputari. de fi. instr. ꝙ autem verba adinuicem stant repugnantia patet manifestè ex inspectione instri coniunctal. quod si in venditione. cum trib. seq. ff. de hęre. vel actio. vendi. & dixi in primis allegationibus. ¶Nec etiam fuit cum supportatione opportunè responsum, dum dicebam quod eo casu, quo nulla esset repugnantia in instrumento circa d. promiserat indemnẽ conseruare dictos cessionarios, si non reperiretur ipsam cedentem esse verã creditricem, & quod solum pęna ducentorum ducatorum posset peti quando non conseruaret indemnes eos, probato damno ducentorum ducatorũ, quia est adiecta non obseruationi promissorum, sed illud quod cedens sit vera creditrix nõ est promissum simpliciter & absolutè, sed cum hac modificatione. s. ꝙ non sit vera creditrix teneatur obseruare indemnes cessionarios, vnde specialis promissio facta in casu in quo non reperiatur eam esse veram creditricem, faceret cessare generalẽ pro-
* missionem * pœnæ ducatorum ducentorum. l. vxorem. §. felicissimo. ff. de leg. 3. & l. alimenta. §. basilicæ. ff. de alimen. leg. facit etiã ad hoc, quia verba in dubio debent interpretari contra eum qui se fundat ex illis. l. stipulatio. §. in stipulationib. de verb. oblig. l. veterib. ff. de pac. c. in pręsentia de proba. in reliquis dominus iudicans vtatur eo quod habetur in rubro & nigro. C. vt quæ desunt aduoca. partium iudex supple. Alex.

ADDITIONES.

* Aliquod tempus.] Idem tradit Felin. in c. quærenti. colum. 2. de offi. deleg. volens cessare quadrimestre. & vide. Alex. infra consil. 95. col. 2. sed istud dictum Bal. improbat Alex. in l. 1. §. qui præsens. ff. de verb. oblig. & ibi etiam Aret. Ias. in l. si arrogator. circa fin. comment. ff. de adop. Natta.

* In se

* In se verum.] Hoc Abbatis placitum sequitur Dec. consi.424.col.2. & in cap.ex parte,il 2.de offic.deleg.col.5. Vide etiam Alexan.infra consi.seq. Natta.

* Promissionem.]Vide Are.consi.74.in fi.& facit ad rem optimus tex. in l.doli clausula.ff.de verbo.oblig. & vide Alexan. infra in fin. consilio seq. Natta.

CONSILIVM XCV.

Vide etiam consi.61. supra lib.3. Natta.

Et si, vt puto, maximè coram tam præstantissimo iudicante non oporteret alterius in hoc articulo latiorem discussionem habere, tamen vt clienti moram geram, pauca quædam scribam pro responsione eorum, quæ eleganter per eximium dominũ aduocatũ partis aduersæ adducta sunt.

1 ¶†Et primo non obstat dum dicit ꝙ communis opinio est contra Bart.in l.aufertur.§.qui compensationem.ff.de iur.fisc.quia salua pace excepto Bald. nullus est inter viros tanta authoritate dignus, qui dicat Bart.in hoc non bene dixisse. nam dato qđ gl Cy.Bal. & Sal. in l.fin. C.de compensa.cum concor.dicant quando opponitur contra debitum liquidum exceptio cõpensationis, & quæratur intra quantum tempus oporteat liquidare debitum de quo opponeretur compensatio ꝙ non sit respõdendum, ꝙ ipsius est arbitrio iudicantis, tamẽ non dicunt ibi quod Bar.in d.§.qui compensatio.malè dicat, imò nullam faciunt mentionem de eo.nec Bartol.si bene inspiciatur aduersatur dictæ conclusioni, sed ex dictis Bart. declaratur qualiter iudex debeat arbitrari, & vult ꝙ debet arbitrari de tẽpore quod datur ad soluendum. hoc probatur optimè per dictum. §.qui

2 compensationem.iuncta l.in fraudem.§.in fiscalib.eo.tit. † vbi debitor fisci habet regulariter dilationem duorum mensium ad soluendum, & quandoque trium. vnde tex.in d.§.qui compensationem, vult quod similiter intra dictos duos menses datos ad soluendum debeat debitum liquidare. Et sic dato ꝙ esset speciale, quod debitor fisci conuentus opponens exceptionem compensationis debeat liquidari intra tempus, quod datur debitori ad soluẽdum.hæc est mens Bar. qui ex hoc infert, quod vbi nullum datur tempus ad soluendum, nullum debeat dari tempus ad iudicandum, & ita iudex arbitrari debet. & in hoc cum Bart.transeunt Ant.de But. Pet.de Anch. & Ioan.de Imo.in d.c.fin. de deposi.ostendatur ergo aliquis in iure tantæ authoritatis, qui in hoc dicat vel ostendat Bart. malè dicere in casu suo scilicet quando contra sententiam quæ in rem iudicatam transiuisset opponatur exceptio compensationis, quando condemnatus nullam habet dilationem ad soluendum, certè nullum inuenio, excepto Bald.in l.3.C.de compensatio. vbi in certo casu reprehendit Bart.per l.si cum nulli.§.pen.ff.de compensationibus.quæ cum supportatione nullo modo obstat, vt in alijs allegationibus probaui. ¶ Et per hoc patet responsio ad illud quod dicitur scilicet quod statutum non prohibet exceptionem aliquam opponi contra sententiam, ergo potest op-

3 poni exceptio compensationis liquidandæ intra tempus arbitrio iudicantis statuendum, quia vt dixi,† eo ipso ꝙ lex vel statutum vult, ꝙ condemnatus eo modo quo fuit condemnatus aduersarius dominæ Bartholomeæ non habeat tempus ad soluendum, dicitur reijcere exceptionem compensationis, vt per Bart.in d.§.qui compensatur, cum concor.Nec Ludo. in dicto consi.243.dicit ꝙ quando sententia transiuit in rem iudicatã, & condemnatus tempus nullum habeat ad soluendum, ꝙ tũc condemnatus possit opponere exceptionem compensationis, quam offerat se incontinenti probaturum, nec aliquam men-

4 tionem facit de dicto Bart.in d.§.qui compensationem. ¶†Nõ obstat quod no.Bal.in l.ab executione.C.quorum appellationes non recip.& in l.1.C.de iur.& fac.igno. dum dicit ꝙ quædam sunt exceptiones, quæ ita possunt opponi contra sententiam in executione, sicut potuisset opponi ante sententiam cõtra agentem, & ex obligatione surgente ex ipso originario contractu, vt est exceptio inuentarij. Quoniam ego hoc fateor, & est casus in l.fideicom.& ibi no. Bart. ff.de confess. & Bal.in l. & ex diuerso.§.fi.ff.solu.matri.cum si. sed dico, ꝙ non omnis exceptio est huiusmodi, patet in l.peremptorias. C.sen.rescin. non posse. Præterea non nego ꝙ vbi condemnatus habere tempus ad soluendum potest opponi, vt sępe dictum est.Non obst. ꝙ statutũ non probat nisi a contrario sensu ꝙ condemnatus in casu nostro non habeat dilationem ad soluendum, & ꝙ in statutis non habeat locum argumentum a contrario sensu. Quia respon. ꝙ quando statutum est contra ius commune prohibet aliquid fieri certo tempore, vel illud permitteret fieri debet primò illud tempus ostendi, quia alias illa prohibitio vel limitatio temporis frustra esset adiecta, ita inquit Bal. in l.obseruare. §.proficisci.in 3.col.ff.de offi. proconsul.per l.Imperator.ff.de postu.& per alia ibi alleg. per eum, sed statutum in casu nostro prohibet fieri executionem sententiæ, donec causa appellationis fuerit terminata, ergo permittere dicitur eam quando cau-

5 sa est terminata, & ita constat. patet etiam, † quia vbi dispositio etiam correctoria aliter nihil operatur nisi sumeretur argumentum a contrario sensu, debet sumi, vt colligitur ex no.per gl.in l.nulla.iuncta authen.nisi.C.de epis.& cle. quæ ita intelligit tex.in aut.diaconissa.eo.ti.hoc voluit Bal.Ang. & clarius Io.de Imo.& Moder.in l.si cum dotem in fi.prin. ff.sol.mat.vt probatur in aut.ex testamento.& ibi no. Roma. C.de colla. & idem Bal.in l.conuenticulam.C.de epis.& cler. circa primam col.in q.in qua refert se consuluisse.& Cy.& ita est in casu no-

6 stro.Præterea vt dicebam, etiam de iure communi† qñ reus cõdemnatus appellauit, & appellatio est deserta, non amplius datur quadrimestre ad soluendũ, per l.quoniam nonnulli. & ibi Bal.C.de appel. ¶Non ob. ꝙ illa lex ponit casum specialem in fisco, quia dico ꝙ Bal.ibi nõ se restringit ad fiscum, & ꝙ idem sit in alio quam in debito fiscali, est gl.ordinaria in l.2. in verbo executionem.C.de temp.appel.& illam ibi approbat Bald. communiter doc. Non ob. ꝙ dicitur ꝙ si dictum Bart.in d.§. qui compensa.esset verum, sequeretur quod etiam exceptio solutionis vel pacti de non petendo facti post sententiam, nõ posset opponi contra sententiam, quia dictæ exceptiones nõ sunt liquidæ, quia respondeo in veritate ꝙ per dictum Bart. in §.q compensa.non infertur hoc, quia tex.per quem se fundat Bar. loquitur de exceptione compensationis non in alia.¶Ad dictũ domini Abbatis in cap.suscitata, fuit responsum in alijs allegationibus multifariè, quæ responsiones cum supportatione non sunt solutæ vt in euentu clarè liquere puto.¶ Nec tenet contra Bart. in §.compensa. nec est verisimile ꝙ voluisset quò ad istũ casum sentire contra Bar.¶Nec obst. dum replicatur quod di-

7 ctum domini Abbatis est verum, † quia si statutum excludens exceptiones quæ opponerentur contra sententiam debet intelligi nisi incontinenti offerat se probaturum, & attento ꝙ omnis exceptio quæ opponitur contra sententiam ad impediendum executionẽ, debet incontinenti, de iure probari, vt not. Bart.in l.4.§.condemnatum, de re iudi. cum simi. operabitur saltem aliquid dictum statutum tollens exceptiones dato ꝙ intelligatur nisi opponens offerat se incontinenti probaturũ, qa operabitur vt sint reiectæ exceptiones, quæ sint de apicibus iuris, vel quando excipiens esset suspectus de calumnia, quia respondeo ꝙ Bal.in d.c.cum adeo, non loquitur in statuto prout loquimur nos, & prout loquitur dñs Abbas in ca.suscitata. sed loquitur in rescripto seu mandato particulari disponente quod Titius admittatur nulla exceptione obstante.& aliud est qñ per viam rescripti exceptiones tollũtur, quia nõ intelliguntur sublatæ rationabiles, vt legitur & no.in c.ex parte, el 2. de offic.delega.aliud est qñ per viam statuti, vt per Bar.in l.1.§.&

8 parui.ff.quod vi aut clam.& probatur in l.1. in princip. ff.de inoffi.test.& ibi no. Bal.† vbi dixit ꝙ qñ lex vel statutum tollit appellationem, intelligitur totalem appellationem etiam ordinariam a diffinitiua, vt ibi.secus quando per rescriptum. l.fin. C.de senten.c.pastoralis.cum ibi no.de appel. ¶ Ad illud etiã, quod dicebam, scilicet continere verba instrumenti repugnantia, & contradictionem, vt probaui in primis allegationibus, non video etiam responsum, nec etiam videtur esse respõsum ad illud ꝙ pœna generaliter apposita, si non seruarẽtur omnia & singula in instrumento contenta, non refertur ad casum habentem specificam & singularem prouisionem & pœnam.nec obst.ꝙ iuramentum habeat vim casus expressi, iuxta not.per Bal.in l.1.C.commodati.quia vt dicit ibi Sali.illud est verum in eo in quo consentitur, non vltra.l.fi.C.de non nu.pecu.l.cũ pater.§.filius matrem.ff.de leg.2. Sed vbi est prouisio vna specialis in certo casu, & postea fit prouisio generalis, partes non videntur consentire quod illa generalis trahatur ad specialẽ, vt l.vxorem.§.felicissimo. de leg.3. l.coherede.§.qui patrem.de vulg.& pu.¶Illud etiam quod dicebam circa hoc. s.quod verba instrumenti circa dictam appositionem pœnæ, debent in dubio

dubio interpretari contra illos de Luchinis est verum, quia di
cta appositio pœnæ est apposita notario referente partes ita cõ
uenisse, & non apparet aliter quis ea protulerit. imo tunc fit in
terpretatio contra fundantem se ex instrumento. ita etiam de
clarat Ange. in d. l. veteribus. Ex quibus concludo plura esse
fundamenta, quorum quodlibet per se est sufficiens ad osten-
dendum dictam sententiam non obstantibus exceptis esse exe
quendam. Ego. Alexan.

SVMMARIVM.

1 *Statutum requirẽs præmitti cautionem, intelligitur si petatur.*
2 *Commendatarius est administrator legitimus.*
3 *Executio non fit pro cessionario vel contra. nu. 4.*
5 *Libellus procedit alternatiuè in rei iudicatione, & publiciana. & quid in sententia.*
13 *Summariè vbi proceditur, non attẽditur subtilitas iuris ciuilis.*
15 *Possidere hodie præsumitur. qui tempore litis contestatæ possidebat.*

CONSILIVM XCVI.

Visis narratis in themate omissis non necessa-
rijs, mihi videtur de iure conclu-
dendum, dictum arrestamentum, & sequestrationem valere,
& per cõsequens dictam sententiam executionem mereri pro-
ut petitum est, secundum formam statuti, de quibus in thema
te. & solum consistit difficultas in discutiendo, an obstant ea
1 quæ in contrarium pro parte dicti Ioãnis obijciuntur. † Et pri
mo non obstat quod satisdatio de iudicio sisti & iudicato sol-
uendo in causa conuentionis & reconuentionis debuerit præ
stari primò & ante omnia, & sic ante capturam ex forma dicti
statuti. Respondeo primò ꝙ dictum statutum intelligitur, si di
a cta satisdatio fuerit petita, vt probatur in l. peto, §. fi. in verbo,
* quod si cauens. * de leg. 2. & ibi per illum tex. hoc in terminis
decidit Pau. de Cast. in lectura Paduana, vbi dicit ꝙ sæpe alle-
gauit illum tex. ad quæstionem statuti dictantis, ꝙ appellãs vel
petens restitutionem in integrum debeat cauere cum fideiusso
re de restituendis expensis, & aliter processus per eum factus
non valeat, & contingat ꝙ cautio ab aduersario non fuit peti-
ta, nec ipse appellans vel restitutionem petens non obtulit, etiã
processus valebit, quia debet intelligi si fuerit petita & nõ præ
stita. per illum tex. & pro hoc etiam ipse allegat id quod habe
tur in l. 4. §. hoc autem. de dam. infe. confirmo per id quod no.
colligitur ex no. per gl. & ibi clarius per Do. de San. Gemi. in c.
statutum. in prin. in versi. communicatur. de rescr. in 6. vbi di-
cit illam gl. esse no. adhoc videlicet, vbi statutum annullat ipso
iure processum, licèt pars prosequat͛ non opponendo, pro hoc
non efficitur validus processus. & dicit ꝙ gl. vult hoc procede
re, quia causa statuti concernit non fauorem partium, sed sta-
tuẽtiũ quod dicit esse bene no. sed in proposito nostro in fauo-
rem partis aduersæ emanauit dictum statutum, quia cõcernit
commodum partis. l. seruo leg. §. si testa. de leg. 1. l. fideicom.
§. interdum. de lega. 3. ergo debet intelligi si fuerit allegatũ per
partẽ aduersam. faciunt etiam no. ad hoc per do. An. in c. pe. in
vlt. col. de iud. melius facit. de rescr. c. fin. & ibi ẽt Imol. per ibi
no. per gl. ¶ Item rñdeo quod statim iuxta petitionem sequestra
tionis & arrestamẽti præfati fuit præstita dicta satisdatio, vt per
cipi potest ex narratis in themate, vnde satis dicitur ante om-
nia præstita satisdatio ex ordine intellectus, vt probatur ex no.
per gl. no. in l. vt iureiu. in princ. de oper. liber. & quod per il-
lam glo. dicit ibi no. etiam Bal. in l. 1. C. de ope. liber. in vltim.
col. in versic. extra no. & c. per ibi no. per glo. & no. Cy. & Bal.
in l. cum inter. §. hæc verba. de hæredi. instit. & quod ibi per il-
lum tex. signanter dicunt, quos vide. & no. etiam Bald. in l. siue
emancipati, in fi. C. de dona. ¶ Non obstat etiam quod satisda-
tio debuerit præstari nomine monasterij, non nomine Cardina
2 lis, quia respondeo † quòd commendatarius [b] dicitur esse pro-
b curator & legitimus administrator ecclesiæ, & sic ipse experiri
potest vt administrator, vt no. 21. q. 1. qui plures. & no. Inno. in
capit. si constiterit. de accus. & glo. in c. nemo deinceps. in ver-
bo commendare. de elect. in 6. ¶ Non obstat etiam quòd princi
paliter opponitur, videlicet quòd debuit fieri protestatio & re-
quisitio ipsi Ioanni pro parte domini Cardinalis eorum com-
mendatarij, sicut in simili inquit Bal. in l. per diuersas. in 10. q.
3 C. mandati. vbi voluit † ꝙ si statutum permitteret quòd debi-
tor absque citatione possit capi, quod nihilominus debitor de
c bet citari, vt discutiatur an sit ius cessum [c] necne. argu. no. per
Inn. in c. 5. de iudi. quia debitor de hoc non potest esse certus.
sed de suo facto sic c. ab excommunicato. de rescrip. & eodem
d modo dicit Bal. in hærede [d] debitoris, quia non potest capi ni-
si prius citetur, vt discutiatur an sit hæres, quia respõdeo quòd
dictus commendatarius est procurator & administrator mo-
nasterij, vt proximè dixi, tamen non facit fructus suos, vt ple-
nè no. in d. c. nemo deinceps. licèt de facto quandoque aliter
probetur, vt ibi per gl. & sic est idem ac si non fuisset ecclesia
concessa in commendam: quia per se ecclesia experiri non po-
terat, sed mediante suo administratore & sic nõ censetur facta
mutatio status ecclesiæ, & iurium suorum, quia hic commen-
datarius dicitur esse custos ecclesiæ, non autem dicitur habe-
re ius in ecclesia, nec illius esse prælatus, vt no. gl. & doc. in d.
c. qui plures. & in d. c. nemo & non ob. c. dudum. de ele. aliud
erat in casu. in quo loquitur Bal. & sic sufficit quòd post seque
strationem, seu stagimentum ipsa sequestratio secundum for-
mam statuti loci volentis sufficiat captura facta ex post iustifi-
care citato ipso capto. ¶ Præterea præsupponitur quòd erat ma
nifestum & notorium dictam concessionem monasterio esse
factam de dicto Cardinali in commendatis, & propterea non
requirebatur alia notificatio vel liquidatio ante sequestratio-
nem. l. emptorem. in prin. de actio. empt. c. fi. qui matrimo. ac-
cusa. pos. no. in l. si tutor petitus. C. de peric. tu. & bene in pro
posito no. Bart. in repe. l. creditores. C. de pig. in 4. q. princi. in
versic. hoc præmisso venio ad quæstionem propositam &c. dũ
concludit quòd in casu in quo debitum in instrumento est li-
4 quidatum, & est adiectum † pactum de ingrediendo bona cre
ditoris propria authoritate, tale pactum potest sine iudice va-
lere contra ipsum principalem debitorem, sed non contra ter-
e tium [e] possessorem singularem successorem quia potest esse du
bium an habuerit causam a debitore vel non. Idcirco debet ci
tari tertius possessor & cum eo liquidari, per ea quæ habentur
in l. a diuo Pio. §. si super. de re iudi. sed si esset manifestũ. quòd
a debitore habuerit causam, quia tunc putat ipsius pacti causa
& ratione ꝙ absq; alia liquidatione possit sine iudice ipsum
excutere propter tale pactum de ingrediendo. allegat d. l. em-
ptorem. ¶ Nõ obstat alia obiectio, dum dicitur quod dicta sen
tentia non meretur executionem, quia est nulla, eo quia iudex
super libello in quo intentata erat rei vendicatio & publicia-
na, petendo pronunciari & declarari bona ipsa pertinere ad ip
sum monasterium iure dominij vel quasi, & pronunciat dicta
bona fuisse monasterij, & ad dictum monasterium tanquam
ad dominum dictorum bonorum vel quasi pro indiuiso spe-
ctare & pertinere. Nam videtur quòd dicta sentẽtia fuerit nul
la ratione incertitudinis, quia non declarauit an dominiũ spe-
ctaret ad monasterium, an vero quasi dominium, ergo senten-
tia non tenet ratione incertitudinis resultantis ex dicta disiun-
ctiua ibi, vel quasi. l. pe. & fi. C. de sen. quæ sine cer. quã. & ideo
5 Bal. in l. 1. vlti colum. C. si plures vna sententia. dicit † quòd li
cèt procedat libellus in rei vendicatione, & publiciana, petẽ-
do declarari abbatem esse dominum vel quasi, iuxta ea quę ha
bentur in c. abbate. sanè. de verb. sign. in 6. & no. in §. aliæ. inst.
de actionibus. in l. j. ff. de publiciana. & in c. 1. de lib. obl. cum
simi. tamen in sententia iudex non debet disiunctiuè loqui,
sed alterum eligere, per id quod habetur in §. curare. insti. de
act. pro hoc facit, quia vt no. dixit glo. in d. §. aliæ. Bart. in l. &
an eandem. §. actiones. ff. de exce. rei iudi. in vlt. col. licet libel-
lus procedat alternatiuè in rei vendicatione vel publiciana, ta
men debet actor vnum tantum prosequi dominium vel quasi.
pro hoc facit etiam, quia contrarietas vel repugnantia quæ vi-
detur esse in dicta sententia, reddit sententiam nullam, vt not.
gl. 11. q. 3. c. cum ergo subditi. & Ioan. And. in regula. nullus
de reg. iu. in mercu. & Bar. in l. duo. la 1. in fi. de re iud. & not.
etiam Bal. in l. 1. C. de fur. in 9. col. ¶ Tamen his non obstantib.
contrariam sententiam puto esse de iure veriorem, maximè
ex infrascriptis per illa verba, pertinere ad dictum monasteriũ
6 tanquam ad dominum ratione dominij vel quasi. † Nam non
sunt contraria sed diuersa, quia rei vendicatio & publiciana
non sunt contrariæ, sed diuersæ, tendunt enim ad eundem finẽ
scilicet ad rem vendicandam. & ita no. Io. And. & Spec. in tit.
de causa possessio. in §. nunc dicendum. in fi. & no. glo. in d. c.
abbate sanè. in verbo domini. in fi. & etiam Rofr. in libello dũ
tractat

tractat de publiciana.in fi.& latè Ant.de But.in ca.2. de libel.
oblat. alias non procederet libellus si essent contrariæ dictæ
actiones.l.1.C.de ser.ex.l.j.C.de fur. cuius contrarium proba
tur in d.c.abbate sanè.& no.doc. supra allega. & sic cessant ea
quæ allegata sunt in oppositum quod sententia contraria est
7 nulla. ¶ † Præterea præsuppono ꝙ dominium accipitur largè
tanquam genus aptum comprehendere sub se dominium stri-
ctè sumptum,& etiam quasi dominium, vel vtile dominium.
l.cum postulassem.in prin.cum glo. in verbo dominium acci-
pitur pro quasi dominio.de dam.infe.facit.l.seruos.de le.3.&
l.magis puto.§.j.de reb.eor.si ager.vect. vel emph. petatur.ibi
accipitur pro directo dominio.& l.possessionē.in fi. C. de fun.
patri.lib.11. & ibi accipitur dominio pro vtili dominio quod
habet emphyteuta.ad idem text.in auth.nisi. C. de bo. mate.
8 ¶ † Simile videmus ꝙ vsusfructus in genere quandoque potest
accipi pro vsufructu strictè sumpto, & quandoque pro omni
vsufructu illarum rerum quæ vsu consumuntur.l.penul.& ibi
Bar.C.de vsufr.& l.sed a possessori.§.si iurauero. & ibi Gui.de
Cug.& Bart.de iureiu. ¶Sic etiam videmus in possessione quæ
accipitur pro possessione propriè & strictè sumpta, propriè &
strictè sumpto vocabulo pro possessione rerum corporalium,
quanquam pro quasi possessione rerum corporalium, l.plenè.
ff.de serui. l.3.in princ. ff.de acquiren. possess.& in l.si seruus.
§.incorporales.de acquir. rerum domi. etiam. l.fi.ff.vti possi.
9 ¶ † Modò sic,quando alternatiua ponitur inter genus & species
stat pro id est.l.2. ibi quadrupedem vel pecu. & ibi no. glo. &
Bar.ad legem Aqui.& l.vbi pactum,cū gl.j.& ibi not. doc. C.
de transact. saltem ad hoc accedente mente disponentis prout
in casu nostro, vt infra subijciam. & vbi alias accipiendo ver-
ba propriè, sententia redderetur nulla, debent verba impro-
priari,vt sententia reddatur valida, vt est glo.communiter ap-
probata in l.& puto.cum sequenti.ff.fam.ercifcun.& illa præ-
sumitur mens esse disponentis,& sic actus valeat, vt patet ibi.
nam de mente facientis actum esse videtur ꝙ ille actus valeat
l.Mæuius.in prin.& ibi no.doc. maximè Bal. de leg.2. facit.l.
quoties in stipulationibus. de verborum obligationibus & c.
abbate, de verborum significa. ¶ Igitur de primo ad vltimum
infertur ꝙ illa verba sententiæ intelliguntur habere hunc effe-
ctum, videlicet ꝙ declarat iudex dicta bona spectare ad dictū
monasterium tanquam dominum dictorum bonorum vel qua
si, id est quasi dominum,& sic dictio, vel, stabit pro id est cum
sit posita inter genus & speciem. ¶Et hoc modo saluari potest
id quod no.Bal.in c.cum causam, de proba. in vltima col. vbi
10 vult † quod si iudex in sententia pronunciauit alternatiuè rē
esse meam,vel quasi, tribuitur mihi ex tali sententia titulus pa
rans mihi publicianam,quò ad alium contra quem nō est sen-
tentia lata,iuxta.l.vtili.ff.de publ.& quòd sententia si esset nul
la non tribueret publicianam ad quam requiratur titulus vali
dus.vel si esset nullus, requireretur ꝙ cum eo concurrat pro-
babilis error facti. l.sed & si res alias.l.eum qui si a maiore, cū
gl.in verbo,ignorans.de publiciana.facit.l.nunquam. in prin.
de vsuca.vt in d.§.eum qui.& l.siue autem.§.hæc actio.de pu-
bliciana.& sic apparet ꝙ Bal.in d.c. cum causam. intellexit ꝙ
11 illa sententia alternatiuè lata teneret. ¶ † Non obst.id quod no.
Bal.in d.l.j.in vltima colum. si plures vna sententia. vbi dicit
ꝙ iudex in sententia debet eligere, & non disiunctiuè loqui,
quia fateor quod ad iudicem spectat certam & clarā ferre sen-
tentiam & melius fecisset dictus iudex clarius loqui,& sine al-
ternatiua,sed quando iudex pronunciauit cum alternatiua po
sita inter genus & speciem, prout fuit in casu nostro non dicit
Bald.quod sententia sit nulla,imò non est nulla, quia hoc casu
disiunctiua vim non retineret disiunctiuæ,sed resoluitur in di
ctione, id est, vt suprà probaui. & hoc modo soluuntur, & ad
12 concordiam reducuntur doctrinæ Bal. in dictis locis. ¶ † Et
per hoc etiam patet quod non obstat,si diceretur quòd disiun-
ctiua adiecta in sententia reddit sententiam nullam propter in
certitudinem, licet nō reddat nullum decretum iudicis,vt est
tex.not.cum glo.in l.si pupillorum.§.si prætor.versic.quid er-
go.in verbo possit.de rebus eorum.& quod no.gl. in d.c.cum
ergo subiecti.quia ibi alternatiua stabat propriè,quia non erat
posita inter genus & speciem, sed in casu nostro stat expositi-
uè. Et sic non obstat illud quod dicebatur scilicet incertitu-
dinem vitiare sententiam. Nam in casu nostro perinde est ac
si simpliciter declarasset bona spectare iure quasi dominij ad
monasterium. per hoc etiam patet nō obstare dum dicebatur,
quòd non admittitur ille qui intentauit rei vendicationem, &
publicianam, si velit prosequi vtramque, quia posito quòd il-
lud esset verum,respon.quòd illud erat quòd ibi volebat actor
complecti vtrunque.sed secundum prædicta in casu nostro sen
tentia non intelligitur in effectu complecti, nisi alterum tan-
tum quasi dominium,& similiter disputatio quæ fit apud glo.
& doc. an procedat libellus in quo intentatur publiciana, &
rei vendicatio loquitur quando agens volebat in dicto libello
includere in dicto iudicio,nedum dominium tantum,sed etiā
quasi dominium,pro quo intentabat publicianam copulatiuè
vel alternatiuè. ¶Et hæc opinio tantomagis est amplectenda in
proposito,quia per eam prouidetur circa amputationem litiū,
iuxta not.in l.si prætor.in prin.de iud.& c.finem litibus.de do
13 lo & contum.& præsertim cum dicta † sententia fuerit lata in
causa, in qua procedebatur summariè & sine figura iudicij,
quo casu non attenduntur subtilitates inductæ de iure positi-
uo,sed solum de iure gentium,iuxta plenè not. in cle. sæpe.de
verb.signifi.& in extrauaganti,ad reprimendam.in verbo, sine
figura iudicij, cum suis concor. ¶ Item etiam in dicto iudicio
fuerat intentatum nedum petitorium,sed etiam possessorium,
cui possessorio potuerunt deseruire verba sententiæ quatenus
condemnatus fuerat reus ad dimittendum, restituendum, &
relaxandum monasterio dicta bona, vt no. Spe.in tit.de restit.
spo.§.spoliato.versi.& no.Bal.in l.pen.C.de sent. quæ sine cer.
quanti.& An.de But.in c.cum ad sedem.de rest.spo.cir.4.col.
& nihil repugnaret quòd sententia valeat in vno capitulo, * &
in alio non valeat.l.Carmelia Pia.de iure patro. l.quædam mu
lier.fam.ercis.& no.per glo.& doc.in l.2. C.de iud.cum simi.
14 ¶ † Non obstat etiam dum dicitur ꝙ dictus Io. habet dimidiā
pro indiuiso pro qualibet parte,& sic non potest cogi antequā
diuidatur,quia hæc obiectio fragilis est, & de iure non proce-
dit,quia vnus * ex his ad quos spectat res communis potest cō
ueniri,& insolidum, vt patet per l.linea margaritarum. ad le-
gem fal.& in l.sed & si quis alias incipit, Pomponius. & in l.
15 quæ de tota.§.incertæ.de rei ven. † Postremò non obstat ꝙ alle.
reus se nunc non tenere nec possidere,quia cum possederit tē-
pore iudicij contra eum moti in causa principali, præsumitur
ꝙ adhuc possideat.l.non ignorabat.& ibi no. C.ad exhiben.&
plenè no.in l.siue possidetis.C.de prob.& in c. cum ad sedem.
de restitu. spolia. & vbi etiam probatur ꝙ si desijsset possidere
præsumeretur dolo desijsse possidere. & no. in l.qui petitorio.
de rei ven.per no.in l.Fulcinius.§.2.quibus ex cau. in possess.ea
per Dy.in regula,pro possess.& per Bar.in l.si prius. in 14.col.
de ope.nouis nun.& ideo condemnaretur quanti in litem con
tra eum iuratetur.l.qui restituerit.de rei vendi. Ex quibus om-
nibus concludo dictum Ioannem ex dictis suis allegationibus
se tueri non posse. ¶Ego Alex.de Tartagnis.

ADDITIONES.

a ¶Petita.adde gl.& doc.in l.vniuersa.C.de preci.impe.offe.l.4. §.hoc autem iudicium.ff.de dam.infec.Ias.consi.168.consi.191.col.j.vbi limitat,lib.j.Hip.Marsi.l.vnius.§.cogniturum. no.2. de q.& in practi. §.nunc videndum.col.2.

* Quod si cauens.]Sequitur Fel.in cap.si autem.col.4.de rescrip. & est glo.no.in l.vniuersa.C.de preci.Impe.offer. Natta.

b ¶Commendatarius.Qua de re videas per Ro.consi.350. Cor. consil. 66.lib.3.de Bisgnet in decis.Rotæ de præben.nu.j.gl.pragma. titu.de elec.c.licet dudum.versi.causa.Guid.Pa.deci.Delphi. 152. Fede.tra. de permu.benefi.q.15.Alci.l.pactum curatoris. col.j. C.de pac.vide Bar.consi.236.etiam si commenda.lib.3.

c ¶Cessum.Idem infra lib.7.consi.115.in fi.Bald.trac.stat.versi.ea parte.nu.1.2.Marsil.no. 26. & in l.si quis ne quæstio. nu.11. ff.de quæstio. sed dicendum.satis est constare plenè de cessione, vt per Ro.consil. 38.consi.142 Pau.consi.91.col.2 lib.j.Alex.in l.si sic.in fi.prin. de leg. j.Alexan.Deci.l.j.colum.fi.ff.si cert.pet.Et ita quotidie practicatur vt fiant pignorationes executiuæ in debitorem nomine cessionarij exhibito instrumento cessionis authentico,vt dixi in consu.Paris.§.171.

d ¶Hærede.Dixi supra lib.2.consilio 188.nume.2.adde infra lib.5.consilio 18.num.16.

e ¶Tertium.Nisi constito de cessione vt supra quia,potest cedi. Bar.& omnes in l.j.§.fi.ff.de ope.no.nun.dixi in consu.Paris.§.j.glo.3. num. 22.sed latissimè And.Tiraq.in consu.Pic.ti.retrac. §.26.gl.j. adde infra lib.7.consi.86.in fin.

* In vno cap.]Tot sententiæ,quot res.l.etiam.§.j.ff.de minorib. Natta.

* Quia vnus ex.] Adnota,rem communem,insolidum vēdicari posse

a posside nte. Facit, quia locus etiam pro indiuiso possideri potest. l.
locus. ff. de acquir. possessio. Item alienari l. fina. C. commu. re. alien.
Item euinci. l. prima ff. de euic. Et licet quilibet habeat partem in quo
libet cespite, tamen pars cuiuslibet intellectu percipitur, licèt oculo
corporali discerni non possit. l. Mæuius. §. dominorum. ff. de legat. 2.
Natta.

CONSILIVM XCVII.

Lege. supra eo. lib. consi. 50. quod hic duplabatur.

CONSILIVM XCVIII.

Lege. supra lib. 2. consi. 141. quod hic repetebatur.

ANNO 1422. mense Maij. Lipa, Ant. Leonardus, Philip-
pus Sagramorus fratres & filij dictę Lipæ, quilibet eorum in so
lidum promiserunt ex certis causis Catharinæ libr. 363. Bon.
videlicet singulo ann. 10. libras vsque ad integram satisfactio-
nem. Et in fi. instrumenti sunt hæc verba uidelicet, ad maius
robur prædictæ Catharinæ Lipa Anto. Leo. Phil. Sagr. quilibet
ipsorum singuli spontaneè ex certa scientia, & uoluntate non
dolo, uel metu, sed fraude cessante, iurauerunt ad sancta Dei
euangelia tactis scripturis, uidelicet ꝙ qui minor est ex eis se
esse maiorem 20. ann. prædicta omnia obseruare, & renuncia-
uerunt statuti solemnitatibus quibuscunque &c. Item cauetur
statuto, ꝙ quicunque minor habens 18. annos, etiam cum iura
mento non possit contrahere & obligari sine authoritate & cō
sensu iudicis, & propinquorum. unde alio statuto cauetur, ꝙ
si creditor stetit per 15. ann. & debitum non petierit ab omni
suo iure sit exclusus. Mota est lis anno 1462. mense Aprilis per
Franciscum hæredem Catharinæ, quæ decesserat 1434. contra
hæredes dicti Antonij, qui decessit. 1447. uel contra Sagramo
rum tunc uiuentem, qui lite pendente tunc decessit occasione
dictæ quantitatis promissæ per eos Catharinæ opponitur per
hæredes Ant. & per Sagr. quod elapsi sunt anni 30. uel saltem.
15. & ꝙ ex forma statuti &c. Item opponitur per dictum Sagr.
quod tempore dicti instrumenti erat minor 18. an. & ex forma
dicti statuti non potuit se obligare sine authoritate iudicis, &
proximorum consensu &c. Quæritur an uirtute dictarum ex-
ceptionum possint dicti rei se tueri. Decidit ꝙ non propter ma
lam fidem, quæ etiam impedit hæredem præscribere, non ob-
stante statuto, quod non ualet.

CONSILIVM XCIX.

Videtur prima facie dicendum dictos reos conuen-
tos posse exceptione præscriptionis allegata
se tueri, tam de iure communi, quàm municipali per lapsum
1 an. 32. C. de consti. pec. & l. fi. C. de præscriptio. 30. ann. ¶ † Nō
obst. ꝙ dictus Ant. & Sagra. fuerint in mala fide & scientia per
dictum tempus, quoniam in pręscriptione actionum, maximè
personalium non attenditur bona fides, nec mala præscriben-
tis, cum bona fides non requiritur in præscriptionibus, quæ
non causantur ex petitione præscribentis, sed ex sola negligen-
tia non petentis, vt probatur in l. sequitur. §. si viam. de vsuca.
iuncta l. si quis diuturno. ff. si ser. ven. Nec per iura canonica
correcta sunt iura ciuilia, quia tex. in c. fina. de præscrip. & in
c. possessor, de reg. iur. in 6. loquuntur in præscriptione rerum
corporalium, in qua requiritur possessio, sed nos loquimur in
præscriptione actionum, in qua sufficit sola negligentia non
petentis. l. sicut. C. de pręscriptio. 30. an. & hanc partem firmat
a Host.[a] in summa de præscrip. rerum immo. §. quę res pręscribi
pos. & idem videtur sentire Inno. in c. cura. ad fi. de iure patro.
& in c. quia plerique. de immu. eccl. & Bart. expresse in d. §. si
viam. & in l. fi. ff. quemadmo. ser. amit. & in l. hæc autem iura.
C. de serui. vrba. prædi. & in l. ait prætor. §. planè. ff. qui. ex cau.
2 maio. Et ex prædictis infert Bar. in d. §. si viam. † ꝙ si statuto ca
uetur quòd si creditor non petat debitum intra certum tēpus
cadat a iure suo, quòd per tale statutum sublata erit obligatio
ciuilis, & effectus naturalis d. l. sicut. & ideo in vnoquoque fo
ro erat debitor tutus. & idem sentit Bart. & in l. si cui. §. Plau-
tius. ff. de sol. & in l. lega. ff. de libe. lega. sed saltem debet dictū
statutum seruari in foro contentioso, posito quod non esset ser
uandum in foro conscientiæ, & ita concludit Ange. in repe. l.
1. C. de iud. & Bal. in c. si quis per triginta. si de feu. fue. contr.
& Ro. in d. §. si viam. & allegat gl. in c. 1. §. porrò. quæ fue. pri-
ma causa bene. amit. Item uidetur uelle Bart. in consi. inci. Sta
tutum dicit quòd si debitor stetit per 10. annos. Et maximè
prædicta procedere uidentur de hęredibus Antonij, qui pręsu
muntur ignorasse obligationem factam per defunctum, & sic
si in eis cessat pręsumptio scientię, & malę fidei. l. qui in alte-
rius. de reg. iur. ¶ Et ideo concludit Dyn. in d. regula possessor,
ad fin. & Bart. in l. cum hæres. ff. de diuers. & temp. præscri. ꝙ
de æquitate canonica, quæ in materia præscri. & peccati serua
3 ri debet, † ꝙ mala fides defuncti non noceret hæredi existenti
in bona fide, & ex sua persona pręscribere volenti, quamquam
iuris ciuilis rigor hoc non patiatur, vt d. l. cum hæres. & l. si
ego. §. partis. versi. sed hæres. ff. de publ. & ibi no. Bal. & istam
opin. iustius esse saltem videtur propter æquitatem canonicā
seruare in terris ecclesiæ, secundum Ang. in d. §. parte. ¶ Suc-
cessiuè etiam videtur ꝙ dictus Sagra. possit agentem exclude-
re ex capite dicti alterius statuti infringentis obligationem mi
noris cōtrahentis sine authoritate iudicis, & propinquorum,
nec obstare habet ꝙ renunciatum fuerit in instrumento solem
4 nitatibus & statutis, quia respon. † quòd statutis & legibus in
ducentibus solemnitatem, renunciari non potest. l. testandi. C.
de testa. l. nemo potest. de leg. 1. cum simi. ¶ Sed præmissis non
b obstantibus contrarium [b] puto de iure verius. Primò † quia de
5 iure communi præscriptio ēt longissimi temporis 30. vel 40.
ann. hodie procedere non potest, vbi præscribens est in mala
fide, siue tractetur de præscriptione in qua requiritur posses-
sio, siue de p̃scriptione actionis, in qua sufficit sola negligentia
non petentis, quia de hoc videtur tex. apertus c. fi. de præscri.
ibi, & nulla valeat absque bona fide præscriptio tam canon.
quàm ciuilis. ponderandum est enim verbum nulla, quòd est
vniuersale negatiuum excludens omnem præscriptionem abs-
que bona fide l. nulli. C. de epis. & cler. & l. nulla. C. de infa. &
qui omne dicit, nihil excludit. l. Iul. ff. de legat. 3. cum simi. &
maximè cum nulla sit ratio restringendi, sed potius amplian-
di, vt euitetur peccatum. Nam in dubijs tenenda est illa opin.
per quam omne peccatum tollitur. ca. inuenis. de spon. ¶ Item
text. in d. c. fi. in probatione præscri. fundat se ex mala fide, non
autem fundat se super iniusta possessione, de qua ibi nulla fit
mentio. nec obst. quòd tex. ibi dicat tantum oportet, vt qui pręs
scribit in nulla temporis parte rei scientiam habet alia neces.
6 † quia dico quod appellatione rei etiam iura & actiones com-
prehenduntur. l. rei. ff. de verb. signifi. & glo. & ibi Bart. in l. 1.
ff. de sta. ho. & in l. 1. in verbo quodam. ff. de re. diui. Nec etiā
obst. tex. in d. c. fi. dum loquitur de præscrip. rei alienæ, quia
respon. ꝙ si præscribo pecuniam alteri debitam, satis dico pręs
scribere rem alienam, quia res mea tibi debita dici potest res
aliena, etiam quò ad me, vt est tex. & gl. in versi. mea. in l. si me
& Titium. ff. si cert. pet. & est tex. 14. q. 4. quid dicam. Et pro
hoc facit, quia vbi exprimitur ratio, etiam in l. correctoria de-
bet fieri extensio ad casum qui potest comprehendi sub larga
significatione, si eadem ratio vendicat sibi locum, vt est glo. in
clem. 1. in verbo eligatur. cum ibi no. de elec. cum si. sed ratio
in d. c. fin. videlicet, vt peccati via tollatur habet locum etiam
in præscriptione actionum concurrente mala fide, ergo debet
fieri extensio ad illum casum, maximè cum sub larga significa
tione, appellatione rei alienæ comprehendantur actiones com
petentes ad quantitatem alteri debitam, vt supra probaui. ad
quæ facit quod no. Bart. in auth. sacramenta. C. si aduer. ven.
nisi illa dispositio correctoria loquens in contractu extendi-
tur ad distractum. ¶ Et istam partem ꝙ in hoc correcta sint iu-
ra ciuilia per ius canonicum, firmat gl. Inno. & Host. in d. c. fi.
& glo. in d. c. possess. & illam sequitur Ange. in d. §. si viam. &
in l. 1. C. de præscr. 30. ann. & in repe. l. 1. C. de iudi. vbi ad hoc
adducit tex. in d. §. fin. nam secundum cum si. tex. in d. ca. fi. nō
comprehenderet actionum pręscriptionem, fuisset ille tex. su-
perfluus, quia per alia iura illius tituli maximè per c. vigilan-
ti, erat prouisum de pręscriptione, quę procedebat ex vera pe-
titione cum mala fide. Idem etiam tenuit Bal. in l. 1. C. de ser-
ui. & in auth. ad hoc. C. de vsu. & etiam d. Ant. Imo. & Abb.
vbi quò ad terminos q. nostrę. referunt hanc communem quę
stio. per plura, quę breuitatis causa omitto, postquam ita se ha
bet communis opin. secundum quam iudex debet iudicare,
iuxta no. per doct. in cap. ne initaris. de consti. cum vul. Istam
partem tenuit etiam Bald. in l. quibus diebus. §. dominus. de
condit. & demon. cum quo etiam transiuit ibi Imo. qui refert
ita disputando tenuisse Bald. & Iac. But. in quadam disputa-
tione

tione sua incipiente, statuto cauetur quòd fœnerator. & etiam Imo. in d. §. si viam. referens se ita in facto consuluisse. & sequitur etiam ibi Ro. & idem tenuit d. Car. in d. c. vigilanti. & Pet. de Anch. consi. inci. Viso themate. & ideo dicunt doct. in locis præallegatis ꝙ bene facit Bart. in d. §. si viam. se submittendo decisioni ecclesiæ, & theologorum, eo quia contrarium tenet.
7 ¶ † Et prædicta fortius procedunt in casu nostro propter diem præstationis, quæ interpellat pro homine, & debitorem constituit in mora. l. magnam. C. de contrahen. & cõmi. stip. & Bart. in l. ita stipulatus. in 2. q. principali. versi. tertiò est videndũ. de verb. oblig. & sic non potest dici ꝙ debitor non fuerit in culpa, nec in peccato ex quo creditor neglexit petere, imò debitor est in culpa, & in peccato, aut non offerendo creditori debitũ in termino statuto prout tenebatur, & potissimè cum ita iurauerit debitor per c. debitores. de iureiu. & sic ex prædictis infertur non solum hoc habere locum in foro ecclesiastico, sed etiam in seculari, quia vt dictum est peccatum incurrit debitor, qui cum mala fide vult se exceptione præscri. tueri, etiam attentata præscri. iuris ciuilis, vt est tex. in cle. dudum ecclesiæ Rothomagen. circa medium. de ele. ad hoc alle. Ang. in d. §. si viam. & do. An. in d. c. fi. ergo vbi agitur de peccato seruari de-
8 bet ius cano. vt per glo. in d. c. prior. cum si. ¶ † Nunc videndum est, quid de præscriptione statuti, & dico idem scilicet qđ non potest, quia dictum statutum in debitore malæ fidei non tenet, vt firmat Bart. in repe. l. omnes populi. & in 3. q. princip. de iust. & iur. & secundum eum lex muni. hoc dictans induceret peccatum, & ideo non valeret, vt d. c. fi. ergo nec statutum. & idem Io. An. in c. 2. de exce. in 6. referens ita fuisse disputando determinatum. idem Ange. & Imo. in d. §. si viam. & idem Ang. in d. l. de quibus. ff. de legi. & do. Ant. Abb. Ray. in d. c. fi. de præscri. & d. Ant. in c. cura. de iu. pat. & Bal. in d. dispu. incip. statuto cauetur ꝙ fœnerator. vbi vult tale statutum non valere, nisi statutum hoc induceret ex causa, vt quia fit contra personam odiosam, & contra quam ius præsumit, vt contra fœneratorem, verbi gratia, statutum dicit ꝙ fœnerator post quinquennium non audiatur etiam super sorte. & istud sequitur Pet. de Anch. in d. c. prior. & in repe. ca. canonum. in 14. char. versi. Item si statuto cauetur ꝙ post 10. an. & Imo. in l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & dem. & Pet. de Anch. in d. c. 2. de exce. ¶ Non ob. allegata in contrarium, videlicet ea quæ no. Host. in sum. in tit. de præscri. rerum immobi. §. quæ res. qa primo ostendo ꝙ contraria opi. est verior, & magis cõmunis, vt supra dixi. Plenius secundò dico ꝙ opi. Host. facit pro ipso actore, eo quia fatetur Host. ꝙ vbi debitor iurat se soluturum ad certum tempus, tunc concurrente mala fide non pręscribit, & periurium incurrit, & peccatum, per d. c. debitores. Præterea dicit Host. ꝙ indistinctè non potest cum mala fide præscribi actionibus realibus, quia clarum est quod in illa pręscriptione non currit nisi mediante possessione. ca. sine possessione, de reg. iur. in 6. Et per consequens in illis non potest negari quin habeat locum dispositio. d. c. fi. cum si. Sed verbo fertur, ꝙ in dicta causa deducta fuit actio realis scilicet hypothecarię actionis bonorum factæ in instrumento, ergo etiam secundum opi. Host. & omnium pręscriptio non procedit. Item non obst. qđ no. Inn. in d. c. cura. quia respon. ꝙ Inno. loquitur tantum in casu in d. c. cura. in quo casu toleratur illa pręscriptio. imò etiam reprehenditur ille intellec. & intelligitur ille tex. quando præscribentes non erant in mala fide. Nec etiam ob. quod not. Inn. in c. quia plerique. quia ibi Inno. loquitur habito respectu ad ius ciuile, quod patet, quia Inn. loquitur tam in actionibus realibus, quàm personalibus, quod colligitur dũ loquitur in possidente, & etiam indistinctè loquitur, & tamen clarum est ꝙ non dubitabat. imò quod de iure cano. in realibus actionibus non procedat pręscriptio cum mala fide, per ea quæ supra dicta sunt. Nec etiam ob. ea quę no. Bart. in d. l. hoc autem iure. cum concord. quia respon. ꝙ Bar. cum reuerentia non bene respondet ad d. c. fi. in versi. rei alienę. & ad dictum capitulũ possessor. vt ego plenius ostendi. Similiter nec etiam obst. ꝙ statutum tollat obligationem ciuilem & effectum naturalem, vt dicit Bar. in d. §. si viam. quia respon. quod illud est verum vbi illud statutum teneret sed dico ꝙ statutũ non tenet rõne peccati, vt ipsemet tenuit in d. l. omnes populi. & omnes sequuntur, quos supra recitaui. Et eodem modo respon. ad no. per Ang. in l. j. C. de iud. & Bal. in d. c. si quis per 30. quia dicta eorum procedere possunt, vbi est alia causa quàm negligentię statutũ introduxisset dictã pręscriptionem, sed vbi nulla alia causa mouet statuentem, tũc non valet statutum, cũ dolus & mala fides præscribentis præponderat negligentiæ non petentis, vt ipsemet tenuit in distinctione Ange. in l. de quibus. ff. de leg. & in d. §. si viã. & Bal. in d. disputatione, statuto cauetur ꝙ fœnera-
9 tor. ¶ † Non ob. ꝙ saltem quò ad hęredes dicti Ant. qui habent iustam ignorantiam & pręsumptã bonam fidem, procedat dicta pręscriptio per no. per Dyn. in dicta regula, possessor. cum concor. quia respondeo ꝙ posito ꝙ vera esset opi. Dy. tamen nõ potest verificari, quia Dy. & sequaces dicunt si hęres voluerit ex persona sua inchoare & complere pręscri. ꝙ possit, sed hæredes Antonij ex personis eorum non potuerunt inchoare seu complere pręscriptionem tam iuris communis, quàm municipalis quia non sunt vltra 6. vel 7. anni ꝙ Ant. decessit ergo sumus extra terminos Dyn. nec tempus quo vixit Ant. qui fuit in mala fide põt iungi cum tempore transacto post mortem eiusdem Ant. l. Pompo. §. fi. de acqui. pos. & l. an vitium. in prin. de diuer. & temp. præscri. Preterea etiam illam opi. Dy. repre-
10 hendit do. Ant. Imo. d. Abb. in c. si diligenti, de pręscri. † cum teneatur hæres de iure cano. exonerare suam & defuncti consciẽtiam, vt in c. fi. de sepu. quam aliter exonerare non potest, nisi rem restituat. Item dicit do. Abb. ꝙ tex. in d. l. cum hęres. cum sequenti. de diuer. & temp. pręscr. cum l. sequitur. §. si hęres. ff. de vsuc. non reperitur correctus de iure cano. ergo dispositioni dictarum legum est standum tam in foro ciuili, quàm cano. per no. in ca. j. de nou. ope. nun. cum simi. Ad hoc etiam bene faciunt no. per Sal. in auth. ad hoc. C. de vsu. versi. sed quid dicimus de hærede pręscribente &c. & idem tenet Inn. in c. fi. de pręsc. & Pau. de Ca. in l. 3. & l. sequitur. §. si hęres. ff. de vsuc. & Ro. in d. l. Pomp. §. cum quo. de acqui. pos. sentit Io. An. in addi. Spe. in ti. de pręsc. §. superius. ver. quid si depictor &c. ¶ Nec ẽt ob. id quod per nonnullos audio allegari, videlicet ꝙ dictus Sagra erat minor 25. annis, & adultus, in quo dicunt non cadere, neque pręsumi malam fidem, quia respondetur hoc verum non esse, quia in adulto adest pręsumptio doli, & malęfidei, vt probatur in l. si minor. ff. adult. & in l. 1. C. si aduersus. & in l. si ex causa. §. nunc videndum, de mino. & in l. impuberem. cũ ibi no. de fur. ꝙ in delictis in non commitendo perpetratis nõ excusatur si excessit annos 18. prout Sagra. excesserat, vt not. Bart. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & in quolibet adulto cadit peccatum, & sic mala fides. no. Inn. in c. cum in tua. in glo. in versi. teneris. qui mat. accu. pos. & ponderat istud Bal. in materia nostra in auth. ad hoc. C. de vsur. versi. vlterius quęritur quid si pręscribens. ¶ Nec ẽt ob. pro parte d. Sagr. ꝙ non potuit tanquam minor obligari non seruata solemnitate dicti statuti, quia si considerentur verba statuti non obstãt ꝙ Sagra. vel quispiam ex eis fuerit minor 25. annis, imò verba ambigua sunt, & ideo non probant. c. in pręsentia. de prob. ¶ Pręterea in dicto instrumento nõ dicitur ꝙ si aliquis sit minor 25. an. sed simpliciter dicitur ꝙ minor ex eis &c. sed minor potest accipi pro minore 25. ann. vt in ti. ff. & C. de mino. Item potest sumi minor respectu alterius maioris ętate, sed qui sit ętate minor. c. j. de paroc. l. minor autem magistratus. de mino. & ideo ista verba
11 tanquam obscura non probant d. c. in pręsentia. ¶ † Pręterea dictum statutum non potuit tollere virtutem iuramenti pręstiti in contractu per dictum Sagra. per auth. sacramenta, cum ibi no. per Bal. C. si aduer. ven. & Bart. in l. omnes populi. in 7. q. principali. de iusti. & iur. Ang. in d. l. de quib. ff. de leg. & Bal. in l. 2. in fi. C. de indi. vi. in c. 1. §. item sacramenta. de pa. iur. fir. & Imo. in l. si quis inquilino. §. fi. de leg. 2. & An. Cardi. & Imo. in c. cum contingat. de iureiu. & Pet. de Anch. in repe. c. canonum. de constitu. versi. quid dices in materia iuramenti. & Pau. de Cast. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. cum concord. ¶ Et per pręd icta patet non procedere gl. in l. adigere. §. quamuis, de iure patr. quę dicit quòd lex habet vim apostolici remittendo iuramentum, quia dico quòd illa gl. procedere posset quando iuramentum esset contra publicam vtilitatem. & ita illã gl. intellexit Bal. in l. si in vlt. col. C. de nõ nu. pe. vel põt dici qđ dũ illa gl. voluit ꝙ lex habet vim apostolici in remittẽdo iuramentum, intelligat de lege canonica, non autem potest hoc lex ciuilis, vt no. Host. & Io. And. in c. quemadmodũ. de iureiu. Ex quibus concludo non obst. excep. per hęredes Anto. Sagra. pronunciandum esse in fauorem hęredis Catharinę.

ADDI-

ADDITIONES.

a ¶Host.Bal.consi.437.lib.j.Bonifac.de Vitali.clem.j.col.3. super glo. versi.donec.de reg.iu.Cor.consi.206.lib.2.consi.296.litera o,libro 3. consi.277.lib.4.deci.Tholo.73.Et est veritas, quia dico quòd in istis sola scientia debiti non inducit malam fidem nec impedit præscribi,sed positiua mala fides debitoris, vt quia celat debitum vel continuata gratia creditoris expressam vel tacitam recognitionem implicans bene impediunt præscriptionem: vt latius declaraui in consu. Paris.§.68.Et male consuluit Alex. hic & vbique sequendo simpliciter opinionem contrariam.

b ¶Contrarium.Idem Ale.supra lib.j. consi 102.in fi.& lib.2. cons.185. nu.26.& lib.3.consi.34.consi.69.nu.13.& hoc eod.lib. consi.63. col. 2.& infra lib.5.consi.51.Anch.consi.5.in fi.Pau. consi.98.in fi. lib.2. Fulg.consi.123.ser.P.consi.164.circa primum consi.233.do.Iac.Imo. consi.26.consi.122.consi.123.Phi.Fran.c.possessor.col.2. de reg.iu. in 6.præposi.in §.si quis.per triginta.si de feu. fue. contro. inter do. & agna.in vsi.feu.Fran.Balb.de præscr.2.parte 3.partis prin.q.13.late Steph.Bertran.consi.66. quia per instrumentum lib.3. An. Alcia.l. petens.gl.j.ad fin.C.de pact. sed præcedens opinio practicatur & verior est,modificata vt dixi.

EPITOME.

TESTATOR instituit Thadæum & Antonium filios suos hæredes,& si Antonius esset presbyter, voluit eum post mortem suam restituere portionem suã Thadæo. Accidit ꝙ Antonius non est factus presbyter,sed decessit sine liberis superstite Thadeo, qui petit fideicommissum.decidit Alex.ꝙ rectè petit, quia conditio,si erat presbyter, non videtur apposita propter se,sed contemplatione carentiæ liberorum, & sic satis in effectu impletur eo decedente sine liberis, quia probatur hanc fuisse intentionem testatoris ex his quæ in testamento & extra dixit suæ intentionis esse ꝙ si Antonius decederet sine liberis bona deuenirent ad Thadæum.Et quando conditio apponitur propter aliquẽ effectum resultantem ex ea, non est necesse ꝙ impleatur in forma specifica, sed satis est ꝙ per æquipollẽs ex quo sequitur ille effectus. nu.6.decidit etiam si testator legauit vxori mille fruenda donec vidua manserit, & post eius mortem voluit ea peruenire ad Titium, si vxor secundò nubat,dicta mille statim debẽtur Titio, & non ad hæredes testatoris etiam viua muliere. nu. 7.deinde nu. 10. vsque ad fi. ponit quatuor ex quibus voluntas testatoris probatur.h.d.

CONSILIVM. C.

Visa Parte testamenti illa in qua Thadęus est substitutus
Antonio fratri suo. ¶Videtur prima facie dici posse
fideicommissi diem non cessisse, sed tanquam defecta condi-
1 tione penitus extinctum esse. ¶†Et primò,quia quandocunq;
aliqua dispositio est concepta sub pluribus conditionibus,ne-
cessarius est omnium concursus, ad hoc vt talis dispositio ha-
beat effectum.l.si hæredi plures.ff.de conditio.instit. de hære.
insti.§.si verò plures. sed in d. fideicom. duę fuerunt appositæ
conditiones,mortis,ac presbyteratus, quę secunda nunquam
2 fuit adimpleta,ergo non potest fideicommissum peti.¶ † Secũ
dò,quia hoc onus fideicommissi videtur esse nullum, cùm sit
relictum sub conditione si grauatus erit presbyter, & sic per
ipsum retrahitur a religione.argu.tex. authen.de sanctis. epis.
§.sed & hoc præsenti.& no.Bart.in l.2.ff.de his quæ pœnę no.
& Ioan.And.in additio.Spe.in tit.de sta.mona.in rub. & Ant.
de But.& alios in c.in præsentia,de probationibus.& Lu.Ro-
ma.in l.stipulatio hoc modo concepta, de verborum oblig.&
Matthæsi.no.52.& Alb.de Ros. in secũda parte statuto.q.155.
& est tex.in terminis nostris in l.quoties. ff.de condi. & dem.
vbi si testator mulieri legauerit sub conditione si non nupse-
rit,& eius fideicõmissum sit,ut Titio restituat,si nubat,ꝙ nihi
lominus si nupserit, poterit petere legatũ, nec fideicõmissum
præstare cogitur, tanquã inuitans ad nõ nubendũ,ergo multò
magis non debet valere,qñ per illud inuitat᷑ ad non amplecten
dum religionem, vel ipsam amplexam dimittendam. dicto §.
3 sed & hoc præsenti.cum no.in locis supra allegatis. ¶†Tertiò
voluntas patris testantis inter filios est in dubio interpretanda
taliter quòd inter eos resultet æqualitas, non autem inæquali-
tas,vt nota.in l.cum pater.§.pater pluribus. ff.de lega.2. ergo
dicamus mentem defuncti fuisse substituere Ant. in casu tan-
tum in quo esset presbyter,prout expressè dixit. vbi verò esset
secularis,tunc sicut non substituit Thadæo, ita nec intelliga-
tur substituisse Anton.non distincto an habuerit filios vel nõ,
sicut in persona Thadæi, & hoc modo æqualitas erit inter fi-
4 lios seruata &c. ¶ † Quartò vbi verba sunt clara, & aperta, ab
his non est recedendum.l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de le.
3.l.non aliter.eo.ti.l.j.§.si is qui nauem.ff.de exerci. sed verba
testatoris sunt clara importantia fideicommissum solum in ca
su in quo Ant.esset presbyter, ergo ab his non est recedendũ.
si enim voluisset in alio casu substituere, vtique testator sciuis
set exprimere.l.vnica.§.sinautem ad deficientis. C.de cad.tol-
a len.¶His tamen [a] non obstantibus, in contrariam partem sen-
5 tio,præmittendo † ꝙ materia fideicõmissorum est taliter fun-
* data in voluntate defuncti * ꝙ quibuscunque uerbis * coniectu
* ris,seu præsumptionibus potest apparere, sufficit ad inducen-
dum fideicommissum. Nam quamuis olim essent quædã uer-
ba specialiter deputata quibus fideicom.conficiebantur.insti.
de sing.re.per fideicom.reli.in §.pen. fuit postea statutum per
quæcumque uerba, & quomodocumque constaret de uolun-
tate defuncti fideicommissum induci.l.2.C.communia de le.
l.unum ex familia.§.fin. ff.de lega.2. l.cum proponebatur ubi
optimus tex.eo.ti.l.fideicom.§.hæc uerba.& l.nutu. ff.de leg.
6 3.l.mulier. in princip. ad Treb. ¶ † Ex hoc præmisso descen-
dit quòd quamuis testator apposuerit unam conditionem spe-
cialem, si tamen testator apposuit illam propter aliquem effe-
b ctum [b] resultantem ex ea conditione, non est necessarium ꝙ il
conditio adimpleat᷑ in forma specifica,sed satis est ꝙ per ęqui-
pollentem,per quam sequatur effectus consideratus per testa-
torem, ualebit enim fideicõmissum ac si expressa conditio for
maliter fuisset impleta.Casus est ĩ d.l.mulier.in prin.ubi dici-
tur ꝙ mater grauauit hęredẽ suũ ut restitueret hęreditatẽ filijs
suis post mortẽ eorũ patris,qui cum eos emancipasset, fuit du
bitatũ an cessisset statim dies fideicõ. an uerò esset expectanda
mors patris,& videbatur dicendum expectandam esse dictam
mortem, quę fuit posita in conditione. In contrarium tamen
refert ibi iuriscõsultus fuisse determinatum per Imperatorem
attenta verisimili mente matris, quę ideo censetur apposuisse
conditionem mortis patris, vt hęreditas pertineret ad filios,
non autem ad patrem,quod pariter habet locum siue per mor
tem,siue per emancipationem sint effecti sui iuris.& dicta de-
cisio procedit nõ solum si fideicom.seu legatis, verum ẽt in hę
redũ institutione.Casus est in l.3.C.de insti.& substi.&c. & ta
men strictius solet procedi in institutione hęredum, quam in
fideicom.l.iubemus. C.de testa.iuncta.l.nutu.ff.de lega.3. Et
idem etiam in qualibet alia dispositione, vbi in conditione cõ-
sideratus est magis effectus quam forma,& ita cõcludunt Bar.
& alij scribentes post eum in l. Gallus. §.& quid si tantum.ff.
de lib.& posthu. ¶ Et ideo refert Ioan.And.in addit. Specu.in
7 titu.de secun.nup.in rub.† fuisse disputando determinatum *
* ꝙ si testator filijs institutis legauit B.vxori mille ad fruendum
toto tempore, donec honestè vixerit sine viro, post eius vitam
voluit dicta mille peruenire ad Titium, si pędicta vxor secun
do nupserit, & sic expirauit legatum, prædicta mille perti-
nebunt ab dictum Titium, etiam viuente dicta muliere, non
c autem [c] ad hæredes testatoris, quia paria sunt legatum finitũ
esse per mortem mulieris, vel per transitum ad secunda vota,
quamuis testator alterum casum tantùm considerauit.arg.d.l.
3.& d.l.mulier.supra allegat. Et idem reperitur inter lecturas
Bar.ipsum Bar.tenuisse.in auth.hoc locũ.in repe.C.de secun.
nup.vbi ad partes arguit in d.q.& tandem post Ray.concludit
vt supra licet multi dubitent,an illa fuerit Barto. idem tenuit
Pau.de Cast.in d.l.3.in l.si quis hæres ita. ff.de acqui.hæredi-
ta. ¶ Conferendo ergo supradicta ad casum de quo agitur.di-
co conditionem illam,si erit presbyter, fuisse appositam pro-
pter effectum,qui sequitur ex presbyteratu,ex carentia libero-
rum,quamuis ergo non fuerit presbyter,si tamen decessit sine
liberis, quorum respectu fuit positum in conditione sacerdo-
tium satis dicitur conditio adimpleta,& dies fideicom. cessis-
8 se per ea quæ supra dicta sunt. ¶†Quòd autem testator habue-
rit hanc mentem ostenditur ex pluribus.Et primò, quia quan
docunque unica ratio tantum potuit esse quæ mouerit confi-
cientem aliquam dispositionem,illa debet esse in consideratio
ne ac si per dispositionem fuisset expressa.l.2.ff.de libe.& post
hum.

hum.l.fundum qui loca.ff.de fund.instr.l.si optio.ff.de optio.
leg.no.gl.& ibi Bart.in l.quamuis.C.de fideicom. & in l.maxi
mum vitium.C.de liber.præ. Sed nulla ratione potuit moueri
testator ad apponendum conditionem illam, nisi respectu ca-
rentiæ liberorum, ergo illa debet esse in consideratione, ac si ex
pressa fuisset per testatorem, quo casu non esset dubium fidei-
com.esse præstandum. Quòd autem vnica fuerit ratio hic ostẽ
ditur a sufficienti enumeratione. Nam aut testator apposuit il-
lam ob causam supradictam, aut ad finem vt filius timore one-
ris sibi iniuncti retraheretur a sacerdotio, neque vltra supradi-
ctas causas video posse quoquomodo aliam imaginari. Sed ista
secunda non potuit esse vt statim apparebit, ergo remanet tan-
tum prima. Nam constat patrem fuisse illum, qui voluit eum
esse clericum, vt peruenirct ad sacerdotium. Repugnaret autẽ
voluntati suæ, si diceremus habere locum secundam rationẽ,
9 †neque etiam præsumitur mutatio voluntatis.l.eum qui.ff.de
prob.l.fideicom.§.si rem.ff.de legat.3.l.cum hic status. §.j. ff.
de dona.inter vir.& vxo.c.maiores. & quod ibi no. in verbo,
perdurare.de bap.& præsertim cum nulla superuenisset causa
de nouo, qualiter pater debuerit voluntatem mutare, imò po-
tius perseuerandi causa, vt referunt testes Antonius erat defor
mis.& malè a natura dispositus, & huiusmodi filios patres po-
tius obstant esse clericos, quàm vxorem ducere. vt experientia
docet. ¶Item quia si pater voluisset eum retrahere a sacerdotio
grauasset eum in vita restituere aliquam partem hæreditatis,
non autem post mortem, quo casu potuisset subesse etiam alia
ratio, quia testator grauasset sub dicta conditione, quasi sacer-
dotes possint esse cõtenti minori parte bonorum paternorum,
cum non sustineant onera matrimonij, atque habeant alios in
troitus ex sacerdotio, & ex beneficijs. Sed hæc omnia cessant
cum non in vita, sed in morte fuerit grauatus, quo casu sola ra
tio carentiæ liberorum, potuit vrgere. ¶ Ex quibus apparet ꝙ
cum cessent aliæ rationes de necessitate ad istam tanquam vni
cam oportet condescendere. Secundo probatur ex his quæ ele
ganter ponuntur per Bart.in l.2.ff.de vulg.& pup. in 5.q.prin
10 cipali. in versi. ex quibus præsumatur voluntas &c. † vbi di-
cit ex quatuor principaliter probari voluntatem defuncti.
¶Primò per ea quæ testator dixit extra testamentum.arg. l.quo
ties.§.j.& quæ ibi no.ff.de hære.insti.& de legat.1. l.si quis in
fundi vocabulo. ¶Ad idem l.si seruus plurium. §.fi.ff.de leg.j.
Constat autem in casu nostro, qualiter sæpius solitus erat dice
re ꝙ si Antonius decederet sine liberis intendebat bona deue-
nire in Thadæum, & ita deponunt nonnulli testes sępius audi
uisse ab eo ante tempus testamenti. & quamuis aliqui dicant
ꝙ etiam econuerso si Antonius superuiueret ipsum substitue-
ret Thadæo decedenti sine liberis, nihil habet obstare. quin
summatur probatio voluntatẽ defuncti fuisse substituere Ant.
11 in casu defectus liberorum. ¶†Secundò ex his quæ testator di
xit tempore conditi testamenti, quod etiam habet locum in ca
su nostro. Nam nonnulli testes expresè deponunt testatorem
tempore conditi testamenti fecisse mentionem ꝙ si Ant. dece-
deret sine filijs &c. & sic constat habuisset in consideratione
defectum liberorum eius. ¶Tertiò ex conditione personæ, cui
facta est substitutio, possumus arguere voluntatem defuncti, li
cèt Bart. ad propositum suum consideret conditionem perso-
nę matris substituti, erat enim clericus, & tendebat ad presby
teratum, qui necessario infert carentiam liberorum. ¶ Quarto
considerat Bart. qualitatem personæ substitutæ, a qua arguit
voluntatem defuncti, hoc etiã militat in casu nostro. Est enim
substitutus filius testatoris ad quem est credendum voluisse
pertinere bona & patrimonium suum.l.cùm acutissimi. C.de
fideicom.l.generaliter.§.cum autem. C.de institu. & substitu.
¶Ex quibus omnibus simul iunctis, videtur efficacissimè esse
probatum ad quem effectum testator posuerit conditionem il
12 lam & eius voluntatem fuisse. prout supra dictum est. ¶†Licèt
enim dubiam mentem defuncti ex coniecturis præsumptioni
bus & indicijs declarare.l.hæredes palam. §.si quid post.ff.de
testa.d.l.si seruus plurium. §.fi.de leg.1. & in alijs iuribus su-
perius alleg. Ad cuius declarationem etiam duo testes suffi-
ciunt, secundum glo. Dyn. Bartol. & alios scribentes in d.§.si
quid post.& Bart.in d.l.2.de vulgar.& pupil.in q. princ. in 3.
effectu.in versicul.quæro tertio, & renoco in dubium. Bald.&
Salic.in l.quamuis.C.de impube.& alijs substitu.& alleg. per
Oldr.consi.297.in secundo dubio. ¶Non obst.adducta in con
trarium, & ad primum respondetur quòd verificatæ sunt am-
bæ conditiones in effectu, nam verificata est conditio mortis.
item conditio presbytera. secundum illum effectum ad quem
fuit posita, æquipollet enim conditioni si liberos non habuit.
vt ex supradictis apparet. ¶Vnde non habet obstare. l.generali
ter.in princ. C.de instit. & substit. sub condi. quam in dubijs
transmissis alleg.d.iudex, quia ego non dico quòd duæ sint cõ
ditiones, vna presbytera. altera defectus liberorum, sed dico
ꝙ est vna & eadem conditio habito respectu quòd condi. pres
bytera.non fuit posita propter se, sed respectu qui sequitur ex
sacerdotio, & sic est perinde ac si testator dixisset. Si Anto.non
habuerit filios, post mortem suam substituto Thadæum. ¶Nõ
obst. quod in secundo loco allegatur, quia vt supra est osten-
sum, apparet qualiter illa conditio non fuit apposita ad retra-
hendum Ant.a sacerdotio, & sic non fuit apposita propter se,
sed propter effectum id est propter carentiam liberorum. Sicu
ti ergo si in veritate testator dixisset, si Anto.decesserit sine li-
beris, substituo Thadæum, nemo diceret, fideicom. onus re-
mittendum, quamuis Ant. videatur quodammodo inuitatus
ad dimittendam viam sacerdotij, & ad contrahendum matri-
monium, vt sine liberis non decederet. Ita propter istam con-
ditionem, si erit presby.quæ ad eundem effectum tendit, non
autem est posita propter se, & æquipollet illi, vt supra est di-
ctum, non est remittendum fideicom. ¶Nemo enim negat, ne-
que negare potest quin valida & efficax sit conditio ista, si sine
liberis decesserit, & quin fideicom. sit præstandum, & tamen
per indirectum videtur etiam si quis retrahitur a religione.
Ita ergo quando effectus istius conditio est clarus virtualiter
in illa conditione, si erit presbyter. Contraria autem procedũt
vbi non fuisset consideratus defectus liberorum, sed ipse pres-
byter per se, & simpliciter, & ita procedit tex. in d.l.quoties,
de condi.& demon. Nam ibi expresè apparet onus fideicom.
impositum fuisse ad impediendas nuptias, quæ non est in ca-
su nostro. ¶Accedat etiam, quia non est verisimile quòd timo
re dicti oneris quis retrahatur a tanta dignitate, qualis est pres
byteratus, vt in simili casu dicit Ioan.de Imo. in l.Lucius.ff.de
hære.insti.& præsertim, quia tenendo quòd talis conditio fue
rit apposita propter liberos, non est certus euitare dictũ onus,
licèt renuat esse presbyter, cum etiam extra sacerdotium pos-
sit decedere sine filijs, prout accidit ei. ¶ Non obst. tertium,
quia ad illud respondetur, quia in incertis, non certis locus est
coniecturis.l.continuus.§.cum ita. ff.de verbo.oblig. Constat
autem apertè voluisse seruare æqualitatem cum aliquo casu
Thadęum substituerit Ant. In illo verò casu Anto. Thadæo, &
quãcunque interpretationem faciamus super intellectu illius
conditionis apparet quòd substitutio non est reciproca. Pręte-
rea est ratio probabilis istius inæqualitatis, nam testator cogi-
tauit statum in quo erat Antonius, secundum quem verisimi-
liter inferebatur carentia liberorũ, sed status in quo erat Tha-
dæus non persuadebat sibi defectum filiorum, neque videtur
posse cum ratione dici quòd testator voluerit potius substitue
re Thadæum post mortem Antonij decedentis sine liberis in
presbyteratu, quam in statu laicali, & cum nulla penitus pro-
babilis ratio dici & allegari potest, ergo eadem censura vterq;
casus iudicandus est d.l.3.C.de instit.& substi. & d.l.mulier.
Ratio ergo inæqualitatis surrexit ex diuersitate statutorum,
quorum alterum inferebat defectum liberorum, alterum non.
13 † Semper enim in consideratione esse debet illud quod eueni
re potest, attento præsenti statu rei vel personę.l.si idem cũ eo.
§.fin.cum ibi no.per Cyn. & Bald. ff.de iurisdi.omn. iudic.&
per Bart.in l.inter stipulantem.§.sacram. de verbor.obligat.&
quòd ex Thadæo cogitauerit nascituros liberos, apparet, quia
eos substituit dicto Ant.vt ex tenore testamenti apparet. argu.
l.qui filiabus.in princip. ff.de legat.1. Accedat etiam quia te-
stator moueri potuit ex qualitate personarum, iudicauit enim
magis idoneum ad testandum, & disponendum de rebus suis
Thadæum, quàm Antonium, qui secundum testes parum erat
mentis compos. ¶ Ad quartum respondetur quòd verba sunt
clara, neque de his aliquid in dubium reuocatur, sed tantum-
modo disputatur de eorum effectu id est ad quem finem testa-
tor posuerit dictam conditionem, & dicimus eam fuisse appo
sitam propter necessarium effectum qui resultat ex dicta con-
ditione, videlicet quòd si Ant.moriatur presbyter, nulli remã
suri ex eo sint liberi, quo casu amantissimus pater & prudens
testator

tastator voluit bona sua ad alterum filium vel eius filios masculos pertinere, prout est commune votum in parentum. l. cum acutissimi. C. de fideicom. cum simil. hoc comprobatur per d. l. 3. & d. l. mulier. in quibus verba erant clara & aperta, sonabant enim ꝙ filij essent hæredes vel fideicom. post mortem eorum patris, & tñ Imperator determinat idem, si alio modo viuente patre liberarentur a patria potestate, puta per emãcipationem, licèt verba hoc formaliter non importarent. Ex quibus omnibus ego concludo diem dicti fideicommissi cessisse, bonaque primi testatoris restituenda esse Thadæo, iuxta formam iuris, quam sententiam consulendo sequor, ac etiam iudicando audacter sequerer, quia est conformis voluntati defuncti. Alexand.

ADDITIONES.

a ¶His tamen contrarium tenet Ias. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum licet Alcia. li. 3. pag. 68. de verborum significationibus & est verius, quia conditio, si erit presbyter per se iusta est ad inducendum fideicommissum post obitum & est valida conditio quicquid hic Alex. dicat rectè tamen consuluit in hoc casu ex quo per testes probatum est de voluntate testatoris quòd habuit respectum non ad presbyteratum sed ad carentiam liberorum alias dictum fuisset fideicommissum defecisse.

* Defuncti.] Fideicommissum induci ex coniecturata mente, quamuis verba deficiant, ostendit etiam per plura Ias. consi. 52. colum. 5. li. 3. & consi. 66. colum. 2. eodem lib. tamen ibidem col. pen. sentit oppositum, nisi coniectura sit necessaria. Natta.

* Quibuscunque verbis. Vide Dec. not. consi. 205. duobus locis. & consilio 15. col. 2. & consi. 186. col. 2. & consi. 465. per totum, vbi vult, mẽtem esse è verbis colligendam. latè hac de re Franc. Cur. consi. 76. 4. libro Natta.

b ¶Effectum. istud est dictum Bald. in l. si duo patroni. §. pen. de iure iur. in l. fideicom. §. si cui ita. de leg. 3. cap. fi. de præsump. adde Deci. consi. 77. Nico. Eueral. in loc. alleg. loc. ab æquipollentibus.

* Vbi dicitur.] Ad idem ex tex. in l. liberto. §. fi. ff. de an. leg. Et vide quid per illum tex. in no. casu responderit Alex. consi. 34. supra lib. 2. & sequitur Decius consi. 227. col. pen. vbi vult, quòd substitutio facta filio in casu mortis, procedat si non nascatur. Natta.

* Determinatum.] Vide Soci. consi. 5. lib. 3. vbi in illo casu discedit ab hac decisione. & Io. And. sequitur Alexand. consi. 130. li. 2. vbi etiam consuluit in pulcherrimo casu & in paribus ferè terminis, consuluit Dec. consi. 397. dub. 1. & Io. And. sequitur Rui. consi. 60. col. fina. lib. 2. Vide eundem Ruin. in repet. §. Et quid si tantũ. ff. de lib. & posthum. vbi tenet contra Alexand. & ibi vide Ias. vlt. lect. Et consi. Alex. hic sequitur simpliciter Ias. consilio 303. lib. 2. Et decisionem Ioan. Andreæ sequitur Curt. Iunior adducens alios, consilio 83. colum. 5. Natta.

c ¶Non autem idem Albe. Bal. d. aut. hoc locum. Bal. Pau. l. ambiguitatem. C. de vsufru. Alexan. Cor. & alij in l. 3. C. de institutioni. & substi. Alex. in l. mulier. in princ. ad. Treb. Soc. consi. 3. lib. 1. consi. 5. libro 3. Cur. sen. consilio 51. Ias. l. si extraneus. de condi. causa da. & in d. §. & quid si tantum. lec. j. in l. Titius. §. j. de lib. & posthu. in l. tale pactum. §. fi. de pac. Cur. iuni. consi. 19. For. Gar. d. §. & quid si tantum. nu. 93. & omnes vbique excepto solo Alcia. lib. 3. pag. 64. cui in hoc subscribo. & plus dico non esse hic faciendam differentiam an dictio tunc sit apposita vel non. sed indistinctè non deberi legatum nisi post diem vel conditionem illi appositam, nisi ex alijs coniecturis vel dictis testatoris appareat de pleniori eius voluntate vt latius dixi in d. l. vxori vsufru. de vsu. & vsufr. legat. in not. intellectu.

CONSILIVM CI.

Continetur in consil. 166. supra lib. 2. vbi videas.

CONSILIVM CII.

Erat hic truncatum sed plenè habes supra lib. j. consi. 27.

CONSILIVM CIII.

Lege supra lib. j. consi. 91. quod hic triplicabatur. vide etiã consi. 11. lib. 3. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Bona dicens peruenisse ad filium ex hæreditate patris, debet probare.*
2 *Instrumentum quò ad alias personas non est instrumentum.*
3 *Curator circa nomina, non tenetur nisi de lata culpa.*
5 *Iudæus transiens ad Christianismum licèt debeat restituere vsuras pauperibus, bona tamen retinet, quæ non ex vsuris habebat. & nume. 6.*
7 *Quæstio refricari ei non potest cum quo contractum est. & numero 8.*
9 *Ecclesia non venit appellatione pauperum.*

CONSILIVM CIIII.

In causa & lite inter Leonem & Iacobum Hebræos, quondam Emanuelis de Nursia appellãtes, & assertum procuratorem fiscalem cameræ apostolicæ appellatum, quia causa coram iustissimo & præstantissimo iudicante vertitur, paucis absoluam, præsertim ob maximam rei euidentiam, in qua nullam penitus dubietatem subesse comperio, igitur de iustitia & iniustitia dictæ sententiæ latę per episcopum Cremonensem assertum delegatum apostolicum infra patebit in qua in effectu dictos Hæbreos declarauit esse debitores cruciatæ in & de tanta quantitate pecunię, quanta fuit illa quæ fuit consignata Emanueli & Begnamino fratri Ioannis ser Bartholomæi, secundum ꝙ in instrumento diuisionis continetur, saluo iure dicti Iacobi, & Leonis iudicãtis. 1477. prout latius in dicta sententia. ¶ Et quod dicta sententia fuit iniusta, patet manifestè, quia in dicto instrumento diuisionis bonorum communium fuit facta diuisio bonorum quomodocunque communium inter Emanuelem quondam Leonis & Emanuelem quondam Begnamini nec apparet quæ & quanta essent bona communia inter eos prouenientia ex hæreditate patris dicti Ioannis Bartholomæi. & quæ & quanta essent bona, quæ inter eos essent communia. & aliunde prouenientia,
1 † ergo si procurator fiscalis volebat, & prætendebat dicta bona de quibus agitur spectasse ad Ioannem Bartholomæi tanquam hęredem patris, pro dimidia, debet probare & ostendere ꝙ illa bona omnia, vel pro certa & limitata parte fuerũt hæreditatis dicti Begnamini, quia ad eum qui allegat quod bona obuenta filio, obuenerint sibi de bonis & hæreditate patris, & non aliunde, spectat onus probãdi, vt in terminis decidit Bal. in auth. ex testamento. versi. 10. capitulum &c. C. de colla. & Bal. in l. cum oporter. in prin. C. de bo. quę liber. vnde non est probatum nec productum instrumentum diuisionis nec aliud
2 &c. ¶ † Secunda ratione apparet de iniustitia sui, quia dictum instrumentum diuisionis factum inter alias personas, nõ facit probationem saltem plenam quò ad alias personas, scilicet, Emanuelem de Nursia, qui instrumento non interfuit. l. j. & per totum. C. res inter alios acta capitulo quamuis. de re. iu. Nam illud instrumentum bene probat quod diuisio fuit facta inter
* illos, sed non obligat alium, qui non interfuerit, * quia quò ad eos qui interfuerunt, non dicitur esse instrumentum, quia ad hoc vt sit instrumentum, oportet notarium esse rogatum a partibus, vt in authen. de tabel. §. nos autem. l. si quis ex argentarijs. §. pertinere. ff. de eden. vnde quò ad eos qui non rogarunt,
* non dicitur esse instrumentum. * Et ita declarat Bald. in rubr. C. de fide instru. & in l. desiderium. C. deposi. & in l. 2. C. de eden. ¶ Tertia ratione apparet eiusdem de iniustitia, quia prę ter illa bona, quę fuerunt assignata fratri Io. Bartholomęi, omnia alia fuerunt assignata Emanueli Leonis consanguineo suo pro sua parte, nec apparet ꝙ pars quę contingebat Io. Barthol. fuit assignata Emanueli eius consanguineo. vnde potuit esse ꝙ fratri Io. Bart. fuit assignatum totum illud quod fuit patris eorum, & per consequens non debebat haberè Io. Bart. tantũ quantum assignatum fuit in diuisione fratri suo, sed dimidiã eius totius. ¶ Quarta ratione, quia non apparet quod illud quod debebat de dictis bonis comprehensis in instrumento diuisionis Io. Bart. peruenerit ad manus dicti sui curatoris, vel admi-
3 nistratoris, ergo † curator non erat debitor illius totius quantitatis, sed solum posset esse debitor in eo in quo probatum fuisset eum deteriorasse iura Io. Bar. culpa lata tantũ dicti administratoris, sed si culpa leui vel leuissima, non ita est. casus est in l. 2. C. arb. tut. & in l. si tutor constituit. & ibi no. de admini. tuto. ¶ Quintò probatur, quia cõmissio facta d. episcopo est, si reperiret pecuniam dicti pupilli, scilicet Io. Bartholomęi peruenisse ad Emanuelem de commissione eius tutoris, & apud dictũ Emanuelem remanserit post mortem Ioan. Barthol. & eas continuò in vsuras exercuerit &c. vt latius in dicta commissione, quę est stricti iuris, & fines eius non possunt excedi. c. cum dilecta. de rescriptis. ca. quoniam alias. de officio dele. vnde consequenter cũ constat dictas pecunias Io. Bartho. post mortẽ Ioannis Bartholomæi non remansisse apud dictũ Emanuelem de Nursia, imò apparet per instrumentam productum ꝙ Emanuel de Nursia in vtilitatem Ioan. Bartholomæi exburslauit

ſauit quantitatem ducatorum ducentorum, & non apparet aliam pecuniam prædicti pupilli remanſiſſe apud dictum administratorem, nec eum pecunias aliquas dicti Ioan. Bartholomæi extorſiſſe ſub fœnore, ergo non ſumus in caſu ſuę commiſſionis, etiam ſi dictæ pecuniæ fuiſſent minus legitimè reſtitutæ, ſatis eſt enim ꝙ non remanſerint apud tutorem, vt in commiſſione continetur. ¶ Sextò confirmatur, quia dato ꝙ forma commiſſionis factæ d. epiſcopo in aliquo non obſtaret dicto procuratori fiſcalis, tamen adhuc per inſtrumenta confecta Ferrariæ, apparet dictum adminiſtratorem ſoluiſſe, & legitimè abſolutum fuiſſe a dicta pecuniarum quantitate, quæ apud eum fuiſſet, occaſione dictæ adminiſtrationis ſibi decretæ, ac etiam dictum adminiſtratorem fuiſſe, & reſtaſſe creditorem in ducatis mille ducentis, & nonaginta tribus, etiā antequam ſolueret dictus adminiſtrator prædicto Ioan. Bartholo. quantitatem ducatorum duorum millium, pro conſtructione cuiuſdam fabricæ, pro qua ſolutione ducatorum duorum millium habuit ceſſionem iurium & bonorum dicti Io. Bart. quæ bona Ioan. Bartholo. non aſcendebant niſi ad ſummam ducatorum mille octingentorum, & de his oībus apparet ex rationibus calculatorum electorum per dictas partes in ciuitate Ferrariæ. ¶ Nec ad prædicta obſtat, ſi dicatur quod Ioan. Barthol. erat & fuit Chriſtianus tempore quo dicta quantitas ducatorum duorum millium ſoluta eſt, & quòd non ſpectabat ad eum recipere quantitates pecuniæ, imò illæ erant erogandæ in pauperes Chriſti tanquàm bona ex fœnore acquiſita, iuxta id quod dixit glo. not. in c. Iudæi quorum, de conſe-
5 cratio. diſtinct. 4. quæ voluit † quod bona ex vſuraria prauitate acquiſita per Iudæum debent prius in pauperes errogari q̃ Iudęus ipſe baptizetur, quia ad hoc reſpōdeo primò quòd dictus adminiſtrator antequam ſolueret dictam quantitatem ducatorum duorum millium, non reſtabat debitor in aliquo dicto Ioan. Bartholo. imò reſtabat debitor in ducentis mille ducatis, vt apparet ex calculo. Et iniuſtè fuit compulſus per capturam carceris ſoluere illam quantitatem ducatorum duo-
6 rum milium. ¶ † Secundò reſpondeo quòd bona Iudæorum tranſeuntium ad Chriſtianam religionem ſpectant ad eoſdē, & ea retinere poſſunt ſi non fuerint acquiſita ex turpi quęſtu. ca. Iudęi. el 2. extra de Iudęis. Sed non apparet quòd iſta bona fuerint in totum vel pro parte acquiſita ex vſuris, ergo &c. ¶ Tertiò reſpondeo quod dato quod iſta bona fuiſſent acquiſita ex vſuris, tamen quia ta'ia bona recognoſcebat dictus adminiſtrator Ioannis Bartholo. potuit iure promittere ſibi re-
7 ſtituere. hoc probatur ſic. † Nam nos habemus quòd ſi quis rem quam furto ſubtraxit, deponat vel commodet, depoſitarius vel commodatarius eam ſibi reddere tenetur, & reddendo liberatur. l. commodare, cum l. ſequen. ff. commoda. & l. bona fides. ff. depoſiti. ¶ Et nemo poteſt refricare quęſtionem dominij, a quo rem recognoſcit. l. ſi quis conditionis. & ibi not. C. loca. l. nam & ſi fur. ff. ſi cer. peta. not. in l. ſi alienam. ff. ſolu. matrimo. ¶ Confirmo per ea quę not. Bart. Bald. & omnes ſcribentes in l. filius. C. de pact. & Barto. & alij in l. eum qui ita. §. qui ſibi ad finem. de verborum obligationib. & Angel. in l. fina. in princip. C. eodem. & Bald. in rubri. C. depoſi.
8 in 2. quęſtio & in l. 1. C. quibus res iudi. non nocet. vbi vult quòd † ſi contractus celebratus cum monacho, vel ſeruo aliquid mutuante vel deponente, quamuis actio & obligatio acquiratur monaſterio vel domino, tamen ille qui rem vel pecuniam recognouit, ſeruo vel monacho poſtquam ſecum contraxerit, non poteſt ſibi quęſtionem inferre. & hoc probatur in l. ſi vnus. in principio. ff. de pac. & in l. quod ſeruus. cum ſimi. depoſiti. Sed ita eſt quòd de adminiſtratione dicti Ioan. Bartholo. facta per dictum Emanuelem de Nurſia, dicitur eſſe celebratus quaſi cōtractus inter dictum adminiſtratorem & Io. Barth. l. ex maleficijs. §. ſi quis abſente. & §. de tut. de act. & obligati. & inſti. de oblig. quę ex quaſi contractu. §. j. ergo dictus adminiſtrator ſoluendo ei cū quo quaſi cōtraxit, liberatur, dato ꝙ effecialiter talia bona debuiſſent in pauperes erogari, vel ad alium peruenire. Item reſpondeo ꝙ dato ꝙ
* dicta bona debuiſſent erogari * in pauperes Chriſti tñ verum eſt dicta bona fuiſſe ſoluta pro erogando in pauperes, quia et
9 † eccleſia venit appellatione pauperum, vt in c. relatum. el 2. de teſtamen. ergo cum dictæ pecuniæ fuerunt ſolutæ pro erogando in eccleſiam, ſatis eſt. ¶ Nec prædictis etiam obſtat ſi dicatur quòd ea fuerunt facta coram iudice commiſſario, ſeu delegato, de cuius commiſſione nihil apparet, & ſic debet eſſe nulla tanquàm facta coram incompetenti iudice. c. at ſi clerici, de iudici. l. 1. & per totum. C. ſi a non competen. iudice q̃a reſpondeo, ꝙ dato ꝙ aliter non apparet de delegatione, tamen ſufficit ꝙ ille cuius intereſt, approbauerit. Alexan.

ADDITIONES.

* Qui non interfuerit.] Quòd diuiſio non præiudicet iuri abſentis, & ignorantis eſt caſus in l. cohæredibus. C. fami. erciſc. licet in præiudicium præſentium teneat. l. 2. §. dubitandum. ff. fami. erciſcun. l. & ſi non omnes. ff. commu. diuid. & conſuluit præclarè Socin. conſil. 95. dub. 2. lib. 2. Natta.

* Non dicitur eſſe inſtrumentum.] Idem dicit Bart. in l. admonendi. verſic. item quæro, quid ſi inſtrumentum. & facit ratio, quia ſicut non noceret, ita nec prodeſſe debet. l. ſecundum naturam. ff. de regulis iur. & Dec. ſcribit in ca. cum cauſam colum. 2. de probat. & in ca. 1. colum. penul. de fide inſtru. & vide Bald. in l. ſi miniſterium. C. de libe. cau. Natta.

* Erogari.] Dicas bona quæſita fœnore, ſi incertum ſit cui reſtituantur, eroganda eſſe in pauperes. capitu. cùm tu. de vſuris. & 14. q. 5. capi. non ſane. non poſſunt erogari in reparationem fabricæ. ita tenent Ioan. Andr. Dominic. & Pet. Ancha. in c. religioſis. de teſtamētis. in 6. Natta.

SVMMARIVM.

3 *Teſtamentum vt valeat licèt filio relinqui iure reſtitutionis numero 18.*

6 *Teſtamentum ſecundum minus ſolenne tollit primum fauore venientium ab inteſtato. item poſt lampſum decennium vel fauore piæ cauſæ. num. 7. 8.*

9 *Statutum laicorum ſuper probatione teſtamenti non extenditur ad teſtamenta clericorum.*

11 *Mulier ſine conſenſu propinquorum requiſito a ſtatuto poteſt teſtari ad pias cauſas. & generaliter leges non habent locum in relictis vel donatis ad pias cauſas. nume. 10. 12. 15. 16. 17. 20. & 22.*

13 *Teſtamentum ſi valeat fauore piæ cauſæ inſtitutæ, valebit etiam quò ad quoſcunque legatarios.*

21 *Teſtes ſufficit concordare in principali facto.*

CONSILIVM CV.

Viſo ac diligenter cōſiderato themate, ſuper quo q̃d iuris ſit conſulendum petit, & viſis atteſtationibus,
1 de quibus fit mentio. ¶ † Ad primum dubium vr̄ prima conſideratione dicendū, dictum primū teſtamentū ſolenne rogatū per publicū notarium, non tolli per dictā ſecundam voluntatē ſolis teſtium depoſitionibus probatam, nulla interueniente ſcriptura. Et primò, q̃a ſtante virtute ſtatuti ciuitatis prędictę infringentis probationes factas p teſtes circa ſecundā vltimā voluntatem, vr̄ non eſſe tractandum de viribus ſecundi teſtamenti, cū tale ſtatutū ſit in vniuerſo in territorio ſeruandum c. vt animarum. de conſt. in 6. C. de ędifi. priua. l. an in totum. q̃d quidem ſtatutum de iure validum vr̄, & no. Bal. C. ad Trebel. in aut. defunctus, ad fi. & no. Bar. in l. cunctos populos. in 6. q. C. de ſum. Trini. dū dicit ꝙ tale ſtatutū eſt honeſtū, & obuiat fraudibus &c. ¶ Secundò, q̃a poſito ꝙ dictum ſtatutū nō extendit vires ad caſum noſtrum tanq̃ ad piam cauſam, vt inferius dicam, tñ extendit ſe ſtatutum quò ad filias dicti teſtatoris in dicto ſecundo teſtamento deſcriptas & honoratas, & poteſtati ſtatuentiū ſuppoſitas, & ſic quo ad eas. voluntas vltima teſtatoris habet̄ pro non facta, & ſic teſtamentū nullum remanet ex cauſa exhęredationis. l. inter cętera. de lib. & poſth. l. j. §. fi. ff. ſi tab. teſta. nul. exta. l. maximū vitium. C. de lib. prętер. & ſi in eo teſtamēto facta fuerit vniuerſalis inſtitutio ad pias cās, vt probatur 17. q. 4. quicunq;. & not. glo. in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cler. & firmat Bar. in l. j. C. de ſacroſ. eccl. in 3. q. 5. q. prin. & idem Bal. ibidem in repeti. in verſi. ſuper quo quęſito &c. Sali. idem in 11. q. & omnes cōiter approbāt. ¶ Tertiò firmatur, quia dicta vltima voluntas probatur per teſtes minus idoneos ad teſtamentum, videlicet per mulieres, quę a lege repelluntur. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtamen. & inſtit. eod. tit. §. teſtes. ¶ Quartò probatur ratione, nam
2 in primo teſtamento fuerunt inſtiturę ſeu honoratę filię. † Itē ſatis dicitur inſtitutum fuiſſe filium, quando monaſteriū ſeu quilibet venerabilis locus eſt inſtitutus qui habetur loco filij.

in auth. nisi rogati. C. ad Trebel. & in auth. de sanct. episco. §. sed & hoc præsenti. & voluit glo. not. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligatio. & in c. in præsentia. de proba. vnde speciale est ꝙ testamentum in quo sunt instituti filij per aliud etiam solenne testamentum, reuocari non posset, nisi sit adiecta in secundo testamento clausula derogatoria primi, vt. C. de testa. aut. hoc inter liberos. etiam si in secundo testamento sint instituti filij, vt ibi tenet Iaco. de Aret. Cyn. & Bald. & doc. quę clausula derogatoria hic interuenisse nō apparet, ergo &c. Et tantominus defendi potest in casu nostro sublatum esse primum testamentum, quia secundum testamentum fuit minus solenne quàm primum, ergo &c. ff. de le. 2. l. si inter. &. ff. de te
3 sta. milit. l. si miles si testamentum. ¶ † Quintò, nam ad hoc vt testamentum valeat, est necesse filium habere debitum bonorum subsidium iure institutionis, non autem quo relicti titulo. in aut. vt cum de ap. cog. §. aliud quoque. capitulum. quia est titulus honorabilior & vtilior. l. filium. §. in omnibus. ff. de leg. præstan. sed filiæ dicti testatoris in hoc secundo testamento non fuerunt institutæ, sed fuit testator vsus verbis: Relinquo cuilibet filiarum mearum prædictarum lib. mille quingentas Bonon. pro dotibus vt dicunt testes. & sic verbum relinquo certæ rei vel quantitati, non autem vniuersitati appositum, non trahitur ad institutionem. l. cogi. §. generaliter, & ibi not. ff. ad Treb. & not. glo. in c. si pater. de testa. in 6. & no. doc. in l. his verbis. in princ. & in l. illa institutio. ff. de hæredi. insti. & in l. Centurio. de vulg. & pupil. in c. Raynutius, de te-
4 stà. cum simil. ergo &c. ¶ † Sextò pro hoc not. text. in terminis secundum vnam lecturam. C. de testa. in l. nolumus. vbi expressè deciditur, quod primum testamentum factum in scriptis, non tollitur per secundum, quod nudis attestationibus tantummodò probari potest maximè si in prima vltima voluntate fuit institutus hæres imperator, vel alius potens. ¶ Septimò ad idem, quia testes producti ad probandum dictam vltimam voluntatem singulares sunt, nam per diuersos sermones, & ordines deponunt de præfata vltima voluntate testatoris, ergo fidem aut probationem non faciunt. l. ob carmen. §. fina. ff. de testib. & l. qui falsa. & vtrobique. ff. de fal. & extra de elec. c. cum dilectus. & c. bonæ. el 1. 2. quæstione 9. nihilominus. Et hoc potissimum attenditur in testibus probantibus dispositionem testamenti, vt not. declarat Bald. in l. cum
5 antiquitas. C. de testa. ¶ † Sed his non obstantibus puto contrariam sententiam de iure veriorem. & dictum primum testamentum per secundam vltimam voluntatem per testes probatam, sublatum esse, quod ostenditur. Nam illa vltima voluntas, siue alia scriptura sic condita, appellatur testamentū nuncupatiuum sine scriptura conditum, id est sine scriptis, in pręsentia tamen testium conditum, & talis vltima voluntas valet etiam communi iure, si condita fuerit in præsentia testium septem voluntatem testatoris audientium. C. de testa. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. l. hæredes palàm. in prin. & ibi plenè not. ff. de testa. & insti. eo. tit. §. fi. & eius materiam & formam declarat apertè Specul. in titu. de instru. edi. §. vt autem. versic. ad huius autem materiæ. & quòd talis vltima voluntas per testes receptos, & publicatos citatis citandis est approbata, ea habetur ac si fuisset in scriptis solemniter condita. l. 2. & ibi plenè no. C. de bono. possess. secundum tabu. l. fi. cū ibi no. C. de fideicom. & not. in l. publicati. C. de testa. Sed sic est ꝙ in casu proposito, hæc secunda vltima voluntas per nouem testes plenè deponentes probata est, ergo &c. Et tunc
6 succedit regula † quòd secunda vltima voluntas tollit priorem, etiam si de priore nulla sit facta mentio in secunda. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de le. 2. si quis priore. ad Trebel. l. cum in 2. quæst. ff. de iniusto testa. imò etiam si secundum esset minus solenne, & imperfectum, tollit primum, quando in secundo instituti sunt venientes ab intestato, vt in casu nostro. l. si duobus. §. si prius. de bo. poss. contra tab. & quod plenè per doc. in l. filius qui in potestate. ff. de liber. & posthu. & maximè per Bald. in l. hac consultissima. in fi. C. de test. quod etiā satis videatur ponderandum in casu proposito, per ea quę infra dicam. Et quia in verbo fertur, satis suam intentionem habent petentes, dummodo primum testamentum tollatur, etiā
7 si secundum non valet. ¶ † Ad hoc probandum considero ꝙ inter primum testamentum & secundum lapsum est decennium, & vltra, quo casu per secundum testamētum quāquam imperfectum ꝙ solis testibus probatur primū testamētum tollit ipso iure, vt est singularis text. in l. sancimus. C. de testi. imò fortius, ibi est valde not. text. secundum Bald. post Petr. si primo testamento apposita esset clausula derogatoria cuiuscunque posterioris voluntatis, tamen primum testamentum tollitur per secundum, & imperfectum. & etiam si in secundo testamento non sit facta mentio de clausula derogatoria apposita in primo per lapsum decennij, & hoc per istam singularem l. quod dictum in proposito est satis ponderandum, eo casu quo in primo testamento reperitur apposita aliqua clausula derogatoria. & ad prædicta bene facit quod no. per Bald. in repe. l. 1. in versic. incidenter quæritur. C. de sacrosanc. eccles.
8 ¶ † Confirmantur etiam prædicta, quia cum institutio facta in secundo testamento sit ad pias causas, quia in eo sunt instituti pauperes Christi. l. si quis ad declinandam. & l. nulli. C. de episco. & cle. talis voluntas etiam si imperfecta dici possit, sustentatur vt institutio teneat fauore piæ causæ, ita dicit Bal. in l. si in iure. C. de testa. manu. per text. quem dixit non esse alibi. l. intentio. C. de fideic. liber. & idem vr voluisse Bart. in d. l. in testa. & in l. fideicom. §. 1. de leg. 3. & Imo. in l. si is qui. ff. de testa. & in c. quia ingredientibus. de test. & quod no. glo. & Bal. post eam in l. eam quam. C. de fideicom. pro hoc facit, quia valet etiam inter liberos. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. quibus æquiparatur pia causa. * c. in præsentia. de proba. & dixi suprà ꝙ etiam in casu proposito per secundum testamentum prædictum tollatur primum, etiam si secundum non continet tam efficacem solennitatem sicut primum. Adduco quod dixit domi. Anto. de But. in c. in præsentia. de proba. in versic. ex his deciditur, vbi formaliter dixit ꝙ si quis ante ingressum in monasterium condidit testamētum coram septem testibus de iure communi, & postea ingressus monasterium condidit secundum coram duobus vel tribus testibus tantùm, secundum formam. ca. cum omnes. & c. relatum, de testa. ꝙ ipse putat indistinctè secundum testamentum præualere primo, & quod in hac reuocatione primi testamenti non requiritur expectatio decennij. & etiam secūdum eum non est attendendum an in primo testamento fuerit facta institutio vel legatum in piam causam vel non. & ibi dicit, cùm aliàs fuisset de hoc interrogatus, ita respondisse de facto. vt videmus in milite, qui licèt iure communi solenniter testatus fuerit, si postea testatus sit iure militari, cum longè minori solennitate, tamen primum testamentum solenne tolletur per secundum, quod non est ita solenne, vt l. militis codicillis. §. fina. ff. de testa. mili. ¶ Et hanc partem vehementius fortificabo, videlicèt, quia stante virtute statuti ciuitatis prædictæ infringentis probationes factas per testes circa hanc secundam vltimam voluntatem, non credebatur esse tunc tractandum de viribus secundi testamenti, quod non obstat, quia re-
9 spondeo † quòd tale statutum laicorum non se extendit ad piam causam, vt est substitutio pauperum facta in dicta secūda vltima voluntate, quæ dicitur ad pias causas. d. l. si quis ad declinandam. & d. l. nulli. & quod not. glo. in d. l. si quis Titio. de lega. 2. & quod tale statutum laicorum non trahatur ad testamenta condita ad pias causas, firmat hoc expresse Bart. in l. 1. de sacrosanctis eccles. in repe. in 5. 6. & vltima quæstio. quod probatur secundum eum ibi, cum leges factæ super rebus pertinentibus ad pias causas vel pijs actibus deputatis, non valent nisi authoritate ecclesiæ fuerint confirmatæ. cap. ecclesia sanctæ Mariæ, vt lite pendente. 96. distinctio. ca. be-
10 ne quidem. cum similib. & sic est in proposito. ¶ † Præterea in his, quæ spiritualia sunt, vel in quorum obseruatione emergunt peccata, iura canon. præualent. l. priuilegia. & ibi not. C. de sacrosanct. eccles. c. fi. de præscrip. c. licèt mulieres. de iureiur. in 6. c. cum laicus. de foro compe. eo. lib. & no. per doc. in ca. 1. de noui oper. nun. & not. Spec. in tit. de disputatione, & allega. §. porrò. versic. sed nunquid in causa. sed relicta ad pias causas respiciunt spiritualia, & per ea quis consequitur remissionem peccatorum. ca. requisisti. de testa. ergo canones pręualent. & pro hoc etiam allegat tex. expressos in c. cum esses. & in c. relatum. de testa. vbi dicitur quod talia relicta non debent iudicari secundum leges humanas, sed secundū sacros canones, & iura diuina reprobant consuetudinem, scilicet malam & ꝯtriam. ¶ Hoc ēt probatur latè per autoritatem Apostoli in pluribus locis dicentis, ꝙ testamenta ad pias causas non subia-

subiacent legibus humanis,nec solennitatibus iuris, quod dictum Apostolo. præualet in spiritualibus etiã dictis imperatoris. ca.fi.de secundis nup. ¶Ex quibus omnibus concludit qđ non obst. alia lege communi vel municipali, vel imperiali facta,vel fienda, quia relicta ad pias causas debent iudicari secundum cano.& naturalia iura seu gentium,& diuina. Istud etiã firmat Bart. in l.cunctos populos.in 5. q. C. de sum.Trini.& fide cathol.idem tenet Bald.in l.generaliter.C.de sacrosanctis
11 eccle. † vbi dicit,pone dictat statutum quod mulier possit testari sine consensu propinquorum , an poterit testari ad pias causas, non habito consensu propinquorum ? Et dicit ꝙ sic, quia contra priuilegium piæ causæ quod respicit ipsum Deũ & ecclesiam , non potest fieri statutum vt dicit ipse, quod sentit Bart.in d.l.cunctos populos . Et istud dictum sequitur etiã Petrus de Ancha.in c.canonum statuta.de consti.in versic.dicit Bald.vidi etiam quædam aliam ad propositum recitari. Et istud idem reassumpsit ipsemet Bald.in d.l. 1.in fi.C.de sacrosan.eccles.in prima lec.illius l.non dico in repe.corroboratur hoc per ea quæ dicit Salyc.in auth.cassa. C.de sacrosan.eccle. vbi dixit, statuto cauetur ꝙ testamenta non valeant nisi recondita sint in archiuo publico. reperitur testamentum in dicto archiuo publico non positum in quo ecclesia instituta est, an testamentum valebit de iure, tenet ꝙ sic, quia alias tale statutum est contra ecclesiam, & contra priuilegium concessum a canone,qui non requirit aliam solennitatem quàm duo testes d. ca. relatum. & idem prosequitur ibi Salyc. in versi. 2.circa actum &c. ad quorum confirmationem dixit dominus Ant.
12 de But.in ca.relatum.de testa.el 1. † Si statutum dicat ꝙ non valeat testamentum nec alia vltima voluntas , nisi fuerit posita in memorialibus, an tale statutum habeat locum in testamentis ad pias causas ? & determinat ꝙ non , quia in talibus relictis in præiudicium ipsorum statutum fieri non potest per illum text.ibi.& ibi dicit se ita de facto consultum respondisse. ¶Quinimò ipse idem Anto. in c. quòd cleri.de foro compe.dixit ꝙ si tractatur de hæreditate relicta ecclesiæ, vel aliter ad pias causas quomodocunque, etiam quòd statutum laicorum discrepet a lege communi vel naturali,ita ꝙ in talibus relictis ad pias causas dubitandum esset,quod debet iudicari secundum ius cano. d.c.cum esses.& ca.relatum.per quæ dicit ipse,puto ꝙ statuta disponentia ꝙ statuta insinuentur,vel quę requirunt in testamento solemnitates positiuas, quod talibus statutis non erit iudicandum, per prædicta verba. Et per hoc secundum eum facit. ca.ecclesiæ.de constit.& 96.distin.bene quidem.& quod not.Host.& Ioan.And.in ca.1. de noui ope. nun.& idem etiam voluit do.Ant.& Ioan.de Lig.post eum in
13 d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti. ¶ † Quinimò dicit vltra prædicta dom. Abb.Mod.in d.ca.relatum. Statuto cauetur ꝙ mulier non possit testari vel donare sine consensu duorum ꝓpinquorum , certè ad pias causas talis solemnitas non erit necessaria per illum text.vt tollatur solennitas iuris ciuilis secũdum eum , vt l.omnes populi.de iusti.& iur. ¶ Ad hoc etiam adducitur quod in simili dicit Ioan. Andr.in ca.fi.de immuni.eccle.in 6.in nouel.& not.per Bald.in auth.omnes peregrini. C. communia de successio. in 3. ¶ Non obst.quod in contrarium dicebatur ꝙ quia dictum statutum habet vires saltẽ quò ad ligandum filias dicti testatoris , & per consequens institutio facta quò ad eas habebitur pro imperfecta, & sic filiæ remanebunt in effectu pro non institutis & præteritis in testamento: cuius præteritionis defectu, testamentum etiam ad pias causas non potest subsistere quò ad hæredis institutionẽ :
14 † quia respondeo ꝙ cum tale secundum testamentum valeat & iure communi ex potentia statuti infringatur quò ad vniuersalem institutionem factam ad pias causas ꝙ etiam valebit quò ad dictas filias, & quò ad quęcunque alia particularia legata siue ad pias causas,siue non sint. & hoc in terminis decidit Bar.& Salyc.in d.auth. cassa.versic.quarto nono. & ibi dicit ꝙ stante dicto statuto quòd testaméta non valeant nisi fuerint in archiuo publico imposita: tamen valebant quò ad ecclesiam ad pias causas institutam.Ex quibus infert ꝙ quicunque legatarij ex illo testaméto poterunt legata petere ab ecclesia : quia ex institutione valida debentur . & pro hoc inducit auth.quod siue.in fi. C. de testa.nec poterit ecclesia inualidare testamentũ ex quo eo velut valido se iuuit.& allegatur ad c. 9.de fo.comp. lib.6.& Ray. in d.l.hac consultissima.§.ex imperfecto. C.de testa.vbi testamentum imperfectum quod valet quò ad liberos , non valet quò ad personam extraneam eis adiunctam: quia in testaméti solemnitate à iure communi habet hoc locum:secus in casu nostro, vbi valet vt testamentum solemne. Præterea ille. §. est in parte correctus per d.authen. quod siue. ¶Ad idem adduco quod in terminis dicit do.Ant. de But.in c.quod clericis. de foro compe.vbi dicit quod stante prædicto statuto ꝙ testamentum non valeat sine insinuatione quod non comprehendit testamentum ad pias causas conditum cum duobus testibus,& quòd ipse putat ꝙ si laicus instituta ecclesia decedat quod legatarij laici & suppositi potestati statuentium poterunt petere, legata . etiam ad non pias causas facta : licet testamenti insinuatio nec testamentum diuerso iure censeatur : & quò ad quid valeat, & qũò ad quid non. insti. de hæred.insti. §. non autem.& ex hoc etiam patet quid iudicandum sit de secundo principali dubio : videlicet quod relictum debeatur filiabus; de quo etiã infra aliquid tangam . ¶ Nec etiam obst. quod tertio in contrarium arguebatur , videlicet quòd hoc testamentum vltimum probatur per testes non idoneos , videlicet per mulieres . Quia respondeo ꝙ dicta vltima voluntas probatur per quinque testes masculos,nedum si per quinque † sed etiam per duos tantum probaretur, dico legitime fore probatam dictam secundam vltimã voluntatem . cum sit ad pias causas:siue relinquatur ecclesiæ siue pauperibus,& quomodocunque pro anima,vt est text.in d.ca.cum esses.& melius in ca.relatum, de testa.& utrobique not.per glo.& doct. Imò fortius quod etiam in testamento ad non pias causas,etiam in foro seculari,maximè in terris ecclesiæ prout verbo dicitur esse * locum in quo sufficerent tres testes sine presbytero, vt tenet Spec.in tit.de instru. edi.§.compendiose.versi.item per ius canonicum &c.& Io.And.& An. de Butr.& communiter omnes in d. ca.cum esses.Item etiam consuluit Franciscus de Albergo.vt refert Ant.in d.c.cum esses.& Fede.de Senis in consil.207.Alij habent in consil.217. ¶Imò fortius tenet do. Ant. ibi quod etiam in terris imperij , vt in vtroque foro sufficiunt duo testes tantum: siue testamentum sit ad pias causas,siue non & refert Io.de Imo.ibidem,qđ ipse alias vidit alios consuluisse apud ferrariam secundũ prædictam opinionem do. Anto. quod hic etiam non poterit disputari: quia siue in relictis ad pias causas,siue non : cum sumus in terris ecclesiæ, vt est mihi relatum, per quatuor testes idoneos satis probari est, per ea quæ supra dixi. ¶Secundò re-
16 spondeo † qđ in hoc testamento ad pias causas testificari possunt mulieres:quia non reperiuntur prohibite testificari de iure naturali ad probandum testamentum, sed solum de iure ciuili.probatur, qnia admittuntur ad probandum testamẽtum factum inter liberos. l.hac consultissima.§.ex imperfecto. vbi glo.& doct.C.de testi.Et similiter in codicillis, iuxta not.per glo.in l.fi.in fi.C.de cod.ꝙ mulier possit esset testis in testamẽto ad pias causas, firmat expresse Bald. in l. 1. in fin. C.de sacrosan.ecclesijs.in 1.lectu.illius l.& etiam in repet.illius. l.in versic. ostenso de principalibus personis &c. vbi dicit quòd ideo admittitur mulier in testamento ad pias causa : quia vt ipse attestatur, non fuit moribus hoc introductum, sed de iure naturali. l. cum prætor. versic.moribus. ff.de iudi.idem reperio quòd tenuit Petrus de Anchar.in ca.testes, in 4.not. de testa.vbi inquit quòd mulieres & omnes alij de iure cano. possunt esse testes in testamento : præter quàm illi qui repulsi sunt vt infans & furiosus allega. not.per Bart.in l. 1. C. de sacrosanc.eccle.in 1.q. vlt.q.princip. & sequitur etiam Ioan. de Imo.in d.ca. cum esses.& in casu nostro attendendum,& obseruandum est ius canonicum. d. ca. relatum. & ibi nota. per Ioan.Andr.post Hostien.in d.ca. 1.de noui ope.nun.vt dixi s̄. & nedum in hac pia causa & pauperum Christi , sed etiam in causa quorumcunque pauperum , & miserabilium personarũ in quocunq; foro, & etiam in terris imperij seruandum est ius canonicum contra rigorem iuris ciuilis,vt no.firmat Antonius de But.in c.& si clerici,de iudi. quod communiter sequuntur moderni. ¶Quarto non ob.id ꝙ dicebatur per auth. hoc inter liberos. C. de testa.quia ex eo ꝙ in primo testamẽto fuerunt descriptæ filiæ:ꝙ primum testamẽtum non tollitur : & ibi in secũdo testamento sit inserta clausula derogatoria primi, Quia respõdeo primò,ꝙ per lapsum decennij à die primi conditi testamenti intelligitur fuisse insertam in secundam clausu-

dam clauſulam derogatoriam primi per d.ſingularem l. ſanci
mus. vbi Iac.But.in terminis tenet hoc, & Bald.not.vt ſupra,
retuli. ¶Secundò reſpondeo ꝙ auth.hoc inter liberos.non pro
cedit quomodocunque in ſecundo teſtamento eſſent inſtitu-
ti filij,prout eſt in caſu noſtro,ſecus ſi ſecundò fuiſſent inſtitu
ti extranei & non filij,vt videtur voluiſſe:etiam not.Iaco.Bu.
& glo.in authen.de teſta.imper.§. & ſi quidem.in verſic.per-
fecto . quam ſequitur Bald.in d.auth.hoc inter liberos. quan
do ſecundum teſtamentum eſſet fauorabile ipſis filijs, ſecus ſi
odioſum . Et ſimiliter Bald.in ſimili, intellexit diſpoſitionem
illius auth.procedere quando primum & ſecundum teſtamen
tum non eſſet de iure communi:aliàs autem ſecundum tolle-
tur per primum abſque clauſula derogatoria , quando ſecun-
dum teſtamentum non eſſet filijs odioſum,ſed potius fauora-
17 bile. ¶†Tertiò ad dictam auth.hoc inter liberos,poteſt reſpõ-
deri quòd non procedat vbicunque facta eſt inſtitutio ad pias
cauſas,& in aliqua parte erant filij inſtituti vel honorati, quo
caſu diſpoſitio dictæ auth. locum non habet. Hoc probo per
doctr. Hoſtien. & Ioan.And.in ca. fi. de ſolutio.vbi dicunt ꝙ
quando lex imperialis tendit in præiudicium eccleſiæ, & non
aſſurgit eccleſia, non approbatur per eccleſiam: ſecus ſi fauet
eccleſiæ,per not.in d.c.1.& c.conſtitutiones. Sed dicta auth.
tenderet in præiudicium eccleſiæ:quia iure communi ſecun-
dum tollit primum etiam abſque commemoratione primi d.
l.ſi mihi & tibi.& §.in legati.de leg.1.& dictum eſt ſupra, er-
go ad caſum noſtrũ non extendamus.cũ diſpoſitio dictę auth.
non ſit ab eccleſia approbata:nec priuilegiũ cõceſſum liberis,
per d.auth.hoc inter liberos, debet intelligi cum præiudicio
piæ conceſſum.art.l.impuberi.ff.de admi.tut.& l.ex facto. in
princ.de vul.& pup.c.in noſtra.de auth.& vſu.pal. ¶Non ob.
ꝙ quinto in cõtrarium arguebam: videlicet ꝙ filius debet ho
die habere inſtitutiones & honorari:aliàs teſtamẽtum eſt nul-
lum:& ꝙ in hoc ſecundo teſtamento non fuerunt filiæ inſtitu
tæ, ſed per verba relinquo, honoratæ in certa quantitate.
18 †Quia reſpondeo & dico ſuſtineri poſſe, quod verbum relin
quo, in teſtamento poſitum quando refertur ad filium,impor
tat hæredis inſtitutionem, & ſi adijciatur certæ quantitati,
vt firmat Iac.de Are.& poſt eum Cal. C.de hęredi.inſti.l.quo-
ties.& videtur hoc expreſſe velle glo.in l.quoties.C.fam.erciſ
cun. Nam teſtator non ſcit dicere,inſtituo.& ita dicit Bald.in
l.ſi cum ante. C. de do.ante nup. ſe de facto conſuluiſſe quod
ſi in teſtamento reperitur ſcriptum,talis reliquit filio centum
iure inſtitutionis,quòd per hoc teſtamentum non vitiatur:&
maximè ſi teſtamento dicitur, relinquo filio centum pro par-
te ſua, quia tunc indubitanter intelligitur iure inſtitutionis
ſecundum Bal.in l.quoties. C.de hære.inſti.& ita videtur eſſe
factum in caſu noſtro, quia vt deponunt teſtes, tale relictum
fuit factum dictis filiabus:pro dotibus, quæ dotes ſunt partes
quæ ſpectãt ad filias,maximè ſecundum formam ſtatutorum,
quæ ſunt communiter per Italiam. & quòd verbum relin-
quo, relatum ad filium referatur ad inſtitutionem, etiam ſi
ſit adiectum certæ quantitati, alias tenuit expreſſe dominus
Car.Flo.in c. Raynutius, de teſta. & hoc tã de iure ciuili q̃ de
iure canonico,ſecundũ eũ.& ita dicit ſe dixiſſe in quęſtione fa
cti.& de hoc vr̃ tex.expreſſus in d. c.Raynut.item in caſu nr̃o
verbum relinquo, ſatis dr̃ adiectũ vniuerſitati, qa eſt adiectũ
doti:vt deponunt teſtes. quæ dos dicitur ius vniuerſale. l. qđ
dicitur. la prima.cum glo. ff.de impen.in rebus dota. factis.
etiam not.Bar.& doc.in rub.ff.ſolu.mat. Ideo trahitur ad in-
ſtitutionem. d.l.cogi.§.& generaliter.ff.ad Tre.& ibi no.& in
c.Raynaldus. de teſta.& ita intelligi poteſt text.in d.c.Raynal
dus. qui loquitur in dote ſecundum Anto.de But.ibi.Et hoc
maximè verum erit de iure canonico:quod ſeruandum eſt in
caſu noſtro: & ſi ſit contra ius ciuile fauore piæ cauſæ, vt di-
19 xi ſupra.Nam, vt dicit Bald.l.fin. C. fam.erc. † de iure cano-
nico verbum relinquo, adiectum certæ quantitati, etiam du-
bitanter ad perſonam filij refertur ad inſtitutionem. per text.
in d.c.Raynutius. etiam ſi ſint intelligendæ aliquæ ſubaudi-
tiones, prout debet intelligi. & dicit ꝙ hoc tenet Abbas ibi.
a Imò plus dicit, Tholoſani[a] indiſtinctè tenuerunt quod verbũ
relinquo,relictum ad perſonam filij ſiue certæ rei, ſiue vniuer
ſitatis etiam de iure trahitur ad inſtitutionem, & quod hoc
ſit verum de ea probatur ſecundum Hoſtien.in d.ca. Raynu-
tius. Secundò reſpondeo,& iſta ſecunda reſponſio nullum iu
20 dicio meo habet dubium. † ꝙ ſi in teſtamento facta eſt in-
ſtitutio ad pias cauſas, & filius in eo teſtamento aliquid ha-
beat iure legati, vel quocunque relicti titulo ꝙ teſtamentum
teneat, vt firmat Bar.in l.1.in 2.q.5.princ.C.de ſacroſ.eccleſ.
Et Bal.ibi etiam in verſi.ſuper quarto quæſito dicit &c.Et idẽ
tenent Moder.vt dominus Florianus, & idem tenet Petrus de
Anch.& poſt eum Io.de Imo.in c.cum eſſes.de teſt. quod pro
bant: quia teſtamentum non eſt factum contra officium pie-
tatis. Nam de iure antiquo ſufficiebat filium habere quoquo
relicti tit.l.cum quæritur.& l.omnimodo.C.de inoffi.teſta.&
l.cum ſcimus.§.cum autem eodem tit.Et in auth. de trien.&
ſemiſ.§.1. Si igitur eſt hodie iure nouiſſimo authenticorum
inductum quòd habeat iure inſtitutionis: iſta eſt mera ſolen-
nitas iuris ciuilis,quæ eſt remota in factis ad pias cauſas.d.l.j.
de ſacroſan.eccl.Sed ſolùm in eis attenditur ius diuinum, vel
naturale.d. ca.cum eſſes. & ca.relatum. ¶ Quartò item: quia
iſto caſu dr̃ factum contra inſtitutum Auguſtini de quo per
glo.in d.l.ſi quis ad declinandum. C.de epiſcopis & clericis,
21 quia filius legitimam & debitum conſequitur. ¶ † Non obſt.
l.volumus.C.de teſta.quæ in contrarium adducebatur. Quia
reſpondeo primò ꝙ illa lex ſecundum lec.glo.& Bar.loquitur
quãdo ſecundum teſtamentum non erat ſolemne,ſecus ſi fuiſ
ſet ſolenne,prout in caſu noſtro,ſed intelligendo ſecundũ aliã
lec.videlicet ꝙ teſtamẽtum ſecundum fuerit ſolemne:quã ma
gis communiter videntur tenere antiqui & moderni:tunc re-
ſpondeo ꝙ illa lex loquitur in caſu ſpeciali, quando princeps
vel alius potens priuatus fuiſſet nominatus in ſecundo teſta-
mento,& ſecundũ teſtamentum non poſſet probari, niſi p te-
ſtes,quia erat ſuſpicione teſtes intuitu talis potentis falſum di-
cerent.Item ſecundum Nic.de Math.Rich.Malũ. Iac.de Are.
& Bal.in l.illa lege,procedit quando ſecundum teſtamentum
fuiſſet in ſcriptis ſolemniter conditũ ſecundũ formam. l. hac
conſultiſſima in princ.& l.iubemus.C.de teſta.quę de raro eſt
in vſu: imò in themate pręſupponitur quod primũ teſtamen-
tũ fuit nuncupatiuum. Item licet ſecundũ teſtamentũ non te-
neat. ſatis eſt qđ primum teſtamẽtum intelligitur reuocatum
per d.l.ſancimus.vt dixi ſ̃. Item poſſet etiam reſponderi ad d.
l.volumus,ꝙ non procedit in relictis ad pias cauſas per no.p
Hoſti.& Io An.in c.fi.de ſo.¶Septimò & vltimò non ob.quod
in contrarium adducebatur ꝙ ex eo quòd teſtes prædicti ſint
varij & ſingulares,& per diuerſos ſermones deponentes: quia
22 reſpondeo † quod ſufficit quod teſtes in principali propo-
ſito & facto ſint concordes & tendant ad eundem finem: li-
cet eſſent diſcordantes in aliquibus circunſtantijs, & qualita-
tibus.& eſt text.not.in l.qui ſententiam.& ibi ad hoc no.Bal.
& Ange.C.de pœ.ita etiam ad hoc alle.no. Oldr.illum text.vt
refert Bald.in l.1.ad fin.C.ſi vnus ex pluri.ap.& no.glo.in ca.
dudum.in verſi.ſub.de conue. & conui.& in c.cum eccleſia.
b in verſic.vacillaſſe. de cauſa poſſ.& propriè. imò maiorem[b]
fidem faciunt teſtes deponentes eundem effectum per diuer-
ſos tamen ſermones:quàm ſi per eundem pręmeditatum quis
ſermonem loqueretur,vt eſt text.in l.3.§.ideoque diuus. ſecũ-
dum vnum eundemque meditatum ſermonem, & ibi not.
Bart.ff.de teſta.Ioan.And.in c.nihil.obſt.de verborum ſignif.
& Bald.in l.teſtium. C. de teſti.in tit.de pace Conſtan.in vlti-
mo verbo.text. & in l.verbo volo. C. de fideicom. & in l.am-
pliorem §.in refutatorijs. C. de appel.& in l.1.in princ. C.de
emen.Iuſti.Spec.in tit.de teſte.§.nunc tractandum. verſi. cau-
tionem quoque &c. Sed ſic eſt quòd dicti teſtes in vnum effe-
ctum,& rei finem concordant,vt patet ex eorum lect.ergo ma
gis pleniorem fidem faciunt, quàm ſi per eundem ſermonem
teſtificarentur, vt dixi. ¶Ad ſecundum dubium poſito quòd
dictum ſecundum teſtamentum tollat primum:an dictum re
lictum librarum 100.Bonon.dictis filiab.peti poſſit:& omiſ-
ſis arg.ad vtramq; partẽ,dico ꝙ deciſio huius dubitationis de
pendet ex his quæ ſcripta ſunt circa dubiũ proximum, quia
ſiue primũ teſtamentũ tantummodo tollat,& ſecundum ẽt ſit
imperfectum,dici poſſet qđ non teneat,& tunc petentes habẽt
intentum. vt mihi voce fertur, ꝙ res deuenit ad cauſam inte-
ſtati,vt ſ̃.dixi, ſiue ſecundũ teſtamentum teneat, qđ verius vi-
detur, & tunc pariter dico ꝙ tale relictum debetur, vt firmat
in terminis Saly.in auth.caſſa.in 9.q. C.de ſacroſan.eccleſ.Et
Ant.de But.in c.quod clericis.de foro compet.Et latius decla
raui ſuperius in ſolutione ad ſecundum arg.poſſet etiã ex alio
capite

capite sustentari dictum relictum ibi, quia licet statutum liget prædictas fœminas suæ iurisdictioni suppositas, ideo quò ad eas dicta secunda vltima voluntas, tanq̃ testamentum non
23 valet, tamen non sequitur ꝙ ab intestato non debeatur; † quia in testamento & hæredes institutione ad pias causas decedit quis pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt firmat Bart. in l. 1. C. de sacrosan. eccle. in 5. q. principali. & in 2. q. quartæ quæst. principalis & Pet. de Anch. & Io. de Imo. in c. cum esses de testa. & quod notat Bal. in l. cunctos populos. in 7. q. principali. de sum. Trini. & fid. catho. sicut contingit in testaméto iure militari condito. ff. de testa. mil. l. si miles. & l. miles ita. sed quia primum credo verius, igitur habetur conclusio dictũ primum testamentũ per secundũ esse sublatũ & relictũ dictarum librarum centum Bono. filiabus antedictis iure deberi.

ADDITIONES.

* Pia causa.] Quòd testamentum imperfectum ratione voluntatis, non valeat etiam ad pias causas, tenet Dec. in cap. 1. col. 6 de fide instru. vbi dicit, se consuluisse contra Alexan. hic & articulum tangit etiam Alexan. in l. si certis annis. colum. 2. C. de pact. & vide Dec. consil. 159. Natta.

* Verbo dicitur esse.] Vide eundem Alexan. consi. 17. supra libr. 3. & Decium, vbi latè disputat, consil. 384. dub. 2. & aliquid per Feli. in c. quæ in ecclesiarum. col. 7. de constic. Et vide etiam Alexan. consilio 176. colum. fi. lib. 5. Et in ciuitate Ferrariæ scribit Soci. consil. 92. col. 6. lib. 3. Natta.

a ¶ Tholosani. imò vt per Benedic. repe. d. c. Ray. versi. in eodem testamento relinquens. 1. & versi. relinquit.

b ¶ Maiorem. supra lib. 2. consi. 47. num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum vnus non potest alienare vltra tempus vitæ suæ emphyteusim vel feudum receptum pro se & filijs & nepotibus, etiam cum clausa alienandi.*

3 *Alienandi promissio intelligitur secundum naturã actus. nu. 9.*

4 *Emphyteuta alienando nõ cadit à iure suo, nisi domino volẽte.*

6 *Feudum & emphyteusis æquiparantur. nu. 13.*

8 *Pater non potest disponere de emphyteusi recepta pro se & filijs. numero 10.*

11 *Emphyteusis de qua pater non potest disponere, intelligitur concessa ordine successiuo.*

12 *Reuocandi facultas non transit in hæredem.*

14 *Reuocatio intelligitur facta cum qualitate primæ inuestituræ.*

15 *Clausulæ generales diuisionis nõ tollunt ius accrescendi. nu. 17.*

16 *Hæres, verbum, stat pro descendentibus, in non transmissibili ad extraneos.*

CONSILIVM CVI.

* Viso themate * instrumenti cõcessionis in emphyteusim factę per d. Abb. Nouantulanũ de certis rebus Vgolinutio de Campegio pro se & suis filijs masculis, & nepotibus, legitimis, & naturalibus, & de eo descendentibus, vsq; ad tertiam generationem complectam, cum pacto ꝙ Vgolinutius eiusque filij, & nepotes non habeant licentiam, neq; potestatem alienandi, vendendi, obligãdi, vel modo aliquo in alium transferendi, nisi minoribus vel coæqualibus personis, non aũt comitibus, militibus, cartanis, valuasoribus siue religiosis viris, ecclesiasticis personis, nec vllis alijs personis, per quas ius dicti monasterii modo aliquo
1 minuatur, & prout latius in dicto instrumento. ¶ † Omissis omnibus alijs, quæ friuola esse videntur, solùm attingo vtrũ vigore dictę licentiæ de alienando, potuerit Thomas vnus ex filijs dicti Vgolinutij, mortuo Vgolinutio vendere partem suã sorori suæ: adeò ꝙ post mortem ipsius Thomæ Nicolaus & alij fratres filij dicti Vgolinutij impediantur petere & consequi partem dicti Thomæ in dictis rebus emphyteuticis. in quo breuiter dico ꝙ non impediuntur dicti fratres petere, & consequi dictum ius suum, & si eas habent, illas retinere possunt, probo hoc p tex. in c. 1. §. 1. de succ. feu. & in c. 1. de alie. feu. pat. vbi est casus ꝙ qñ pater recipit feudum pro se & filijs masculis si mortuo patre vnus ex filijs masculis alienauerit partem suam in alium qui non sit de numero ipsorum filiorum * descendentium masculorum, alienatio non valet in prę iudicium fratrũ alienantis; & eo alienãte mortuo, possunt fratres partẽ alienãtis consequi: quia de natura illius cõcessionis est, qđ vno ex dictis descendentib. decedente sine liberis portio transeat ex natura inuestiturę ad fratres superstites. ca. 1. de feu. march. & in c. 1. de gra. succedentium in feud. & in c. 1. §. cũ vero Corradus. in ti. qui feudũ dare possunt. & in proposito nostro. §. sed in ꝯctu emphyte. no. hęc Bar. & alij in l. si mihi & Titio. ff. de verb. ob. & Cy. Bal. & Sal. in l. 1. C. quando nõ pe. partes. & Bar. in cõsi. incip. Ex themate isto tria dubia oriũtur &c. Bal. in l. j. §. j. in princ. C. de cad. tol. & in auth. si quas ruinas. C. de sac. san. eccl. in l. 2. & ibi etiam per Saly. in 23. & 24. q. C. de iure emphyt. & Pet. de Anch. & Imo. in c. ex parte. de feudis. & in c. potuit. de loca. ¶ Solũ ergo restat respondere ad licentia alienandi concessam in dicto instrumento cõcessio
2 nis factę d. Vgolinutio pro se filijs &c. † & ad hoc respondeo ꝙ illa concessio licentiæ in hoc proposito nil operatur: quod probo: emphyteuta ẽt quando nil est expresse actum, põt alienare suũ ius emphyteuticũ, requisita ecclesia quæ emphyteusim concessit. l. fi. C. de iure emphy. c. potuit. de loca. & similiter vasallus potest cum permissu dñi alienare feudum. c. 1. in prin. de prohi. feu. aliena. per Fed. & in c. 1. de prohi. feu. alien. per Lotha. Et tñ constat ꝙ non obstante ꝙ emphyteuta, vel vasallus possit alienare * requisito vel consentiente dño: tamẽ talis alienatio non põt fieri in pręiudicium fratrũ, quin mortuo fratre alienante possint alij fratres illius vendicare, ẽt si alienauerit cum consensu dñi, vt est casus in c. 1. de alienatio. feu. paterni. ergo possibilitas alienãdi non est illa, quæ faciat quo minùs mortuo alienante possint alij fratres vendicare partẽ eius vnde fateor ꝙ alienatio ipsa valebit donec uixerit ipse alienãs l. peto. §. præiudicium. ff. de legatis 2. & no. gl. in d. c. 1. de aliena. feu. paterni. ¶ Fortius dico, * ꝙ dicta licentia alienandi de qua in dicto instrumento, non fortificat aliquo modo ius filiorum dicti Vgolinutij alienantium plusq̃ si non esset apposita in instrumento dicta licentia, vt no. Spe. in titu. de loca. §. nũc aliqua. uersic. 94. quem ibi sequitur Ioan. Andr. ubi uolunt,
3 † qđ si dñs in contractu emphyteutico concedat emphyteutę licentiam uendendi & concedendi cuicunq; uoluerit: tñ non potest uendere sine cõsensu uel requisitione domini: prout de iure cõi fieri dẽt: quia illa clausula continens licentiã uendendi, dẽt intelligi secundũ qđ est de natura actus, sup quo interponitur. l. si stipulatus, in princi. ff. de usur. l. si quãdo. in prin. C. de inoffic. testa. l. 1. §. si quis sub conditione. ff. ut le. no. ca. ¶ Nec ad hoc ob. si dicitur, ergo illa licentia nihil operatur, qđ esse non debet: quia illa uerba debent aliquid operari. c. si papa. de priuil. in 6. l. si quando de leg. 1. & arg. facit ẽt Spe. in loco præallega. & licèt ipse non respondet; tñ quantũ ad propositum nostrũ, põt responderi quod imò in casu nr̃o illa clausula, q̃ concernit concessionẽ licentiæ, multũ operatur: quia per ipsam declaratur q̃ sunt personæ in quas possit, & in quas nõ possit fieri alienatio, quod de iure cõi non erat declaratum, saltẽ eo modo, & forma. Nã licèt tex. in c. potuit. præall. & in d. l. fi. C. de iure emphyteu. dicat ꝙ non põt alienare emphyteuta ius suũ in personas prohibitas: tñ quę sint illæ personę prohibitæ non reperitur * specifice text. qui has personas enumeret. & dicit expresse Io. de Imo. in d. c. potuit & in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de uer. obl. quod licet doc. uelint ꝙ emphyteuta non possit alienare in potentiorem, tamen hoc non reperitur iure cautũ per aliquẽ text. & sic operatur dicta clausula per modum facilioris probationis, quæ sint personæ in quas põt, & in quas nõ potest alienari: quod quidem commodum est in consideratione & in æstimatione: vt no. glo. in l. si pupillus. in versi. condẽnare debet. ff. de donatio. & glo. pen. C. deposi. & in l. cogi post principium. ff. ad Trebel. Item etiam operatur illa clausula: quia per illam clausulam si alienetur in personas prohibitas, debet cadere alienans à iure suo non obstantibus quibuscunque prouisionibus, & ordinationibus factis inter commune Bonon. & dictum monasterium Nouantulanum, vt expresse dicitur in dicto instrumento, & sic operatur prouisionem dictarum prouisionum. Non potest ergo dici ꝙ si per illam licẽtiam alienandi intelligitur esse data licentia liberè alienandi sine consensu ecclesiæ, vel sine consensu aliorum descendentium Vgolinutij, quia dicta clausula, per quam datur dicta licentia, nihil operatur, quinimò operatur tantum quod dixi. ¶ Attendatur ergo diligenter decisio Specu. Io. And. in d. versic. 93. quia ex ea clarè decidit quęstio ista, vt ex prædictis apparet. Qđ vltra prædicta ostendo ex eadem decisione. Nam,

vt videmus, Spec.& Io.And.volunt ꝙ illa verba licentiæ datę
in instrumento de alienando, intelligantur secundũ naturam
actus, & sic intelligant de alienatione, quæ fieret cũ requisitio
ne vel permissione dñi, prout est de iure: ergo eodem modo il
la licentia de alienando cõcessa filijs Vgolinutij, dẽt intelligi
si fiat alienatio per vnum ex dictis cum consensu aliorum filio
rũ, & descendentiũ Vgolinutij: qui cõsensus erat necessarius,
vt alienatio valeret irreuocabiliter, vt d.c.1.de aliena.feud.pa
ter.& vbi non interuenerit consensus aliorũ descendentiũ, va
leat alienatio solùm in vita ipsius filij alienantis: sed post mor-
tẽ ipsius decedentis, sine libèris, nulla erit quò ad præiudiciũ
fratrum eius, vt in d.§.prædium.& no.in d.c.1. ¶ Nec prædi-
ctis obstat si diceretur ꝙ si d. Thomas alienauit irrequisita ec-
clesia, ergo cecidit à iure suo, & reuersa est ad ecclesiã pro par-
te sua, vt in d.c.potuit. & in d.l.fi.& in c.1. si vasall.feud.pri-
uetur.& not. per Bar.in lege eum qui in fine.ff.de interdict.&
releg.& Cyn.& Bal.in l.2.C.de lib.& eorum libe.& notãt do-
cto.in c.ex parte. de feu.& Salyce. in l.2.in 22.quæstio. C.de
iure emphyteut.cum suis multis concord. ergo attento ꝙ ec-
clesia renouauit inuestiturã in dictam sororẽ Thomæ, dẽt spe
4 ctare ad eã, quia respondeo † ꝙ si emphyteuta alienat irrequi-
a sita ecclesia, non cadit à iure suo nisi ecclesia volente [a] & decla
rante se velle secundũ veras conclusiones, vt probat Saly. in l.
fi.C.de iure emphyte.& Ioan.de Imo.in repeti.c.fi.de rescrip.
Nam, vt ipsi dicunt text.in d.c.potuit.æquiparat illos duos ca
sus, scilicet ꝙ emphyteuta non soluat canonem intra bienniũ,
vel ꝙ alienet irrequisita ecclesia, sed ita est ꝙ si non soluit cano
nem intra bienniũ, non priuatur iure suo, nisi ecclesia volente,
vt l.2.& ibi hoc no.glo.& Bar.C.de iure emphy.& not.glo.in
l.2.ff.si ager vectig. vel emphy.peta.& Ang.in §.si non.in au-
then.de non alie. Et ideo in tali casu quando non est priuatus
emphyteu.nisi volente ecclesia, non potest dicta soror Nicolai
* opponere de iure tertij. * & non potest contra Nicolaum alle-
gare, sed est deuoluta ad ecclesiã, vt no.Bart.in l.2.ff.de excep.
rei iudi.per quod no.gl.in d.l.2.ff.si ager vecti.& not. expres-
se Bar.in l.2.C.de iure emphyteu.per illũ tex. & Bal.in l.solẽ-
nibus. C.de rei vend.& doct.maxime do. Abba.in ca.diuersis
fallacijs de cle. coniug. & not.per glo.in c.1.ne sede vac.Nec
ob.si dicatur ꝙ satis declarauit ecclesia se velle dictam rem es
se deuolutam ad ecclesiã, eo ipso ꝙ inuestiuit dictam sororem
Nicolai de dicta parte: quia respondeo ꝙ dicta inuestitura est
facta non tanq̃ de re deuoluta, sed est renouatio facta de dicta
re tanq̃ translata in dictam sororem vigore dictę alienationis
in ea factę, & sub conditione, si dicta dña ob iustam & rationa
bilẽ causam petebat se renouari. Et constat ex prædictis, quod
non petebat istè dicta mulier: quia petijt post mortẽ d.Tho-
mæ se renouari, cũ per mortem Thomę decedẽtis sine liberis
extincta oĩs virtus alienationis, vt probaui. vnde dicta inuesti-
tura licita ex vna causa, nõ egreditur illam causam.l.si de cer.
C.de transac.l.cum quæritur.cum.l.seq.& se. de excep.rei iu.
Nec contractus operatur vltra intentionem agentiũ. l.nõ oĩs.
5 ff.si cer.peta.& l.si conuenerit.ff.depositi. ¶ † Fortificantur prę
dicta: quia verba contractus quæ possunt duobus modis intel
ligi & interpretari, semper debẽt interpretari ꝯ illũ qui se fun-
dat ex verbis ipsius contractus.l.veteribus.ff.de pact.& ibi de
clarat Bar.c.in præsentia.de probat.no.in c.ex literis, de spon.
ergo cum dicta verba licentiæ concessę in dicto instrumento,
possint intelligi quod possint alienare vno modo, sed sine re-
quisitione, seu sine consensu ecclesiæ, & ẽt sine consensu alio-
rũ descendentium, dẽt interpretari hoc secundo modo ꝯ di-
ctam sororem Thomæ, quæ se fundat ex verbis dictæ licentię.
¶ Nec prędictis ob. si diceretur, quod tex.in d.c.1.de alie.feu.
pa.cum similibus, loquitur in feudo: nos aũt loquimur in em
6 phyteusi: quia respondeo primò ꝙ † quò ad hoc, vt vigore di
ctæ ꝯcessionis portio, quę virtute cõcessionis factę Vgolinutio
pro se & filijs obuenit, cuilibet dictorũ filiorũ debeat pp obi-
tum vnius ex filijs decedentis sine liberis trãsire ad alios filios,
b masculos Vgolinutij, & ęquiparatur [b] feudum & emphyteu-
sis: & iura loquentia in feudis adducuntur ad decisionẽ eius-
dẽ dubitationis in ꝯctu emphyteutico. Ita no. Bar.& oẽs in d.
l.si mihi & Titio. cũ alijs concord.s̃.alleg. Et vltra præallega-
ta voluit hoc Bal.in c.1.in fi.in tit.quibus modis feudũ cõsti-
stitui potest. vbi dicit ꝙ ex glo.ibi colligitur ꝙ feudum simpli
citer receptum pro se & filijs masculis, licet in inuestitura de

nullo hærede sit facta mentio. Et istud idem dicit esse trahen-
dum ab emphyteusim, & istam æquiparationem etiam facit
glo. in ca.1. in versic. vtrumq;.in tit.an agnatus vel filius. vn-
de dicit Hostien.in summa de feudis.in princ.& Andr.de Iser
7 nia in princ. feud. in versi. item quæritur infeudatio &c. † ꝙ
contractus feudalis & emphyteuticus sunt similes. & licet
quandoque docto. faciant differentiam inter feudum & em-
phyteusim, vt patet ex not.per Bar.in l.vt iurisiurandi. §. si li-
ber.ff.de ope.lib.per Bald.in auth.si quas ruinas. C. de sacro-
sanct. eccles. cum simil. tamen illud volunt doct.esse verũ in
casibus, in quibus reperitur, quod iura loquentia in feudo
sint contra regulas iuris communis.& ideo moderniores in c.
1.de feu.impe.expresse concludunt qđ dicta in feudo nõ pro-
cedunt in emphyteusi, quando sunt contra ius cõmune: secus
* si non sunt contra ius * commune. Sed ita est qđ non reperitur
esse contra regulas iuris cõmunis, illud qđ deciditur in feudo
iuribus superius alleg.ergo &c. Dicit ẽt Ioan.de Imo.in ca.po-
tuit, de loc.in versi.vltimatè põt quęri &c.ꝙ vbi est eadem ra-
tio in emphyteusi, quæ est in feudo, tunc procedit argumen-
tum de feudo ab emphyteusim. Sed in proposito nõ posset red
di ratio diuersitatis inter vnum & alium: ergo &c. Præterea
qđ portio vnius decedentis sine filijs masculis debet ad alium
filium superstitem reuerti procedit, nedum ex constitutioni-
bus feudorum hoc disponentium, sed etiam ex natura verbo-
rum ipsius concessionis in emphy.factam pro descendentibus
vsque ad tertiam generationem, vt probat Bart.in d.l.si mihi
& Titio.cum concor.superius allegatis. ¶ Nec etiã obstat præ
dictis, si diceretur, ꝙ Vgolinutius cui principaliter concessio
facta fuit potuisset alienarę per no.per Bart. in l.qui Romę.§.
Flauius.in fi.de verb.obli.& per l.3.ff.de ser.expor.& Bald.in
d.authen. si quas ruinas. ergo idem erit in filijs, quibus simile
8 ius concessum est: † quia respondeo ꝙ est falsum, qđ pater [c] in
c prçiudiciũ filiorum potuisset disponere de dicta re recepta ꝓ
se & filijs suis, vt tex.est in c.1.circa prin.de succes.feu.qui li-
cet loquatur in feudo; tamen extenditur ad emphyteusim, vt
expresse no.Bar.qui hoc firmat in d.l.vt iurisiurãdi.§.si liberi.
ff.de oper.liber. Et probatur: quia ex tali stipulatione patris re
cipientis pro se & filijs, acquiritur vtilis actio filijs.l.quodcũ-
que.§.non solum.ff.de verb.obl.& no. Bar.& alij in l.quod di
citur eo.tit.istam opi.etiam firmat Fed.de Senis, in consi.228.
incip.Factum est tale.Duo fratres.& Bart.in consi.183.incip.
Quęstio ista habet duo dubia & Ang. in l. item videndum. §.
nunc videmus. ff. de peti.hæred.ubi refert per Iac.de Butr.ita
consuluisse. & idem dicit ibi Bald.in c.1.in uersi.quæro nun
quid pac.&c.de prohib.feu.alie.p Fed.Dyn.Bal.Ang.& Paul.
de Castr.in l.apud Iulianum.§.si quid alicui.ff.de leg.1.& Sa-
lyc.in l.fi. C.de iure emphy. & ista uidetur magis communis
opin. licet aliqui uarient. Sed ista disputatio in proposito nõ
* est aliquo modo necessaria, quia dato quod esset uerum, * qđ
pater posset disponere de feudo uel emphyteusi in prçiudi-
* cium filiorum, quibus stipulatus est quia ipse fuit * autor hu
ius acquisitionis, quò ad filios potest ante mortem ipsius pa-
tris, & sic antequam sit perfectè ius acquisitum filijs reuoca-
re illam acquisitionem quo ad filios, per d.l.3.ff.de ser.expor.
tamen alius, qui non fuit autor dictæ acquisitionis prout est
dictus Thomas, ex cuius facto uel stipulatione non fuit crea-
tum ius acquisitionis, quò ad fratres, non potest alienare in
præiudicium stipulationis paternæ.l.si unus.§.ante omnia.&
l.fina. ff. de pac.hoc est quod uoluit Bald. l.prima, ad fin. C.
per quas personas nobis acqui. nec hoc casu reperitur quòd
in hoc aliquis contrarium teneat. & rationes illorum, qui te-
nent quòd pater possit alienare in præiudicium filiorum, non
militant in casu isto, scilicet in filio alienante, ut ex earum in-
spectione apparet. ¶ Postremò non obst. si diceretur quòd
text.in dicto ca.1. de alie.feu.paterni. loquatur quando con-
sensus domini interuenit solum ex post facto in alienatione
feudi, quæ fiebat per unum ex descendentibus, non autem
loquitur quando tempore concessionis, fuit data potestas
9 alienandi: quia respondeo quòd † etiam quãdo tempore con-
cessionis datur licentia alienandi; tamen intelligitur quod fie
ri debeat cum consensu illorum qui debebant consentire: &
prout est de natura illius contractus, vt expresse voluit Spe.&
Ioan.And.in d.versic.94.Sed ita est quod de natura illius con
cessionis est ꝙ vnus ex descendentibus, non possit alienare si-
ne

ne consensu aliorum descendentium, quò ad hoc vt alienatio
habeat effectum etiam post mortem alienantis decedentis si-
ne liberis, vt in dicto c. j. §. 1. de succes. feu. iunctis no. per Bal.
in dicto c. 1. in fi. in ti. in quibus modis feudum constitui po
test. & per Bart. in d. l. si mihi & Titio. ergo si non interuenit
dictus consensus, non potuit valere dicta alienatio in præiu-
dicium aliorũ fratrum. Accedit illud qđ dixi supra per d. l. ve
teribus. cum si. Ex quibus concludo dictum Nicolaum iusti-
tiam fouere, & ita audacter iudicarem. Alexan.

ADDITIONES.

* Viso themate.] Est repetitum consil. 128. lib. 5. sed illud est diminu
tum. Natta.
* Ipsorum filiorum.] Adnota propter alienationem ius emphyteoti-
cum non impediri; seq. Dec. consilio 226. & consilio 263. col. penul.
vbi cum Alexan. hic concludit, partem alienatam posse reuocari, ad
similitudinem feudi. Natta.
* Possit alienare.] Dicit Dec. consi. 390. col. 3. quòd licèt dominus præ
beat licentiam alienandi feudum, hæc licentia non præiudicat agna
tis. & idem tradit consil. 395. Natta.
* Fortius dico.] Adde tamen quòd illam decisionem Spec. videtur te
nere Sali. in d. l. fi. col. 1. C. de iur. emphy. Inno. in c. 1. de loca. Idem
Alexan. consil. 172. Viso themate, & scripturis col. penul. lib. 2. facit
not. dictum Ang. in l. idem. C. locati. Vide Ias. in l. fi. col. 2. C. de iure
emphy. vbi etiam tenet contra Spec. & contra eundem Spec. tenet
etiam Dec. in c. quæ in ecclesiarum col. pen. de constit. Et pro Spec.
facit illa ratio, quòd vbi conceditur licentia ei, qui aliter facere nõ
poterat actum, intelligitur iuris solennitas seruata; glo. 1. in l. si quan
do. C. de inoffic. testamen. quam glo. in simili alleg. Ias. in l. præses.
colum. 2. C. de transac. & dictam. l. si quando. allegat etiam pro Spe-
cul. & placitum Spec. sequitur Afflict. decis. 307. col. 6. sed non requi
ri consensum Alexan. tenet consil. 173. colum. 2. lib. 2. Et Spe. opinio-
nem tenet Dec. consi. 614. col. 1. Ruin. consi. 81. lib. 1. & contra Spec.
tenet Rom. sing. 469. Iacobi. in sua inuestitura, in verbis, Ita quòd ip
si vasalli, in princ. Et de illis verbis, Pro te, & quibus dederis. ponit
Cur. in tractatu Feud. 4. par. prin. 2. regu. quæst. 5. fol. 49. Spec. sequi-
tur latè, & subtiliter Calc. consi. 51. Non est dubitandum. Natta.
* Non reperitur.] Sequitur Ias. in l. si ita quis. §. & si col. 3. ff. de verbo
rum obliga. Natta.
a ¶ Volente. ad hoc quæ dixi in cons. Par. §. 30. q. 28. supra li. 2. cõs. 173.
* De iure tertij.] Fallit in singulari successore, qui excipiendo potest
opponere de canone non soluto; Bald. in authen. qui rem. col. fi. ver
sic. subsequenter quæro. C. de sacrosan. eccle. Pau. Castr. in l. cum ser
uum. C. de seru. fug. & consil. 360. Viso, & examinato. lib. 2. alias con-
sil. 370. Natta.
b Aequiparatur. de quo scripsi in consu. Parisi. §. 1. glo. 5. nu. 71.
* Contra ius.] Hanc distinctionem tenet idem Alexan. in l. diuortio.
§. si fundum. ff. sol. mat. col. 2. Natta.
c ¶ Pater supra, libr. 3. consi. 8. num. 15.
* Quòd esset verum.] Contra, quia stipulatio facti affirmatiua, transi-
toria est ad hæredes. Bart. in l. si sic. la grande. de verborum obliga.
Doct. in l. veteres. C. de contrah. & commit. stipu. Bald. Ang. & alij in
l. apud. §. si quid al. ff. de leg. 1. ergo licentia concessa alienandi patri,
transit ad hæredes, & sicut pater poterat alienare, ita & filij hære-
des. Natta.
* Qua ipse fuit.] Sequitur Ruin. consi. 7. colum. 5. lib. 1. non transfer-
tur tamen dominium in emptorem; Ruin. consi. 143. colum. fina. lib.
1. Ias. in d. l. fina. C. de iure emphy. nume. 103. Natta.

CONSILIVM CVII.

Super eodem casu.

In causa Nicolai de Campegio, quãuis in substãtia cõpre-
hensa videntur omnia quę occurrerint in cõsilio ante p
me reddito: tñ vt morem geã, respondeo patri eximio decreto
d. d. Martino huius causæ iustissimo iudicãti. Dico circa illud
dubium, quo quęritur an sicut pr̃ qui recipit fundum in em-
phyteusim ab ecclesia pro se & filijs põt illũ alienare in pręiu
dicium filiorũ, ita possit ẽt vnus ex filijs post mortem pr̃is alie
nare in p̃iudicium fratrum. adeò qđ ipso filio alienante dece-
dente prius sine liberis impediant fratres aduocare partẽ alie-
10 natã? ¶ † Dico ꝙ prima opi. magis cõis est in ꝯrium, ꝙ etiã pr̃
nõ possit in p̃iudicium filiorũ alienare, vt in cõsilio scripsi, &
& vltra ea q̃ allegaui in cõsilio. Adde Lud. Ro. hoc tenentẽ, in
l. j. 12. q. C. quando non pete. par. ¶ Sed dato ꝙ ẽt vera esset illa
opi. in patre, q fuit autor ipsius cõtractus, tñ dico qđ non pro
cedit in filio alienante, qa cessant in eo rationes pp quas docto
res ꝯcludunt patrẽ posse alienare in p̃iudicium filiorum. ¶ Nã
doctores principaliter mouentur: qa dicta acquisitiò quò ad
filios respectu patris censetur q̃dam donatio, per l. filiæ. cũ ibi
no. C. fa. erc. sed donatio facta filio in potestate per patrem põt
sola pœnitentia reuocari. l. donationes quas parentes. C. de do
na. inter virum & vxo. ¶ Non mirum ergo pater potest pœnite
re, & alienare in præiudicium filiorum. Sed ista ratio cessat in
filio alienante: quia alius frater superstes non dicitur recipe-
11 re ab isto fratre præcedente titulo donationis. ¶ † Secunda ra
tio, qua mouentur doctores est: quia talis receptio fundi in
emphyteusim facta pro se & filijs intelligitur facta ordine suc
cessiuo, scilicet primò pro se, & post mortem patris pro ipso
filio: vt not. Bar. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & post-
hum. & in l. quod dicitur. de verborum obliga. & Cyn. & Bal.
in l. liberti. C. de ope. liberto. Bald. in l. 2. C. de suis & legi. &
in l. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pac. Et inde cessando vide-
tur donatio causa mortis, per not. per glo. & doc. in l. fin. C. de
pac. & Bart. in l. quæ dotis. ff. solu. matrimo. & in l. Seia. ff. de
donatio. causa mortis. sed non est dubium quòd talis donatio
causa mor. potest per pœnitentiam reuocari. l. qui mortis. de
dona. cau. mor. & l. non omnis. ff. si certum petatur. & ista ra-
tio etiam non habet locum in filio alienante quò ad præiudi-
cium fratris: quia filius nihil dicitur donasse fratri causa mor
tis. ¶ Tertia ratio est quæ fundatur ex no. per Bar. in l. qui Ro.
§. Flauius. in fi. de verborum obli. & per l. 3. ff. de seruis expor.
quæ loquitur solùm in ipso autore contractus, qui per suum
contractum conuenerat in certum euentum aliquid dari ter-
12 tio. † Nam ipsemet autor contractus ante dictum euentum
reuocare potest in præiudicium tertij, non aũt hæc facultas re
uocandi transit ad alium, quàm ad autorem ꝯtus, patet: quia
ẽt hęres ipsiusmet autoris non põt reuocare, vt patet in d. l. 2.
& ibi no. ff. de seruis expor. & no. Bar. & Moder. in d. §. Flauius
quinimò plures in varijs locis reprehendunt dictã doctrinam
Bar. in d. §. Flauius. vnde contra eum tenet Raph. & Paul. de
Cast. in d §. Flauius. & Pau. de Cast. & Rom. in l. si pecuniam,
in prin. ff. de cond. ob cau. & Paul. de Cast. in l. insulam. §. fi. ff.
solu. ma. quia tex. allegatus per Bar. loquitur solũ in seruo, cui
perfectè nõ poterat ius acquiri, cũ esset incapax. l. cũ affirmes.
l. post certi tẽporis. C. de lib. causa. sed dato ꝙ dictũ Bar. esset
verum: tñ non ob. quia (vt dixi) nos non loquimur in ipso au-
ctore cõtractus reuocant, seu alienante: & vt dixi in cõsilio il-
13 lud decidit Bal. in l. j. C. per quas p̃sonas nobis acqui. † Item
vltra alia allegata in consilio, in quantũ dixi qđ iura loquẽtia
in feudo extenduntur ad emphyteusim, quando talia iura nõ
sunt contra regulas iuris communis. Adde quod istud voluit
Io. de Imo. in d. c. potuit. de loca. in versi. 8. tangit &c. Itẽ bene
ponderetur illa ratio, quam reddidi in consilio quæ fundatur
per l. veterib. ff. de pac. ¶ Insuper ostensum est mihi instrumen
tum diuisionis productum per partem aduersam, pro qua in
duabus partibus facere videtur. Et primò circa partem posi-
tam in versi. & etiam cum onere. &c. vbi apparet quod Nico-
laus erat obligatus ad faciẽdum renouari in Thomam de par-
14 te obuenta ipsi Thomæ. † Quia respondeo quod talis renoua
tio ẽt vbi facta esset, intelligitur facta secundũ naturã paternæ
* inuestituræ: * & sic cum qualitate iuris accrescendi sicut erat
patre viuente. hoc in terminis decidit Bar. & alij. ff. de verbo-
rum obligatio. & l. si mihi & Titio. in versi. sed quid si Abbas.
& Bal. in l. 1. in 11. q. in versi. sed quid si dominus &c. C. quan
do non pe. par. & ad hoc bene facit quod no. glo. Dyn. & Bar.
in l. quod dicitur. ff. de impe. in rebus dota. factis. & Bald. in
ca. 1. an agnati vel filij. & And. de Iser. in ca. 1. per illum text.
de vasallo decrepi. ætatis. & Bald. in l. 1. 15. quæst. ff. de rerum
diui. & cum Bart. in dicta l. si mihi & Titio. transit simpliciter
15 Innocen. in cap. 2. de feu. ¶ † Ad secundam partem instru-
menti circa finem in qua inter ipsos fratres promissum est per
se & hæredes &c. dico quod per hoc non intelligitur renun-
tiatum isti iuri accrescendi nouo superuenienti, & Nicolaus
petens per ius accrescendi dictam partem ex iure superue-
nienti de nouo, non intelligitur venire contra dictam diuisio-
nem. Ita latè probant Bart. & alij in l. qui Romæ §. duo fra-
tres. in 2. quæstio. ff. de verborum obligatio. cuius opin. est cõ
muniter approbata per rationes suas, quas breuitatis causa
non transcribo. Sed vbi oportebit transmittam librum, &
a mittam etiam vnum consilium Bald. a qui hoc expressius de-
16 cidit. in suo consil. incipien. Vannes Brocardi. ¶ † Secundo
respondeo, quòd vbi fit mentio de hærede super re quæ de
sui natura non est transibilis ad hæredes extraneos; tunc ap-
pellatione hæredis intelligitur de descendentibus, vt in cap.
fina. in titul. si de feu. fue. controuer. inter do. & agna. in cap.

1.§.& si clientulus.de alie.feu.& no. Bart. in l.Gallus. §.etiam si parente.ff.de lib.& posth.& Cyn.;& Bald.in l.in annalibus. C.de leg.& in l.liberti.C.de ope.lib.& can.in c.in præsentia.
17 de prob. † Quinimò fortius voluit Bart.in d. §. duo.fratres, in 10.q. in fi.& in consil.incip.Ex themate prædicto tria oriũtur. & Feder.de Senis in consil.77. quod incipit, Factum sic se habet. & in consil.228. quod incipit. Factum tale est quidam Abbas.& Ludoui.Roma.in l.1.in 12.q. C.quando non. pe. partes, ꝙ etiam si in dicta promissione facta inter dictos fratres dictum esset ꝙ vnus alteri, & alter alteri remittebat oẽ ius, quod habebat, vel habere sperabat in dictis rebus: tamen per hoc non impediretur frater superstes altero prædecedente sine liberis vendicare partem eius per ius accrescendi, quod prima facie videretur mirum his, qui præfatas decisiones subtiles earumque rationes non vidissent. non recito formaliter verba eorum: quia mitto libros domino iudicanti, si videre voluerit. Ex quibus concludo prout in consilio, ego Alexand.

ADDITIONES.

a Paternæ inuestituræ.sequitur Dec.consi.53. Natta.
a ¶Bald.late.consil 446.Factum proponitur.libr.3.adde supra eod.libro consil.40.nume.3.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas si conceditur exercentibus certam negotiationem, requiritur quòd maiorem partem facultatum in ea habeant.*
2 *Participans de duobus extremis censetur in quo magis participat.*
3 *Fraus præsumitur ex alienatione omnium vel maioris partis bonorum.*
4 *Fraus facilius præsumitur excogitata si quid frequenter fiat.*

CONSILIVM CVIII.

Viso themate suprascripto, & his quæ copiose scripta sunt per clarissimum dominum Christophorum Piscarium mihi fratrem honorandũ. Ego paucis absoluam, & omissis non necessarijs sentio ꝙ ad hoc vt massarij fictabiles, vel coloni ciuium possint se tueri authoritate dicti decreti, quominus iuramentum fidelitatis præfato magnifico comiti Hieronymo præstare debeãt & alia onera subire requiratur quòd maior pars culturæ & exercitij dictorum massariorum fictabilium, seu colonorum sit circa possessiones, quas a ciuibus conducunt, super quibus commorantur, alias secus. probatur per id quod habetur in l.semper.
1 §.diuus Adrianus. cum. l.seq. ff.de iure immuni. † vbi si immunitas cõceditur eis qui negotiationem nauiculariam exercent, oportet quod maiorem partem substantiæ in ea negotiatione ponant, & habeant.& ideo dicit Bar.in l.semper. §.nego
a tiatio.qđ immunitas a data aliquibus mercatoribus, ita demũ seruanda est. si maiorem partem facultatum tenerent in mercantijs, & ita ẽt no.per glo.& Bar.in rubrica.C.de naui.li.11. vnde facit.l.nauicularij.ff.de mune.& ho.& bene facit tex.in d.l.semper. §. diuus Pius.vbi habetur qđ quando quis allegat se esse immunem: eo quia est nauicularius, exquirendum est an effugiendorũ munerum causa imaginõ nauicularij subeat. pro hoc bene facit.l.quæritur. ff. de stat.homi.& l.legatis.§.si
2 vnus.ff.de leg.3. † vbi quis participat de duobus extremis: iudicatur esse de illo de quo magis participat. & ideo dicit Bar. in d.l.quæritur.ꝙ si aliquis mercator vocatur ad aliquod munus tabellionum, & etiam tanquam tabellio vocatur ad aliquod munus tabellionum, & quæritur quod magis subire de-
3 beat: concludit ꝙ illi cui magis adhæret. ¶ † Accedit: quia sicut ex alienatione bonorum præsumitur fraus. l. omnes. §. Lucius.ff.de his quę in fraud.cred.& not.in l.qui testamentũ. ff.de prob.ita ex alienatione maioris partis bonorũ, vt no.Bal. in l.1. in antepe.q. C. qui bo.ce.pos.& in l.1.in 3.q.C.si quis in frau.pat.& in l.si vnquam.C.de reuo.do.per id qđ no. glo. & Bar.in l.nomen.§.filiorum.ff.de le.3.cum si.vnde facit tex. in l.propter litem.ff.de excu.tu.ergo in proposito, sicut si oĩa bona quę colunt prædicti comitatẽses de Suriacho essent aliorum, q̃ ciuium non possent vti immunitate dicti decreti, ita nec debent posse vti immunitate, si maior pars bonorum, quę colũt spectat ad alios q̃ ciues, alias parata esset via fraudibus: q̃a vnusquisq; de Suriacho cõduceret a ciue Papiensi aliqđ vel modicũ terre, & hac imagine nõ teneret ad onera; neq; ad iuramentũ fidelitatis, ꝫ id quod habetur in d.§.diuus Pius.bene facit tex.in l.qui sub prętextu.& quod ibi Bar.C.de sacrosan. eccle.& in l.1.C.de coll.Illyric.lib.11.Nõ enim debet aperiri via malitijs & fraudibus.l.in fundo. ff. de rei vend.l.2. C.de indic.vid.tol.& l.contra legem.ff.de legi.cum ibi not. ¶Diceretur etiam alio modo constare de fraude, scilicet quando cõmuniter hæc practica induceretur in locum solum, scilicet comitatenses de Suriacho conducerent prędia a ciuibus quantuncunque bona haberent ita deciditur ex no. per Imo.in l.si pupillus, in princ.ff.ad leg.fal.vbi iuxta not.per Bart.ibi dixit
4 † ꝙ si statuto caueatur quod ex quolibet cõtractu, ex quo acquiritur ius in re debeat solui gabella nisi de instrumento solutionis, & quis promisit vendere Titio fundum, & postea causa dissoluendæ obligationis vendiderit dicto Titio fundũ prędictum: non debebit solui gabella de contractu venditionis: quia quamuis ex contractu venditionis acquiratur ius in re; tamen quia cum illo concurrit causa dissolutionis obligationis, illa debet magis attendi, cùm per illam submoueatur detractio gabelę, per id quod habetur in d.l.si pupillus.in princum ibi not. per Bar.tamen dixit Imo.quod si ad euitandum gabellam communiter inualuisset practica in loco quòd prin
a cipio non fieret venditio: sed promissio de vendendo: a & postea causa dissoluendæ obligationis fieret venditio, censeretur hoc fieri in fraudem: quinimò non releuaret argu.d.l.omnes. §.Lucius. ff. quæ in frau.cre.& idem dico quòd maior pars ruralium dicti loci adhæret in casu nostro dictæ practicæ, quod habentes bona aliorum, quàm ciuium cõducerent a ciuibus:
5 † quia id quod dictum est quando communiter ab omnibus fit, habet locum etiam si pro maiori parte fiat, vt dixi supra facit.l.quod maior.ff.ad munic.& l.aliud.§.refertur.ff.de regu. iur.& c.1.de his quæ fiunt à maiori parte capituli. ¶Et ita dico & consulo ego Alexand.de Imo.factum Papię in causa magnifici domini comitis Hieronymi Beccaria, anno Domini 1453. die 2. Martij, & consuluit totum collegium Papiense & Mediolanense, quibus subscripsi.

ADDITIONES.

a Quòd immunitas.] Istud dictum Bartol. sequitur Abb.consilio 78. dub. 1. libro primo, sed non est simpliciter verum, nisi vbi quis haberet qualitates repugnantes, quia potentior inspicitur, vel foret fraus; ita per idoneas auctoritates concludit Dec. in l.rogasti. in princ. col.2. ff. si cert.pet. Et pro opin. Bartol.facit illa ratio, quia ex quo non habet partem maiorem fortunarum suarum illic collocatam, videtur hoc facere causa habendi immunitatem. & procurans honorem vt immunitatem habeat, non consequitur, Alexand.in l.simili modo.ff.si quis caution.
a ¶Vendendo ad hoc quæ dixi in consu.Parisi.§.55.glo.1.

SVMMARIVM.

1 *Petitio nomine plurium intelligitur viriliter, licet maritus possit vendicare rem dotalem à se venditam.nu.2. tamen tenetur de euictione, & ad pœnam.nu.3.*
4 *Contractus quando alterius fauore non valet, potest quis rem vendicare, licèt teneatur de euictione.nu. 7.9.*
8 *Mulier si vendit dotem, non tenetur, nec eius fideiussor, secus si maritus vendat.*
10 *Mulier si dolose taceat rem esse dotalem, non potest reuocare. numero 12.*
13 *Filiusfa.decipiens creditorem, non habet beneficium statuti.*
15 *Plus, dictio, in teste nil operatur.*
16 *Iuramentum suppletiuum non defertur vbi possunt haberi plures testes.*
17 *Pactum de retrouendendo, & modicitas pretij non probant fraudem.*

CONSILIVM CIX.

Viso processu inter Antonium quondam Iacobi, & dominam Isabeth eius vxorem agentes, & Ioannem de Briconio ciuem Rauenniæ se defendentem. Omissa exceptione cumulationis, videnda sunt principaliter duo, primum an dicti Ant.& Isab.possint petere restitutionem dictarum petiarum terræ ex quo cõtractus venditionis

ditionis ſit nullus, ex eo quia dictę petiæ terrę fuerunt per di-
ctam dominam Iſabe. vel alium eius nomine datæ in dotem
prędicto Anto. eius viro. ¶ Secundò, poſito quòd non: an de-
beant dictæ petiæ terræ reſtitui dicto Anton. ex capite reſciſ-
ſionis contractus venditionis quaſi fuerit venditor deceptus
vltra dimidiam iuſti pretij. Circa primum, quia non reperio
inſtrumentum dotis non poſſum circa hoc primum dubium
opportunè diſcutere. Nam ſi legitimè non ſit probatum iſtas
petias terrę eſſe dotales, res eſt in tuto. Si autem apparet eſſe
probatum quòd ſint dotales; tunc adhuc dico quod etiam
non obſtante illa tali abſolutione à iuramento: tamen dictus
Antonius & domi. Iſab. non poſſint obtinere eo modo quo
agunt. agit enim Franciſcus procuratorio nomine Anton. &
Iſab. & petit in concluſione reum condemnari ad reſtituen-
1 dum dictas petias terrarum dicto Anto. & dom. Iſabe. † quò
fit vt videatur petere condemnari ad reſtituendum ipſi pro
a virili [a] portione. l. 1. C. ſi plures vna ſentẽtia, l. Pau. reſpond. ff.
de re iud. l. reos. §. cum in talibus. ff. de duobus rei. Sed ita eſt
ꝙ pro parte mulieris conſtante matrimonio agi non potuit ad
rem dotalem alienatam, vt not. glo. inſtit. quibus alie. licet. in
princip. & probatur in l. doce. ſecundum intellectum quem
ibi ponit Bal. C. de rei vendi. & ita innuit tex. in c. cum contin-
gat. in verſi. ſoluto. de iureiuran. ſecundum doc. quos ſequitur
etiam ibi Ant. de But. in no. & no. etiam Barto. in l. ſi eſtimat.
ff. ſol. mat. & Bal. in l. ſi prædium. in prin. C. de iu. dot. & ſentit
ibi Cy. in 2. q. & per conſequens ſtat concluſio ꝙ mulier in hoc
iudicio, quæ dicitur per procuratorem petijſſe dictam dimi-
dietatem, nõ poteſt obtinere, ſed debet in expenſis tanquam te
* merè litigans condemnari. pro reliqua * verò dimidia, pro qua
agit Anto. eſt verum ꝙ glo. & doct. magis concludere viden-
tur, ꝙ quando non ob. vinculum iuramenti mariti & vxoris,
a ꝙ † maritus poſſit vendicare, vt per glo. & doc. in l. 1. §. & cum
lex. C. de rei vxo. actio. & inſti. quib. alie. non licet. in princi. &
per Barto. & alios in l. cum vir. ff. de vſucapio. & Spe. in titu. de
emptio. & vendi. §. tertio loco. verſi. quid ergo ſi vir. licet Ang.
poſt glo. in d. l. cum vir. tenuerit contrarium: tamen magis cõ-
muniter concluditur, ꝙ maritus tenetur de euictione. & potiſ
ſimè quando non apparet emptorem ſciuiſſe, ꝙ res empta eſſet
dotalis, vt in caſu noſtro: & etiam potiſſimè quando eſt promiſ
ſum de euictione, prout in caſu noſtro, in quo fuit promiſſum
de legitima defenſione, & non de veniendo contra ſub pœna
dupli cum refectione damnorum & expenſarum. & ideo bene
aduertat Anto. quid faciat: quia etiam caſu quo obtineret ali-
quam partẽ dictæ rei, incidit in dictam pœnam, & tenetur ne-
dum ad reſtitutionem precij, ſed etiam de euictione quanti
pluris etiã fuiſſet, & ad omne damnum, iuxta l. ſi cõtrouerſia.
& l. ſi tibi. C. de euictio. hoc ẽt tenuit gl. in l. vbi adhuc. in ver.
mater. de iud. do. & Iac. de Are. Cyn. Ray. Bal. & Saly. in d. l. ſi
prędium. & Bar. & Io. de Imo. in l. cum lex. ff. de fideiuſ. & Spe.
in d. §. tertio loco. ver. ſed pone vxor. cum ſeq. & in d. ver. quid
ergo ſi vir. & Io. Fab. inſtitu. quib. alie. licet. in prin. & Anto. de
But. in d. c. cum contingat. & ibi etiam hoc tenent Io. And. &
Io. de Ligna. in hanc partem etiam ſonant verba Bart. in l. cum
vir. de vſucap. bene facit quod no. glo. in l. quemadmodum. C.
de agri. & cenſi. lib. 11. in verbo. emptor. in fi. quę tenuit quod
3 † etiam in caſu illius. l. in quo celebratus fuit contractus ven-
ditionis a lege prohibitus, & tamen quamuis venditor poſſit
rem repetere, nihilominus tenetur de euictione, & ſi de eui-
ctione promiſit, & etiam ad pœnam, ſi pœnam promiſit. ¶ Nec
ad hoc obſtat ꝙ ſi diceremus maritum de euictione teneri, ſe-
queretur ꝙ maritus non poſſet vendicare per regulam poſitã.
in l. vendicantem. ff. de euictio. vbi quem de euictione tenet
actio, eundem agentem repellit exceptio: & tamen vt dixi ſu-
pra magis communiter concluditur, quod maritus poteſt ven
dicare: ergo ſequitur ꝙ de euictione non tenetur. quia reſpon-
4 tur † ꝙ regula [b] poſita in d. l. vendicantem, non habet locum
b vbi contractus non valuiſſet alterius quàm vendentis occaſio-
ne ſeu defectu: quia tunc quamuis vendens tenetur de euictio
* ne; tamen poteſt * venire contra contractum ſuum, tex. eſt in l.
ſi tibi. C. de euic. Ibi enim venditio non valuit non fauore ven-
ditionis, ſed fauore perſonæ, quæ vendebatur, quæ libera erat:
& tamen ibi venditor tenetur de euictione, & nihilominus nõ
impediretur venire contra contractum. Ita in propoſito, con-
tractus alienationis rei dotalis eſt prohibitus fauore mulieris,
vt not. d. §. & cum lex. & not. Bart. & doc. in d. l. cum lex. cum
concor. ideo maritus quamuis tenetur de euictione, poteſt ve-
nire ꝯ contractum, & vendicare. ¶ Alij ſunt etiã caſus in qui-
bus ille qui tenetur de euictione, poteſt venire contra contra-
ctum, & rem vendicare, vt patet in l. fi. cum ibi not. C. de eui-
ctio. ¶ Pro prædicta opin. etiam bene facit quod no. glo. & ex-
preſſius doc. in c. imperialem. poſt princ. de proh. feu. alie. per
5 Fed. † vbi concluditur, ꝙ ſi vaſallus vendidit ſine conſenſu do
mini feudum emptori ignorãti, tenetur poſtea emptori de eui-
ctione ad omne intereſſe. & licèt glo. ibi non videatur clarè fir
mare; tamen And. de Iſer. ibi & etiam Bald. in vlt. q. iſtam opi.
firmant per plures rationes. dicit And. de Iſer. ibi ꝙ ita com-
muniter tenetur. vnde facit tex. inſti. de emp. & vendi. §. fi. glo.
ibi videtur velle, ꝙ ſi pęnam fuit ſtipulatus emptor fundi à va
ſallo in caſu euictionis non poſſit peti pœna. Tamen illa glo.
poſito ꝙ eſſet vera, loquitur quando emptor ſciebat rem eſſe
feudalem. Sed in caſu noſtro emptor non fuit ſciens rem eſſe
dotalem; & in dubio præſumitur ignoraſſe. l. verius. ff. de pro-
ba. l. fi. pro ſoc. & quando ignouauit non videtur poſſe negari,
ꝙ non teneat ſtipulatio pœnæ, vt no. Spec. in d. ver. ſed pone. &
6 ſe. ¶ † Quinimò fortius voluit Io. Fabri. inſti. qui. alie. licet. in
prin. verſi. ſed an ipſe tenetur de euictione &c. Quòd etiam qñ
emptor ſciebat rem eſſe dotalem, tenetur maritus de euictio-
ne, & pari ratione ad pœnam, ſi expreſſe promiſſum eſt de eui-
ctione, & de pęna. per l. fundum ſciens. ff. de euict. & ita etiam
videtur tenere glo. in d. l. quemadmodum. tamen iſtum caſum
non diſcutio, ſcilicet quando emptor fuiſſet ſciens: quia nõ eſt
caſus noſter. & per prędicta patet non ꝓcedere opi. Io. de Imo.
in d. c. cum contingat. & in d. l. cum vir. vbi ſub dubio fortè te
nendo contra communem opi. dixit ꝙ ſi maritus vendit rem
dotalem ignoranti, videtur ꝙ emptori non teneatur vltra pre-
cium de euictione, nec etiam ad pœnam permiſſam, quia ſecũ-
dum eum ex quo lex permittit maritum venire contractum
ad ipſam rem vendicandam, non debet per viam indirectam
ipſum prohibere à vendicatione. arg. d. l. cum lex. facit. l. Seius
& aug. ff. ad l. fal. & quod habetur. in ca. cum quid vna via. de
7 regu. iur. in 6. Nam ad hoc reſpondi ſupra, † quia imò quando
contractus eſt prohibitus fauore alterius quàm vendentis, te-
netur vendens de euictione: & tamen poteſt venire contra cõ-
tractum d. l. ſi tibi. C. de euic. facit. l. fin. eo. titu. Sed Imo. Dyn.
Bart. & communiter doct. in d. l. cum lex. cum quibus etiam
tranſit ipſemet Io. de Imo. ibi, & alij ſcribentes in d. l. ſi præ-
8 dium. dicunt ꝙ diſpo. l. cum lex, volens † ꝙ ſi lex prohibet cõ
tractum venditionis, fideiuſſor de euictione non obligatur, ne
per indirectum uenditor impediatur uenire contra contractũ,
habeat locum quando uenditor alienat fundũ dotalem. Nam
quia contractus uenditionis prohibetur fauore mulieris, non
obligatur ipſa, nec etiam eius fideiuſſor: quia alias haberet re-
greſſum contra mulierem, ſecus dicunt ſi maritus uẽdat: quia
tunc & ipſe fideiuſſor obligatur de euictione. & ita eſt de men
te glo. in dicta l. cum lex, quam omnes ibi ſequuntur: quia ta-
lis uenditio non eſt prohibita quò ad maritum. & pro hoc al-
lega. doct. l. & ſi is. C. de prædijs min. cum ibi not. & l. iube-
mus. §. ſanè. & in authen. quoniam res. cum ibi not. C. de ſac.
ſanc. eccle. Et licet Ioan. de Imo. in d. c. cum contingat, & in d.
l. cum uir, conetur reſpondere ad d. l. & ſi is. cum ſimili. quod
ibi non permittebatur adminiſtratori venire contra contra-
ctum ex iure ſuo, ſed ex iure minoris: hic autem ex iure ſuo
recuperat. quia hęc ratio non videtur ſufficiens: quia etiam
quandò maritus vendidit fundum dotalem, quem vendidit
conceditur ei rei uendicatio contemplatione mulieris, & per
conſequens ex eius perſona, ut fruatur illa re dotali, ut ſubue-
niri poſſit pro ſupportatione onerum matrimonij l. pro one-
ribus. C. de iu. do. ita ipſemet Io. de Imo. dicit in d. c. cum con-
9 tigat. in 6. cha. & in d. l. cum uir. ¶ † Prætere a non eſt abſurdũ
quod in iſtis ſpecialibus & priuilegiatis caſibus audiatur quis
ad uendicandum rem ex iure ſuo proprio, & cum tenetur de
euictione. l. fin. C. de eui. & ita ſecundum hanc partem, quam
communiter tenent doct. fuit determinatum, ut refert Cyn. &
Saly. in d. l. & ſi is. & à communi opin. in iudicando non eſt re
10 cedẽdum, ut habetur in locis uulgaribus. ¶ † Plus dico, quod
ſi apparet dictam d. Iſabe. callidè & fraudulenter tacuiſſe rem
illam dotalem eſſe quando uendita fuit nullum habet regreſ-
ſum contra dictam alienationem, quia tunc ceſſatet fauor mu
lieris

lieris propter quam iura permittunt infringi contractum. ut probatur in l. si fine. C. ad uellei. unde in proposito dicit And.
11 de Iser. in d. c. imperialem, in prin. † ꝙ si uasallus uendebat rē feudalem, & non exponebat eam esse feudalem, sed dicebat ꝙ Titius in ea re ius habebat & ꝙ faceret ꝙ Titius consentiret, qui Titius dominus rei feudalis consensit simpliciter tacēdo, ꝙ erat feudalis, & in fraudem, quod tunc non poterit uenire contra contractum. hoc expressius uoluit Io. de Imo. in d. cap. cum contingat. in 10. char. in uersi. adde etiam prædictis, ꝙ si
12 emptor & c. & in d. l. cum uir. † ubi inquit, ꝙ si emptor fuit ignorans rem fuisse dotalem, si apparet mulierem consensisse animo decipiendi: ut quia asseruit rem non esse dotalem. non erit ei succurrendum: per id quod habetur in d. l. si fine. & in l. 2. & 3. C. si minor se maiorem dixerit. Et similiter consuluit
13 Dy. consi. incip. Iure municipali cauetur, † quod si statuto ciuitatis cauetur ꝙ filiusfa. non possit obligari nisi sit publicus mercator, ꝙ licèt filiusfa. fuerit confessus in instrumento, non per hoc ualidabitur contractus, per l. si fortè. ff. de ca. pecu. & per no. in l. si donationes. & ibi hoc etiam fuit de mente Bart.
c C. de colla. tamen fallit, nisi filius fa.[c] contraxisset cum ignorāte ipsum non esse publicum mercatorem: & tamen filiusfa. dolosè se asseruit esse publicum mercatorem nam non gaudebit beneficio statuti. l. 1. C. ad mace. & l. fœminis. C. ad uelleia. & hoc dixisse uolui, ut posito quod fortasse uerba instrumenti non euidenter probarent dictam caliditatem mulieris, tamen si per testes uel alia argumenta probari posset, hoc plurimum
14 iuuaret. ¶ † Nunc uenio ad secundum principale dubium in quo paucioribus agam, quia res clara est, & præsuppono ꝙ ad hoc, ut dicta rescissio contractus fieri possit, necesse est ꝙ probetur ꝙ precium solutum sit minus dimidia iusti precij. Et sicut sufficeret, si in modico esset minus dimidia,
d [d] ita sufficit ꝙ non sit plus, uidelicet dimidia, ut no. doc. maximè Bal. in l. 12. in 12. q. C. de rescrin. uendi. & Io. de Imo. in d. c. cum cōtingat, in 34. char. plus dixit Bald. in d. l. 2. in penul. col. & clarius & melius Io. de Imo. in c. penul. circa ulti. char. de empt. & uen.
15 † quod si res fuit uendita pro quinq;. & fuit probatum quod ualebat octo, & plus, non per hoc erit sufficienter probata de-
e ceptio ultra dimidiam iusti precij: quia illa dictio plus[e] obscura & ambigua nihil operatur in teste. capi. in præsentia. de probatio. & not. Do. in l. cum furti. ff. de in litem iur. & licet Bal. ponat exemplum aliter: tamen ineptè exemplificat secundum Imo. in d. c. penul. sed non est probatum saltem per duos testes idoneos ꝙ precium solutum fuerit minus dimidia iusti precij; ergo & c. ¶ Nam capiamus primò dictum ser Francis. de Guidarellis, iste testis non probat: quia est vnus & singularis, & per consequens non est sufficiens ad plenam probationem. c. in omni. de testibus. l. vbi numerus. ff. de test. Secundus verò alius testis non probat deceptionem vltra dimidiam: quia dicit ꝙ valebant dictæ terræ sex libras pro qualibet tornatura, & venditæ fuerunt pro tribus, & sic læsio non fuit vltra dimidiā. & ita etiam probat ser Oppizo, imò in depositione sua Oppizo dicebat ꝙ nescit quantum valuissent tempore contractus, nec est narrandum de deferendo iuramento Antonio in defectum semiplenæ probationis & c. quia in causis magnis nō defertur, vt plenè no. in l. admonendi, de iureiuran. & doc. in ca.
16 fi. eo. titu. item etiam: † quia in casibus in quibus verisimiliter debent posse inueniri plures testes, non est locus delationi iuramenti in defectum semiplenæ probationis, vt per Barto. in
* d. l. admonēdi, in verbo. item hoc * intelligo verū & sequitur etiam Bald. in l. in bona fide. C. de rebus creditis. & Bald. in repe. l. de quibus. ff. de legi. sed verisimile est ꝙ de valore dictarum terrarum poterāt habere plures testes, scilicet vicinos qui sciebant qualitatem, & quantitatem redituum dictę terrę. ¶ Ex quibus reditibus indicatur valor rei. l. si quis. C. de rescinden. ven. l. si fundum per fideicom. in prin. ff. de leg. 1. ¶ Accedat ad victoriam rei conuenti: quia posito quod esset probata læsio vltra dimidiam, quod non est, tamen reus obtulit se paratum supplere iustum precium, casu quo deceptio esset vltra dimidiam: & sic nullo modo tenetur ad rei restitutionem d. l. 2. C.
17 de rescin. ven. & c. pen. de emp. & vendi. ¶ † Nec contractus prædictus rescindi debet tanquam suspectus, & in fraudem vsurarum, ex eo quia appositum fuit pactum de retrouendendo ad certum tempus. l. 2. & ibi Bald. C. de pac. inter empto. & ven. etiam si res fuit vendita minus iusto pretio, secūdum Iac. de Are. Cyn. & Saly. in l. emptione. C. plus valere quod agitur. & ibi respondet ad text. in c. illo vos de pigno. & in ca. ad nostram. de empt. & vend. quod ibi erant alia adminicula ad viā aperiendam & præsumendi eos vsurarios, vt ibi latè per eos, & idem est de mente Bal. in c. 1. de feu. dato in vicem legis cūmisso. & idem tenet Io. And. in d. ca. illo vos. Pet. de Ancha. & dominus Card. in d. c. ad nostram. & dominus Cardi. in clem. 1. §. fi. in 18. q. de vsur. & est magis cōmunis opi. & præsertim, quia contrarium non apparet iure cautum. Nam in casu dicti c. ad nostram, qui tex. fortius stringit, concurrebant plura, quæ non concurrunt in casu nostro ad præsumendum contractum vsurarium, vt ibi ponderant doc. concurrebat enim ꝙ à principio venditor requisiuit emptorem vt pecuniam mutuaret, non vt fundum emeret. Item ibi fuit in venditione adiectum pactum quod venditor nō posset recuperare fundum, nisi post septennium: & sic volebat omninò emptor lucrari fructus, secus in casu nostro. Alexand.

ADDITIONES.

a ¶ Virili. hoc esset verum nisi ex qualitate rei vel materia subiecta
* aliud appareat. * Vide hac de re egregie Abb. in c. constitutus. in nou. de relig. do. Idem traditum & ab Antonio à Butrio, & ab Imola in c. ex literis. de pignoribus nisi vir vergat ad inopiam. l. vbi. C. de iure dot. & actio de dote non nascitur, nisi solu. mat. Alex. consi. 153. col. fi. lib. 6. & consi. 106. col. 2. lib. 5. & plenè idem Alex. discutiens articulum in l. si constante. ff. sol. mat. Natta.

* Pr o reliqua.] Ratio est, quia alienatio est prohibita fauore tertij, & reip. ideo iuramentum non attenditur, secundum Imo. in d. l. cum vir. & sequitur Ang. Aret. Instit. quibus alie. non lic. in prin. Natta.

b ¶ Regula, Fran. Rip. l. qui Ro. §. duo fratres col. 8. de ver. ob. fa. supra lib. 1. consi. 59. col. fi. supra eo. lib. consi. 56. col. fi.

* Tamen potest.] Sequitur Dec. in alio proposito consi. 185. col. 4. Nat.

c ¶ Filiusfam. dixi in consue. Parisi. §. 114.

d ¶ Dimidia. dixi in consue. Parisi. §. 22. nu. 46.

e ¶ Plus. idem Bal. in c. cum causam. de testi. contrarium tenet Sal. d. l. 2. q. 15. Alex. in d. l. si post tres col. 2. si quis cautio. Ias. in d. l. cum furti. aduerte ego puto opi. Sal. veram rectè intelligendo, videlicet quādo depositio testium clarè probat de dimidia, & etiam concludit de alia quod vltra per rationes claras & concludentes licet ex eorum dictis non appareat determinatè quantum sit illud plus, tamen sufficit. licet Ponta. in d. l. 2. col. fi. dubitet. debet tamen iudex certā summam supplementi arbitrari, circa illud plus ꝙ potest se habere ad modicū & magnū arbitrabitur de modico, quia debet fieri interpretatio contra probantem videlicet contra petentem rescissionem, si vero depositio testium clarè concludat de dimidia, & testes deponāt etiām de pluri, sed rationes eorum non concludunt necessariò etiā de aliquo pluri, tunc illa dictio plus, nihil operatur & debet actor succumbere. & ita loquitur Alexan. hic, & sic bene consuluit, nec est sibi contrarius quicquid dixerit Ias. in d. l. cum furti.

* Item hoc.] Bar. ibi dicit in versi. Venio ad tertium. & sequitur Fran. Cur. ibi col. 59. fal. 4. Natta.

EPITOME.

SI sit statutum quòd fur pro quarto quantulocunque furto laquio pereat: si tria præcedentia furta ascēdant ad valorem 25. librarum non sufficit ꝙ omnia quatuor furta ascendant ad dictum valorem.

CONSILIVM CX.

Stante statuto Ciuitatis Parmę sub rubrica, de fur. & latrocinijs, stantibusque veris his quæ narrantur in themate, non video casum de quo quæritur aliquo modo dubitabilem: quia per dictum statutū clare deciditur ꝙ dictus Franciscus non debeat pœna vltimi supplicij puniri pro dictis quatuor furtis perpetratis, sed minus puniri debet arbitrio potestatis, vt in dicto statuto conti-
1 netur. † furta punienda sunt, secundum statuta & consuetudines locorū, in quibus commissa sunt extraordinarie ita inquit Bal. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fu. & ille tex. est melior ad hoc qui sit in iure, secundum Bald. in l. 2. in fi. C. de noxa. Sed ita est ꝙ dictum statutum requirit ꝙ ad hoc vt pro furto possit fur suspendi ꝙ tria præcedentia furta inuicem cumulata in totum ascendant summam librarum 25. & abinde supra si verò fuerint minoris valoris libra 25. vult ꝙ minus puniatur arbitrio potestatis. & in facto præsupponitur ꝙ primum furtum ascendebat ad summam librarum 4. ad plus, & secundū vsque ad solidos 10. & tertium ad summam solidorum 40. quartum vero

vero vsque ad summam 7. ducatorum vel 8. ad plus. Et sic tria præcedentia furta simul cumulata non ascendebant ad summam librarum 25. ¶ Nec ob. si diceretur ꝙ verba statuti videntur importare ꝙ sufficiat ꝙ omnia quatuor furta simul cumulata ascendant ad summam & valorem lib. 25. quia dico hunc non esse sensum statuti prędicti, vt clarè ostendunt verba eius, quæ sunt hæc, videlicet pro quarto verò furto cuiuscunque sit quantitatis, vel æstimationis suspendatur per gulam, ita ꝙ moriatur, non tamen furta præcedentia inter omnia fuerunt valoris lib. 25. imperialium, & abinde supra, si non fuerit minoris valoris lib. 25. imperialium minus puniatur ad arbitrium iudicis vel potestatis &c. Et ꝙ illa verba inter omnia &c. non
2 intelligantur comprehendere quartum furtum † quia in relatione vni⁹ verbi ad aliud in eius interpretatione, semper debet attendi ratio recti sermonis. l. Plautius. ff. de au. & argē. leg. l. si pluribus. ff. de accep. & not. Barto. in l. si decreta. C. de transl. & in l. Aurelius. §. Caio. ff. de lib. leg. & in d. l. pluribus. Sed si intelligeremus comprehendi æstimationem dicti quarti furti, repugnaret ratio recti sermonis: quia statutum loquitur de valore furtorum præcedentium quartum furtum insimul cumulatorum. Sed quartum furtū non potest dici præcedere ipsummet quartum furtum: quia præcedens dicitur respectu sequentis. l. quę duos, in prin. ff. de reb. dub. & not. in procemio ffor. §. discipuli. & sicut necesse est ꝙ illa verba, inter omnia, referātur ad tria præcedentia furta, & non ad quartum: & si statutū voluisset attendi debere cumulationem omnium quatuor furtorum, non dixisset, dū tamen furta omnia fuerint valoris &c. sed dixisset dum tamen furta omnia fuerint valoris 25. & sic superuacuò adiecta essent illæ duæ dictiones, scilicet præcedē-
3 tia inter, † & vbicunque fieri potest, semper debet fieri interpretatio quod vnumquodque verbum aliquid operetur. l. si quado. in prin. de leg. 1. c. si Papa. de priui. in 6. & sunt verba Bald. in rubri. C. de contrahen. emptio. in 8. q. facit quod not. Barto. in l. 4. §. prætor. in versi. quæro ꝙ si statutum dicat, ff. de
4 dam. infec. cum suis concord. ¶ † Confirmatur: quia quando prima clausula habet propriam & specialem determinationē, clausula sequens siue in fi. apposita non refertur ad illud. l. 1. §. cum autem. & ibi no. ff. de postu. l. sed si prętorem. §. deinde. ff. ex quibus cau. maio. & no. doct. in l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & in not. quæstio. statuti declarat Bald. in l. 1. C. de legi. hære. ¶ Sed quò ad valorem quarti furti præcessit clausula specialiter prouidens, vt patet ex illis verbis, scilicet pro quarto verò furto 25. librarum, cuiuscunque æstimationis, ergo sequens clausula loquens de valore 25. lib. non refertur ad quartum furtum, & aliter intelligendo redderentur superflua illa verba, scilicet cuiuscunque sit quantitatis: quæ interpretatio capi non debet, vt proxime dixi. huic enim interpretationi consonat omne illud quod cautum est in præcedenti versi. cuius statutum incipit. & pro tertio furto & cuiuscunque sit conditionis puniatur arbitrio domini potestatis, annexa præcedenti pœna, dum tamen primum & secundum furtum sit valoris centum solidorum imperialiū minus puniatur persona pro tertio furto arbitrio potestatis. ecce quod quando agitur de puniendo
a tertio furto, statutum non vult accumulari a nisi ęstimationem præcedentium furtorum non computata æstimatione tertij furti; pari igitur ratione fieri debet dubia interpretatio in sequenti casu, scilicet quando tractatur de pœna quarti furti. voluerunt statuentes disponere arg. l. qui filiabus. in prin. de leg. 1. & l. si seruus plurium. §. fi. eo. titu. & l. vtrum. de peti. hære.
5 ¶ † Confirmantur prædicta: quia cum agitur de pœna imponenda, debet fieri minor interpretatio. l. si præses. & l. si de interpretatione. ff. de pœn. & regula in pœnis, de regu. iur. in 6.
6 ¶ † Videretur etiam ꝙ nec de iure communi possit imponi pęna vltimi supplicij: quia illa non imponitur nisi famosis latronibus. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœ. & plenè no. in d. auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. & intelliguntur latrones, qui violāter aggrediuntur, vt in auth. vt nulli iud. §. fures. cum ibi not. & ꝙ dicantur famosi requiritur ꝙ etiam fama de hoc contra eos laboret. vt inquit Bar. in d. §. famosos. & non videtur sufficere ꝙ sit fur, sed sit latro & famosus: vt etiam no. expresse Iac. Bur. Ange. Saly. in d. auth. sed nouo iure. quoniam imò posito
* quod famosus fur posset furca suspendi, non videtur quod pro multis paruis furtis * possit quis tanquam famosus fur furca suspendi vt est de mente Bald. in c. 1. §. iniuria, de pace iu. fir.
7 in versic. quæro de famulo scholarium. † vbi quiritur an pro multis paruis furtis possit quis tanquam famosus fur furca suspendi, & remittit se ad not. per glo. in l. apud antiquos. in fin. C. de fur. & ibi glo. fi. & facit ibi differentiam inter furtum vile, & furtum magnæ rei. & sic Bal. videtur velle constituere differentiam inter furta & furticula, & posset per aliqua similia comprobari: tamen illud vltimum non pono pro constanti, vt scilicet quod pro multis furtis paruis non dicatur quis famosus fur, saltem non cōcurrente de hoc fama contra eū: quia de hoc non est meum discutere, & præsertim quia sumus in casu dicti statuti, cui in hac materia standum est, vt iam dixi. Ex quibus intrepidè concludo dictum Franciscum non esse vltimo supplicio afficiendum. Alexand.

ADDITIONES.

a ¶ Accumulari. Ias. l. si idem cum eo. de iurisd. om. iudic. adde plenè Ang. trac. malefi. versi. & vestem. Cæpo. rep. d. authen. sed nouo iure. C. de ser. fug. Fely. c. at si clerici, in fi. de iudi. chassam in consu. Burgun. rub. 1. §. 5. d. Iac. Bosanc. in repet. d. §. famosos.
* Paruis furtis.] Doctores communiter in d. Auth. Sed nouo iure. concludunt, ꝙ secundum formam statutorum, & ex consuetudine Italiæ, pro tribus furtis, quis furca debet suspendi, & etiam pro vno furto, si sit magnum. Idem dicit Ang. Are. in trac. maleficiorum, in verb. Vestem cœlestem. & Gandin. sub rub. de Furibus, & latron. Est tamen aduertendum, quòd Ludou. Rom. consi. 429. dixit, ꝙ licèt per statutum fur pro paruo furto possit suspendi, tamen iudex potest moderari pœnam citra mortem. sequitur Ang. in trac. malefic. in addit. ad glo. Quas si non soluerit. col. 4. Et de iure communi, quæ pœna sit furis, tangit pulchre Fulgo. consi. 157. supposito statuto, &c. & plura affert Ias. in l. pen. col. pen. & seq. ff. de condi. ob caus. Natta.

CONSILIVM CXI.

LEGE supra lib. 1. consi. 31. quod hic duplabatur.

SVMMARIVM.

1 *Exemplatio vt fiat quid requiritur.*
3 *Imperator non est dominus rerum particularium, nisi ad protectionem.*
4 *Publiciana non datur ei, cui non est tradita possessio vacua: nec contra titulo possidentem. nu. 5.*
6 *Confines duo faciunt reum certum.*
7 *Testes singulares in genere probant.*
8 *Testis vnius dictum extra iudicium facit præponderare.*

CONSILIVM CXII.

In causa & lite vertente inter monasterium abbatiæ Nouantulæ, & Ioannem Blondum agentes, & Antonium Noxanum se defendentem, petitum est pronunciari illas duas petias terræ satiuæ & buschiuæ tentas & possessas per dictum Antonium esse de iure monasterij: & spectare ad dictum Ioannem iure vtilis dominij, & condemnari dictum Ant. ad restituendum &c. etiam in libello dicitur ꝙ vna petia terræ est in fundo Bondeni in loco dicto Casale, seu la Mota, iuxta aggerem Padi, & dictum Ioan. Alia verò est in dicto fundo iuxta aggerem Padi, & dictum Antonium. ¶ Vt fatetur actor seu eius aduocatus, vt vos excellentissimi iudices audistis, ipsi intentauerunt & prosequuti sunt directam rei vendicationem, respectu iuris ecclesiæ & vtilem rei vendicationē respectu Ioannis Blondi, & sic oportet quod sit probatum de dominio directo respectu ecclesię. & de vtili respectu Ioā. iuxta l. in rem, in prin. ff. de rei vendi. & l. 1. ff. si ager vecti. de quo quidem dominio directo non est probatū aliquo modo. ¶ Nec ob. quoddam assertum priuilegium Ottonis Imperatoris productum: quia respon. primò quòd in eo non fit mentio de rebus de quibus ibi est controuersia. ¶ Secundò respond. ꝙ illud non est authenticum sed est quoddam assertum sumptum
1 quod quidem nullam fidem facit pluribus rationibus. ¶ † Primò: quia fuit sumptum nullo facto edicto aut citatione gene-
a rali, a prout requiritur quando exemplatur priuilegium, etiā si de nullius certæ personæ præiudicio tractabatur, vt no. doc. maximè Bald. in authen. si quis in aliquo. in 2. & 3. co. C. de eden. can. no. in c. Albericus. de testi. ¶ Alia ratione non probat quia non potest dicta exemplatio & publicatio fieri nisi appareat vna ex causis, quæ leguntur & no. in c. fi. de fide instru. vt quia originale erat ita vetustum quod incipiebat litera cadere, sed

re, sed nulla apparet * causa in dicta exemplatione & publicatione; ergo non valet. ¶Item non probat: quia non apparet ꝙ illi qui exemplarunt, vel aliquis eorum esset notarius & publica persona, & per consequens fidem non facit, nisi aliàs sit probatum de tabellionatu, & in §. oportet, in auth. de fide instru. & not. gl. in auth. & si contractus. in verbo sol. ad fi. C. de fide instru. & Barto. in l. 1. §. si quis neget. in fine primæ columnæ. ff. quemad. testa. ape. & Bal. in l. 1. §. editiones, in prin. de eden. &
2 no. omnes in c. 1. de fide instru. ¶ † Item dato ꝙ esset authenticum, & fidē faceret, & comprehenderet res de quibus est quæstio, tamen alijs rationibus non releuat agentem: quia illud priuilegium est priuilegium Imperatoris Ottonis, qui non poterat donare ea quæ erant de iure ecclesię Romanæ, prout est Ferraria b & eius territorium Bondenum, quod est de suis pertinētijs, vt no. glo. in auth. vt eccle. Romana. §. fi. in fi. & ille Otto. 4. Imperator, qui concessit (vt dicitur) dictum priuilegium, fuit per longa tempora post Constantinum qui donauit ecclesiæ patrimonium quod habuit ecclesia, vt refert Isidorus de temporibus: vt habetur in chronicis, vbi apparet ꝙ plures fuerunt Imperatores inter Constantinum & Ottonem quartum.
3 ¶ † Alia ratione: etiam non releuat illa concessio: quia licèt Imperator sit dominus totius mundi quò ad protectionem. c l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiam de iactu. & l. bene a Zenone. C. quadrien. præscrip. tamen non est dominus rerum particularium, vt no. Bar. post glo. in proœmio ffорum. in prin. & in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vend. & glo. & doct. in d. l. bene a Zenone. ergo non potuit Imperator concedere dominium rerum particularium: quia non est dominus nisi ad protectionem. res autem particulares sunt singulorū, & si non apparet specialiter ꝙ sint in alterius bonis, efficiuntur occupantium. l. 3. ff. de acqui. re. do. & l. 1. in prin. & ibi no. ff. de acq. pos. sed non apparet ꝙ per illum Ottonem Imperatorem res particularis, de qua est quæstio, fuerit apprehensa & occupata ante quam apprehensa esset per istos de Noxanis: Vnde non potest dici quod esset in domi
4 nio particulari Imperatoris. ¶ † Vbi autem agens vellet se fundare in publiciana, constat ꝙ obtinere non potest: quia publiciana non datur illi ad quem non peruenit possessio vacua, vt not. Cy. Bart. Bal. in l. cum res. C. de proba. & Io. And. in addit. Spec. in titu. de causa pos. §. nunc videndum. in addi. incip. de hoc est &c. ¶Sed constat quod Io. Blondus non habuit possessionem vacuam: quia postquam ipse produxit primum libellum contra Anto. Noxanum. in quo narrat rem esse apud Ant. Noxanum. ipse Ioan. Blondus propria authoritate occupauit possessionem dictæ rei, & non constat ꝙ huius rei vnquam habuerit possessionem ipsum monasterium, & sic sibi non potest competere publiciana. ¶Et quò ad publicianam non habet ecclesia priuilegium ꝙ sine possessione sibi acquiratur quasi dominiū, vt no. Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 58. & cano. in c. 2. de cōsue. & Bal. in l. quoties. C. de rei vē. & in l. siue aūt.
5 §. si duobus. ff. de pu. ¶† Itē alia ratione in publiciana nō potest obtinere, q̄a publiciana non datur ꝯ titulo possidentē, vt l. siue aūt. §. si duobus. ff. de pub. ¶Sed Ant. possidet cum titulo inuestituræ sibi factæ ad longum tempus, per quā transfertur vtile dominium vel quasi, vt d. l. 1. in fi. cum l. seq. ff. si ager vecti. & l. 1. §. quod autem ait. cum ibi no. ff. de superfi. ergo nullo modo potest agens obtinere in rei vēdicatione, vel in publiciana. ¶Nec ad hoc vltimum obst. si dicatur ꝙ in instrumento inuestituræ seu renouationis. Anto. sunt alij confines, quàm illi qui
6 sunt expressi in libello † quia respondeo ꝙ est identitas in nomine fundi & loci, duobus confinibus. ¶ Nam in instrumento inuestituræ Anto. dicitur in fundo Bondeni in loco Casali, iuxta Padum & iuxta aggerem; & duæ demonstrationes sufficecerent nisi aliud ostendat diuersitatem corporis, vt plenè per Bar. in l. demonstratio falsa. in 7. q. ff. de cond. & demon. ¶Item de identitate corporis apparet ex instrumentis productis per Ioan. Blondum, in quibus sunt ijdem confines, & illæ demonstrationes quæ sunt scriptæ in instrumento inuestituræ Anto. Et per hoc patet, ꝙ non ob. ꝙ testes Anto. interrogati si res de qua est quæstio, est illa de qua in primo cap. respondetur ꝙ nesciunt: ergo non est probata intentio: quia respondeo & dico ꝙ in primo. c. ad quod se referunt, vel super quo deponunt, nō est capitulatum de inuestitura Ant. seu de re, & demonstrationibus, & confinibus incertis in inuestitura Anto. sed solum de inuestitura Io. ¶Præterea, dato ꝙ ipsi dicant se nescire rem de qua est quæstio, an sit eadem cum re de qua in inuestitura. Ant. vel Io. Noxani: cū satis est ex demonstratione fundi & loci, & confinium. hoc apparet ex inspectione instrumentorum, vt supra dixi insuper testes Anto. & maximè primus & secundus, dicunt quod ab annis 20. vel 28. in antea non erat ibi aliud polliciniū. quàm istud de quo est quęstio, sed ita est ꝙ in dictis ambobus instrumentis tam Io. Noxani, quam Ant. apparet in isto loco ꝙ sunt inuestiti de pollicinio, ergo de necessitate apparet ex dictis istorum testium quod locus de quibus in inuestituris & locis, de quo est q. est vnus, & idem. & per hoc etiam patet ꝙ non ob. dum dicitur ꝙ in inuestitura Ioan. Noxani continetur ꝙ ipsæ inuestituræ de vno pollicinio circundato a flumine Padi circumcirca: & tamen testes aliqui ex testibus An. deponunt ꝙ ibi non poterant ire nisi biduelle, & non semper ille locus inundabatur a Pado: ergo non dicitur esse pollicinium nec circundatum a Pado circumcirca: quia respondeo primò ꝙ in inuestitura Anto. quæ nobis sufficit, non dicitur ꝙ esset tunc circundatum circūcirca a flumine Padi. ¶ Pręterea licet hoc dicatur in inuestitura Io. Noxani hoc ideo esse debet: quia illo tempore erat circundatum circumcirca, scilicet de anno 1490. testes autem pręcisè non deponunt de illo tempore si bene inspiciantur dicta eorum, quinimò maior pars testium deponit ꝙ imò ibi trahebantur naues magnę, iam sunt 30. anni. ¶Non ob. dum dicitur ꝙ Petrus Bonus testis. Ant. videtur deponere falsum: quia dicit ꝙ vidit Io. Noxanum tenere & possidere ab ann. 60. dictam rem, & tamen non sunt nisi 51. ann. ꝙ Io. fuit inuestitus. Quia respondeo ꝙ nihil repugnat quod ante inuestituram potuisset tenere dictam rem titulo conductionis vel aliqua alia de causa. ¶Non ob. inquantum dicitur ꝙ Pe. Bonus deponit ꝙ ab annis 80. circa munitum est dictum pollicinium, ergo non potest dici ꝙ anno 1490. quando fuit inuestitus Io. ille locus esset circūdatus ab aquis Padi, vt dicit instrumentum inuestiturę Io. quia respondeo primò, quod etiam sola inuestitura Anto. sufficit nobis. ¶ Pręterea non dicit ipse testis quod illud pollicinium fuerit munitum an. 80. &c. sed dicit sine copula, quo casu non importat ꝙ continuè ab illo tempore circa fuerit munitum, vt no. Io. And. in c. licet causam. de proba. & Barto. in l. Celsus. ff. de vsuc. cum simi. & potuit esse ꝙ iam sunt 80. an. ꝙ cepit esse munitum, & tamen non ita per durauit, & sic non sequitur de ann. 1490. ita esse munitum. & hoc declarat ipsemet testis super 5. c. ¶Non ob. etiam dum dicitur ꝙ ipse testis videtur sibi contrarius inquantum dicit ꝙ erant duo pedes in fundo quando Padus est immensus, & quādo sclappi &c. ergo videtur difficile ꝙ naues 60. modiorū maximè oneratę potuissent trahi per dictum locum, quem inexpertus nauta ignorat, an sit certa. ¶ Non obstat ꝙ Marchionus testis Ant. dicit ꝙ vidit intra illum locum transire burchiellas portaturę duorum centenariorum fasciorum, & se nunquam vidisse naues maioris portaturę &c. quia respondeo quòd licet iste testis dicat ꝙ non vidit maiores naues ibi transire, non sequitur ergo non transiuerunt: quia testis deponens super negatiua oportet ꝙ dicat ꝙ non potuissent ibi transire quin vidisset, aliàs de necessitate non concludit vt requiritur, vt not. Io. And. in c. bonæ. de elec. & Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itinere actuque priua. & glo. & Ange. in §. sin verò absunt. in auth. de hær. & fal. ¶Non obst. ꝙ testes nostri sint singulares: d quia respon. ꝙ istud non habet obstare: † quia si tractaremus de probando ꝙ vna certa nauis in specie transiuit per illum locum, requireretur quod testes essent concordes, sed ad probandum in genere ꝙ naues in genere ibi transibant testes singulares nō repelluntur, vt not. Inno. & omnes. in c. qualiter & quando. el 2. de accusa. & Spe. in titu. de teste. §. antepe. ver. quid si plures. & no. Anto. de But. in c. cum oporteat. de accu. & Bald. in l. 1. C. de test. cum suis multis concord. ¶Item sicut videmus ꝙ ad probandum ꝙ quis possedit non repelluntur testes singulares, vt est glo. singula. in l. ob carmen. §. fi. de testa. ff. ita eadem ratione quando testes probant ꝙ aquæ occupabant talem locū, quando nō tractatur de possessione vel occupatione vnius certi & limitati temporis. ¶Præterea etiam si nullum testem haberemus, adhuc non constat posse obtinere aduersarium, qui nō probauit de dominio directo sufficienter, nec alio modo fundauit intentionem suam, vt iam ostensum est supra. ¶Postremo nō obstat ꝙ ex aduerso pro parte Io. Blondi testes recepti enerуarunt dicta testium Ant. & eis contradicant: quia respon. ꝙ testes

testes Anto. iuuantur & corroborantur per instrumenta inuestiturarum, vbi apparet ꝙ dictus locus erat pollicinium. Item iuuantur per plures testes receptos pro informatione iudicũ, & dicit Bald. in c. 1. §. si duo. de pace tenen. ꝙ ibi est glo. sing.
8 ex qua habetur † quod informatio etiam vnius solius testis nõ legitimè recepti, & non iurati, operabitur hoc vbi probatio-
e nes essent hincinde pares quod præualebunt[e] probationes pro quibus concurrit ista informatio habita ab illo teste non solenniter iurato, quantò magis in casu nostro dicendum ꝙ plus debeat operari ista informatio habita a 7. testibus. denique (vt dixi) etiam si testes nostri nihil nobis suffragarentur, non potest actor obtinere: quia non probauit ea quæ sunt fundamentum intentionis suæ in rei vendicatione vel publiciana &c. Et ita dico & consulo ego Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Generali. infra lib. 6. consi. 150. col. 1.
* Sed nulla apparet.] Alia causa, si instrumenta inter plures erant cõmunia. Item si instrumentum erat in remotis, & timeretur de amissione, vt Abb. ibi dicit; vbi vult idem, quando originalia sunt scripta in papyro. Natta.
b ¶ Ferraria idem supra lib. 1. consi. 67. col. fi. Fran. Rip. rep. c. cùm M.
* Ferra. nu. 6. de consti. * Et quòd Ferraria sit Ecclesiæ, tenet etiam Imola in Rub. ff. de verb. obli. col. pen. per d. glo. in Auth. vt ecclesi. Rom. & ibidem ponit Imola de locis alijs, quæ habet eccle. Natta.
c ¶ Protectionem, Andre. Ise. c. 1. de capi. qui curi. ven. col. 8. c. primo quæ sint regal. co. 29. in vsib. feud. Alex. supra lib. 2. consi. 76. nu. 7.
d ¶ Singulares. supra lib. 1. consi. 72.
e ¶ Præualebunt. supra lib. 2. consi. 24. nu. 40.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an possit locare domino irrequisito.*
2 *Ignorans non censetur consentire nec ratificare.*
3 *Emphyteuta alienans non cadit nisi domino volente.*
5 *Personam approbans censetur approbare dictum eius.*
6 *Pactum de stando priuatæ scripturæ iam factæ, valet.*
7 *Disponere contra legem quis potest in sui præiudium.*
9 *Patientia longi temporis ex sola scientia non præsumitur consensus, nisi adsit titulus, vel de modico præiudicio agetur.*
10 *Emphyteutæ alienanti consentire non est magnum præiudicium domino.*
11 *Inuestitura feudi vel emphyteusis allegata vt præsumatur. sufficit possessio & solutio longi temporis.*
12 *Dispositio de re intelligitur de tota.*

CONSILIVM CXIII.

Viso & diligenter considerato themate de quo supra videretur prima consideratione dicendum, dictum emptorem se non posse tueri saltem respectu partis ab initio emptæ a dicto vsuario seu emphyteuta: quia erat communis
1 regula † ꝙ per alienatioẽm factam ab emphyteuta, irrequisito domino, cadit emphyteuta à iure suo l. 2. C. de iure emphy. c. potuit. de loca. & idem etiam videretur dicendum in parte, quam locauit: quia de natura illius locationis factæ ab emphyteuta, erat ꝙ conducens ab eo posset rem perpetuo conductam retinere quousque pensionem soluere vellet, vt colligitur ex themate: & per consequens dicebatur ista vltima locatio respectu partis locatæ habere instar locationis in emphyteusim, vt probatur in §. adeò. institu. loca. tum quia dicta vltima locatio non fuit facta ab habente directum dominium, sed ab habente vtile: ideo magis proprie dicitur concessio libellaria, vt no. Azo in summa. C. loca. not. glo. in authen. ingressi. C. de sac. san. eccle. & Barto. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infec. & in l. 1. C. de iu. emphy. & probatur in c. 1. §. donare. in titu. qualiter olim feu. po. alie. & ibi probatur ꝙ talis concessio est alienatio. & in c. 1. ver. aut si liuellario. & ibi per Bal. in titu. quibus mo. feu. ami. & in capi. 1. in fi. de prohi. feu. alien. per Lotha. & in capitu. 1. in princip. de alien. feu. & per Bald. in ru. C. de iure emphy. & per doc. in c. fi. de præcarijs. & in d. c. potuit. facit tex. in c. audientiam, & in c. nulli. de re. eccle. nõ alie. & quod no. in cle. 1. eo. titu. & per doc. in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. Et in spe. dicit Spec. in titu. de loca. §. nunc aliqua. ver. 125. ꝙ emphyteuta non potest alteri in emphyteu-
a sim locare[a] irrequisito domino. ¶ Nec ob. quod soluerit secundus conductor pensionem fratris illius, qui habebat dominiũ directum, vt constat in partitis & postis de quibus in themate, quas videtur confiteri fuisse veras dominus directus, vt patet per responsiones per eũ factas positionibus de quibus in themate: quia posset responderi, ꝙ dominus directus videatur cõsensisse & ratificasse contractum factum à primo emphyteuta, quantum est respectu locationis factæ per emphyteutã de parte dictæ rei, & illa occasione videtur solutam esse pensionem.
2 ¶ † Sed respectu partis venditæ & alienatæ non constat quod dominus habuerit scientiam: ergo non potest videri ratificasse illud quod ignorat. l. mater. ff. de inoffic. testa. l. legitima. de peti. hære. & l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iudi. facit quod no. Dyn. & Bald. in l. Mæuius. §. duobus. ff. de leg. 2. vbi dicunt ꝙ licèt quando dominus ab emphyteuta qui ceciderat a iure suo, recipiens pensionem videatur consentire ꝙ emphyteuta sit integratus, per l. post diem. ff. de lege commissoria. & l. commissoriæ. C. de pac. inter emp. & vendi. & not. in l. 2. C. de iure emphy. tamen illud est verum, nisi dominus recepisset pensio-
b nem ignoranter. [b] argumen. d. l. mater. secundum eos & fuit sententia Spe. in titu. de loca. §. nunc aliqua versi. 24. ¶ Sed præmissis non obstantibus, contrariam sententiam de iure probabiliorem esse puto: primò quia præsupponitur concordare æstimum domini habentis directum, & æstimum dicti emptoris, & in quo æstimo fit mentio de tota ista re, & ꝙ eam habet ad vsum. dictus emptor soluendo singulo anno tantũ, per quæ verba denotatur vsum esse perpetuum. l. si Stichum. §. stipulatio. ff. de verb. obl. l. si in singu. ff. de an. leg. cum simi. ¶ Et extat statutum sub rub. de modo probãdi rei cognitæ dominiũ &c. in versicu. volentes iuncto versi. Et quæ diximus de proprietariò, ꝙ vbi descriptum est ad æstimum alicuius soluentis vsum ipsum teneri ratione vsus vel alicuius recognitionis singulo anno in aliqua quantitate denariorum vel rerum, & similiter sit descriptum ad æstimum habẽtis directum dominium eiusdem rei. & dictæ descriptiones, s. tã domini quàm vsuarij sint concordes: tunc liber æstimorum faciat plenam fidem contra vsuarium: & idem econtra statuitur. s. quod faciat fidem cõtra proprietarium, vt in præallegatis duobus versiculis est cautũ, & sic cessat dubitatio quæ est de iure communi, an æstimum fidem faciat inter priuatos, de quo in l. si pater. & ibi Bald. C. de actio. emp. & in l. quæ quisque, & quod ibi Barto. ff. de acq. re. do. & per Bald. in l. si quis in suo. in fi. ff. de condi. institu. & Bald. Ange. & Ioan. de Imo. in l. decem. ff. de ver. ob. & in l. censualis. & ibi Bal. C. de do. & Batt. in l. ruta. C. de omni agro de
3 ser. li. 11. & l. solennibus. & ibi Bal. C. de rei vend. ¶ † Secundò fortificatur: nam per alienationem factam ab emphyteuta irrequisito domino non cadit emphyteuta a iure suo, nisi domino volente, vt probatur in d. l. 2. in verbo, voluerit. & ibi not. doct. & gl. parua. in l. 2. ff. si ager vec. & probatur in authen. de non alie. in §. scire autem. in verbo volentibus, & eo ipso ꝙ apparet dominum voluisse quod emphyteuta non cadat a iure suo, non potest amplius dominus ab ea voluntate discedere. l. apud Aufidium. ff. de opti. leg. & in regula quod semel. lib. 6. quod patet in Spec. ex no. per gl. & docto. in l. 2. C. de iure emphy. & per Spe. in d. §. nunc aliqua. ver. 24. & Inno. in d. c. potuit, vbi volunt ꝙ eo ipso ꝙ dominus ab emphyteuta qui ceciderat a iure suo recipit pensionem futuri temporis, non possit amplius eum expellere tanquam priuatum, & sic propositum mutare non potest, cum videatur dominus semel consensisse quod non sit priuatus, sed ita est in proposito ꝙ dominus videtur consensisse quod iste emptor habeatur pro vsuario, quemadmodũ erat primus vsuarius a quo secundus causam habuit & per consequens videtur translationem factam in secũdum vsuarium approbasse, vt patet ex dicta partita posita in ordine fratris domini habentis directum dominium, in qua confitetur recepisse a dicto vltimo vsuario lib. 7. pro vsu, quem soluere debebat dicto domino habenti directum, a quo domino dictus frter eius recipiens dictas lib. 7. asserit se dictum vsum accepisse insolutum, & ꝙ verbo fertur præsupponendum est in facto ꝙ quantitas dictarum librarum 7. erat integra pẽsio, quę solui debebat, & solita erat solui per primum vsuarium: & ꝙ dicta partita intelligitur de re vsuarij, de qua vertitur quęstio.
4 ¶ † Nec obstat si dicatur ꝙ dicta scriptura priuata non facit fidem contra dominum habentem directum dominium, vt l. instrumenta. & l. rationes. C. de probatio. quia responderur, ꝙ attento ꝙ dominus habens directum, fatetur dictum eius fratrẽ qui

qui dictam partitam scripsit fuisse toto tempore eius vitæ virum fide dignum, bone vitæ, bonæque conditionis, & famę, & non mendacem, sed veridicum per totum dictum tempus, maximè in scripturis suis: & quod notam habuit, & habet dicti sui fratris vitam, qualitatem, conditionem & famam: & ꝙ pro tali eum continuò habuit & habet, vt in themate præsupponi tur: ergo si per totum tempus suæ vitæ fuit veridicus, maximè in scripturis suis, sequitur ꝙ ex dicta confessione apparet ꝙ dominus approbauit personam, & scripturam dicti sui fratris, ideo & ad plenam approbationem stari debet. l. Theopompus. ff. de do. præl. non enim solùm approbat personam fratris sui, sed etiam dictum seu scripturam eius, dum dicit ꝙ fuit veridicus toto tempore vitæ suæ potissimè in scripturis suis. Vnde
5 ex quo asserit scripturam esse veram, illi stari oportet. ¶ † Nam videmus ꝙ etiam si quis approbat personam & dictum etiam aduersarij sui, stabitur dicto & relationi aduersarij sui, qui approbat dictum illius. vt not. Spe. in titu. de teste. §. restat. versi. hoc tamen fallit dum ponit 24. casum. alleg. in arg. l. fi. C. de fideicommis. & l. fi. C. de sen. pas. & not. per Dy. & Bar. in l. fi. de præto. stipul. & Ant. de But. in c. finem litibus. de dolo & contu. & in c. veniens el 1. de testi. & in c. 2. de fide instru. vbi voluit ꝙ valeat conuentio qua quis promittit stare ei quod dicet aduersarius suus se expendisse, nõ obstante ꝙ videatur dari materia delinquẽdi, seu falsum deponẽdi, quãtò magis debet stari scripturæ alicuius iam factæ, tempore quo quis approbat eam iam factam asserendo scripturas eius iam factas esse veridicas, quo casu cessat ratio ꝙ detur materia falsum scribẽdi. ¶ Et per prædicta patet ꝙ non habet obstare id quod not. Inno. in c. cũ
6 P. tabellio. de fide instru. † vbi voluit ꝙ per pactum induci nõ
c possit quòd quis cogatur stare scripturæ [c] priuatæ alicuius. & no. Ange. in l. pactum inter hæredem. ff. de pactis. quia potest respõderi primò ꝙ hoc est verũ qñ qs pacto vellet se astringere ad standum scripturæ priuatæ nondum factæ sed faciendę. Nã tunc ideo non valet pactum ne detur materia falsum fabricandi, ita dicit Pau. de Cast. in præalleg. l. pactum inter hæredem. secus est in scriptura priuata iam facta, quia quis potest eam approbare, & fidem facere contra eum, quod probatur in l. 2. C. de instit. & substi. sub condi. fac. & in l. cum procum. C. de lib. cau. vbi si quis produxit scripturam aliquam pro libello, illa facit fidem contra eum: quia eam videtur approbare, & fateri esse veram. ¶ Præterea secundum Bal. in l. de quibus. ff. de legi. potest dici ꝙ dictum Inno. in præallega. c. cum P. tabellio. non sit verum: quia secundum Bal. si potest ex disponentis authoritate dari robur dicto vnius priuati viui, vt d. l. Theopõpus, ergo etiam & voci mortuæ: id est scripturæ priuatæ alicuius. argumen. dictæ l. de quibus, versic. nam cum ipse. secundum eum. ¶ † Nec ad hoc obstat ratio, qua mouetur Inno. scilicet ꝙ
7 inferiores non possunt contra leges disponere. l. formam. C. de officio præfe. prę t. c. quod super his. de maio. & obe. quia illud est verum in præiudicium alterius: sed in præiudicium ipsius disponentis potest regulariter quis disponere contra leges:
d quò ad faciendum sibijpsi [d] prę iudicium. l. pen. C. de pactis. & d. l. pactum inter hæredem. & ꝙ quis possit se astringere ad stãdum scripturæ priuatæ scribendæ per aliquem priuatum, tenet Anton. de But. in cap. 2. de fide instrumen. in versi. quartus casus quando liber rationum. & in versi. ad tertiũ genus. ¶ Tertiò corroboratur ex instrumento confessionis mutuæ, per quã dicti fratres confitentur habere plenam sciẽtiam de omnibus quantitatibus denariorum quomodocunque peruentis de bo-
8 nis vnius ad alterum, & de ipsis esse satisfactum: † & sic non potest allegari ignorantia per dominũ directum de dicta quantitate pecuniæ soluta pro vsu dictæ rei ab emptore prædicto: quia saltem in genere cogitauit de dicta quantitate pecuniæ, vt patet ex dicto instrumento, & probatur in l. qui iure milit. ff. de test. mili. & no. doct. in l. sub prætextu. la 2. C. de transact. & in l. cum Aquiliana. ff. eo. & per Bart. in l. fi. §. pen. ff. de condi. inde. & in l. ab Aurelio. §. Caius. ff. de libe. lega. † Quartò cõ
9 probatur, quia licet ex sola scientia & patientia non præsumatur titulum esse cõcessum ab eo qui scit & patitur: Vnde licèt possideam lõgo tẽpore rẽ tuam te sciente & patiẽte, tamen nõ præscribo si aliud de titulo non constat. l. nullo. C. de rei vend. & C. de præscri. long. tem. per totum, tamen si præcedat titulus, bene præsumitur consensus illius: qui longo tempore scit, & patitur, vt probatur in l. si filius. C. de petitio. hæredita. & l. qui in aliena. versi. sed si non adiecit. ff. de acqu. hær. & est magis communis cõclusio doctorum: ꝙ vbi non agitur de nimis
* magno præiudicio: tunc ex patientia * longi temporis præsumitur consensus. vt no. in l. pen. C. commu. diu. & no. glo. Bar. in l. cum de in rem verso. ff. de vsu. & in sua disputatione, quæ incipit: quædam mulier: & glo. Dyn. & Bar. in l. 1. §. fi. de aqua
10 plu. arcen. & nota. in c. peruenit. de censi. † sed ꝙ præsumitur dominum ex longa patientia cõsensisse quod emphyteuta alie
* naret * suum ius, non est pręsumere consensum circa id quod esset multum pręiudiciale domino, attento ꝙ saluum remanet ius directi dominij domino, & alienatio facta ab emphyteuta fuit solùm circa ius ipsius emphyteutę, cum videamus ꝙ ex sola scientia & patientia domini etiam inducatur consensus in iure reali acquirendo putà in iure seruitutis realis, quia si quis sine titulo vsus sit iure seruitutis realis, putà vię vel itineris in fundo alterius sciente & patiente domino inducitur consensus, & pręsumitur ꝙ pręcesserit concessio seruitutis, vt not. in l. eum. de in rem verso. pręalleg, cum simili. non obstante ꝙ ibi dominus tractet de damno vitando, & acquirens tractat de lucro, quantòmagis idem erit dicendum in casu nostro in quo dominus tractaret de lucro & emptor tractaret de damno vitando, cuius causa debet esse fauorabilior. arg. l. fi. C. de codici. & l. 1. C. de impo. lucra. descrip. sed ita est ꝙ dominus habens directum, videtur habuisse scientiam ꝙ dictus emptor acquisiuerit a dicto vsuario dictam rem, & ꝙ in eum esset translatũ ius primi vsuarij, vt patet ex partita seu posta scripturę fratris eiusdem: nam in ea dicitur quòd dictus frater, qui habebat directum dominium, dedit insolutum dicto suo fratri vsum pręstandi a dicto emptore, ergo apparet quòd dictus dominus directus habuit scientiam quod in istum emptorem esset translatum ius vsuarij, & verbo fertur, quòd à tempore de quo in dicta posta, dictus emptor per dictos 10. annos perseuerauerit in retentione dictę rei, & solutione vsuarij pręd icto fratri illius, qui habet directum dominium per dictos 10. annos absque contradictione dicti domini: ergo pręsumitur quòd pręcesserit eius consensus. hoc magis in specie probatur: quia cum ex posta dicti libri, in qua fit mentio de datione in solutum, apparet quòd dictus emptor soluerit pensionem fratri domini de volũtate ipsius domini, quòd etiam satis probatur ex dicto instrumento mutuæ confessionis in quo apparet de ratificatione solutionis pensionum, quæ ratificatio trahitur retro, & mandato comparatur, vt habetur in iuribus vulgaribus. & in facto præsupponatur quod dictæ solutiones factæ fuerunt
11 per annos 10. vt dixi. † ergo etiam vbi tractatur de magno pręiudicio, & debet ex tali solutione 10. annorum induci titulus allegatus, & faciam videri concessionem iuris emphyteutici de voluntate domini vt probatur in d. l. cum de in rem verso. maximè cum ibi no. per Bart. in l. litibus. & ibi no. And. de Barulo, & Bart. de agrico. & censi. lib. 11. ¶ Vnde in proposito dicit An. But. in rep. c. peruenit. de cen. per prædicta ꝙ si aliquis me sciente & patiente tenuerit rem meam vt emphyteuta, & soluerit pensionem per longum tempus, ex tali præstatione probatur ipsum esse emphyteutam. [e] allega. c. j. de consu. recti feu.
e & c. j. ad fi. in tit. qualiter olim feu. po. alie. & secundum eum sufficit longum tempus, quod interpretatur esse 10. annorum. vt d. l. cum de in rem verso. & ibi no. licèt secundum eum gl. in l. 2. C. de iure emphy. in fin. glo. magnæ, videntur velle ꝙ requiratur tempus 40. annorum. Sed ꝙ sufficiat dictum lõgum
* tempus. * 10. annorum in emphyteuta, tenet etiam Bald. in l. post medium. C. de fideicom. in versi. pone aliquis soluit ecclesiæ. & in l. j. ff. de rer. diui. ¶ Nec obstat tex. in c. si quis per 30. si de feu. fue. contro. inter do. & agna. quia ad hoc respondet Bal. in c. fi. de feu. da. inuicem leg. commis. s. ꝙ aut constat ꝙ feudum non fuit concessum per inuestituram possidenti, & tunc requiritur ad præscriptionem tempus 30. an. quod ęquipollet concessioni per inuestituram, vt in d. c. si quis per 30. & in hoc casu deberet saluari gl. posita in d. l. 2. ¶ Aut sumus in dubio, vtrum præcessit titulus inuestituræ: & tũc si allegatur, præcessit titulus inuestituræ: & ad eius probationem inducitur præstatio seruitij, & tunc non requiritur tempus 30. ann. dummodo interuenerit scientia & patientia domini, vt in d. c. j. de consu. recti feu. istud etiam vult expressè Spe. in d. §. nunc aliqua. in versi. 142. & Bal. Ange. Io. de Imo. in d. l. qui in aliena. in princ. & similem distinctionem facit glo. magna in l. seruitutis.

uitutí.la vlti.ff.de seruitu.¶Et per hęc patet euidens responsio. ad allegata in contrarium.Nam fateor ꝙ per alienationem quã fecit emphyteuta irrequisito domino, cadit a iure suo si dominus vellet, sed in proposito nostro apparet dominum noluisse vt superius ostensum est. Præterea ex dicta longa præstatione & patiẽtia domini præsumitur intercessisse consensum dñi vt ꝓbaui.Item liber æstimi vr̃ omne dubiũ remouere. Nec ob.ꝙ illa solutio pensionis potest intelligi facta respectu partis locatæ,& non partis emptæ quia respondeo ꝙ pensio quę debebatur, tota soluta fuit, & solutiones sunt approbatæ per dominum vt supra est probatum.† Item in libro æstimi non est descripta tantum pars rei,sed tota vel saltem simpliciter res ipsa descripta est,quo casu in dubio intelligitur de tota, [f] vt no.per glo.& doc.in l.si in rem.ff.de rei ven.& probatur in l.de pupillo.§.qui nunciat.& ibi no. Bar.ff.de ope.no.nun.& in l.legatis vxori.& ibi Dy.& Bar.ff.de leg.2.& no.in c.2.de lib.obla.¶Ex quibus concluditur potiora esse iura emptoris. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Locare. imò vt dixi supra lib.3. consi.119. * Idem tenet Ias.in l. fi.nu.110.C.de iure emphy. Natta.

b ¶Ignoranter.dixi in consue. Parisi. §.14.nu.10. * Tamen si patitur emphyteotam longo tempore possidere,præsumitur scientia,& cõsensus,vt dicit Alex.infra in 4. fundam. & sequitur not. Dec.consil. 185.in addi.ad consi.dicens idem in vasallo, si dominus patitur longo tempore possidere feudum, quod intelligatur remisisse caducitatem anteà commissam. Natta.

c ¶Scripturæ.idem Roma.consi. 204.Soc.l.1.§.fi.de verb.ob.Ias.l.iusiurandum quod ex conuentione.col.1.de iureiur.

d ¶Sibijpsi.vt dixi in consi.Parisi.§.124.limitando illum textum. Ex patientia.] Sequitur Alex.consi.12.col.fi.supra li.4.facit,quia vbi agitur de modico præiudicio,tacitus consensus præiudicat,Bar.in l. quæ dotis.col.7.ff.solu.mat. Natta.

Alienaret.] Non in alienatione feudi præsumatur consensus domini ex longinquitate temporis,vide Ias.consi.176.dub.2.lib.2.vbi meminit dicti Alexan. hic. Et sequitur etiam pulchre Alexandrum hic Dec.consi.185.in addit. Natta.

e ¶Emphyteutam plenè discussi & contrarium probaui in consue.Parisi §.7.nu.17.cum seq.

Longum tempus.] Idem Dec.tradit in l.si certis annis.C.de pact.& latius consi.146.Alex.in l.qui aliena in prin.col.3.ff.de acq.pos.& vide de prædictis Alex.consi.8.lib.7. vbi in fine consilij sentit, ista non procedere respectu tertij. Et Alexãdrum hic seq. Dec.con.146.col. 2.Tamen animaduerte,quia dominus recipiens, in sua quasi possessione tuendus est, etiam si recepit minori tempore decennij, Pau. Cast.consi.130. præmittendum est ad euidentiam dicendorum. lib. 2.& in l.sicut.§. si quæratur.ff.si serui.vend. & Barto.tangit in l. fi.ff, quorum bono. Et de prænotatis videre etiam non grauaberis Rui. consi.10.col.1.lib.1. Natt.

f ¶Tota.dixi in consue.Parisi.§.primo.glo.5.nu.24.§.2.gl.4.nu.26.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, ꝙ communitas teneatur de damno ab incerto authore dato.*

4 *Relationi non statur quando de aliquo constat de confessione partis.*

5 *Relatio nec statur in his quæ excedunt commissionem:& si contineat non verisimilia vel falsa.nu.6.*

7 *Testi falso in vno:non creditur in aliquo.*

9 *Statutum si quam habeat pro plenaria probatione:tamẽ admittitur probatio in contrarium.*

10 *Factum præsumitur tempore quo vitiatur delictum.*

11 *Terrarum appellatione venit castrum.*

12 *Dicere homines aliud est,& aliud dicere communitatem.*

13 *Conditio potestatiua quando non est facilis.*

15 *Testis per verbum,credit,non probat.*

16 *Colonus non est idoneus testis.*

18 *Testis probatio annullatur,si postea contradixerit.*

19 *Vnio circa incorporationem,non subijcitur statutis.*

CONSILIVM CXIIII.

In causa & lite* inter filios & hæredes Melchionis de Burgelinis agentes & commune Medicini se defendentes. Attingam in vnoquoque principali fundamento eas breues conclusiones, quæ ad rem iacere videntur, eneruando ea quæ per aduersarios deducuntur, quatenus ad

1 propositum faciunt reliquis prætermissis. ¶† Circa primum
a dubium dico ꝙ non sumus in casu statuti [a] quod debet habere locum quando pœnitus ignoratur a quibus datum fuerit dãnum,sed in casu nostro scitur genus seu species hominum qui damnum dederunt, licèt ignorari dicatur quod indiuiduum seu qui singulares homines de communi modicum damnum dederunt. Nam pars agens confitetur quod fuerunt homines de Modicino,qui damnũ dederunt,ideo non puto insistendũ: quia per hoc allegata fuit decisio, quam ponit Pet. Ancha.in consi.216.incip.Nos Bartho.de Salyceto &c.dum attingit ibi intellectum glo.in l.si in rixa.ff.de sica.ad hoc non est respon-
2 sum. ¶† Ad secundum dubium dico non sunt probata requisita a statuto, quia statutum loquitur de damno dato a quibus ignoratur: & istud non est probatum.s.quod ignoretur a quibus fuerit damnum datum:nec in relatione hoc dicit.dico verissimum esse ꝙ illa verba statuti in rub.de emendatione damnorum &c. Circa prin. dum dicit, teneatur ad æstimationem robariæ vel damni, de qua vel quo dicatur ignorari per quem vel quos fuerit commissum &c.intelliguntur,scilicet dicatur, & probatur,vt in l.1.in princ.cum glo.ff.si quadru.paupe.fe. dica.& in l.si prius.cum glo.& in c.non est.de consue.in 6.& glo.in l.ei cuius.ff.de appe.re.& in l.2. C.quod me. cau.& in c.cum super R.& in c.post electionem. de conces.præbend.& in c.1.de his quæ fiunt a maior.par.c.& per Bart.in l.si cui.§. ijsdem.ff.de accus.& in c.pastoralis.de excep.& no.per glo.in c.si verò.de sen.excom.& in c.vt circa.de elec.in 6.cum simi.
3 & ad ista non est responsum. ¶† Circa tertium, licet statutum dicat stari relationi, tamen intelligitur, nisi iusta causa subsit non credendi: vt in Spe.dicit Ange.in l.diuus.ff.de test.mili. allegat no.per Iaco.But.in l.1.C.de re iudi.& no.Ang.in auth. de exhiben.reis.in prin.& in l.qui restituere.ff.de rei vendi.& in l.qui vas.in prin.ff.de fur.& quod not. Bald.in c.1.si de inuesti.inter domin. & vasallum lis ori.& l.1. C. si aduer.lib.& in l.contra negantem.C.ad legem Aqui.sed ita est ꝙ multa cõcurrunt propter quæ, & quolibet ipsorum est iusta causa non adhibendi fidem relationi. ¶Primò,quia illi de Burgelinis in antiqua petitione producta in primo iudicio asserebant quòd damnum datum fuerat in corbibus mille quingentis spelte:& in corbibus ducentis frumenti: & in relatione ista dicitur qđ damnum fuit in corbibus duobus mille speltæ,& in corbibus trecentis frumenti, vnde in hoc magis est standum assertioni
4 partis contrariæ sicut ex relatione notarij patet: † quia videmus,ꝙ etiam vbi aliàs contra præsumptionem iuris & de iure non admittatur probatio in contrarium. l.antiquæ. C.ad velleia.l.fi.C.arbi.tute.tamen si cõtra talem præsumptionem adducatur confessio partis,præualet confessio,vt est glo.singularis in §.aliud.in authen.de æquali.do.& no. Cyn.Bar.& alij in auth.sed iam necesse. C. de dona.ante nup.& cano.in l.si qui. de spon.& probat tex.cum glo.secundum intellectum, quem ibi ponit Saly.in l.1.C.de do.& not.Bar.l.absentem.ff.de pœ-
5 nis.† Secunda causa propter quam est iustum quod ei relationi non credatur:quia excedunt commissionem,vt no. Spec.in titu.de teste.§.1.ver.item ꝙ est verbosus.Nam ipsi referũt multa, quæ non concernunt authoritatem & commissionem eis datam a statuto,& a iudice,& hoc fecerunt solum ad auferendas & infringendas defensiones rei. Nam debebant solùm referre circa quantitatem damni,& eius æstimationem,& an dãnum datũ esset: & ipsi referunt ꝙ illi de Fantutijs ingressi fuerunt cum paucis & sine armis castrum Medicini, & sic excesserunt commissionem aliter quàm reddendo causam scientiæ
6 eorum quæ sibi commissa erant. ¶† Tertia causa est propter quam illi relationi tanquam suspectæ non sit credẽdum: quia continet non verisimilia.l.ob carmen.§.fin.ff.de testi. Nam id quod est valde remotũ à verisimili, est quædã falsitatis imago, vt inquit Bal.in l.1.C.de ser.fugi. ¶Sed isti referentes referunt plura valde longinqua a verisimili, maximè dum referunt ꝙ illi qui iuerunt pro capiendo dictum castrũ Medicini,iuerunt sine armis, & nu.20. Quarta ratio propter quam non est iusta causa non credendi illi relationi est: quia continet falsa. Nam dum in ea continetur ꝙ isti iuerunt ad capiendum dictum castrum,erant numero 20. & sine armis : istud est falsum, quia erant vltra centum & circa 200.& bene armati, vt est probatũ per testes vtriusque partis. continet etiam falsum,quia in relatione & petitione fit mentio quod in d.domo erãt corbes duo

mille

mille speltæ: & ꝙ fuerunt in totum exportatæ, & tamen illi de Bargelinis respondendo positionibus vltimò productis fatentur ꝙ remanserunt corbes 34. speltæ. † vnde sicut testi deponenti pro parte [b] verum, & pro parte falsum non creditur in aliquo, & est præsum. contra eum in totum 9. dist. si ad sacras. in quæstio. 9. in c. puta. bonus tex. in c. quanto, de his quæ fiunt a prælat. & no. Inno. in c. fraternitatis, de hære. & alij in capi. in nostra. de test. & Spe. in titu. de instru. edi. §. instrumẽtum. ver. quid si aliquid. & doc. maximè Bald. & Saly. in l. si ex fal. C. de

7 b

8 transacti. & Old. in consi. 37. Nec ad hoc obstat si dicatur † qđ istud procedit in teste qui cum iuramento deponit, meritò si cit falsum in vno: quia est periurus, non debet ei credi in aliquo. c. testimonium. de testi. quia respondeo ꝙ etiam nos sumus in iuramento: quia statutum disponit ꝙ talis relatio habeatur pro plena probatione, cum iuramento conquerentis, cũ ergo conquerentes iurauerint vera esse contenta in relatione, & illa sint non vera nec verisimilia: sequitur quod cum iuramẽtum saltẽ pro parte sit falsum: vitiatur in totum, & per hoc apparet non obstare id quod habetur in cap. si eo tempore, de rescrip. in 6. & id quod not. Bart. in l. filiusfa. §. sequens. ff. de fal. quia nihil faciunt ad propositum, nec loquuntur in eo quod pro parte fuisset periurus. ¶Nec ob. si dicatur ꝙ non debet posse probari contra relationem & iuramentum conquerentium, * eo quia statutum dicat, ꝙ habeatur pro plena * probatione, per no. per gl. in clemen. 1. in glo. mag. de proba. quia respondeo ꝙ illud posset procedere quando statutum diceret ꝙ haberetur pro plenaria probatione: & ita loquitur glo. in d. cle. 1. & not. Lu. Roma. in l. quæ bona. §. quidam. ff. de dam. infec. & in l. si duo. ff. de aqui. hære. sed statutum dicit quod habeatur pro plena probatione, quo casu nemini dubium ꝙ potest fieri probatio contra plenam probationem, nam duo testes faciunt plenam probationem, vt dicunt gl. in l. admonendi. de iureiuran. & in l. bonæ fidei. de reb. cred. per iura vulgaria, tamen non est dubium quod probatio facta per duos testes potest reprobari.

9 c. licet causam. de proba. † & dato quod statutum dicat ꝙ dicta relatio cum iuramento conquerentis habeatur pro plena probatione, tamen potest contra talem relationem & iuramen

c tum fieri probatio [c] in contrarium, vt probatur in d. l. admonẽdi. & no. Bal. in l. 1. C. de reb. cre. & Ang. & Io. de Imo. latè in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam. infec. & Bal. in l. contra negãtem. in fi. C. ad legem Aquil. & in c. si de inuesti. inter do. & vasal. in prin. de fur. & in l. qui restituere. ff. de rei ven. & auth. de exhi. reis. in prin. & Pau. de Cast. in l. 2. in fi. ff. si ex nox. causa

10 aga. ¶† Circa aliud dubium, quo dicitur, ꝙ dato ꝙ non fuerit præcisè probatum ꝙ congregationes illæ armatorum non fuerint præcisè eo tempore, quo fuit factum & datum illud assertum damnum: tamen præsumitur esse datum potius tempore dictæ congregationis quàm alio tempore, per no. per Bar. in l. non solùm. §. sed probari. ff. de noui. ope. nun. & Bal. in l. 2. C. an seruus ex suo fac. & Saly. in l. matrem. C. de proba. & Cano. maximè d. Abba. in c. in præsentia. de proba. vt sic potius præ-

d sumatur [d] ꝙ asserta negligentia hominum de Medicino commissa non custodiendo potius cadat in non delictum: quia si præsumitur quod facta fuerit tempore dictæ congregationis, non est delictum ex dispositione statuti: aliàs secus: & quod dicatur agi de delicto licèt tractetur de facto negatiuo, scilicet cõsistente in non custodiendo, vel in non denunciando, & similibus. not. Bart. in l. libellorum, in prin. in 4. col. ff. de accu. & est tex. in l. desertorem per totum. & in l. 1. & ferè per totum. C. de his qui vt indig. & in toto titu. ff. ad Sylla. ¶Nec ad hoc obst. si dicatur ꝙ statutum in casibus exceptis positis in versic. saluo quod tempore guerræ &c. non est exceptuatum castrum & nõ est eadem ratio in castro, quæ est in villa: quia intus castrũ potest fieri facilius custodia, quia ad hoc respondeo quod imò castrum est exceptum in illo ver. patet ꝙ statutum ibi excepit ter

11 ras &c. † & appellatione terrarum [e] venit castrum. c. cum in

e partib. de ver. sig. Item statutum excipit communia, & cui dubium ꝙ commune Medicini comprehenditur, cum etiam in omnibus scripturis partis aduersæ appelletur & nuncupetur commune Medicini, & etiam tunc ratio statuti viget in casu isto, tum quia intus castrum erat congregatio de illorũ de Fantutijs & sequacium, tum etiam quia dato quod congregatio fuisset solùm extra castrum: tamen tali tempore voluit statutũ ꝙ homines non tenerẽtur custodire bona particularium cum sint tunc plurimum occupati ad custodiendum ne hostes castrum inuadant, & expugnent: quia non debet addi afflicto afflictio. l. diuus. ff. de offic. præsi. q. 7. cum percussio. Et per hoc patet ꝙ non obstat si dicatur ꝙ agentes domini Fauentini non intrauerunt castrum: quia dato quod non intrauerunt, satis est quod statutum propter talem congregationem excusat homines a custodia damnorum: quia sunt occupati ad pugnandũ cum hostibus: ac etiam dico ꝙ si non intrauerunt gentes domini Fauentini, intrarunt tamen illi de Fantutijs cum magna congregatione & tali cui commune Medicini resistere saltem de facili non poterat. ¶Nec etiam obstat si dicatur ꝙ commune Medicini fatetur ꝙ damnum fuit datum per homines Medicini, & ꝙ commune fateatur apparet ꝙ accipiat confessionẽ illorum de Burgelinis dicentium ꝙ homines Medicini dederunt dictum damnum. Si ergo cõmune ita fateatur, ad quod opus est testibus? quia respondeo ꝙ nullibi commune Medicini dederunt illud damnum, & dato ẽt ꝙ cõe in parte & partibus sibi fauorabilibus acceptarent confessionem illorum de Burgelinis dicentium ꝙ homines Medicini dederunt damnũ, tamen non per hoc infertur ex illa confessione & acceptatione

12 ꝙ commune Medicini hoc damnum deduxit, † quia aliud est

f dicere homines [f] Medicini, ꝙ potest verificari in duobus. l. inter illam. ff. de ver. sig. & aliud est dicere commune Medicini: vt dicit Old. in suo consi. cẽtesimo incipi. In executione. & Pe. de Ancha. & Io. de Imo. in c. quanto. de his quæ fiunt a prælat. & probatur in c. si canonici. cum glo. de offic. ordi. in 6. & ibi no. Dominicus. & idem est de mente Bar. in l. fi. C. de prædijs curialium. lib. 10. vbi dum dicit ꝙ non sufficit ꝙ in instrumẽto dicatur conuocatis decurionibus, nisi dicatur in qua congregatione interuenerunt duæ partes ex tribus. l. nominationum. C. de decu. lib. 10. vnde si fuerint homines de Medicinis, illi qui dederunt damnum, agatur contra eos, non autem agendum est contra commune, prout actum est, & per hoc patet ꝙ etiam non obstat si dicatur ꝙ per testes illorum de Burgelinis est probatum ꝙ homines de Medicino fecerunt robatiam illam, non dico ꝙ commune fecerit: quia testes non dicunt ꝙ commune fecerit, agatur contra illos homines, sed contra cõmune agi non potest rationibus supra & infra deductis & maximè: quia tempore quo illi de Fantutijs ingressi fuerunt castrum Medicini, & tempore quo ibi steterunt, quo tempore testes videntur dicere tunc fuisse datum damnum prædictum, tales de Fantutijs cum sua congregatione erant tot & tales qui bus commune Medicini non potuisset resistere, vt probant testes communis scilicet d. Margarita, quæ licet sit de castro Medicini: tamen quia vidua, non tenetur ad conferendum ad æstimationem & satisfactionem dicti damni ex forma statuti prædicti. idem deponit Vincentius & Ioan. olim Blasij de Medicino habitator Imolæ. Et idem deponit Euangelista ciuis Bono. qui dicit ꝙ commune Medicini non potuisset de facili resistere eis. Idem ponit Gandulphus de Imola, & Pau. de Castro duciæ, & Dominicus Pauli de Castro duciæ prædictæ, & Simon de Bilaquis ciuis Bonon. & Ant. Michael Becharius, & Vincẽtius armiger, & Bar. Andreæ de Sach. ciuis Bono. & Iaco. Hieronymi Barberij, & Bono. & dominus Syluester de Venetijs: & isti non sunt de Medicino exceptis illis, quos retuli esse de Medicino, & sic sunt 10. testes clarè deponentes: ergo sumus in casu excepto a statuto. ¶ Nec ob. si dicatur ꝙ per testes partis aduersæ est probatum contrarium: quia hoc nego. Nam discurrendo per eos testes, qui de hoc deponunt, capio in primis Leonardum Sartorem: & iste non concludit: quia dicit ꝙ non potuissent expelli sine sanguinis effusione, & sic non de facili, vt probatur expressè per id quod dicit Io. de Imo. post Ange. in l. fin. ff. de condi. insti. in ver. not. ꝙ hæc conditio, si in Alexandriam ierit filius &c. ibi dum tractat, quæ dicatur conditio potestatiua facilis, sub qua dicunt iura filium posse institui. & in

13 ter cætera dicit quod † quãdo volens implere conditionẽ submitteret se periculo terrestri, vel maritimo, non dicitur conditio potestatiua facilis. ꝓbatur in l. suus quoq;. §. puro. in verb. per hyemis conditionem. ff. de hære. instituen. Et idem etiam dicit de conditione ingrediendi monasterium, vel ducendi vxorem, & ad cognoscendum an quid dicatur de facili possibile, debet attendi, an vt plurimum & frequentius ita fiat. d. §. puto. & ibi no. & ponderandum est quòd iste testis dicit ꝙ si aliquis hominum de Medicino fuisset accusatus dictis re-

gentibus

gentibus castrum fuisset captus, & missus ad castrum sancti Petri in arcem, vnde si consideretur quod non poterant de facili expelli, quia homines non poterant sine periculo simul cõuenire, & istam expulsionem tractare, & ordinare cum haberent hostes in domo.¶ † Capio alium testem scilicet Iacobum Angelini, iste non probat, primò quia iste affinis istorum de Burgelinis: & sic non est integer testis: vt not. Specu. in titu. de testibus. §. primo. versi. sed quid si testis. in eodem gradu. in versic. seq. Item iste testis dicit quòd nescit an homines de Medicino potuissent expellere illam congregationem sine periculo mortis, vel sanguinis: ergo non probant quòd de facili potuissent expellere, vt requirit statutum iunctis his quæ proximè dixi circa alium testem. Iste testis est sibimet contrarius, quia primò dicit quòd dicti de Fantutijs, & illi qui secum intrarunt multum timebant stare in dicto castro, & dubitabant quia pauciores & debiliores, & peius armati, & postea dicitur quòd ignorat an dicti homines Medicini essent melius vel peius armati: ergo ei non est credendum. l. quia varia. ff. de
14

15 test. l. eos. ff. de fal. ¶ † Capio Michaelem alium testem: iste non probat: quia deponit per verbum credit. l. secunda. §. Labeo. & ita no. ff. de acqua pluuia arcen. & in cap. literis. de præsum. & plenè not. c. quoties. de testi. & Cyn. in l. testium. C. de testib. & Specul. in titul. de teste. §. primo. versiculo. item quod deponit de credulitate. Item est sibimet contrarius: quia primò dicit quòd credit quòd homines Medicini potuissent sine periculo mortis vel sanguinis expellere intrantes non solum cum armis, sed cum verbis & minis. Et postea dicit quod si homines dicti castri voluissent expellere illos intrantes, fuisset necesse eos homines capere arma pro maiori parte vnanimiter: ergo ei tanquàm contrario non est credendum, vt dixi. ¶ Capio alium testem scilicet Iacob. Barthol omæi, & iste nihil pœnitus dicit ad istud propositum. ¶ Capio alium, scilicet Paracinum, & iste non probat, tum quia non deponit quòd de facili potuisset resisti, vt dicit statutum, tum etiam quia per patrem & matrem huius testis est probatum quod iste Paracinus dicto tempore non erat in dictis locis, nec in circunstantijs, & sic est reprobatus. l. optimam. C. de contrahend. & commit. stipu. capi. ex tenore. de test. ¶ Capio Georgium alium testem, iste probat pro communi Medicini non contra commune. ¶ Primò, quia si qua dicit quæ videantur esse contra commune Medicini, deponit per verbum, credit, & sic non probat, vt dixi. ¶ Secundò, quia dicit quod aliqui homines Medicini erant complures, & amici dictorum de Fantutijs, ideo alij homines non audebant expellere illos de Fantutijs, & quod præterea non potuissent expellere sine periculo, & sic iste deponit in effectu quod de facili non potuissent expelli, & licèt aliqui homines Medicini indebitè fuissent amici vel complices dictorum de Fantutijs, tamen hoc non habet nocere communi Medicini cui non est imputandum factum aliquorum non constituentium maiorem partem hominum, vt in ca. primo. de his quæ fiunt a maiori parte capi. l. 3. ff. de decre. ab ordi. faci. l. quod maior. ff. ad municip. ¶ Capio Baptistam Viam, iste testis dicit quod nedum homines, sed mulieres dicti castri potuissent expellere dictos de Fantutijs. alij non dicunt sic, vt ostensum est, & iste in hoc est singularis. Benedic. Bonuicinus, & alius testis deponit potius pro communi Medicini: quia dicit quòd homines Medicini non potuissent expellere sine periculo mortis, vel sanguinis, & sic non de facili, & ꝙ dicti de Medicino non erant vnanimes. Item non est integer testis, quia dicit se esse colonum di-
16 ctorum de Burgelinis. † & constat ꝙ colonus ꝰ numeratur inter domesticos in l. præsenti. §. sanè. & ibi not. C. de his qui ad eccles. confu. & domestici non sunt idonei testes. ca. in literis. de testib. l. etiam. C. de test. ¶ Capio Fran. Ioannis seu Geminiani de Medicino, & iste non probat, quia deponit per verbum credit. item est conductor seu colonus, vt proximè dixi. Item nescit an potuissent expellere sine periculo, & etiam non concludit quòd de facili potuissent, Bertus Iacobus alius testis deponit per verbum, credit. Antonius Cursi alius testis nihil deponit de hoc. & similiter nec etiam Ioannes alius testis. Petrus Guidonis etiam non deponit nec probat ꝙ de facili potuissent expelli. Lau. Calselarius alius testis ẽt non probat, quia dicit ꝙ nescit an potuissent expelli sine periculo, & deponit ꝑ
17 verbum, iudicio suo. † testis aũt non debet iudicare, sed testificari per sensum corporis. l. qui testamẽto. §. fi. ff. de test. in authen. de hære. & fal. §. si verò absunt. l. testiũ. C. de test. Item est probatum quòd iste testis eo tempore nõ erat in loco. alij duo vltimi testes, scilicet Franciscus Ber. & Iacobus Bernadi nil de
18 ponunt concludenter ad propositum. † Quinimò reuocarũt dictum suum ex post facto, vt apparet per publicam scripturam quo casu in tantum detrahitur de fide ꝙ ex eorũ testimonio non debet procedi ad sententiam, vt singulariter dicit Antoni. de But. vt in c. cum in tua, de testi. per no. per gl. in c. præterea. de testi. cogen. & idem dicit Ang. in consi. 189. & sic remanent nostri testes plures, & meliores, & probantes quòd nõ potuissent resistere: ergo præferendi. capit. in nostra. de testib. maximè quia deponunt pro reo. c. ex literis. de probationibus. ¶ Aut ergo fuit datum istud damnum de mense Septembri, quo mense fuerat in castro Medicini congregatio istorum de Fantutijs, & non tenetur commune, quia tali congregationi de facili resistere non poterat. Aut fuit datum de mense Octobri. & tunc est probatum ꝙ de illo mense erat ibi dominus Fauentinus cum tali congregatione cui resisti non poterat, vt est probatum, & per testes & per confessionem partis respondentis positioni vigesimeoctauæ & sequenti & positioni 32. & etiam 25. positioni, & siue fuerit datum de mense Septembri vel Octobri, vt pars in libello dicit omnino excusatur commune, quia de mense Septembri fuit vna congregatio. & de mense Octobri alia. ¶ Nec requiritur probari quòd eo die, quo fuit datum damnum, esset ibi congregatio, per no. per Bart. in d. §. sed vt probari. Etiam patet ꝙ non obstat si dicatur quod ante aduentum domini Fauentini fuit datum damnum: quia respondeo ꝙ dato ꝙ ita esset, cuius tamen contrarium fatetur pars respondendo dictæ 25. positioni, tamen non per hoc debet teneri cõe: quia præcesserat alia congregatio cui resisti nõ poterat: quo tempore testes dicũt datum fuisse damnum. ¶ Accedit ad confirmationem dictorum ꝙ testes vtriusque partis concludunt ꝙ de illo mense Septembri erat guerra in confinibus Medicini & in castro sancti Petri, vt inter nostros testes deponit Euangelista ciuis Bonon. & dominus Syluester de Venetijs, & plures alij, & pars aduersa respondendo positionibus vltimis, fatetur quod castrum sancti Petri est in confinibus Medicini: & ita est ꝙ casus guerræ in confinibus est casus exceptus: ergo nõ tenetur commune. ¶ Fortificantur prędicta, quia in relatione non fit mentio quo tempore fuerit damnum: ergo non concludit: nec est sufficiens probatio eius quod continetur in petitione, maximè quia mens statuti est ꝙ de tempore constet: quia dicit ꝙ ad istud damnũ teneantur conferre illi qui habitabant in loco tempore dati damni. vnde si tempus requirebatur exprimi, vt fuit expressum, & non probetur nõ potest agẽs obtinere. l. libellorum. in prin. de accu. c. abbate. de re iudi. in 6.
19 ¶ † Quò ad vltimũ de statutis castri Medicini quæ ex forma ẽt priuilegiorum suorum debent eis seruari. & non debent seruari statuta ciuitatis Bon. dico ꝙ cum castrum Medicini nõ fuerit, neque sit effectum vnum corpus cum comitatu Bononiæ: nec appellatur comitatus Bon. sed est territorium per se, vt apparet in bullis & priuilegijs communis Medicini productis. non viuit nec viuere debet legibus & statutis Bon. sicut etiam fit in castro Casalis, quod quamuis sit subiectum Bononiæ, tamen quia non est incorporatum cum comitatu Bono. imò adhuc appellatur de comitatu Imolæ, non seruantur ibi statuta ciuitatis Bonon. & est distinctio Bar. in l. si cõuenerit. §. si multa. ff. de pign. actio. & in suo tractatu alluuionum cum similibus. ergo in illo Castro non debent seruari statuta ciuitatis Bonon. sed suæ leges & consuetudines, & in earum defectum dispositio iuris communis, quæ dicitur esse sua lex in defectum
20 statutorum. † quia casus omissus remanet in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de conditio. ob causam. l. commodissimè. de liberis & posth. & satis est ꝙ nõ debẽt seruari statuta ciuitatis Bon. nec contrarium dicitur in c. translato. de constitutio. quia territoriũ Medicini non fuit translatum. & incorporatum in comitatu Bono. & sic seruari debet distinctio Bar. in d. l. si conuenerit. ¶ Postremò non omitto quod Burgelini debent in expensis condemnari, eo quia renunciauerunt seu destituerunt a prima lite, & sic etiam in illis expensis sunt condemnandi. l. destitisse, cum gl. & l. eum quem temerè. ff. de iudici. ¶ Nec obstat, si dicatur ꝙ illi qui in prima lite comparuerunt pro communi Medicini non erant syndici, nec procurato

M res

tes communis, & sic non potuit esse lis: & ꝙ non obstat legitimatio mandatorum, quia non nocet domino, id est communi Medicini, si ipse exceptionem opponeret ꝙ ille non fuit suus procurator: vt not. Inno. in c. super literis. de rescriptis. & Bar. in l. licet. in versi. secundus casus principalis. C. de procurato. Quia atteto ꝙ in actis apparet de legitimatione mandatorum, & in actis etiam dicitur quod fuerunt mandata. & statutū sub rubrica de modo cautionum fiendarum dicit quod talis processus post dictam legitimationem valeat perinde ac si cū personis legitimis factus esset processus, salua exceptione falsi ꝓcuratoris. sed ita est ꝙ Barto. & omnes in d. l. licet concludunt
21 † ꝙ quando pronunciatum est mandatum esse legitimū, non potest ille cum quo facta est legitimatio amplius opponere, ꝙ ille non esset legitimus procurator, nisi opponeret ꝙ esset falsus procurator, quo casu secundum Barto. & omnes ipse opponens habet necesse hoc probare; vnde in proposito nostro illi de Burgelinis cum quibus facta fuit legitimatio non possunt amplius opponere. Alex.

ADDITIONES.

* Et lite.] Vide eundem Alex. consi 47. lib. 6. Nat.
a ¶ Statuti. de huiusmodi statuto. Alb. 2. stat. q. 63. cum seq.
b ¶ Parte. supra lib. 2. consi. 27. nu. 3.
* Pro plenaria.] Idem dicit etiam si statutum diceret, pro plenaria probatione, vt concludit Dec. in c. 2. in 2. lectura de constit. quia tametsi per instrumentum probatio fiat manifesta, contrarium tamen probari potest. c. cum Ioan. de fide instru. Natta.
c ¶ Probatio. Alex. Iaso. l. 2. §. si absens. si ex noxa. causa aga. Dec. consi. 73. An. Tiraq. latè in consi. Dicto tit. retra. §. 4. glo. 1. in prin. & nu. 18. cum seq. vbi reprobat differentiam illam inter plenam & plenariam vel plenissimam & bene.
d ¶ Præsumatur. supra lib. 3. consi. 52.
e ¶ Terrarum Guid. Pap. consi. 71. col. 4. Ias. consi. 224. lib. 2.
f ¶ Homines. supra lib. 1. consi. 7. nu. 2.
g ¶ Colonus. non procedit nisi accedat actualis domesticitas, vel nisi sit ascriptitius. Io. Fab. d. l. præsenti. & insti. de testa. §. in testi.

CASVS Pace facta inter Titiū & Seium ꝓ se & suis &c. cum promissione pœnæ: vnus ex descendentibus Titij accipit vxorem ex descendentibus Seij, & percussa & vulnerata fuit, vt dicitur a marito cum sanguinis effusione consanguinei mulieris hoc audiētes inde ad quatuor dies aggressi sunt maritū, & eum in rixa percusserūt, & etiam fratrem eius, dicitur ꝙ est commissa pœna pacis ruptæ: respondetur ꝙ non est, quia ex noua causa non ex antiqua fuit percussus maritus. replicatur, ꝙ non est probata illa noua causa, scilicet ꝙ maritus vulnerauerat vxorem, dato quod testes probant de fama vel rumore: vel etiam de quadam confessione mariti extra iudicium.

SVMMARIVM.

2 *Marito an liceat vulnerare vxorem. nu. 3.*
4 *Pax rumpi non dicitur superueniente noua causa.*
6 *Offensa facta præsumitur ob recentem, non veterem iniuriam.*
7 *Pacem rumpere non dicitur, offendens eum qui prior rupit.*
8 *Clausula, rato manente pacto, non valet, nisi obseruanti.*
9 *Pœna non committitur nisi semel dictum sit ꝙ toties &c.*
10 *Confessio semiplenè probat, eo magis geminata: & in his quæ sunt difficilis probationis. nu. 12.*
15 *Causa quælibet iusta excusat à pœna, etiam rumor, licet sit minor quàm fama. & nu. 17.*

CONSILIVM CXV.

Viso themate suprascripto, & attestationibus testium receptorum ad probandum percussiones, & vulnera illata per Petrum Iacobi in dominam Antoniam eius vxorem, & instrumento pacis ruptæ inter ascendētes dicti Petri ex vna: & ascendentes dicti Ludouici, & Pauli, qui vulnerauerunt dictum Petrum post percussiones assertas & vulnera illata per Petrum in dictam Antoniam eius vxorem, & consanguineam
1 dictorum Ludouici & Pau. ¶ † Quæritur an sit commissa pœna pacis ruptæ ad quingentos aureos secundum instrumentū dictæ pacis: & quia meo iudicio quilibet qui sanè considerat dicta testium prædictorum, & meram veritatem intueri velit, facilè deprehēdet ex pluribus vulnera illata in Petrū nō fuisse illata ex antiqua inimicitia & offensa super qua inita fuit pax, sed ex noua causa videlicet ex percussionibus illatis per Petrū in dictam dominam Antoniam & per consequens pacem non esse ruptam, nec pœnā commissam, vnde hanc partem tāquam veritati, iuri & æquitati consonam amplectar, & pro viribus
2 tenebo. ¶ † Et primò præsuppono, ꝙ marito non est licitum verberibus vxorem afficere. C. de repu. l. consensu, circa prin. ibi dum dicit, verberibus, quæ ingenuis aliena sunt, afficientem probauerit. & no. glo. 7. q. 1. sicut. vbi dicit glo. ꝙ maritus potest corrigere vxorem suam 24. q. 4. capi. duo ista. sed non verberādo: quia illa aliena sunt ab ingenuis per d. l. consensu. sed temperatè eam corrigere potest. sed gl. in d. c. duo. quę alle
3 gat tex. in c. hæc imago 33. q. 5. versi. † quando permitteretur marito verberare vxorem, intelligitur quando subesset iusta causa, & leuiter verberare, secundum Archi. in d. cap. sicut. & Anto. de But. cap. cum contingat, de foro compe. & communiter omnes in c. quemadmodum. de iureiur. arg. l. præceptoris, ff. ad legem Aquilia. & in c. ad audientiam, de homicidi. facit lex 2. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. & in l. 1. cum ibi no. C. de emendatio. propinquo. ¶ Sed ita est quòd non constat quòd ex alia causa saltem iusta, dictus Petrus percusserit vxorem, ergo talis percussio non fuit licita, quinimò etiam si fuisset causa, tamen non dicitur leuiter fuisse verberata, attento ꝙ in capite percussa fuit, seu super oculo cum pedibus & in murum proiecta, & cum sanguinis effusione, nam ista non dicitur leuis verberatio, aut castigatio, sed immoderata correctio, & atrox iniuria. l. prætor. §. pen. ad fi. cum duabus legibus sequentibus. ff. de iniurijs. & l. idem. §. quoniam. ff. de vsufru. & no. Guil. de Cu. Bald. & Ange. in l. sed si hac. §. inter. ff. de in ius
4 vocand. ¶ † Secundò præsuppono, ꝙ quando fuit facta pax inter aliquos de antiquis vulneribus, seu offensionibus, & postea superueniat aliqua noua [a] causa prouocans aliquem prædictorum ad offendendum alterum ex prædictis, & ita fuerit secuta noua offensa ob dictam superueniētem nouam [*] causam, certè per hoc non dicitur rupta pax. Ita decidit Barto. in l. aut facta. §. causa. ff. de pœnis. arg. illius tex. & l. si de certa. C. de transactio. & in l. cum quæritur. ff. de execu. rei iudi. & idem tenet Bald. in capi. primo de pace tenen. vbi pro hoc allegat not. per Hostien. & Ioan. And. in cap. fi. de iniurijs. & idem etiam tenet Anto. de Butr. & Ioan. de Imo. in capi. cum inter P. de renun. & per illum text. & Pau. de Cast. in l. qui seruum. ff. de verbo. obli. & Roma. in l. semel mora. ff. solu. matrimo. vbi etiam per hoc adducit aliqua. ¶ Bene facit quod not. Barto. in l. verum.
5 ff. de fur. † dum vult, quod ille qui adulterauerit vxorē [b] eius cum quo fecerat pacem, non dicitur ex tali offensa rumpere pacem, & ratio est secundum eum: quia non facit causa vindicandi primam iniuriam iam sopitam, sed causa libidinis, secus si faceret causa vindicandi, vt in exemplo ibi posito per Bart. & sic vult expressè Barto. ibi cum quo transit Pau. de Cast. in dicta l. qui seruum, quòd vbi offensa fit non animo vindicandi de offensa, super qua erat facta pax. non intelligatur rupta pax, hoc satis apertè colligitur ex verbis instrumenti, dum dicitur ꝙ promittunt ꝙ non offendent vel offendi facient dicto, facto, verbo vel opere, in ære vel in personis occasione prædi-
6 cta, † & cæt. Ponderanda sunt illa verba: occasione prædicta, sed ita est quòd cum de proximo facta fuisset offensa in personam dictæ dominæ Antoniæ per dictum Petrum, per quam offensam dicitur fuisse illata iniuria dictis Ludouico & Paulo eius consanguineis. l. lex Corne. & ibi notat Bald. C. si quacunque præditus po. & l. prima. & ibi Bald. C. de rap. vir. l. prima. & secunda. ff. de libe. cau. no. Barr. in l. cum scimus de agricolis. & censi. vnde cum incontinenti seu infra paucos dies dicti Ludouicus & Paulus aggressi fuerint dictum Petrum, & in rixa vulnerauerint dictum Petrum, & eius fratrem, est arbitrandum & præsumendum quòd potius fecerint ob iniuriam de recenti illatam eis, quàm ob antiquam & longissimi temporis, scilicet annorum 92. offensam. argumen. l. si ventri. §. fina. cum glo. & quod ibi notat Barto. ff. de priuile. credi. & capit. super eo. titu. de elec. & quod ibi no. Bald. in l. prima. C. de ser. fug. & in dubio præsumendum est id quod est mitius. l. si præses. & l. si de interpretatione. ff. de pœnis. Ita in proposito nostro voluit Baldus in l. si prædium. C. de ædil. actio. sed mitius est quòd præsumatur facta offensa ex causa superuenienti potius quàm ob

ob antiquam offensam: quia si præsumeretur ab antiquam, maior dolus esset, quia præsumeretur Paulum & Ludouicum habuisse nedum animum se vindicandi, sed rumpendi pacem & maior esset pœna: Secus si præsupponeretur causam de nouo
7 superuenientem. ¶†Alia ratione dici posset dictam pacem nõ esse ruptam ex parte dictorum Ludouici & Pauli: quia si plenè probatum esset cõtra dictum Petrum, ꝙ percussisset & vulnerasset d. do. Antoniam eo modo quo in inquisitione continetur, esset pro parte sua rupta pax prædicta, quia illicitè fecisset, vt iam dixi, & per consequens si ex aduerso pro parte coniunctorum d. domi. Antoniæ fuisset postea offensus dictus Petrus, non intelligeretur pro parte eorum esse ruptam pacem, secundùm veras & magis communes conclusiones doctor. vt not. Ioan. And. in addit. Spec. in titu. de treuga & pace. & tenet in rubr. in princ. & in fi. & in regula, frustr. in mercu. & Bar. & alij in l. cum patre. §. liberis. ff. de leg. 2. & in l. 1. §. cum arietes. ff. si quadru. paupe. fecis. dica. & Bal. & Saly. in l. cum proponas. la 2. C. de pact. & Bald. in l. qui fidem. eod. tit. & in l. semel mora. ff. sol. matr. & Ang. & Ioan. de Imo. in l. qui seruum. ff. de verb. oblig. per d. l. liberis. & d. l. cum proponas. & per d. l. qui fidem. & c. 3. de iureiur. & hoc verum, etiam quando in instrumento pacis esset adiecta clausula, etiam rato manente pacto, & quòd toties committatur pœna, quoties contra factum fuerit, vt firmat Bal. Saly. & Paul. de Cast. in d. l. qui seruum. & in
8 b d. l. qui fidem. † quia illa clausula solùm operatur ad commo-
c dum obseruantis [c] contractum, non autem ad commodũ non obseruantis, quia non debent seruari promissa sibi. ita colligitur ex not. per glo. in d. l. qui fidem. & ibi not. doct. & probatur in d. §. liberis. & ibi notat Bart. facit l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. & quod ibi Bart. in l. si instituta. in princi. ff. de inoffic. testam. licet Ioan. de Imo. sub dubio forte, contrarium tenuerit, & non bene, per prædicta. ¶Nec his obstat quod not. Ioan. Andr. in addit. Spec. in tit. de treuga & pace. in rub. ad fi.
9 † dum dicit quòd pœna adiecta in promissione pacis seruandæ non committitur nisi semel per primam offensam, nisi sit adiecta clausula quòd pœna toties committatur, quoties contra factum fuerit. per l. si duo. §. 1. ff. de arbitr. quia dico quòd intentio Ioan. And. ibi est quòd si ille qui offendit, offenderet iterum, non incidat in pœnam plusquam semel nisi sit adiecta clausula, quòd toties pœna committatur, quoties fuerit contra factum non autem vult Ioannes Andr. quòd si Petrus offensus offendat eum, qui post pacem ipsum offendit, incidat secundò offendens in pœnam: quia hoc esset contra. l. cum proponas. & l. qui fidem. cum ibi not. & ita etiã legendo sum sem per solitus non sequi opin. Ioan. de Imo. sed cæterorum, vt veriorem & magis communem. ¶Vtrum autem sit probatum ꝙ Petrus percussit dictam dominam Antoniam, adeò quòd probatio sit sufficiẽs quò ad casum nostrum statim aperiam. Nam non obstat prædictis si diceretur quòd non est probatum per testes sufficienter ꝙ Petrus dictam dominam Antoniam percusserit: quia respondeo, quòd imò videtur probatum: nam Zapharinus & Martinus sunt testes ad probandum ꝙ dominus Petrus fuit confessus extra iudicium de vna percussione per ipsum facta cum pedibus super oculo dictæ suæ vxoris cũ
10 sanguinis effusione, † quæ confessio facit semiplenam probationem, vt c. fi. de success. ab intest. & not. per glo. in l. 1. c. 5. ff. de adult. quam ita ad hoc allegat Bar. in l. admonendi. in 11. & 12. colum. ff. de iureiur. ¶Item est probatum de publica voce, & fama dictorum percussionum, vt probat Marianus & domina Bartusta, & domina Anna, & domina Margareta. aliquid etiam de hoc probant Hugolinus & Bartholomæus, qui quidem interfuerunt cum videatur traxisse originem ab vrgentibus indicijs, maximè à confessione dicti Petri. facit aliam semiplenam probationem, vt not. in l. 3. §. eiusdem. ff. de testib. & not. Bart. in l. de minore. §. plurium. ff. de quæstionib. & Anto. de But. in cap. veniens. el 1. de testib. & dominus Abb. in c. 1. de deposito. vbi per omnia sequitur doctrinam Bart. & per Salyc. in l. ea quidem. ff. de accusatio. ¶Accedit tertiò alia con-
11 fessio probata per dictas tres mulieres: † & sic est geminata confessio, quæ multò plus operatur quàm simplex. l. cum scimus. & quod ibi Barto. de agricol. & censi. lib. 11. & l. 1. C. de plus pleti. & l. si mulier. in fi. & quod ibi Bald. C. ad Velleian. l. fi. cum ibi not. per doct. C. ad legem Falc. cum multis alijs similibus, quæ adduci possent: sed quia sunt à remotis omitto.

12 ¶ † Accedit, quia sumus in his quæ cum difficultate probari possunt: quia facta fuerunt in domo: vnde lex facilioribus probationibus contenta est in similibus. l. consensu. C. de repud. & cap. veniens. el 2. de testib. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. & l. si vicinis. C. de nupt. & quod not. Bartol. in l. si quis ex argentarijs. §. pen. ff. de eden. & in l. si quando. C. vnde vi. Spec. in tit. de furt. ad fi. & Host. in cap. 1. quod metus causa. & Barto. in l. in illa stipulatione si Calendis. ad fin. ff. de verbo. oblig. & Feder. in consi. 119. quod incipit, Nulli dubium. & Bald. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. & in l. si quis in hoc genus. & in l. id quod pauperibus. C. de episco. & clericis. ¶Accedit illud quod singula quæ non prosunt, multa iuuant: & in cap. causam. de probat. c. præterea. de testib. not. in l. 2. ff. de excusat. tutor. quod multum est attendendum, vbi difficilis est probatio, vt in casu nostro: vt not. But. in cap. veniens. el 1. ad finem. de testib. & vbi est difficilis probatio, probatur per famam: vt not. Bart. in l. si quidem. C. sol. matr. & in l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. & Bar. in d. auth. quas
13 actiones. & Ant. de Butr. in d. cap. veniens. el 1. ¶†Et est attendendum ꝙ illimet testes, qui deposuerunt, & probant de confessione dicti Petri. sunt etiam idonei ad probandum famam super qua deponunt: & sic possunt probare vtrunque ac si per alios testes esset probatum de confessione. & per alios testes
d probaretur de fama. not. Bal. [d] in l. Gallus. §. ille casus. argum.
14 illius text. ff. de liber. & posthu. ¶†Nec repellentur dictæ mu-
e lieres [e] etiam in causa criminali, tum quia de iure ciuili quod est seruandum in terris imperij possunt esse testes, etiam vbi criminaliter agitur. l. ex ea. ff. de testib. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testib. not. in ca. forus. de verb. signi. tum etiam: quia isto casu non dicitur agi ex crimine: sed ex contractu stipulationis interpositæ in parte, vt l. 1. circa princip. ff. de iure fisci. ibi dum dicit fisco ex contractu priuato deberi &c. cum ibi not. per Bart. faciunt not. per Spec. & Ioan. And. in tit. de testi. §. 1. versi. item quòd est mulier. iuncto ver. sequen. ¶Quinimò dato quòd etiam omnino non esset plenè probatum de crimine commisso, tamen sufficit quod de hoc erat publica fama in loco quod Petrus vulnerauerat dictam dominam Antoniam. prout in inquisitione continetur, vt dicunt testes. & quæ fama fuerit not. prædictis Ludouico & Paulo in illo loco commorantibus, vt notatur per l. si tutor petitus. & per glo. & Bar. C. de pericu. tuto. & per glo. & Bart. in l. 1. ff. de recepta. & plenè per Bart. in l. is potest. ff. de acq. hære. & habetur in cap. fi. qui matri. accu. pos. & per l. sicut. §. hisdem. ff. de accus. & per consequens probabiliter putarunt dicti Paulus & Ludouicus eis licere offendere dictum Petrum absq; metu incurrendi in pœnam contentam in instrumento pacis per d. l. cum proponas.
15 cum ibi not. per Bart. cum alijs concord. supra allegatis. † &
f quælibet iusta causa excusat à pœna, [f] etiam si illa causa iusta plenè non probetur. hoc ostenditur sic: Nam iusta causa litigandi siue aliud faciendi ita excusat à pœna promissa, sicut excusat ab expensis. ita dicit Guido de Suza in summa tit. de arbit. versic. sed nunquid is quem. quantum ad propositum nostrum referunt & sequuntur Ang. & Ioan. de Imo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli. in reper. super glo. in verbo, proponeretur. per l. qui solidum. §. etiam. ff. de leg. 2. & l. si debitor. ff. de petit. hæred. & idem in effectu voluit Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de arbit. §. fi. super versi. incipiente, sed quid compromissum. & clarè Bal. in l. edita. C. de eden. in repet. Paduana. in 14. col. versic. oppo. ergo non emendatio &c. & in l. quod te. ff. si cert. pet. & hoc patet ex not. per Bar. in l. Iulianus verum debitorẽ. in 5. col. ff. de condi. indeb. & in l. & ex diuerso. §. 1. ff. de rei vend. & per Bal. & Ange. in l. tres. ff. de pact. & in l. qui tutorib. in prin. ff. de transact. & in l. fi. C. de arbi. & in authen. generaliter. in 3. col. C. de episc. & cler. & in l. si iudex. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & not. Cano. in c. Quintauallis. de iureiurã. Sed ita est ꝙ iusta causa litigandi quantùm ad excusandum ab expensis dicitur quando probatum est, licet minus plenè de iustitia & iure succumbentis, puta semiplenè vel per vnum testem, vt not. Ioan. Andr. in ca. finem litibus. de dolo & contum. & sequitur ibi Anto. de But. in versi. venio ad tertium. & per Bal. in l. qui non probasse. C. de fals. & in auth. generaliter. in 5. col. C. de epi. & cle. bene faciunt quæ no. Bar. in l. 1. in prin. ff. ad Tur. versi. vlterius procedo qualiter probatur calumnia &c. ¶Ad hoc etiam optimè facit text. in l. fina. ff. de

de hære. instit. per quem dicunt ibi Bart. Rayn. & omnes dicit
16 Bar. † quòd fama & rumor inducit iustam causam credendi,
* quamuis etiam fama* non esset vera, vt ibi tex. facit l. cum qui dam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hære. ergo si iusta causa excusat à pœna: vt dixi, sequitur quod ille rumor seu fama excusare debet dictos Paulum & Ludouicum & est bene pōderandum illud quod habetur in l. fi. cum ibi not. per doct. ff. de hæredit. institu. cum volunt quòd rumor non inducit iustam causam
17 credendi: † quia rumor est minus quàm fama: quia rumor est particularis assertio ex incerto authore, & ex sola suspicione proueniens: nec enim requiritur quod ab omnibus, vel à maiori tempore communiter & publicè dicatur, vt not. Spec. in tit. de noto. crimi. de rumore. & Ray. & Ioan. de Imo. in d. l. fi. in prin. ff. de hære. instit. & Bal. in l. ea quidem. in 1. colum. C. de accus. & in rubr. C. de probat. in 2. colum. Ioan. Calde. & alij post eum. in cap. vestra. de cohab. cler. & mulier. & not. gl. & doct. in c. super eo. in gl. de eo qui cogno. consang. vxo. suæ. & sic sufficit probatum esse famam publicam, vel rumorem, alia similia plura ex quibus iusta causa excusat adduci posset. Sed præmissa quò ad propositum satis sunt. ¶Fortius videtur quòd si dicti Ludouicus & Paulus non habuissent iustam causam offendēdi Petrum prædictum circa incursum pœnæ prædictæ contentæ in instrumento pacis: tamen videtur quòd sufficit quò ad euadendam dictam pœnam pacis ruptæ quòd appareat verè vel præsumptiuè, quod ipsi illum offendendo non habuerunt animū vindicandi de illis antiquis offensis, de quibus facta fuerat pex, sed ad alium finem offenderint, quamuis iniustum & illicitum. & ita euidenter colligitur ex doctrina Bar. in d. l. vtrum. ff. de furt. ergo quomodocunque, vel per aliqua indicia, vel per aliquem rumorem vel famam prædictam peruenerit ad aures dictorum Ludouici & Pauli, quod dictus Petrus vulnerasset dictam dominam Antoniam: præsumitur ꝙ ob illum rumorem vulnerum illatorum de recenti in dominam Antoniam moti fuerunt prædicti ad percutiendum dictum Petrum, & non ex illa antiqua causa. d. l. si ventri. §. fina. cum ibi not. & probaui: ergo non oportet attendere quòd plenè non fuerit probatum quòd Petrus vulnerauerit dominam Antoniam: & an propter id liceret dictis Paulo & Ludouico offendere & venire contra instrumentum pacis. ¶Ex quibus omnibus concludo ex vulneribus illatis in Petrum per dictos Ludouicum & Paulum non esse commissam pœnam pacis ruptæ de qua in instrumento. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Noua. supra lib. consi. 19. num.
* Nouam causam.] Sequitur Fely. vbi adducit similia, in c. Petrus. de homicid. Natta.
b ¶Vxorem. supra lib. 2. consi. 113.
c ¶Obseruantis. Alex. l. semel mora. sol. matr. supra lib. 2. consi. 30. Ancha. consi. 141. Fely. c. 3. in fi. de iureiur. adde Franc. Rip. repet. l. fi. q. 33. vbi limitat. C. de reuoc. donat.
d ¶Bal. sed illud dictum Bal. reprehendit Alex. ibi Cor. consi. 58. litera D. lib. 3. Ias. l. admonēdi. de iureiur. sed Ias. d. §. ille casus. Bal. & Hyppol. Marsi. notab. 485. Nicol. Euerar. in locis leg. lo 2. à coniunctione. & Curt. tract. de testib. conclus. 44. denotat. ego puto ex duobus huiusmodi testibus etiam si aliter sit de veritate non fieri plenam probationem nisi alia adminicula accedant.
e ¶Mulieris. supra lib. j. consi. 11. nu. 5.
f ¶Pœna. supra lib. 2. consi. 119. nu. 12. * Quòd ista causa non excu-
* set à pœna conuentionali, firmat Alex. consi. 135. col. pen. lib. 6. contra Io. And. in d. tit. de arbitr. §. fi. de qua re etiam tangit idem Alex. consi. 66. col. fi. lib. 5. & Io. Andr. seq. Alex. consi. 96. col. 3. in fin. lib. 6. Ias. consi. 41. col. fi. lib. 3. contra Ias. consi. 134. col. fin. lib. 4. Curt. Iun. consi. 132. col. fi. vbi secundùm Alex. hìc dicit quòd excusat, etiam si plenè non probetur. Natta.
* Et fama.] Idem dicit Bar. in l. Celsus. ff. de vsufr. col. j. Natta.

EPITOME.

PLVRIBVS mutuo obligatis ad pacem quilibet agit & conuenitur pro sua virili.

CONSILIVM CXVI.

Viso instrumento pacis mihi exhibito, ex his quę continentur in themate prædicto. Præsuppono primò quod ex homicidio perpetrato in personam Iacobi de Bonamentis per dictos Iacobum de Sauiolis, & per dictum Dominicum Paduanum, fuit rupta pax, & per consequens commissa pœna pacis ruptæ. lex est in c. 1. §. si quis hominem. & §. si quis alium. in tuc. de pace tenenda. hoc pręsupposito, est videndum quibus competat actio ad pœnam illam mille ducatorum pacis ruptæ, quæ pœna ex forma conuentionis debet applicari pro dimidia cameræ Reuerendissimi domini Cardinalis, & pro alia dimidia debet applicari parti obseruanti. & contra quem, vel quos sit cōmissa dicta pœna, & à quibus debeat exigi. & omissis argumētis ad partem, dico quòd hanc in terminis decidit Bart. in l. fi. de duob. reis. in versi. secundò quæro. cum quo ibi transit Angel. & Moder. & Bar. in repet. auth. hoc ita. in 13. q. C. de duobus reis. & in l. opere. ff. de ope. liber. & Moder. in l. si id quod.
1 ff. de duobus reis. in quibus locis concluditur, † quòd si plures
a fecerunt pacem* cum pluribus, & promiserunt se non offendere sub pœna mille: postea contingit vnum esse offensum; omnes ex illa parte offensa non possunt agere insolidum, nec etiam insolidum possunt conueniri illi qui sunt de parte offendente, vt probant ipsi per d. l. si id quod. ff. de duob. reis. & per d. l. opere. hoc etiam satis apparet & ex verbis instrumenti colligitur dum dicitur, in eo ꝙ pacem, & omnia, & singula supra scripta prædictæ partes, sibi inuicem & vicissim promiserunt per se, & suos hæredes perpetuò rata & firma habere, attendere, & obseruare sub pœna mille ducatorum, quæ pœna toties committatur peti & exigi possit pro parte obseruāte commissa à parte contra faciente, quoties in prædictis vel aliquo prædictorum fuerit cōtrafactum vel omissum, cuius quidem pœnæ dimidietas applicetur & applicari debeat cameræ Reuerēdissimi domini Cardinalis Bononiensis: & reliqua dimidietas parti obseruanti: & prout latius apparet in dicto instrumento, in quo apparet ꝙ omnes personæ ibi enumeratæ sunt diuisæ in duas partes, & per consequens enumera, si in prima parte videlicet illi de Bonamentis cum socijs qui in effectu sunt circa nouem habentur pro vno corpore, & omnes alij specialiter nominati qui sunt circa quadraginta septem in alia parte habentur pro vna alia parte. l. liber homo. §. Lucius. el 1. & quod ibi not. Ang. in l. Titius fundi. & l. interdum. in prin. ff. de hæred. instit. & l. quoniam iudices. cum ibi not. per Bal. C. de appel. & in auth. causa quæ fit cum mona. cum ibi not. per Bald. C. de episco. & cler. & inter illos qui sunt comprehensi in vna ex illis dictis partibus seu corporibus fit distributio æqualiter, vt patet in dictis iuribus, & in l. quoties. ff. de hæred. instit. & l. legata inutiliter. §. fi. ff. de leg. 1. & l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. ¶Ex his resultat conclusio, ꝙ omnes illi qui sunt de parte offensa possunt petere dictam pœnam 50. ducatorum, seu quilibet eorum potest petere virilem portionem. & ista potest exigi ab omnibus partis offendentis, & quilibet qui sit de parte offendente potest conueniri pro parte virili, & etiā qui fuerunt fideiussores possunt conueniri pro tot virilibus portionibus, pro quot personis fideiusserunt, vnde si ille Donatus fuerit, & alij qui sunt sub eodem gradu, & sub eo capitulo dicti instrumenti, possunt cōueniri nedum nomine proprio pro sua virili, sed etiam tanquam fideiussores pro portione eorum, qui sunt in eodem gradu, qui sunt circa 22. quia omnes fideiusserunt vicissim, vnus pro alio, vt patet in dicto instrumento, & ita dico & consulo.

SVMMARIVM.

1 *Soror agens vt hæres fratrum, debet probare eos sine liberis decessisse.*
3 *Probare mortem per famam an sufficiat. nu. 7.*
4 *Fama quomodo probetur.*
10 *Iudici vt iudici debet constare esse notorium.*
11 *Dominus directus ob cessationem solutionis potest sua authoritate ingredi.*
12 *Pactum de reuocando, non mutat naturam contractus.*

CONSILIVM CXVII.

Viso processu inter dominam Luciam quondam domini Gulielmi de Tapigna agentem, & Iacobum quōdam Mat. Bondamonæ reum conuentum in qua causa pronūciatum fuit Iaco. teneri ad restitutionem petiarū terræ, de quibus in libello d. do. Luciæ fit mentio: & ius libellarium in dictis pe-

ctis petijs terræ ſpectare ad d.do.Luciam, & ab omnibus alijs
partes fuerunt hincinde abſolutæ, excepto ꝙ d.Iacobus condē
natus fuit ad reddendum rationem fructuum perceptorum à
tempore litis conteſtatæ, vt plenius in d.ſententia continetur
lata iuxta conſilium ſapientis electi ad conſulendum in cauſa:
& à qua ſententia fuit & eſt pro parte d.Iacobi appellatum.
¶Puto ex infraſcriptis malè fuiſſe iudicatum per dictum iudi-
1 cantem, & bene appellatum pro parte d.Iacobi. ¶†Primo: quia
dicta Lucia agit tanquam hęres ab inteſtato Auguſtini, & Am
broſij fratrum eiuſdem & non probauit legitimè, & plenè in-
a cumbētia videlicet dictos fratres deceſſiſſe ſine liberis [a] & per
conſequens dictam ſucceſſionem delatam eſſe ab inteſtato d.
Luciæ. Nam ad probandum prædicta, inuenio productos eſſe
quatuor teſtes, ſ.d. Amadæum, Tricolaum, Aloiſium & Galeo
tum: qui teſtes deponunt ex auditu de morte dictorum fratrū:
2 † & teſtimonium de auditu alterius non eſt plenum & legiti-
mum teſtimonium in his in quibus veritas deprehenditur ex
auditu, vt in auth. de hære. & fal. in §. ſi verò abſint. & l.teſtiū.
& declarat plenè Cy. in 3.q.C.de teſt. & legi. & no. in c. in lite-
ris. de teſtib. vbi habetur ꝙ teſtimonium ex auditu & fama, nō
ſufficit. & plenè per Archi. 22.qō.5. hoc videt. teſtis enim qui
deponit de auditu ſeu de relatu alterius non eſt verus teſtis, vt
eſt tex. in l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua plu.arcen. quam allegat
pro notabili Anto.de But.in c.quoties.de teſtib.in fi. ¶Nec ad
3 hoc obſt. ſi diceretur ꝙ † vbicunq; tractatur de commodo pe
cuniario, ſeu de hæreditate alicuius, ſufficit probare mortem
per famam, vel ꝙ conſanguinei fecerunt luctum præſertim cū
tractatur de morte in longinquo loco ſecuta, vt plenè per glo.
& Bar. in l.2.§.ſi dubitetur.ff.quemad.teſtam.aper. & per Bar.
in l.quoties.C.de naufr.lib.11. & per gl. in c.quoniam frequē-
ter.§.ſi verò.in ver.ſi autem.in verbo præſumatur. vt lite non
conteſt.l.ſed ſi de ſua. & ibi not.ff.de acq.hære. Notant canon.
maximè Ant.de But.in c.in præſentia.de ſponſa. & per Bar.in
tract.de teſte.circa tertiam chartam. & per glo.Cyn. & Bart.in
l.ſi quidem. C.ſol.mat. ibi oſtendit Bart. quod d.do.Luciæ in-
cumbit onus probandi mortem dictorum fratrum. Sed duo
primi teſtes videntur deponere de fama: ergo erit ſufficienter
probatum de morte. Quia reſpōdeo pluribus modis. ¶Primò,
quia dicti teſtes non probant famam, quia licèt dicant ꝙ eſt fa
ma in ciuitate Veronæ dictos Auguſtinum, & Ambroſium eſ-
ſe mortuos, tamen interrogati dicti teſtes, quid ſit fama: reſpō-
dent hoc modo: quia primus teſtis dicit ꝙ illud quod dicitur
per plures perſonas eſt fama. Secundus verò teſtis dicit, ꝙ di-
citur publicè fama eſt, & ſic ex reſponſione apparet ꝙ ipſi non
intelligunt quid ſit fama: & ꝙ dum depoſuerūt de morte præ-
dictorum, etiam per famam non probant legitimè famam &
4 expreſsè vult Bal. in l.1.ff.ſi cer.pet. † vbi dicit, ꝙ ſi teſtis inter
b rogatus de fama [b] deponit vera eſſe contenta in capitulo. & po
ſtea interrogatus quid ſit fama, & neſciat non probat. Sed ſi in-
terrogatus de cauſa dixiſſet: quia audiuit à maiori parte popu
li vel gentium: poſtea interrogatus de diffinitione famę dicat.
neſcio: tunc probabit: quia videtur intelligendum ꝙ neſcit dif
finire. de iure tamen ſatis eſt fama poſtquam dixit ſe audiuiſſe
à maiori parte: & ſic expreſſit Illud ex quo comprehenditur fa
ma. ita etiam in effectu eſt de mente Bart. in d.l.1. per illū text.
ff.ſi cert.pet. dum quærit an teſtis deponens de mutuo debeat
interrogari quid ſit mutuum. ita etiam vult Bald. in d.l.1. in
princi.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. vbi dicit ꝙ ſi teſtis de-
ponit ꝙ Titius ſit malæ famæ: & interrogetur quid ſit bona
fama, & neſcit, non probat. & idem in effectu voluit Specu. in
tit.de noto.crimi. in §.fi. verſi. ſi teſtes producantur. & idē no.
Io.de Imol. in l.ſtipulatio iſta.§.his quoque. ff.de verb.obli. &
ſecundum prædicta procedit quod not. Bar. in l.de ætate. in 2.
5 q.princi.in fi.ff.de mino. ¶†Cum ergo fama ſit quādo aliquid
dicitur à maiori parte perſonarum loci, vt not. per gl. & doct.
in l.3.§.eiuſdem.ff.de teſti. & latè Bart. in l.de minore.§.pluri-
mum.in 1. & 2.q.ff.de quæſt. & per Bal. Ang. & Sal. in l.ea qui-
dem cauſa. etiam Bal. in rub.C.de probat. & per Canon. in ca.
veſtra.de cohab.cleri. & mulie. plures verò & multi etiam di-
cuntur duo vel tres tantùm. l.vbi numerus.ff.de teſti.l.1.§.hoc
reſcriptum. cum ibi not. per gl. & Bar.ff.ad Sylla. & not. Inſti.
de iure perſo.§.fi. & in l.licet Imperator. de leg.1.c.pluralis lo
cutio.de regu.iur.lib.6. in c.minores.de cleri.excom. ¶Quin-
immò dicit Bar. in d.l.de minore. & Bald. in l.proprietatis.C.de
6 probat. & in l.diffamari.C.de inge. & manu. † quod non ſuffi-
cit per teſtes probari famam, niſi deponant de cauſis à quibus
traxit originem fama: & ſimiliter dixit Ange. in l.ea quidem.
C.de accuſ. ad hoc ꝙ teſtis probet famam, habet dicere à qui-
bus traxit originem fama, etiam ſi non ſit interrogatus. alleg.
not. per Inno. in c.cum oporteat. de accuſ. & per Bar. in d.l.de
minore. & licèt vnus ex dictis duobus teſtibus dicat ꝙ fama
eſt id quod dicitur à multis publicè notum, non tamē per hoc
videtur intelligere ꝙ intelligat, quādo dicitur à maiori parte:
quia etiam publicè dici poteſt eſſe dictum illud, quod dicere-
tur ab vno ſolo, vt inquit Bar. in d.l.de minore. in verſ. quæro,
quid ſi teſtis dicit ꝙ hoc audiuit &c. & Bart. in d.l.3.§.eiuſdē.
ff.de teſti. & Bal. in addi. Spec. in tit.de ſententia, in verſi. illud
7 etiam not. quod refert &c. ¶†Secundò etiā reſponderi poteſt:
vt dicit Cy. in l.ſi quidem. C.ſol.mat. & Ioan.de Imo. in d.l.2.
§.ſi dubitetur. ff.quemad.teſtam.aper. quia vbi agitur de pro-
banda morte alicuius in cauſa vbi tractatur de commodo pe-
cuniario in dominio alicuius rei, nō videtur eſſe verum quòd
ſufficiat præſumptiua mortis probatio per famam, vel quia at
tinentes fecerunt lucrum: quia in cauſa vbi agitur de pleno
præiudicio, requiruntur plenę probationes. l.iudices. cum ibi
not.C.de iud. & not. in l.1.C.quorū bono. & ideo concludunt
ꝙ quando mortuus in loco de quo haberi poſſint teſtes, & nō
fuit tempus longiſſimum, debet probari per teſtes & plenè, &
clarè deponentes de actu mortis, non autē ſufficeret fama quæ
plenam non facit probationem, vt not. in d.l.3.§.eiuſdem. &
in l.admonendi.ff.de iureiur. & in c.veniens.el 1.de teſtib. &
iſtam opin. reputat Io.de Imo. veriorem. & idem tenet Ang. in
l.ſi quidem. vbi dicit ꝙ ſufficeret tunc demum fama, quando
nauigaſſet in mari, & nauis dicitur ſubmerſa cū omnibus ibi
exiſtentibus, & ſic per eos non poteſt probari: ſed dicuntur ibi
deceſſiſſe in locis in quibus de facili poſſunt habere teſtes, ſci-
licet Forliuij, & Mantuæ, nec deponent teſtes ꝙ mortuus fue-
rit iam longiſſimo tempore, de quo facili nō poſſit haberi me-
8 moria, prout cantant verba Cyn. & aliorum. ¶†Præterea teſtes
qui deponunt de morte, videntur deponere ꝙ deceſſit ingreſ-
ſus religionem, quo caſu non ita abſolutè poſſet dicere d.Lu-
cia dictam hæreditatem ad ipſam pertinere, per ea quæ no. do
cto. in c.præſentia.de probat. & Archi. 14.q.3.ca.quid ingre-
dientibus. per Spec. & Io.And. in tit.de ſta.mona. in §.1.ver.3.
quæritur. Cyn. in l.Deo nobis.de epiſc. & cler. & per Bar. in c.
1.de relig.domi. & per Ang. in diſputatione, Nobilis quidam
genere. in vlt.q. & per Moder. in l.1. ff.de teſtib. cum concor-
dan. & ſic ex hoc capite ꝙ non ſit legitimè probatum de mor-
te dictorum Ambroſij & Auguſtini apparet non fuiſſe bene
iudicatum & reum conuentum debuiſſe abſolui. ¶Secundò
9 principali fundamento confirmo: †quia dictus Auguſtinus &
Ambroſius emphyteutæ cum ceſſauerunt vltra biennium in
ſolutione canonis, ceciderunt à iure ſuo. l.2.C.de iure emphy.
c.potuit. & ibi not. de loca. & in §.ſtrictè. in auth. de non alie.
& ꝙ ceſſauerint vltra bienniū, patet: quia contractus locatio-
nis factus fuit de anno 1465. de menſe Septembri, & non repe
ritur ꝙ aliquid vnquam ſolutum fuerit. Eſt verum ꝙ reperitur
quædam ſcriptura priuata, in qua ſit mentio ꝙ Iacobus prædi
ctus & Antonius eius frater receperunt illam quantitatem fru
menti, & leguminis pro primo anno, qui debebant dari pro af
fictu duarum ex illis petijs terræ petitis in libello, pro alia verò
petia pro qua debebat ſolui quantitas pecuniæ, nihil fuit ſolu
tum, quinimmò dicta ſcriptura nihil probat contra Iacobum,
ſed bene contra Iacobum probaret: quia bene confitetur Iaco
bus quòd eſt ſcripta manu Antonij, ſed non Iacobi. & ſic non
probat contra Iacobum, ſed ſolùm contra ſcribentem. l.ratio-
nes.C.de probationibus. & lege ſcripturas, & ibi plenè per do
ctor.C.qui potior. & in capit.2.de fide inſtrumen. & ſic dicit.
quòd ſuperuenit tempus guerræ: quo tempore licèt fuerit ceſ
ſatum, tamen per hoc ceſſans non incidat in dictas pœnas, vt
eſt prouiſum per conſtitutiones ducalis dominij. ad hoc reſpō
deo quòd eſt probatum in proceſſu quòd guerra inceperit tali
tempore, & durauerit tanto tempore, quod ante tempus guer-
ræ vel poſt tempus guerræ non potuerit tranſire tempus termi
ni requiſiti ad pœnam priuationis: nam cum etiam in libel-
lo actoris facta fuerit mentio de hoc tempore, & per eum in
exceptionibus omnia narrata negata fuerint, ſequitur ꝙ etiam
dato ꝙ ſit notorium quod guerra fuerit tali tempore quod nō

potuerit transire terminum cessationis requisito ad pœnā pri-
10 uationis:† tamen saltem ad hoc scilicet quòd esset notorium, debeat fieri fides iudici: quia dato quod notoria non egeant probatione veritatis ipsius facti, iuxta not. in l. ea quidem. C. de accus. tamen oportet iudici vt iudici, quod illud constet ex actis esse notorium, etiam si allegaretur illud esse notorium, vt concludit Cyn. in d. l. ea quidem. in 2. quæst. de accus. & vult ibi Bal. in penul. charta. in versic. item quæro an sit necesse notorium probari per l. hoc autem. circa princip. in verbo constare liquereque. & ff. ex quibus cau. in poss. eatur. & argum. l. non ignorat. C. qui accu. non pos. & not. glo. & doct. in cap. ad nostram. el 3. de iureiuran. & glo. 2. quæst. 1. in §. quin autem, glo. quæ incipit non sedentes. & Iaco. Butr. in l. 1. C. vt quæ desunt aduoc. part. & clarè Bald. in auth. at qui semel. in 2. & 4. colum. C. quomodo & quando iudex. & not. doct. & maximè Ioan. Cald. in commento. c. vestra. de cohab. cle. & mulie. in 2. q. & Ange. in l. 1. C. qui & aduer. quos. & ita se habet communis opinio à qua recedendum non est in iudicando, vt habetur in locis vulgaribus: sed non constabat iudici de hoc notorio prout requiritur. vt appareat in actis, ergo non potest ex hoc capite sustineri sententia. & non est opus disputatione an potuerit ingredi dictus Iacobus propria authoritate saltem nemine resistente, quia istud fuit satis copiosè dictum per clarissimos consultores, & aduocatum Iacobi, & ex his quæ magis communiter concludunt docto. in d. c. potuit. cum concord. ibi allegatis per eos patet magis communem opinionem ꝙ di-
11 ctus † Iacobus propter dictam cessationem canonis potuerit
c ingredi, [c] vt fecit. & prædicta procedunt siue dicti Augustinus & Ambrosius dicantur fuisse emphyteutæ siue simplices cōductores iuncta l. quæro. §. inter locatorē. ff. de loca. cum ibi not. per Bart. plenè not. & maximè per Baldum in l. ædem. C. locati. circa 1. & 2. colum. & ibi expressè dicitur quòd illa. l. 2. C. de iure emphyt. habet locum etiam in conductore ad longum tempus, qui dicit habere ius in re. sentit Bart. in l. nec licebit. §. 1. ff. de public. tamen in veritate dictus contractus locationis videtur ꝙ dici debeat cōtractus locationis in emphyteusim seu similis ei, vt patet ex illis verbis instrumenti dum dicit locationis, perpetualis &c. vt instit. loca. §. adeò, in verbo perpetrato. & l. prædia. & ibi glo. C. de loca. prædi. ciuitatis. li
12 bro 10. & in hoc. ff. si ager vectig. vel emphyt. pe. ¶ † Nec obst. pactum de renouando decennio, in decennium: quia illud nō facit desinere contractum emphyt. esse vt expressè dicit Cardinalis & Ioan. de Imo. in d. cap. potuit. circa primam chart. & est de mente Bar. in l. si finita §. si de vect. in 3. & 4. quæst. ff. de dam. infe. & dicit ꝙ vsus communis loquēdi interdum appellat talem contractum esse contractum libellarium; tamē idem in effectu est contractus emphyteuticus: & est de mente Bart. in l. 1. circa medium. C. de iure emphyt. Spec. in titu. de feu. §. quoniam ver. 4. ad fi. & Bald. in c. 1. in §. an si libel. in tit. quib. mo. feu. amit. & in c. 1. §. si clientu. in prin. in tit. de aliena. feu. & in tit. de pace Constan. in verbo si libellarium. & in rubr. C. de iure emphy. & l. liberti. vlti. C. de ope. liberto. & hoc verū: dato ꝙ etiam in cōtractu esset appositum verbum locationis, quia tunc largè dicitur locatio: ita dicit do. Card. & Imo. in d. ca. potuit. hoc etiam patet ex verbis instrumenti ibi dum dicit quod ad meliorandum: nam vt dicunt docto. in d. c. potuit. & maximè do. Card. & Io. de Imo. emphyteusis dicitur ab empo
* nemate * vocabulo græco quod est idem quod melioratio. Ita etiam innuit tex. in l. 2. de iure emphyt. & in ca. potuit. ita loquitur Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 2. & Bal. in rubr.
13 C. de iure emphy. ¶ † Nec ad essentiam est necesse ꝙ aliquid ab initio datum fuerit concedenti: vt not. Cy. in l. 1. in 1. q. C. de iure emphy. & expressius Io. And. & Pau. de Leaz. & communiter alij doct. in d. c. potuit. super 1. gl. per illud ꝙ habetur in auth. de alie. & emphy. circa prin. & not. Spec. in d. §. nunc aliqua. ver. 4. & est de mente Bar. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig. in 2. col. ibi dum dicitur quandoque conceditur vni tā-
14 tùm &c. ¶ † Accedit prædictis: quia prædictis petijs terrarum ferè omnibus veniebat soluendum aliud quàm pecunia, & sic non potest dici contractus locationis: quia inter alias differentias inter contractum emphyteuticum, & simplicem locationem, illa est, quia in contractu locationis requiritur ꝙ pensio consistat in pecunia. l. naturalis. §. at cum do. ff. de præsc. verb. & l. 1. §. si quis seruum. ff. de deposit. Sed in contractu emphyteutico potest promitti pensio cōsistens tam in pecunia quàm in alia re, vt no. gl. in d. §. adeò, in verbo locationem. insti. loca. & not. Cy. in l. 1. C. de iure emphy. & Spec. in d. versi. 4. & posset inferri ad illam difficultatem, an tempore guerræ debuerit emphyte. soluere pensionem. super qua alias satis pleno calamo consului pro quodam cancellario illustris Ducis Mutinæ: sed non est meo iudicio necessaria hæc disputatio, de qua opportunè dictum est per consultorem & aduocatum dicti Iacobi, quia non est probatum ꝙ propter guerram fuerint impediti emphyteutæ possidere res illas. & ꝙ ex illis propter hoc non potuerint colligere fructus suos: & sic cessant rationes illorū, qui tenent emphyteutam non teneri propter guerram ad solutionem pensionis: quædam alia egregiè tacta sunt per dominos consultores, & aduocatum Iacobi quæ non videntur egere substantiali additione. Ideo ea subticeo. Et ex his omnibus ego concludo malè fuisse iudicatum & benè appellatum pro parte dicti Iacobi, & dictum Iacobum fuisse & esse absoluendum. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Liberis. infra lib. 3. consi. 124. nu. 1. vbi contra dixi.
b ¶ Fama. Decis. Thol. 380. Alex. supra lib. 2. consil. 94. in fi. supra eo. lib. consi. 125.
c ¶ Ingredi. supra lib. 3. consi. 105. nu. 8.
* Dicitur ab emponemate.] Dic verius, ꝙ emphyteusis venit à verbo Græco ἐμφυτεύω, quod conserere, vel inserere significat, vt tum ab alijs, tum verò à Ioanne Ferrario Montano in annotat. ad §. vt ecce. Instit. de locat. & cond. adnotatū est. vnde si Græcæ voci innitimur, dicendum esset, emphyteusis, & emphyteuta, non autem per literā O. emphyteosis, & emphyteota. Emponema autem significat elaboramentum. Sed hæc grammaticis sunt relinquenda. Natta.

CONSILIVM CXVIII.

Lege. supra lib. 2. consi. 181. quod hic duplabatur.

ANNO Millesimo tricentesimo nono, die quinto mensis Aprilis. Ioannes promisit Petro filio Martini, & notario publico stipulantibus vice & nomine dicti Martini & eius hæredum vēdere & tradere eidem Martino vel eius hæredibus hinc ad decem annos vnam domum ipsius Ioan. pro pretio octingentarum quinquaginta librarum Bon. de qua quantitate & pretio conuento dictus Petrus vice & nomine & de propria pecunia d. Martini eius patris manualiter tradidit tunc, & dimisit eidem Ioan. nomine arrarum, & pro parte solutionis pretij conuenti prædicti octingentas libras Bonon. residuum aut dictæ quantitatis & pretij cōuenti prædicti, Idem Petrus vice & nomine dicti eius patris promisit d. Ioan. stipulanti ꝙ ipse aut dictus eius pater daret & numeraret eidem Io. hinc ad decē an. vel ante quando instrumentum vunditionis fieret, & conuenerunt adinuicem d. Io. & Pet. ꝙ pensiones & redditus dictæ domus seu ex ea percipiendæ d. tempore decem ann. percipi, exigi & haberi possent & deberent per d. Martinum, vel eius hæredes à pensionarijs dictæ domus, & lucro & vtilitati d. Martini cederent habito respectu ad pretium conuentum dictæ domus, & de prędictis confectum fuit instrumentum publicum per Ambrosium notariū. præterea reperitur quædam scriptura seu cautio trino teste notata & scripta manu propria dicti Martini sub die duodecimo mensis Maij dicti millesimi & anni tenoris subiecti, videlicet. Sia manifesto à tutte quelle persone che questa scritta vederanno, come à dì v. de Aprile prossimo passato Ioanne mi fece promissione di vender à mi Martino vna casa &c. questo per pretio de libre ottocentocinquanta de bolognini: si come appare per carta fatta per Ambrosio nodaro, &c. à dì v. de Aprile: & per far seruitio à ditto Ioanne si come caro parente, me sono contento, & cosi ci prometto per mi & per li mei heredi, di renderli & restituire la ditta casa à ogni sua volontade, dandomi lui libre ottocēto, si come le ha receuute da mi: si veramente che tutte le pisone & fitti che se haueranno de la ditta casa siano insieme d'accordo deuiano peruenire à mi Martino ouero a gli mei heredi: intendendo sempre che in la restitutione de lo denaro se debbia il tēpo regolare de la pisone, cioè mese per mese, & dì per dì, & ratta de l'anno, secondo che lui me fesse lo pagamēto, si che lo ditto Ioanne habbia li suoi denari de ratta de la pisone. Et cosi io Martino dico, & per più chiarezza di questo io Martino sopraicritto

to ho fatto questa scritta di mia propria mano al ditto dì, & anno in presentia de gl'infrascritti testimoni, &c. ¶Et dictus Martinus pensiones dictæ domus continuè recepit: & successiuè eius hęredes tanto tempore quòd vltra quantitatem dictarum octingentarum lib. Bonon. percipit. Modo d. Io. vult petere restitutionem dictæ domus, & relaxationem quam idem Mart. dicto tempore detinuit nec non compensationem redituum dictæ domus per d. Martinum receptorum, & pro dicta quantitate libra. octingentarum Bonon. per dictum Io. habitarum, vt supra non obstante conuentione prædicta, quod idem Mart. lucri facere deberet pensiones huiusmodi: quia dicitur contractum istum debere fœneratitium iudicari, & domum istam in casum pignori videri datam & sic pensiones computandas in sortem illam octingentarum librarum &c. Quæritur ergo a quid iuris.

ADDITIO.

a ¶Iuris. duo doct. in consilijs sequentibus & tertius Alex. tenent computandas in sortem, etiam non constito de vilitate pretij nec alijs circumstantijs, de quibus etiam non apparet, sed inspecta sola forma contractus. & mouentur quia dominium domus non fuit transitum, nec fuit interim verè vendita.

CONSILIVM CXIX.

Non est Alexandri.

Sine disputatione studio breuitatis dicendum puto posse Ioannem domū de qua agitur repetere pensionibus in libris octingentis computatis & si forsan excederent libras octingentas pariter repertis.

1 Nam † primum non fuit hic facta venditio sed sola promissio de vendendo & tradendo deinde ad annos decem: quæ verba causa differendæ solutionis videntur apposita, vt sic Ioā. non potuerit ante lapsum decem ann. ad venditionem traditionemq; compelli. ff. manda. l. si mandato Titij. §. Paulus respondit. ff. de verb. obligat. l. ad diem. & plenè per Bar. eo. tit. l. cum qui ita. §. qui ita. nec lapsus decem an. in mora constituit pretio integrè non soluto. de act. empt. l. Iul. §. offerri. & dato quod constituisset, non venirent pēsiones ex mora ex stipulatione stricti iuris. de vsur. l. videamus. §. si actionē. quamuis etiam illa verba, hinc ad decem annos causa limitandi & finiendi obligationem adiecta fuissent, non magis venditio perfecta fuisset: sed duntaxat promissio, quæ ope exceptionis per lapsum decem ann. elideretur. de actio. & oblig. l. obligationem ferè. §. placet. & d. §. qui ita.

2 ¶† Licèt igitur Martinus pensionem percepit ex conuentione: non tamen dominiū domus in eum translatum præsumitur tūc: quia repugnaret tradere, & promittere tradere: & eodem modo tradere & promittere reuenditionem, si dominium tradendo transferret, cū non posset sequi venditio rei emptoris. de contrahē. empt. l. suæ rei. & C. eo. l. cum res. & si traditio interuenisset. de qua nihil proponitur, aut apparet, videri posset precaria, non animo transferendi dominium, cum nec prima integrè solutio fieret. de act. empt. l. Iul. §. ex vendito, de contrah. empt. l. quod vendidi. licèt ibi aliter notetur, vt præmissum est simul & semel facta sit promissio vendendi, tradendiq; si eodem momēto fieret traditio, continetur impossibile & repugnans, tamen quia nulla apparet traditio, sed sola conuentio de pensionibus percipiendis, quæ separata est à traditione: & sic non infert. de mino. l. Papinia. exuli. C. vnde legi. l. non hoc. cum si. licet Martinus in scriptura priuata supra prolata promittat reddere & restituere dictam domum, quasi sibi traditam.

3 † quod sanè intelligendum est quantum ad commoditatem pensionum, vel precario, vt s. secundùm tenorem instrumēti, ad quod se refert. arg in auth. de si. ante do. instru. na. de hæred. instit. l. asse toto. conuenit ergo, vt Martinus pensiones inter rei alien. propter commodum pretij, vt apparet ex verbis conuentionis, quæ etiam cōuentio indicat non fuisse translatum dominium, cum eo trāslato fuisset superuacua illa conuentio. contra l. si quando. de lega. 1. cū concor. nisi intelligerentur illa verba, habito respectu ad pretium conuentum dictæ domus, vt pro rata pretij soluti cederent lucro eius, non in totum. quæ quidem conuentio non tenet, vt pro pecunia soluta lucretur fructus rei alienæ, vel pignoris, quasi hæc sit species vsurarū extra de vsur. c. cōquestus. & ibi plenè not. & C. eod. l. si ea. l. quamuis enim nomine solutionis pretij octingentæ libræ datæ sunt, quia tamē insolidum in emptionis nondum secutæ causam reddere non poterant. de sol. l. sub conditione debitor. de verb. obl. l. decem interim potius mutuum reputatur ad commodum pēsionum datum. Et si fuisset solutio pretij sine vllo alio commodo, videretur esse interim donatio, aut ipsius pecuniæ vsus, de collat. bono. l. pen. & idem plenè legitur. C. de fideicom. l. post mortem. & de leg. 1. l. ne filius. §. diuus. & d. l. sub conditione, quacunque em ratione censeatur, constat pecunia cuius dominium in ipsum Ioannem translatum est. de iure dot. l. dotis fructus. §. fin. cum l. seq. pro dot. l. 1. & paruulum habens conuenit primum accipere, & sic vsuram esse. 14. q. 3. c. pen. in fi. ¶Nec cuipiam durum videatur, Martinum soluto pretio non posse etiam ex cōuentione pensiones lucrari, quas lucraturus fuisset emptione perfecta cum ex parte sua impleuerit, quoniam in totum impleuit quod fieri debuerat, de act. empt. l. Iul. §. offerri. & si domus ipsa ante perfectam venditionem quouis modo perijsset, perijsset damno ipsius Io. non Martini. de peri. & commo. rei vend. l. necessariò. quod foret absurdum, vt tam res quàm pretium damni fuissent promissor, & stipulator emptorque futuros fructus rei lucratur, & pēsionis inspecta ratione vsurarum prohibitarum. de qua plenè per Ioan. And. in ca. peccatum. de reg. iur. lib. 6. ¶Quinimò, & si dominium domus videretur statim translatum, posset videri hoc factum in fraudem vsurarū, & potius simulatum quàm verum: cum venditio non fuit perfecta. nec videretur fida, cum ex scriptura priuata promiserit Mart. restituere domum Io. solutis sibi libris octingentis, nulla facta mētione de alijs quinquaginta soluendis. nec scio qua ratione fuerit potius per instrumentum facta promissio vendendi, quàm venditio soluto ferè toto pretio: nisi vt sub præmisso colore futuræ venditionis interim vnus pecunia, alter re gauderet. argum. C. plus vale. quod agi. per totum. de empt. & vend. c. ad nostram. de pigno. illi vos. ¶Liquet igitur emptione non perfecta pensiones ad d. Ioan. pertinere. & in dictis libris octingentis computandas: nec eum ex promissione ad vendendum amplius astringi posse, cum si venderet cogeretur dictus Martinus ex pacto retrouendere. de except. do. l. dolo. de regu. iur. l. inuitus. §. an. dot. soluto matr. l. socer. §. Lucius. & ipsum Martinum si possessionem vel tenutam habet, ad restitutionē teneri, quæ omnino multò clariora forent, si dato quod in instrumento contineretur non promissio vendendi, sed vēditio. Venditio ipsa ex pacto reuendēdi præsupponeretur simulata, & in fraudem vsurarum de quo statim dicetur: tunc enim nō deberet esse melioris conditionis stipulator venditionis fiendæ, quam emptor. de condi. indebi. l. Iulia.

4 ¶† Posset ergo vlterius procedi & quæri, quid iuris si in præfato instrumento venditio contineretur, aut si idem iudicandum sit de promissione quod de venditione, an dicta venditio præsumenda sit simulata propter pactum postea appositum de reuendendo, vbi constat quod non ex solo pacto. C. de pac. inter empt. l. fi. §. fi. nautē domus ipsa multò maioris valoris fuisset: & d. Martinus fœnerari consueuisset, vel similes contractus inire, vel pactum de reuendendo fuisset incontinenti appositum ex concursu horum trium præsumeretur simulata venditio: & in fraudem vsurarum, fructusque computarentur in sortem, per præalleg. c. ad nostram. de empt. & vendi. de pign. illo vos. & no. de vsu. conquestus, quamuis doc. iuris ciuilis. C. plus vale. quod agi. l. fi. inter quos Iac. de Are. Cyn. & Bal. respondentes ad capitula supra allega. contra velint, cum autem pactum de quo agitur ex interuallo fuerit appositum plusculum verius est: quia non tā videtur ex eo fictio & fraus præsumi, per ea quæ habentur in simili, de solut. l. quamuis. alias incipit, Calipodius. per Barto. de pignor. actio. l. Titius. & C. de pact. pign. l. 2. secundùm illum intellectum. Licèt si d. Martinus consueuisset fœnerari, a non videtur [a] ex interuallo vnius mensis vel paulò plus sublata præsumptio simulationis

5 † cum vsurarij omnes cautelas excogitent ad circumueniendam iuris præsumptionem, & ex interuallo promissiones ipsas faciant, & in alio instrumento, vt plenè per Ioannes Andreas in dicto capitu. ad nostram, ita vt facilè præsumendum sit contra eos, vt not. C. de vsur. l. cum allegas. & tutior via eligenda est pro salute animarum. vbi verò non apparet Martinum solitum fœnerari, vel similes inire contractus: res tamen foret multò minoris valoris, & pa-

& pactum retrouendendi.gl.in d.c.conquestus. innuit etiam hoc casu præsupponi contrarium simulatũ, cum dicit, & præcipuè si emptor consueuit exercere vsuras.
6 † Nam non potest videri alienatum q semper recuperari potest. de verbo.sign.l. alienatum.in princip.iuncta l.qui actionem,de reg.iur.& magnam habet similitudinem cum pignore, quod semper recuperari potest, vbi cadet & illud.nunquid illa glo.procedat etiã in pacto ex interuallo apposito: & quia hic articulus non videtur necessarius in quæstione præmissa, & per ea quæ superius plenè dicta sunt: cum hic nulla venditio in instrumento contenta sit, illud vltra non prosequor, præcipuè cũ variè forsan secundùm consuetudinem locorum vbi magis vel minus huiusmodi contractus frequentantur multis grassantibus præsumi posset, & ex alijs coniecturis religioni iudicantis relinquentur.

ADDITIONES.

ª Sine disputatione.] Hoc consi.&quod statim sequitur,huc ex alienis officinis irrepserunt.prius autem est Cumani,vt patet,si quis legat volumen consiliorum Cumani consi.184. Natta.

ᵇ ¶Non videtur.supra eo.consi.51.Aymo consi.156.ad fin.

CONSILIVM CXX.

DE eadem re, nec est Alexandri.

In proposita q.si.d.quantitas lib.octingentarum data Ioan. sicut proponitur multo minor fuisset iusto pretio dictæ domus, videtur indubitatè dicendum eiusmodi contractum vsurarium præsumendum, & eam domũ potius pignoris causa d.Marti.traditam.Nam,licèt emptionem factam fuisse scriptura contineret,pignus tamen in veritate, mutuique contractum, Sed in fraudem canonis editi contra fœneratores ita simulatè conscriptum iure canonico præsumitur ex duobus:ex multo minore iusti pretij quantitate, & pacto de re vendita retrouendenda eodem pretio, vt legitur de empt.& vendi. ad nostram.vbi etiam per doct.& C.plus vale.quod agi.quàm quod simu.conci.in emptione.& quod ibi per Legistas,præsertim si emptor consueuerat fœnerari: vt de pign.illo vos.in fi.multò magis in specie proposita, vbi nec emptio facta, nec in ipsum Martinum etiam appatet translatum dominium, quod magis naturæ pignoris conuenit,ex quo non transiuit ad creditorem proprietas. vt ff.de pigno.act.l.cum & sortis.§.manente.quod in emptore facta emptione & traditione diuersũ est: vt de act. empt.l.ex empto. in princ. ¶Si verò dicta quantitas lib.octingentarum iusto domus pretio correspondet, aut ei prope est, tunc ex alio capite videbitur aut pignus, aut mutuum còprobari,& violenta præsumptione præsumi,eo q domus prędictę proprietas apud Io.remanserit, cum traditio facta dicto Martino nullo ex titulo seu causa ad dominium transferendum idonea facta monstretur,vt ff.de acquir.rerum domin. nunquam nuda.in princ.neque enim venditio domus facta fuerat,sed facienda promissa in summa dictarum lib. octingentarum data Io.pretium emptionis intelligi potest, quæ facta non est, cum sine emptione pretium non rectè dicatur. C.de præd.curial.l. fi.lib.10. videtur itaque domus pro securitate dictæ pecuniæ datæ Ioanni,& per ipsum Io.quandocunque reddendæ d.Martino,vt ea reddita domum suam reciperet in chirographo scripto per manum d.Mart.manifestius continetur fuisse concessa,quæ res nihil aliud quàm pignoris dationem atque substantiam profectò significat,& conuentio facta de pensionibus domus,vt lucro cedant d.Mar.cum id etiam specialiter exprimatur habito respectu ad dictum pretium conuentum dictæ domus pro ipsa pecunia numerata nomine d.Mar.d.Ioan. cuius vsus dicto Io.conceditur donec reddat eandem d.Mart.vt domum suam recipiat ipse Io. vt chirographo continetur conuẽ
2 tionẽ fœnoris exprimit velut pro pecunia mutuo data.†Quid enim aliud est mutuum quàm pecunia vel alia res quæ constat pondere,numero,vel mensura vtenda concessa?licet enim dominium transferatur,vt ff.si cert.pet.l.2.in princ.& §.1. & 2.cum effectu concessio & obligatione reddẽdi naturam proprietaris obtinente,sic namq; constituitur vsus & vsusfructus in his rebus quæ consumuntur: vt ff.de vsufru.earum rerum quæ vsu consu.l.2.& 3.& l.si tibi decem.& stante quòd commodatum in alijs rebus hoc mutuum in eiusmodi rebus. in præallegat.l.2.in princip.& ff.commod.l.1.§.1. Neque enim pretii loco fuit ea pecunia, vt supra monstratum est, & magis omnium rerum effectus quàm verborum prima facies spectã
3 dus est: vt C.de vsur.l.fi.& C.commu.de leg.l.2.in fin. ¶†Nec me mouet quod illa conuentio chirographaria ex interuallo facta sit post primum cõtractum promissionem faciendæ venditionis dehinc ad decem annos continentem, imò magis auget suspicionem fraudis excogitatæ contra præalleg. c.ad nostram.vt scribit Ioan.And.in c.super eo.post Hostien. de vsur. nam hodie ita calidè fœneratores suos contractus celebrant, vt nolint eiusmodi pactum de reuendendo eodem instrumento conscribi, sed alio & diuerso tempore.rursum vehementer præsumptionem inducit fœnoris contracti illa pars chirographi: intendendo sempre che in la restitutione de li denari so debbia el tempo regulare de la pisone, cioè mese per mese, di per dì a ratta de lanno che lui me fesse lo pagamento. huic nãque vsurariæ conuentioni rectè conueniunt & consuetudines fœnus exercitantium.¶Denique dicunt canones ad hæc singulariter facientes, quod qui pluris expectat vel recipit quàm dederit in quocunque negocio,& quacunque re etiam si sit esculentum vel poculentum vsura est.24.q.3.c.1.2.& 3.& specialiter in c.plerique.hic autem Marti.vltra lib.octingentas quas d.Ioan.numerauit, & quas recepturus erat ab ipso Io.vult dominus Ioan. lucrari pensiones: hæc profectò vsura est secundùm præall.canones.& ad hoc facit quod not.Io.in summa.d.q.vbi ait licere emere vel vendere vsuram pecuniæ:& sic recipere pro pecunia pecuniam vel aliud,dum tamen pecunia per alium ad ipsum venditorem pertineat, aliàs non licèt & illud dictum Io.reuocet ibi Archi. in dubitationem in re porrò proposita illius pecuniæ hoc est lib.octingentas periculum ad Ioan.non ad Mart.manifestè pertinebat,cum sit debitor quantitatis: vt ff.ad leg.Falc.l.in ratione.§.incertæ.quo fit vt mutuum intelligatur cui & hoc conuenit, vt supra dixi. Laus Deo.

CONSILIVM CXXI.

Subscriptio Alex. Vide per eundem Alex.consi.73. lib.2.in eodem casu. Natta.

Viso themate suprascripto, & his quæ copiosè scripta sunt per celeberrimum dominum consulentem id quod prima consideratione dubium mihi facere videbatur, erat id quod habetur tex.singularis in l.fi.ff.de fundo.
1 do.vbi habetur † quod si mulier dederit fundum in dotem viro cum hoc pacto,quod muliere dante æstimationẽ viro, fundus restitueretur mulieri,& contingat mulierem soluere partem æstimationis,& nõ totam, dicitur ibi quòd mulier debet consequi fructus pro rata illius portionis, pro qua soluit æstimationẽ,& ideo dicit in proposito Bar.in l.fistulas.§.qui fundum.ff.de contrah.empt.quod per dictum §.qui fundum probatur q licèt soluta sit quantitas pro parte, tamen pro illa parte non acquiritur dominium emptori. Dicit tamen Barto.ibi quod emptor debet habere fructus pro ea parte pro qua soluit pretium per d.l.fi.ff.de fun.dot.& ita etiam tenet Fulg.in d.§. qui fundum.reputans illam l.fi.ad hoc esse singularem. & idẽ tenuit Bar.in l.Iulia.§.offerri. ff.de act.empt.& Bal.latins in l. si traditio.in 11.q.C.de act.emptio. vbi dicit,quòd emptor lu
2 cratur tales fructus † isto casu non ratione dominij, quia non est dominus etiam partis: vt §.qui fundum. non etiam ratione moræ:quia venditor non est in mora tradendi & implendi cõtractum cum nõ sit solutum totum pretium. Nec ratione possessionis: quia emptor nõ possidet antè rem sibi traditam: sed solùm lucratur dictos fructus ex quadam generali æquitate ne venditor locuplete cum iactura emptoris ex qua æquitate officio iudicis veniuntur fructus pro rata pretij retro soluti, per d.l.fi.in fi.ff.de fun.dota.quod reputat Bal.valde not.& idem in effectu voluit Sal.in l.curabit. C.de act.empt. Si ergo videmus in casu prædicto quamuis non sit translatum dominium nec possessio pro aliqua parte in emptorem etiam nulla interueniente mora venditoris, & nulla etiam interueniente conuentione,quod fructus spectant ad emptorem?quare nõ idem & multò fortius dicendum est in casu nostro. cum subsit eadem ratio æquitatis, & etiam maior: quia possessio fuit translata in emptorem virtute constituti in instrumento appositi. l.quod meo.in principio.ff.de acquiren.possess. & ibi Bart.& in c.

in c.cum venisset.de eo qui mit.in poss.cau.rei seruan. & etiã fuit expressè actum quod dicti fructus spectarent ad dictum Mar. futurum emptorem. ¶ In contrarium facit,quia nedum quando res data est verè & expressè in pignus creditori deberent fructus percepti & consumpti per creditorem computari in sortem,iuxta l. 1.& 2.C.de pig.act.& l. 1. C.de distrac.pigno.& ca. 2. de vsu.sed etiam quando esset contractus venditionis fœneratitię seu factæ in fraudem vsurarum, vt latè probat Bal.in d.l. 1.C.de pig.act.& est de mente glo. 3.in c.ad no
3 stram.de emp.& ven. ¶ †Quòd aũt dictus contractus intelligatur esse factus in fraudem vsurarum, patet : qa dictos fructus solùm lucratur Marti.pro vsu suæ pecuniæ datæ Io futuro vẽditori, vt statim probabo. Constat aũt pro vsu dictæ pecuniæ non posse deberi fructus fundi vel quid simile 14. q. 3.quicunque.& c.vsura est,cum seq.& est rõ secundum Host.in sum.in tit.de vsur.§. 1.versi.& est tanto.cũ seq. quia rei locatæ dominiũ retinemus, adeò ꝙ conductor quęstionẽ dñij referre non põt locatori.l.si quis cõductionis.C.loca.l.nec creditores. C. de pig.act.& ideo pro vsu rei pro parte quã concedimus pecu
4 niam & mercedem licitè recipere possumus: quia † nemo de proprio beneficiũ conferre cogitur 10. q. 2. precariæ.sed prò vsu pecuniæ cuius dñium transferrimus improbè mercedem recipimus,cũ pecunia sit effecta illius cui data est. Ad hoc allega.in argu.l.si nauis.ff.de rei vend.pro hoc ẽt adducit quod vsus rei locatæ est aliquis sine consumptione rei locatæ, secus est in vsu pecuniæ datæ:& qa non est aliquis sine consumptione pecuniæ. & hæc omnino etiam fuerunt verba Ioan. An. in c.si.de vsur.& Archid.43.q.3.si fœneraueris. ¶ Non etiam deberi possunt. d.fructus ratione dominij dicto Mar.quia nõ erat dominus:quia nulla causa præcesserat habilis ad translationem dominij:quia domus non fuit vendita Mar.sed solùm promisit ei Ioan. vendere eam inde ad decem annos proximè
5 venturos : † & nemini dubium est quod aliud est vendere, aliud promittere vendere.l.in bonæfidei,cum ibi not.ff.de eo ꝙ cer.lo.l.si fideiussor.§.fi.& l.si equo. ff.de lega. 1.l.si is.ff.de act.emp.no.Bar.in l.si pupillus.ff.ad l.Fal.& Bald.in l.fi.§.emptor.C.commu.de lega.& Ange.in l. 1.C.de pact.pig.cum similibus. ¶Nec etiam ratione possessionis debuit lucrari tales fructus:quia licet aliàs videamus quod possessio transferat cõmodum acquisitionis fructuum,iuxta no.in l. 3. §.ex contrario. ff.de acquir.pos.& in l.si fur.in prin.ff.de vsur.& per glo.
6 in l.quæsitum est.ff.de acqui.re.do. tamen † nõ sequitur quis possidet ciuiliter & naturaliter, ergo debet lucrari fructus. hoc patet in creditore, qui possidet ciuiliter & naturaliter rẽ pignoratam.l.si de eo.in prin.& ibi no. Bar.ff.de acqui.pos.l. 1.§.per seruum corporaliter.eo.tit.& plenè no.l.cum notissimi. circa prin. C. de præscri.30.anno.& tamen non lucratur fructus, vt in d.l. 1.C.de pig act.cum concor.supra allegatis. Requiritur ergo quod quis possideat. & bona fide possideat, æstimans se dominum ad hoc vt ex tali possessione fructus faciat suos,vt l.qui sit.§.in alieno.ff.de vsur.l.bonæfidei.in prin. ff..de acq. re.domi.sed Mar. in casu nostro non poterat existimare se dominum:quia non habebat titulum habilem ad trãslationem dominij,præterea non sequitur: aliquis ratione possessionis facit fructus suos, ergo non tenetur ad eos restituendos: vt patet in l.certum.cum ibi no. C.de rei vendi.& plenè not.in l.& ex diuerso.in prin.ff.de rei ven. ¶Non etiam debet lucrari dictos fructus dictus Mar.ratione alicuius moræ dicti pretij : quia non apparet quòd Ioan.fuerit in mora, nisi enim Mar.tempore debito obtulerit illas quinquaginta libr. 1.residuum pretij dicto Ioan.non potest dici Ioan.fuisse in mora implendi contractum.l.Iulia.§.offerri.ff.de act.emp.& d.l.si stu-
7 las.§.qui fundum. † Nec etiam Mar. lucrari debet dictos fructus occasione periculi,quod ad eum pertineret aut pertinere posset iure illo:quia dato ꝙ hoc esset in casu nostro,scilicet ꝙ aliquod periculum pertinere posset ad dictum Mar.tamen nõ sequitur,ergo ratione periculi debet permitti perceptio commodi, quæ aliàs non permitteretur : quia hoc esset contra casum in c.nauiganti, de vsu. vbi licèt debitor nauigaturus recipiat pecuniam mutuo, & creditor suscipiat in se periculum illius pecuniæ : tamen ratione illius periculi non conceditur quòd possit creditor vltra sortem aliquid recipere, aliàs etiam sequeretur quod si creditor habens rem pignoratam reciperet in se periculum casus fortuiti. iuxta. l.quæ fortuitis. C.de

pign.actio.& l. 1.C.commo.lucraretur fructus rei pignoratæ
8 contra iura superius allegata. ¶ †Nec etiam debet lucrari fructus occasione tituli, sicut aliàs dicimus in emptore:qui etiã lucratur fructus rei emptę,quãuis res non sit sibi tradita.l.fructus.C.de actio.empt. l.Iulia.§.si fructibus.ff.eod.tit.quia dato quod emptor non lucratur tales fructus,nisi à tempore moræ regularis vel irregularis,si tales fructus non erant pendentes tempore contractus venditionis, vt no.glo.magna in l.mora.in prin.ff.de vsur.ibi,dum dicit.Idem & Titium &c.Et clarius firmat Bald. & Salic. in d.l.fructus. sed hic Ioan. nullam moram commisit : quia non tenebatur vendere nisi post decẽ
* annos. *Item non fuit sibi oblatum residuum pretij. Pręterea in casu nostro non fuit titulus emptionis, sed solum fuit facta
* promissio de vendendo,quæ differt a venditione: *vt dixi su-
9 pra. † Et constat de iure quòd fructus percepti ante perfectũ contractũ venditionis spectare debent ad venditionẽ.l.vendi la 1.in fi.C.de actio.emp.nisi postea tempore venditionis expressè vendantur fructus ante percepti, vt ibi. vnde etiam si fuisset celebratus contractus venditionis sub conditione, vel in diem: non deberentur interim fructus emptori, vt ff.de pericu.& commo.rei vendi.l.necessario.in prin.& §. 1.cum seq. ¶ Et per hoc patet responsum ad illud quod in contrariũ adducebatur,scilicet per l.fina. ff.de fun.dot.& per not.per Bar. in d.l.Iulia.§.offerri.cum l.cõcor. ẽ alleg.quia rñdeo quod ibi pręcessit titulus emptionis,quæ ẽt fuerat celebrata purè & pẽdebat a libera potestate emptoris acquirere & qñcunque vellet,& pretium soluere:sed in casu nr̃o non erat sic.qa promissum fuerat vendere inde ad decẽ annos.imò quandocunq; d. Io.redderet dicto Mar.dictas libras 80.tenebatur d.Mar.restituere dictam domum d.Io.& sic erat in potestate Ioan. se eximere ab onere vendendi dictam rem. d.Mar.ita quod non potest dici ꝙ in re ista habuerit Mar. titulum emptionis habilẽ ad acquisitionem fructuũ:& sic cum nõ fuerit vnquam perfecta emptio,fructus debent spectare ad dñm rei. d. l.vendit.&
10 d.l. † necessariò.nec vigore pacti debet.d.Mar.lucrari dictos fructus:quia cum non præcesserit causa habilis ad acquisitionem & lucrum,& fructuum: pactum conuentum non est sufficiẽs vt possit operari quod in effectu pro commoditate vsus dictæ pecuniæ Martin.qui pecuniam dedit, fructus lucretur, vt dicimus in creditore habente rem pignoratam. quia etiam pacto non potest lucrari fructus rei pignoratæ : quia est quid vsurarium. c. 2. de vsur.expressè no.doc.in ca. 1.de feu.& not.
11 Bal.& Ange. in l. 1.C.de distra.pig. ¶ † Ex prædictis remanet clarè decisus alius articulus principalis, quo quæritur an obstat aliqua pręscriptio in petendo dictos fructus compensari in sortem: quia concludendum est quod non:quia mala fides impedit omnem præscriptionem. ca. fi.cum ibi plenè not.de pręscri. & in c. possessor. de reg.iur. in 6.& plenè per legistas in l.sequitur.§.si viam. cum suis multis concord. ff. de vsuca. vnde Marti. aut sciuit aut saltem scire debuit quòd dicti fructus erant compensandi in sortem,& quod aliàs committeretur vsura, vel aliquid in fraudem vsurarum: quia quilibet debet scire iura per se aut consulendo peritos. l. leges sacratissimæ.C.de leg.l.in bonorum.ff.de bo.pos.l.regula.in prin.& §.
12 pe. & l.iuris. ff. de iur. & fac. ig. † & quò ad pręscriptionem non prodest error iuris, si pręscribẽs erat in bona fide ductus iuris errore.l.nunquam.in princ. ff. de vsuc.& l. 2.§.si apu.ff. de act. emp. etiam si tractaremus de pręscriptione longissimi temp.& no.glo.& doc.in c.apostolicæ.de dona.& Archi. 10. q.nam quia cognouimus.& Pau.de Lea.& Io.de Ligna.in cle. de reb.ec.non alie.& per Io.de Imo.in repeti.ca.fi.de rescript.
13 ¶ † Et saltem hoc procedere videtur,quando retineret pręscribens vigore tituli,qui esset contra pręcepta iuris: quia tunc ta
* lis error iuris non causat bonam fidem. *l. quemadmodum. C de agri.& censi.lib. 11.& not.Bart.in l.sed si lege.§.scire.ff. de peti. hęred. vbi facit differentiam inter casum quandò ius non assistit contractui : & tunc error talis iuris inducit bonã fidem. vt ibi, & casum quando contractus est contra prohibitionem, & præcepta, & tunc secus,vt dixi. Sed ita est quod istę conuentiones sapientes vsuram, sunt contra pręcepta legis, vt in d.c.plerique 14.quæstio.3. Ergo error talis iuris nõ inducit bonam fidem : & posito quod error iuris sufficeret
14 ad inducendam pręscriptionem longi temporis, † tamen esset necesse de tali errore probari & non sufficeret sola allegatio erro-

tio erroris iuris, & not. Bart. in l. sed si lege. §. scire. ff. de pet. hæred. & idem ibi Ange. qui dicit quòd hæc est valde difficilis probatio: quia est præsumptio contra eum. d. l. leges nisi appareret eum consuluisse peritiores qui consuluissent vigore dicti contractus dictum Ioannem lucrari fructus. Et ita etiam not. dominus Abb. in ca. si diligenti. de præscri. & in ca. dilecto. de præben. ¶ Præterea isti fructus percepti ipso iure extenuant sortem, vt est casus no. in l. 1. C. de distrac. pig. & ibi gl. & clarius Bal. & no. in ca. 1. de vsu. & Ioan. de Imo. in c. ad nostram. el 1. de iureiur. ¶ Et ex his patet responsum si diceretur quod error iuris non nocet quò ad acquisitionem fructuum, vt in d. l. sed si lege. §. scire. quia hoc non obst. primò: quia nõ constat de errore iuris in persona dicti Mar. imò præsumitur contrarium, vt proximè dixi. vel potest responderi vt ibi per Barto. quod illud est verum quando illud erat ius non assistẽs quia tunc error talis iuris non impedit bonam fidem, secus si erat ius prohibens, vt in casu nostro. vt supra proximè ostendam, vel secundum glo. in d. §. scire, quamuis error iuris inducat bonam fidem, adeo quòd possessor faciat fructus suos: & sic fur non possit dici, tamen cogitur restituere eos, vt plenè not. per Barr. & Ang. post glo. in l. & ex diuerso. in prin. de rei vend. cum concord. vel secundum Bald. in l. 1. C. de his qui. vt indig. ad finem. error iuris non prodest ad acquisitionem fructuum, quam vult facere delinquens per ibi not. per gloss. sed in casu nostro Ioan. committeret crimen vsurarum, vt probaui: ergo non potest dici quòd facit fructus suos: etiam dato quòd probaretur eum fuisse in iuris errore. Ita vt superius conclusum est, puto iuris esse: ideo ita dico & concludo ego Alexander.

ADDITIONES.

* Decem annos.] Contrarium, quòd is cui facta fuit promissio de vendendo fundo sibi tradito, & precio soluto fructus faciat suos contra Alexan. hic dicit se consuluisse Socin. & obtinuisse in l. si ante nuptias. ff. solu. matrimo. tamen ibi Ias. sequitur Alexan. in præsenti consi. per rationes Alexan. & idem consuluit Ias. consi. 117. lib. 1. & contra Alexan. hic consuluit Socin. consi. 170. colum. fi. versic. Secundum principale fundamentum lib. 2. & Soc. sequitur Cur. iun. consi. 82. colum. 2. Cagno. in l. 2. q. 21. C. de pac. inter empto. & vendito. Paris. latè consil. 60. lib. 1. & idem tenet consil. 75. libr. 4. Dec. consil. 614. colum. penul. Ruin. consi. 47. col. 3. lib. 4. Natta.

* A venditione.] Non debentur fructus, vel interesse ex promissione de vendendo. tenet Soc. in l. si ante. ff. solu. matr. Dec. consil. 183. in fi. Natta.

* Bonam fidem.] In titulo reprobato error iuris noc prodest. sequitur Ruin. consil. 41. colum. 13. lib. 1. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Vltima derogant prioribus.*

2 *Clausula derogatoria non derogat nisi quatenus est repugnantia.*

4 *Dat, qui confirmat, contra. nu. 20. 21.*

6 *Velle quis dicitur, quod de iure potest, & non plus.*

7 *Reuocatio generalis non extenditur ad confirmata.*

8 *Clausula generalis sufficit ad derogandum statutis, vel consuetudinibus, nisi in statutis consiliorum. num. 9. vel ibi tenebatur de præiudicio cæterarum personarum. nu. 14.*

16 *Priuilegio causa miserationis concesso censetur derogatũ per clausulas quantumcunque generales.*

17 *Priuilegio vtitur non priuilegiatus ob communionem priuilegiati.*

25 *Clausula ex certa scientia non operatur nisi in his, quæ sunt iuris, vel alias nota principi.*

CONSILIVM CXXII.

Viso puncto & accuratè pẽsato, & confirmationibus statutorum in eo deductis, videtur prima facie dicẽdum, statuta societatis artis lanæ gentilis præualere statutis, strazarolorum, & illa debere obseruari. quod primò probatur ex eorum compilatione, cum statuta ipsa societatis, strazarolorum fuerunt primò compilata quam statuta societatis artis lanæ gentilis: ergo ipsa statuta artis lanæ gentilis tanquam vltimò compilata debent attendi in illis partibus, maximè in quibus sunt contraria statutis societatis strazarolorum per regulam generalem, quæ est, quod † vltima semper derogant prioribus, siue sumus in legibus. l. sed & posteriores. ff. de le. l. generali. & auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. & in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. siue sumus in testamentis. l. hac consultissima. §. si quis antea. C. de tes. l. 3. in fi. ff. de adimen. leg. siue sumus in contractibus. l. cum plures. §. locator horrei. ff. locati. siue sumus in pactis. l. pacta nouissima. C. de pact. siue sumus in constitutione procuratorum: quia vltima derogat primis. lege si quis cum procuratorio nomine. in fi. ff. de procu. siue sumus in rescrip. c. cæterum. de rescrip. siue sumus in statutis prout est in casu nostro: vt habetur per Bart. in 1. consti. C. & per eundem in l. si certarum. §. fi. ff. de testa. mili. & Bald. in l. 1. C. de edi. di. Adr. tol. & Ange. in auth. de hæredit. & fal. §. inordinatum. & Cyn. in l. 1. in fi. C. de leg. & Bald. in omnes populi. ff. de iusti. & iur. & Bald. in c. de causis. de offic. deleg. & glo. & Bart. in l. cum proponas. C. de codicillis. & Bartol. in l. non dubito. ff. de iure fisc. & Ange. in l. si miles. ff. ad l. falcidiam. & in l. omnium. C. de testi. & Bartol. in l. 1. §. ne autem. de secun. tabu. & Bald. in l. diximus. §. duas. ff. de excu. tut. & Specul. in titu. de instru. edi. §. instrumentum. versicul. sed pone produco. & Petrus de Anchar. in ca. canonum statuta. & in 14. quæstione. de constitu. & Angel. in l. inciuile. ff. de leg. & do. Domi. de san. Gemi. in ca. 1. de iureiurando. & Bald. in ca. cum olim. de consue. & Ange. in l. neque. C. de canone largitionum. libro 10. & maximè, vt dixi, in illis partibus quibus statuta ipsa sunt contraria adinuicem, in cæteris partibus firmis remanentibus ambobus statutis, vt in text. valde not. in l. vnica. versic. quantum in ea parte & c. C. de la. lib. tol. per quem text.
2 dixit ibi Bald. † No. q. clausula derogatoria, siue reuocatoria legis vel statuti contrarij reuocat eatenus quatenus repugnãs reperitur, & non in alio. & sic dixit ipse not. legem vel scripturam pro parte tenere, & pro parte non tenere: & sic etiam dixit ibi glo. quam dicit esse singularem opinionem; facit tex. in cle. dudum, versic. nos enim. ibi quantum præmissis, vel præmissorum alicui contraria & c. de sepul. & etiam bonus tex. in authen. de hæred. ab intesta. in princip. cum glo. in versic. vacantibus. & hoc etiam tenuit Ludouic. Roma. consilio 57. incipien. In causa vertente. ¶ Secundò demonstro ex eorum con
3 firmatione, nam statuta societatis artis lanæ fuerunt vltimò cõfirmata post confirmationem factam de statutis societatis strazarolorum, vt patet ex ipsorum inspectione, quæ est euidentissima probatio, vt habetur per Bart. in l. Titiæ textores. ff. de legat. 1. & in l. fi. & ibi per Bald. & scrib. C. de iureiur. & Bald. in l. iustum. C. de eden. & ibi latè dixi. & in l. Labeo. in fin. ff. de pact. per Bald. & per eundem in l. 2. C. de erro. aduo. & per Ludo. in l. scriniarios. C. de testa. mili. & per Bald. in l. si binæ. ff. de iniu. testa. ergo sequitur ar. a superius deductis, quod vltima derogant prioribus, & quod statuta societatis artis lanæ vltimò cõfirmata derogãt statutis societatis strazarolorum prius
4 confirmatis, ea maxima ratione: † quia ille qui confirmat, dare* dicitur, vt in terminis dixit Bald. in cap. cum venissent. de testibus. & latissimè per Bald. in l. & quia. ff. de iurisdi. omn. iudic. & Bald. in ca. ex parte. in fi. de consti. & in l. aduersus. C. si aduer. rem iud. & in l. ex placito. C. de re. permu. per text. in l. 1. versic. omnia enim nostra facimus, vbi eis nostra impartitur auctoritas. C. de vete. iur. enucle. l. 2. & ita etiam dixit dominus Antonius de But. in ca. quoniam contra. de proba. & Bar. consil. 142. incipien. Constitutione. & in l. more. ff. de iurisdictio. omn. iudic. & Bald. in l. fina. de testa. tut. & Ange. in l. adop. nõ iure facta. de adop. & Bald. in l. nominationes. C. de ap. & dominus Anton. in ca. secundo, de pac. & Bald. in l. Barbarius. de offic. prætor. & Bald. in ca. cum contingat. de iureiurand. ergo princeps confirmando vltima statuta societatis artis lanæ, dicitur illa vltima fecisse, & sic debent præcedentibus contrarijs præiudicare per supradicta: & maximè in illis partibus in quibus sunt contraria adinuicem, vt supra dixi. ¶ Sed his non refragantibus contrarium dico esse de iure verius, scilicet quod statuta societatis strazarolorum non intelligantur in aliqua sui parte sublata, & remota per statuta societatis artis lanæ, & per eorum confirmationem quomodocunque factam. quod ostendo, nam ratione ipsius compilationis statutorum societatis artis lanæ non intelligitur sublatum seu reuocatum statu-
5 tum strazarolorum, † quia ipsi homines societatis artis lanæ non

non habent potestatem statuendi aliquid in præiudicium ho-
minum societatis strazorolorum. l.fi.& ibi per Barto.Bald.&
Salic. C. de iurisdic.omn.iudi.per cano.& maximè per Ioán.
de Imo.in cap.cum omnes. de constitu.& Bald.in ca.cum ab
ecclesiarum.de offic.ordi.& per Bald.in l.receptitia.C.de con
stitu.pecu.& per Bartolum.in l.omnes populi.in secunda quę
stione,de iusti.& iure.per Pet.de Anchara.in ca.canonum sta
tuta.in nona quæstione.de constit. ¶ Quinimò nec dicitur ẽt
ipsos statuẽtes artis lanæ voluisse reuocare seu præiudicare sta
6 tutis strazarolorum: † quia illud dicitur quis velle quod de iu
re potest,& non plus: vt voluit Bald.in ca.primo de iuram. ca
lum.& ideo etiam dicimus in contrahente, quòd non præsu-
mitur voluisse nisi id quod statutum disponat, vt voluit Bar-
to.in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebellian. & idem in te-
statore qui non præsumitur voluisse, nisi id quod statutum di
sponit.& Bald.in l.1.C.de sacrosanct.ecclesi.& in l.precibus.
C.de impu.& Ioan.de Imo.in l.fin.de condi.insti.& quod vo-
luit Bartol.in l.prima.de iureiurand. §. primo. de bo.lib.ergo
hoc clarè patet quod ex sola compilatione statutorum dictæ
societatis artis lanæ, non dicuntur reuocata statuta societatis
strazarolorum, quamuis primò compilatorum, etiam si sint
contraria. ¶ Similiter nec ratione confirmationis ipsorum sta
tutorium artis lanæ factæ per dominum Legatum Bononien.
& per Euge. Pontificem; & per regimina ciuitatis Bono. di-
cuntur etiam reuocata statuta strazarolorum: quia vt in the-
mate dicitur, etiam ipsa statuta strazarolorum fuerunt primò
confirmata,quam statuta artis lanæ, vnde succedit glo. singu.
7 in clem.dudum.§.penultim.in verb.pacta de sepul. † quæ di-
xit quod vbi pactum est per confirmationem principis appro
batum, non tollitur postea per generalem reuocationem ip-
sius principis cassantis & reuocantis omnia pacta,nisi expres-
b sè de ipso pacto confirmato [b] faciat mentionem. ita ergo di-
cendum est in casu nostro, quòd per hanc generalem clausu-
lam reuocatoriam seu derogatoriam omnium statutorum cõ
trariorum factam per principem, non intelliguntur sublata
statuta societatis strazarolorum, ex quo semel fuerunt confir-
mata, & ita respondetur ad iura. & authoritates quæ habent,
quòd illud statutum vltimo loco factum derogat primò statu
to contrario sine clausula reuocatoria, vel cum generali clau-
sula non obstantibus vt habetur in c. primo.de constitu.libro
8 6. & per Baldum. in ca.cum omnes. de constitut. † vbi dixit
quòd si est consuetudo in ecclesia quod nullus possit percipe-
re fructus beneficiorum in absentia,nisi in ecclesia saltem per
annum fecerit residentiam, & postea Papa concedit priuile-
gium studentibus Papiæ de percipiendis fructibus beneficio-
rum in absentia non obstantibus quibuscunque statutis & cõ
suetudinibus ecclesiæ suæ: nec facit mentionem specialem
de illa consuetudine speciali, quòd nihilominus sufficiunt il-
la verba generalia,vt habetur plenè per Barto.in extrauaganti
ad reprimendam,in verbo,non obstantibus.vt per eundem in
l.fin.in fin.& ibi per Bal.post Cyn. C.si contra ius vel vti.pu-
bli. & per Bald. in authent.omnes peregrini, versicu.item &
aliud est hoc not.&c. C. communia de succe.vbi ipse voluit,
quod quando superior cassat consuetudines, & statuta, suf-
ficit apponere clausulam generalem: licet non apponat teno-
rem statutorum. quod dixit notandum. & idem dixit Bald.in
9 l.humanum. C. de leg. quòd † rescripta impetrata contra de-
cretales valent cum generali clausula non obstante: secus si
c sint impetrata contra consilium, [c] quia debent facere specia-
lem mentionem: quod etiam reputat not. per Innocen.in ca.
primo.de constitu.libro 6.pro quo est casus in cap. penultim.
de capel.mona.& in cap.nonnulli. de rescrip. & cap.cum te.
de æta.& quali. & per ea quæ pulchrè scripsit, & consuluit
Paulus de Castro, libro primo. consilio 278.incipien. Passus
iste dubitabilis. & per Petrus de Anchara. in cap. canonum
statuta in decimaquarta quæstione,de constitu.quoniam præ-
dicta habent locum, nisi præcederet statutum confirmatum
per superiorem, quoniam generalis clausula, non obst. de
qua in casu nostro non tollit illud per d.glo.in clem.dudum.
in versicul.pacta, de sepul.ita etiam simpliciter determinauit
Ludouic. Roma. in commento. l. si verò. §.de viro.in 23.fal.
10 ff. solut. matrimo. qui dixit † quòd generalis clausula, non
obst. intelligitur derogare illis quæ aliquo adminiculo sunt
confirmata nisi de eis sit facta specialis mentio. & alleg.gloss.
in d.clem. dudum. in verbo pacta. & in ca.cùm non deceat.
de elect. libro 6. Et ista gloss. decidit hanc consultationem.
¶ Confirmo etiam per ea quæ dixit Archidia.in dicto cap.pri-
mo. de constitu. dum dixit super gloss. ibi in verbo expresè.
quòd quicquid dixerint doc. quòd ad hoc vt princeps per re-
scriptum, suum vel statutum per ipsum intelligatur tollere
aliud statutum, est necesse quòd de eo fiat mentio specialis:
quia iuri particulari alicuius castri vel loci non intelligitur
derogatum per aliud statutum nisi de eo fiat mentio & hoc di-
11 cit esse rationabile: † quia statuta locorum & consuetudines
in facto consistunt, dicto. cap.primo.de constitu.& verisimi-
le est Romanorum Pontificem ignorare ea quæ in alieno facto
consistunt: cum omnium habere memoriam & in nullo erra-
re, potius sit diuinitatis, quàm humanitatis.l.2.§.si quid au-
tem.C.de vete.iu.enucle.sic dicit ipse, non est verisimile vel-
le summum Pontificem contra talia facta quæ ignorat statue-
re vel aliquid indulgere.& alleg.no.in ca.ex parte.el 2.de offi.
deleg. & idem dicit tenuisse Gofr. in ca. ex tenore. de rescrip.
ad hæc facit. l.cum Aquiliana. & l.qui cum tutor. ff. de tran-
sac. ¶ Et si diceretur. cogita: quia in confirmatione facta per
Eugenium & etiam per Danielem Legatum, & etiam per regi
mina Bono.fuit expresè derogatum statutis societatis straza-
rolorum, cum in eis fuit apposita clausula illa, non obstanti-
bus quibuscunque statutis contrarium facientibus. Nam per
istam generalem clausulam absque eo quòd fiat mentio speci-
ficè de statutis societatis strazarolorum, dicitur expresè de-
12 rogatum. † Si autem nominatim esset facta mentio statuto-
rum societatis strazarolorum: tunc diceretur singulariter es-
se facta mentio, quod lex non requirit, sed solum requirit ꝙ
expresè fiat mentio de ipsis statutis, vt patet in d.ca.1.de con
sti.& in d.clem.dudum.& per Archidia.in d.ca.1.de constit.
libr.6. Quòd autem per illam generalem clausulam, non ob-
stantibus quibuscunque statutis in contrarium facientibus,
videatur expresè derogatum statutis societatis strazarolorũ,
firmatur ex no.per Bar.post Cyn.in dicta l.fin. C.si contra ius
vel vti.publi.Barto.in extrauag.ad reprimendam in versi.non
obstantibus.& in l.1.ff.de vulg.& pupil.& sequitur Paulus de
Castro, in d.consi. incipien. Passus iste dubitabilis.vult enim
Barto. in locis præalle. quòd aut in statuto vel rescripto dici-
tur simpliciter, non obstantibus quibuscunque &c. & non
subijcitur istud verbum, in contrarium facientibus: & tunc
non dicitur expresè facta mentio de statuto contrario. aut ve
rò dicitur,non obstantibus statutis societatis talibus: & tunc
dicitur singulariter esse facta mentio statutorum societatis
strazarolorum. nullo autem iure cauetur quòd ad hoc vt ali-
quod statutum dicatur reuocatum per aliud debeat fieri mẽ-
tio singulariter; ergo &c. ¶ Quia respondeo primò ex dictis
per Ludouic.Roma.in repe.authenticæ similiter. C.ad l.Fal-
13 cid. † quòd vbi lex corrigens desiderat quid expresè fieri:
tunc ad satisfaciendum ei est necesse quòd fiat expresè ver-
bis singularibus, & non alio modo, & alleg.ad hoc text.in l.
si quis in princi.testa. ff. de lega. 3. in versic.sed hoc ita demũ
quem dixit Roma.esse meliorem text.de iure.in l.fin. C.de in-
dic.vidui.tol.sed sic est in casu nostro: quia iura volunt quòd
ad hoc vt vnum statutum tollat aliud, est necesse quod de eo
expresè fiat mentio vt supra dixi, ergo cum statutum societa-
tis artis lanę velit corrigere statutum strazarolorum,debet de
eo expresè & singulariter facere mentionem.Secundò addu-
citur glo.multum sin.in ca.inquisitores.in versic. expresè.de
14 hęred. lib.6. † vbi quando respectu certæ personæ debet fie-
ri mentio expresè de ea, non sufficit quod fiat mentio verbis
generalibus, * puta contra quascunque personas cuiuscunque
qualitatis,gradus,aut conditionis existat, sed debet fieri men-
tio singularis per denominationem ipsius personæ. Ita er-
go in casu nostro cum tractetur de pręiudicio psonarum stra-
zarolorum,debet de eis quo ad derogationem iuris eorum fie
ri mentio singularis. Accedat text.in authen.sed cum testator.
in verbo expressum.C.ad le.Falcid.& in authen.de hær.& fal
ci. §. si verò expressim. & ita dicit Ro. ar.supra quòd cum se-
mel hæc quæstio esset in facto.& valentiores homines Italię es
sent diuisi excepto vno, cui causa commissa fuit soluenda, ip-
se inclinauit in hanc partem, quod requiratur mentio singula
ris per supradicta:& ita obtentum fuit. Accedat etiam ad præ
dicta quod dixit glo.1. in cap. alma mater ecclesia.de sen.ex-
com.

15 com.lib.6. ¶ † Confirmo etiam prædicta, hac ratione societas strazarolorum, seu vniuersitas ipsa restituitur in integrum sicut personæ minoris: & hoc propter pupillos, & minores q sunt in ea, voluit Bald. in l. 1. C. etiam per procuratorem causam restitutionis &c. & not. per Moder. in l. ciuitas. ff. si cer. peta. & idem Bald. in l. res pu. C. ex qui. cau. maio. & Spec. in tit. de resti. in inte. §. primo, in versic. quoque. & versic. seq. & ibi per Io. An. in additio. & per do. Paul. de Castro, qui dicit hanc esse communem opi. in consi. 313. inc. Vt bene attingatur &c. Confirmatio ergo statutorum ipsius societatis strazarolorum videtur concessa, & facta personis priuilegiatis, & miserabilibus: ex quo restituuntur in integrum, vt minores, vt supra dixi. ¶Sed regula stat singularis quam tradidit Ioan. An. in cap. significantibus, de offic. deleg. & Dyn. in l. 1. C. quando imperator inter pup. & vi. & Ro. in d. §. de viro. in 23. fal. & in cons. 327. & Paulus de Castro, in d. consi. 278. libro 1. Fede. de Sen.
16 in consilio 230. † quod vbicunque beneficium est alicui con
d cessum in fauorem miserationis [d] non intelligitur sublatum per generalem clausulam reuocatoriam omnium in contrarium concessorum, nisi de ipsis specificatis singularis sit facta mentio: ergo nec in casu nro intelligentur sublata statuta strazarolorum concessa eis. scilicet quod possint conducere quascunque vestes, & pannos de alieno territorio, siue nouas siue medias: nisi de ipsis statutis in reuocatione ipsorum sit facta mentio singularis. Quinimò dixit ibi Cyn. in dicta l. 1. C. quando imperator inter pu. & vidu. quòd si Papa concessit aliquibus monialibus, quòd non teneantur soluere collectas aliquas, & postea misit Legatum de latere, cui dedit potestatem quod omnibus possit imponere collectas, non obstantibus quibuscunque priuilegijs & gratijs in contrarium facientibus, quòd nihilominus non poterit imponere collectas istis monialibus ex quo de eis non fuit habita mentio singularis, subdens idem Cyn. quòd etiam si in mandato dato legato de latere essent apposita illa verba, & etiam si de eis esset necessaria facienda mentio specialis, quod nihilominus non intelligitur esse sublatum beneficium concessum dictis monialibus. ¶ Et iudicio meo doctrina ista etiam decidit casum nostrum: maximè cum in societate ista strazarolorum sint pupilli, minores, pauperes, infirmi, & multæ miserabiles personæ, quarum respectu tota vniuersitas debet gaudere beneficio dictis personis miserabilibus concesso. vt l. 1. C. si in communi eademq; causa. & l. præcipimus. §. eo obseruanda. C. de app. & ibi per Bart. vbi si in eadem causa concurrit clericus & laicus: quod
* ratione clerici laicus coram episcopo * conuenitur. & idem dixit Barto. in l. solent. in fi. de ali. & ciba. leg. & l. si inter duos. de lib. leg. & in l. communem. ff. quemadmo. ser. amit. & l. 1. C. si vnus ex pluri. ap. vbi in omnibus istis habetur. quòd
17 † si concurrat priuilegiatus cum cum non priuilegiato, vter-
e que [e] vtitur beneficio. ¶ Propterea dixit Innocen. in ca. ad audientiam. de præscri. quòd licèt præscriptio currat contra priuatum spatio 10. vel 20. anno. si tamen priuatus habet commune ius cum ecclesia Romana, iuuabitur, vt non currat nisi præscriptio centenaria. per text. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. & idem tenuit do. Abb. in ca. 1. de pręscri. scilicet quod vacante sede, non currit præscriptio in bonis cōmunibus prælato & ecclesiæ, dato, quod in solis bonis ecclesiæ centenaria currat præscriptio sede vacante. ¶Similiter etiā dixit dominus Abb. in ca. fi. de iure pat. quòd si laicus & clericus sunt patroni. legatus de latere non potest illud beneficium conferre, dato quòd si esset solus clericus patronus ipse legatus conferre posset: quia etiam dixit tenere Fede. de Senis consilio 63. Ad hoc etiam facit glo. sing. in l. fin. de mune. & ho.
* non continuandis, vbi socius * omnium bonorum habet excusationem a muneribus propter personam socij. Accedat etiam quod dixit Bart. in l. si emancipati. C. de col. vbi si vnus nepos est in potestate, & alius est emancipatus: patruus tenetur con-
18 ferre vtrique. ¶ † Accedat etiam quod voluit Bald. in cap. 1. qui. mo. feu. ami. vbi si sunt duo fratres habentes feudum, &
* vnus eorum committat feloniam, * & alter non, quòd in duobus vterque retinebit feudum. ¶ Facit etiam quòd voluit Ludouic. Roma. in l. arbi. ff. qui satisd. cog. vbi voluit quòd licet ab arbitro iuris appelletur. & voluit Bart. in l. cum speciali. C. de iudi. & in 1. consti. C. de not. in l. si quis maior. C. de transa. si tamen cum tali arbitro iuris iudicat alter qui non sit arbiter iuris, non appellabitur. ¶Accedat text. in ca. cum super abbatia. de offic. delega. & quod dixit Ioan. An. in addi. in titu. de requisi. consi. in rub. & quod latissimè dixit do. Pet. de Anchara. in c. canonum statuta. in duodecima quęstione in 14. quęst. vbi in omnibus istis habetur, quòd ratione socij alter socius vtitur beneficio socij. Accedit etiam quod dixit Ange. in con
19 silio 1. vbi dictum testis [f] domestici sustentatur ratione alte-
f rius testis non domestici. & alleg. text. in l. si quis ex argen. §. primo, vbi etiam dixit Bald. ff. de eden. & hoc etiam tenuit Bald. in l. 1. C de test. & Rom. in l. 1. §. si stipulāti. de verborum obligatio. ¶ Concludendum est ergo ex prædictis quòd cum in societate strazarolorum concurrant pauperes infirmi, & pupilli: quod beneficium eis concessum, vt possint conducere ex alieno territorio quascunque vestes, & pannos nouos, & amazeros, tale statutum dans eis potestatem non potuit ab eis auferri sine specificatione expressa & indiuidua ipsius statuti per supradicta, & beneficio dictæ miserabilitatis, gaudebunt etiā homines de dicta societate, qui non sunt infirmi, nec pauperes, nec pupilli per rationes & alia supra adducta. ¶ Secundò principaliter ostendo alia ratione, quòd ratione confirmationis factæ ab Eugenio & Daniele Legato & regiminibus de statutis societatis artis lanæ, non intelligantur sublata statuta so-
20 cietatis strazarolorum. nam † natura cōfirmationis est robur
g addere confirmato, non autem extendere [g] ipsum ad id quod in eo non includebatur. ita not. dixit Bald. in l. aduersus. C. si aduer. rem iu. & alle. in arg not. in l. Aurelius. §. testamento. de libe. lega. & ita dicit quod tunc consuluit in tali. q. de qua ibi per eum in d. l. aduersus. ¶Sed sic est in casu nostro quod statutum societatis artis lanæ non extendebatur ad strazarolos, qui non sunt eis subditi, vt supra in prin. demonstraui: ergo confirmatio de dictis statutis societatis artis lanæ facta ab Eugenio & alijs, non facit vt ad ipsos strazarolos extendatur. & certè ista doctrina decidit hunc casum. ¶ Et hac ratione motus
21 dixit Bald. in l. more maiorum. ff. de iuris. omn. iud. † quòd
h qui confirmat, non dat: [h] & ideo dixit in l. & quia. ff. de iuris. omn. iud. & Bal. in c. 1. qui succes. teneantur, dixit quòd aliud est facere, & aliud est confirmare, & sic ponit ista vt diuersa: vnde dixit Bald. in l. fi. de testamen. tute. quod confirmatio superiori supplet defectum solennitatis, defectum formæ, & defectum personæ: non autem dicit quod extendat confirmationem. Accedat etiā quod dixit Bald. in l. nominationes, in fi. C. de ap. vbi dixit quod confirmatio non extēditur vltra q̄ actus confirmabilis, & alle. text. in d. l. Aurelius. §. testamento. de libe. leg. sed sic est in casu nostro quod actus confirmatus, id est statuta societatis artis lanæ, non operantur aliquid contra ipsos strazarolos tanquàm non subditos eis, vt supra dixi. ergo nec confirmatio debet hoc operari: quia alias operaretur vltra confirmabilem. ¶Et idem etiam dixit Bald. in c. 1. in prin. per quos fiat inuesti. vbi voluit post Inno. in c. dudum. de decimis. ꝙ si certa priuilegia confirmentur per Papam. non intelliguntur confirmari vt aliquod ius nouum detur, nisi constaret de intentione confirmantis. & alleg. l. Aurelius. §. testamento. de libe. lega. nisi Papa confirmaret factum proprium. argu. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. vel nisi quædam infirmaret, & quędam firmaret, vt l. tribunus. §. fi. de test. mili. Sed in casu nostro Papa non confirmauit factum proprium: quia statuta societatis artis lanæ non fuerunt facta a Papa. item nec quædam approbauit, & quædam improbauit; sed omnia statuta approbauit, ergo sumus in regula præcedenti, vt non videatur eis attribuisse plus iuris quàm habuerint. ¶ Accedat etiam ad hoc qd dixit Ange. in l. adoptio non iure facta. ff. de adop. vbi voluit post Innoc. ꝙ confirmatio non tollit defectum iuris naturalis; sicut est consensus: sed in casu nostro in statuto societatis artis lanæ non aderat consensus strazarolorum, & per consequēs eos non ligabat, vt s̄. dixi: ergo confirmatio Papæ non supplet
22 illum defectum. ¶†Nec prædictis obstat si dicatur, ista confirmatio fuit ex certa scientia Papæ, & confirmantium, vt patet ex ipsius inspectione, dum dicit ex certa scientia &c. Nam sic probatur quòd princeps confirmauerit ex certa scientia: quando ipse dicit in confirmatione quod hoc faciebat ex certa scientia, vt habetur per glo. 2. in glo. fi. de rescri. & ita eam ad hoc allega. Imo. in l. fin. a quibus appel. non licet. & idem dixit Inno. in ca. præsenti. in prin. de rescr. & Bald. in ca. super quæstionum. §. pręterea, de offi. deleg. ergo sequitur quòd talis confir-

* cõfirmatio * fit ex certa sciẽtia, non solũ dat robur actui con firmato, sed etiam illum extendit, vt in terminis dixit Bal. in ca. ex parte, in fi. de consti. vbi dixit quòd tunc confirmatio Papæ extendit actum confirmatum vltra quàm in eo continebatur, quando est facta ex certa scientia, vel in contradictorio iudicio, alias dicit ipse, talis confirmatio membranas occuparet & hoc idem dixit Bald. in l. dominationes. in fi. C. de app. vbi voluit quod confirmatio extendat actum confirmatum quando talis confirmatio est facta ex certa scientia, sicut in casu nostro. & idem videtur voluisse Bald. in d. c. 1. in prin. per quos
23 fiat inuestitura. † vbi dicit quòd tunc confirmatio extendit actum confirmatum & illum ampliat, quando constat de intentione confirmantis, sed non potest magis constare quàm quando dixit ex certa scientia: vt habetur per Bald. in l. eos. in princi. C. de appel. vbi certa scientia principis habet vim plenitudinis & potestatis. & per Imo. in l. fi. à quibus appel. non licet. & Bald. in cap. cùm accessissent. de constit. ergo. &c. & hoc etiam probatur per gloss. in cap. dudum, de decimis. quia respondeo primò, vt dixit do. Abb. in dicto ca. cum du-
24 dum. quòd † confirmatio Papæ facta ex certa scientia in dubio præsumitur facta in casu habili, & ad illum casum habilem est referenda. & dicit quod de hoc est ratio naturalis, quia confirmatio ex proprio significato denotat actus confirmati firmitatem. & dicitur a con, quòd est simul: & firmo quasi simul firmo, ergo debet intelligi de actu confirmato habili, & non de inhabili si fieri potest, quod dixit esse menti tenendũ. Sed sic est in casu nostro quod statuta artis lanæ non sunt habilia ligare strazarolos, ne conducant pannos &c. vt latè probaui: ergo eorum confirmatio non extenditur vt comprehendat strazarolos. & idem dixit ibi do. Anto. de Butr. quod confirmatio Papę etiam ex certa scientia facta, non confirmat actũ nisi in casu quo liceat, & sic vbi posset actus esse contra ius, & secundum ius non dicitur operari nisi in casu quo esset secundum ius, & dixit quod alibi raro istud inuenies. Sed sic est in casu nostro, quod statuta societatis artis lanæ possunt operari in suos subditos, & istud est secundum ius, sed in non subditos, vt sunt strazaroli, est contra ius vt supra dixi: ergo nõ ope-
25 rabitur contra strazarolos. ¶ † Secundo confirmò ex doctrina Pau. de Cast. li. 2. consi. 84. inci. Quæstio ista vertit. &c. vbi voluit quòd confirmatio principis facta cum clausula, ex certa scientia &c. nunquam operetur nisi quando Papa fuit certificatus de iniuria quæ fiebat alteri ex tali confirmatione, quoniam non præsumitur princeps velle tollere ius alterius. l. 2. §. si quid a principe. & §. meritò ne quid in loc. pu. Sed in casu nostro non apparet quòd Papa fuerit certificatus de præiudicio, quod fiebat strazarolis, cum eis licebat per sua statuta con firmata pannos nouos ex alieno territorio cõducere, ergo &c.
26 ¶ † Tertiò hoc confirmo autoritate d. Bald. in l. impetrata. C. de sen. rescin. non poss. vbi singulariter voluit, quòd certa scientia principis non operatur nisi in his quæ sunt iuris, de quibus
i princeps præsumitur habere notitiam, ⁱ non autem operatur in his qui sunt facti, vt sunt statuta & consuetudines. quod dixi esse bene no. sed sic est in casu nostro, quod in confirmatione statutorum artis lanæ non fuit facta mentio statutorum strazarolorum, quod essent eis contraria. ergo certa scientia principis ad illa se non extendet, & ista sunt quæ decidunt hanc cõsultationem. ¶Nec etiam obst. si dicatur, societas artis lanæ est in possessione puniendi strazarolos contra facientes vt apparet in eorum processibus, vbi aliquos condemnauerunt, ergo statutum eorum debet obseruari: quia respondeo, quòd posito, sed non concesso, quòd sic sit, non tamen est verum quòd contra societatem seu regentes ipsam societatem strazorolorũ ipsa societas artis lanæ processerit, & eos condemnauerit, licet contra aliquos priuatos hoc fecerit, & tamen non dicitur per hoc esse quasi in possessione contra societatem totam. arg. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. & ita dixit not. Barto. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de iti. actuque priu. & in l. si publicanus. in fi. de publi. vbi præscrip. non operatur. nisi in illo actu in quo fuit vsus, & idem Bald. in cap. 1. de feu. cognitione. & Imol. in l. inter pares. ff. de re iudic. cum simi. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶Dare. Ale. l. lege obuenire. glo. fi. de verb. signifi.
b ¶Confirmata. supra lib. 2. consilio 120. Rom. consil. 327. Fely. in c. constitutus, de rescrip.
c ¶Consilium. Old. q. 326. Aluaro. tit. consuet. feud. do. Lotha. ca. 1. Soc. l. in ius vocari. §. patronum. in fi. de in ius vocan. Fely. ca. nonulli in principio de rescr. Dec. c. prudentiam. de offic. deleg. Ias. l. fi. C. si contra ius vel vti. pup.
* Verbis generalibus.] Vide plura per Fel. in c. translata. colum. 2. de consti. & infra consil. proximo colum. 2. & affatim Ias. in l. Prætor. in prin. 2. no. ff. de ope no. nun. Natta.
d ¶Miserationis, Inno. Imo. in ca. significantibus. de offic. deleg. Card. Flo. consi. 136. num. 19. Fely. c. nonnulli. in prin. de rescrip. Dec. consil. 165. And. Tira. rep. l. si vnquam, in princ. nume. 120. * In fauorem. De hoc Cyni dicto mentionem facit Fel. in cap. nonnulli. col. 28. de rescrip. sequitur Dec. consi. 165. Signorol. consil. 178. Quæstio proponitur. colum. 3. & pro eo facit optimè tex. in l. libertis, quos. §. posthumis. ff. de alimen. & cib. leg. Natta.
* Coram Episcopo.] Quid si sint plures laici, & vnus clericus, videtur, quòd præualeat numerus, ideò iudex laicus adeundus. & videtur hoc velle Bald. in l. fi. colum. antepenul. versic. sed hic quæritur. C. de edic. diui Adria. tollen. & Rochus in tracta. de iure patr. car. 5. Vide Dec. in cap. ex literis. 5. not. de constit. Natta.
e ¶Vterque. Maria. Soc. c. 1. de foro compet. Soc. l. cum senatus. in fi. de reb. dub. consi. 12. lib. 1. Matthæsi. not. 144. Rom. consi. 265. Ias. l. Imperium. de iurisd. omn. iud. Hyppo. Marsil. l. de mino. §. tormenta. nu. 14. cum seq. de quęstio. & sing. 180. singu. 501. sing. 517. & consilio 84. Tho. Fer. cau. 10. And. Tiraq. in consu. Pict. tit. reti. §. 26. glo. 1. num. 31. sed exceptis articulis inseparabilibus non sunt vera, quæ hinc inferunt docto. nec in praxi obseruantur. vt etiam tradit do. Io. Igneus in l. 1. §. si quis in villa. nume. 27. ad Sylla. adde. infra libro 6. consilio 239. in fin.
* Vbi socius.] In oppositum facit quod dicit Specul. in tit. de cler. cõiug. versi. quòd si clericus. vbi concludit quòd fratres clerici tenentur ad onera ciuitatis, licet clericus pro parte sua non teneatur, quia materia est diuidua. sequitur Dec. in Aut. cassa. col. 2. C. de sacrosan. eccle. & di glo. sequitur Ias. in l. 1. C. de transa. colum. 2. Marsilius sin. 180. D. Georgius in c. quamuis de pact. in 6. col. 63. vbi testatur, se consuluisse secundum glo. placitum, & suo responso subscriptione assensos fuisse Hieronymum Tortum, & Io. Puteum. Et nunquid immunitas concessa castris meis, extendatur ad communia, vide per Alexan. in l. serui electione. §. 1. ff. de leg. 1. & dicit formaliter Bald. in addit. ad Specul. in tit. de magist. ad fin. Nota quòd socij Doctorum gaudent priuilegijs eorum. Et d. glo. sequitur etiam Marsil. in l. de minori. §. tormenta. col. 4. ff. de quæst. & And. Sicu. consil. 1. colum. 4. libro 2. & vide Ias. infinita adducentem similia, in l. si emancipati. colum. 3. C. de collat. & ibi Dec. & Bald. consil. 301. Proponitur, quòd Petrus, qui tenebat feudum. lib. 1. inquit, quòd inuestitura fratris socij, prodest alteri. sequitur Dec. consilio 144. colum. 3. in fi. Adde in hac materia, quòd statutum prohibens institui forensem, non procedit vbi cum forensi instituitur subditus. Ias. consilio 112. colum. 3. libro 4. quæ res est obseruatione digna. Et vide Afflict. decisio. 213. vbi ponit aliqualiter, quomodo quid dicatur indiuiduum. Et in separabilibus, de mixto iudicatur vt de simplici; Alexand. in l. 2. in prin. ff. de verborum oblig. Et est à Philosophis literis consignatum, quòd inseparabiliter vnita, communicant sibi inuicem idiomata, idest proprietates. Et de connexis vide Bald. omnino in l. 3. §. sed vtrum. in fi. ff. de minor. Natta.
* Committat feloniam.] Bald. dicit, si alter sua probitate defendit; vt per Ias. in l. 1. col. 2. C. de transac. Natta.
f ¶Testis. supra lib. 1. consi. 5. num. 7.
g ¶Extendere. dixi in consue. Paris. §. 5. num. 70.
h ¶Non dat. Old q. 164. Albe. par. 1. statu. q. 21. Bald. tracta. statu. versic. apostoli. Pau. consi. 162. libro 2. Ias. consi. 148. numero 6. Franc. Rip. de rescri. respon. 30.
* Talis confirm.] Sequitur Rui. consil. 60. colum. penul. libro 1. & consilio 16. colum. penul. libro 2. & plura de confirmatione ponit consilio 109. colum. 5. & 6. lib. 4. Natta.
i ¶Notitiam. Adde supra eod. lib. consi. 103. supra libro 2. consilio 125. in fi. infra libro 6. consilio 219. numero 5. 6. Cur. senior consilio 49. Dec. l. in totum omnia. de reg. iur. consil. 198. nume. 6. Ias. consilio 19. consilio 119. in fi. lib. 3. Franc. Rip. de reuo. dona. respon. 8. tetigi in consuetud. Parisien. §. 5. numero 73.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas & potestas, omnia efficiunt.*
2 *Mentio generalis quando non sufficit. num. 3. 4.*
9 *Præsumat verbum, quid importet.*
11 *Statuta debent adinuicem reduci & concordari. 12. 13. 14.*
15 *Statutum vsu non receptum, non ligat.*
16 *Cancellatio generalis priuilegiorum non tollit specialiter alicui concessa.*
17 *Statutum confirmantis efficitur per confirmationem.*
18 *Confirmatio duplex. nu. 22.*
19 *Princeps quando dicatur facere ex certa scientia.*
20 *Confirmatio non extendit.*

24 Senten-

24 *Sententia ex breuitate temporis tanquam causa non cognita, nulla est.*
29 *Confirmatio intelligitur saluo iure alterius. num. 27. & 28.*
27 *Maiestas principis conseruatur per bonum & æquum.*

CONSILIVM CXXIII.

Barbatiæ de eadem re.

Scripsit *ecclesiasticus. 3. c. quis inuocauit illum. & respexit eũ, quia pius & misericors est Deus. ¶Idcirco supremum Deum ex corde humili deprecor, vt pijssimo saluatori nostro Iesu Christo medio, veritatem huius cõsultationis mihi aperiat amen. Et quidem viso puncto & solẽni animaduersione pensato, mihi videtur quod dicti strazaroli possint & valeant conducere pannos, & vestes nouas, ita vt in eorum statuto continetur, nec statutum eorum sublatum per statutum artis lanæ, nec etiam sit sublatum per confirmationem summi pastoris domini Eugenij: nec per confirmationem sapientissimi domini gubernatoris, nec per confirmationem magnanimi comitis Ia. Picinini, quod demonstro ad oculum hoc modo: Ad hoc vt vnum statutum corrigat aliud, opus est quòd corrigens habeat potestatem corrigendi & tollẽdi, & quòd illud corrigat specie & specialiter, vt scribitur à
1 philosopho beato. † quòd duo ª sunt ex quib. omnium huma
a norum actuum constat effectus, videlicet voluntas & potestas quorum si alterum desit, nil est quod explicari queat. Ita probatur in c. cum super abbatia. de offic. deleg. in versi. posset & nollet. in l. si filio. C. de don. ante nup. in l. omne verbum. C. communia de leg. in verbo voluntas legitima. & ibi Bald. colligit per illum text. quod voluntas & autoritas fabricant omnes actus humanos, & quod voluit Ioan. An. & alij in dicto c. cum super ergo sequitur necessario quod ad tollendum statutum strazariæ, opus est quod tollens potuerit tollere, & quod illud sustulerit. & vltra hoc requiritur quod legitimè reuocauerit: quia non sufficit quæcunque voluntas, sed opus est q́ sit canonica legitima, hoc probatur in d. l. omne verbum. in versi. legitima voluntas. & in l. 1. §. eum qui. ff. de consti. pec. l. non codicillum. C. de test. cum simil. Sed ars lanę non reuocauit statutum strazariæ: & si fortè reuocasset, quod tamen non fecit, nihilominus non reuocauit canonicè & legitimè, & posito quod reuocasset canonicè & legitimè, non tamen concesso nihilominus nullam potestatem habuit reuocandi. ¶Quod
2 probo; nam clarissimi iuris est † quòd ad hoc vt nouissimum aut nouum statu. corrigat antiquum, seu noua lex corrigat priorem, opus est quod illam corrigat specialiter, text. est melior de corpore iuris in l. fin. C. de indi. vidui. in versi. ne tamẽ quædam ambiguitas simplices animos moueat, etiam expressim sancimus legem Visselliam, & senatusconsul. &c. quem text. ad hac reputat sing. Lud. Roma. in commen. authen. similiter. C. ad leg. fal. propè finem. faciat. l. si quis in princ. testa. ff. de lega. 3. & adduco ad hoc text. in clem. constitutionem. de elect. & ibi colligit do. Anto. quem ibi refert Ioan. de Imo. q́d vbi requiritur fieri expressam mentionem alicuius actus, non sufficit quod fiat mentio generalibus verbis. Adduco glo. in c. inquisitoris. de hære. li. 6. quæ voluit quod vbi debet fieri mẽtio expressa alicuius actus ad fauorem alicuius, debet fieri verbis specificis, nec sufficiunt verba generalia. ¶Et adduco glo. in cle. 1. de iudi. in verbo specialiter. quæ dicit quod quando aliquid debet fieri verbis specialibus, nõ sufficit quod fiat verbis generalibus. Ita tenet Ioan. An. in cap. 1. de resc. libro 6. faciat. l. si quando. §. & generaliter. verbo specialiter. C. de inoffi. testa. per quem text. dixit multum eleganter Gul. de Cu. quem sequitur Bald. & Sali. ibi, quòd si filius vocat se tacitum & cõtentum de relictis sibi a patre pro omni eo quod debetur in bonis paternis, quod non propter hoc videtur renuntiasse iuri petendi supplementum legitimæ: mouentur per illum text. vtentem illo verbo, specialiter. & voluit Ange. & Gul. in l. de his. ff. de transac. Et adduco text. valde sing. in l. fi. §. omnẽ autem. C. de admi. tut. & ibi Barto. dicentem se fecisse cassari in-
3 finita instrumenta tutelæ: quia text. † ibi requirit quòd tutor specialiter promittat agere vtilia, & prætermittere inutilia, quod si non est expressum hoc specialiter, non est satisfactum illi legi. sequitur ibi Bald. & Angel. Et adduco quod pulchrè voluit Bald. in l. scite oportet. §. sufficit. ff. de excu. tuto. vbi dixit, quidam appellauit generaliter ab omnibus grauaminibus q́ non potest prosequi, nisi illa in quibus non erãt elapsi decẽ dies ad appellandum. Et quod voluit Ange. in l. si sic. ff. de lega. 1. & in l. quicquid astringendæ. ff. de verborum obligatio. & in l. si quando. C. de bo. vacan. lib. 10. Et adduco. text. in ca. ex literis de offic. deleg. vbi non sufficit facere mentionem de primis literis generaliter, sed opus est q́d fiat in specie. ¶Quinimò plus dixit text. valde sing. in ca. ex literis, de do. & con-
4 tu. † quòd si fiat mentio specialis de literis in quib. sit aliqua clausula elegans, quòd debet fieri mentio specialis de illa clausula aliter non est satisfactum illi iuri. Adduco. gl. in c. pastoralis, de excep. quæ voluit non sufficere dicere, oppono talem exceptionem saluis mihi omnibus alijs competentibus exceptionib. sed debet specialiter exprimere illas. & adduco quod habetur in authen. de hære. & fal. §. si vero expressim. per quem text. dicit Ange. quod si testator legat. ro. quæ vult integrè solui, quod nõ videtur satisfactum illi iuri requirenti expressam mentionem prohibitionis: & dicit esse casum in d. l. si quis in princ. testa. & dicit quod vbi lex mandat aliquid expresse fieri, intelligatur singulariter & specifice. l. fina. C. quod cum eo. & per ista declaratur quod voluit Barto. in l. 1. ff. si quis in ius vo. non ie. & in l. 1. ff. de vulg. & pup. cum ergo vbi agitur de correctione vnius statuti aut legis prioris per legem iuniorẽ debet expresse fieri mentio de lege antiquiori vel statuto iuniori: vt probatur in dicta l. fin. sequitur quod cum non sit facta expressa mentio de illo statuto strazariæ in statuto artis lanæ quod non est illi derogatum: quia debuit expresse statutum artis lanæ facere mentionem de statuto strazariæ, & per consequens deficit voluntas. ¶ † Quòd autem deficiat potestas eo-
5 rum, dicitur, quia licèt artifices possint facere statuta inter se, & inter homines suæ artis, vt videantur confirmata a iure cõmuni, ideo quod non est necesse quod confirmentur, per l. municipalem, iuncta. l. 2. C. de constit. pecu. & in authen. de fideiusso. §. penul. & in l. fi. C. de iurisd. omn. iudi. tamen potestas eorum est restricta: quia non possunt statuere inter illas personas eis subiectas, nisi non subijciant se foro submittendo se vel agendo nec possunt statuere aliquod iniustum, nec possunt statuere contra ius publicum ciuitatis, vt plene scribit Bald. in d. l. 3. C. de consti. pecu. sed istud statutum artis lanæ concernit homines alterius professionis, quia in homines
6 alterius professionis nullam habent iurisdictionem. † & certũ est quod condere statuta est iurisdictionis, vt voluit gloss. in l. 1. ff. de iuris. om. iudi. & Innocen. in cap. cum accessissent. de constit. Barto. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. probatur in l. nulli. C. de sen. & interlo. omn. iudi. & in ca. a nobis de sententia excommu. & in ca. eccl. de consti. & in c. ec. vt lit. penden. & in cap. vt animarum periculis. de constit. libro 6. ergo si quis non habet iurisdictionem in personis vel in loco: non dicitur habere potestatem condendi statuta ligantia personas non subiectas sibi; nec loca subiecta sibi. faciat quod not. Ioa. And. in ca. fi. de immu. eccles. lib. 6. cum ergo in proposito nostro massarij & congregatio artis lanę nõ habeant iurisdictionem in personas non subiectas suæ iurisdictioni aut professioni: sequitur necessariò quod non potuerunt condere statuta ad derogationem statuti strazariæ. ¶ Quinimò plus dico, q́d non videtur ex verbis generalibus ipsius statuti artis lanæ derogasse statu. strazariæ ex eo quia illud non videantur voluisse facere in genere, quod in specie non potuerunt. ita probatur in cap. tuæ. de decimis & ita decidit ibi Hostien. & dominus Anto. ideo pulchrè dicebat Bald. in l. fi. §. in computatione. C. de iure deli. quod eo casu quo verba statuti sunt generalia, nõ adaptantur ad impossibilia ipsis statuentibus. & idem pul-
9 chrè dixit in c. cum non ab homine. extra de indi. † Statuto cauetur quod custos villæ tenea capere malefactores, quod nõ poterit capere clericum malefactorem: quia non videtur statutum comprehendere in genere illum quem in specie comprehendere non potuit, & faciat quod voluit idem Bald. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. alle. Barto. in l. si quis sub conditione. ff. de condi. insti. idem voluit Bald. in l. fi. ff. de iurisd. omn. iudi. & in l. fi. C. de sacrosan. eccles. & probatur in c. nobis. de sen. excom. & ibi do. Abb. & do. Ant. in dicto ca. ecclesia. de consti. qui refert ita voluisse Ioan. Mo. in dicto ca. vt animarum. idem Ioan. And. in c. eos. de immu. eccle. libro 6. & d. Ant. in c. cum clericis. de foro compe. & plenè ibi do. Abb. & origi-

originaliter videtur fuiſſe dictum Hoſtien. in dicto cap. tua.
8 ¶ † Licèt ergo ſtatutum artis lanæ dicat nullus cuiuſcunque
ſtatus ordinis officij, vel conditionis exiſtat quoquomodo au
deat vel præſumat per ſe vel per aliū &c. dico qđ illa verba li-
cèt ſint ita generalis, & videantur comprehendere homines
alterius profeſſionis : vt eſt glo. quam ad hoc reputo ſingu. in
l. promittendo. ff. de iu. do. quæ dicit quod illa verba cuiuſcū-
que conditionis comprehendunt clericos & laicos, & ita vi-
deretur dicendum quod illa verba comprehendant homines
diuerſæ profeſſionis : quia ad hoc reſpondeo quòd illa gloſſ.
procedit data poteſtate ſtatuentis qui poteſt ligare homines
diuerſæ profeſſionis. ſed vbicunque. non datur poteſtas con-
dentis quòd illa verba non comprehendunt niſi ſubditos ſta-
tuentis: ita probatur apertè in iuribus quæ ſuperius allegaui.
& plus dico quod illa gloſſ. male loquitur ſi eam intelligamus
quòd illa verba prolata à ſtatuto laicorum comprehendūt cle
ricos, laicos, & confunditur dictum eius per dictum cap. ec-
cleſia. & alia iura præallegata, ideo debet intelligi dicta gloſſ.
quando illa verba exprimuntur ab eo qui habet poteſtatem
ſtatuendi ſupra clericos, & laicos. & adduco glo. ſingu. ad hoc
in clem. 1. de iud. & ſic iſta verba ita prægantia, & ita genera-
lia includunt ſubditos artis lanæ. non autem comprehendunt
non ſubditos: quia non videtur quod per illa verba generalia
voluerint comprehendere eos qui non ſunt ſuæ iuriſdictionis
& per conſequens vera & indubitata concluſio eſt, quòd in
iſto ſtatuto artis lanæ deficiunt illa duo potiſſima principia
actum humanorum : quia deficit poteſtas : & voluntas, ergo
& cæt. Quinimò plus dico quòd ſi rectè ponderetur ſtatutum
artis lanæ nullo modo derogat ſtatuto ſtrazariæ. dicit enim :
9 nullus audeat vel præſumat. † nam natura & eſſentia huius
b verbi : præſumat, [b] importat quòd quis non faciat actum au-
toritate propria, ſed autoritate ſuperioris: iſtud probat tex. for
malis in ca. decernimus, in verbo, præſumant, de formul. & in
ca. decernimus. in verbo, præſumat. de iudi. ca. 1. & ca. mona-
ſteria. de vita & honeſ. cle. in c. cum laici. de iu. pat. in ca. om-
nes. de pœni. & remiſ. in clem. 1. de pri. ca. 1. ne prælati vices
ſuas. c. ſi. de or. libr. 6. hoc voluit glo. in c. decernimus. præal
leg. hoc decidit text. & glo. in cap. quanto. de conſue. & dixi
multum luculenter in lec. mea in d. c. de decernimus. modo
illum vigorem habet illud ſtatutum ſuperioris, quem habet
ipſe ſuperior. ita dixit Innocen. in dicto cap. 1. de offic. deleg.
ita voluit Bald. in l. falſus. C. de fur. vnde non dicitur quis prę
ſumere quando facit authoritate ſtatuti: quia non videtur fa-
cere propria temeritate : ergo ſequitur quòd potuit quilibet
ſubiectus arti ſtrazariæ conducere pannos & veſtes nouas vi-
gore ſtatuti artis ſtrazariæ; non enim videtur ſua temeritate
conducere, ſed vi & autoritate ipſius ſtatuti ſtrazariæ, vnde
conſideratis verbis & ſignificato verborum ipſius ſtatuti artis
lanæ: non videtur præiudicare priori ſtatuto ſtrazariæ: impu-
tent ergo ſibi ſtatuentes in arte lanæ ſi imperitè conceperunt
verba ſui ſtatuti, debuerunt rectius & apertius loqui. ideo illi
qui conducunt pannos & veſtes nouas vigore ſtatuti ſtraza-
riæ, non dicuntur audere vel præſumere conducere: quia non
faciunt temeritate propria, vt dicit text. in cap. literas. de re-
ſtitu. ſpol. in verſic. propria temeritate, ergo ſequitur quòd nō
videtur feciſſe contra præfatum ſtatutum is qui vigore ſtatuti
ſtrazariæ apportauit, aut conduxit dictos pannos & veſtes no-
uas. maximè cum ſtatutū ſtrazariæ præceſſerit ſtatutum artis
lanę. ſi voluiſſet derogare illi ſtatuto & tollere illud, veriſimile
eſt ꝙ de illo feciſſet mentionem expreſſam. argu. l. vnicæ. §. ſin
autem. C. de caducis tollen. l. 1. ff. ſi menſ. fal. mo. di. & c. ma-
iores. de baptiſmo. & c. ad audientiam. de deci. & ſic iſta ſtant
ſimul quòd nullus conducat pannos aut veſtes nouas : tamen
illi qui ſunt de arte ſtrazariæ vel obediunt arti ſtrazariæ, non
poſſunt apportare & conducere dictos pannos & veſtes, pro-
ut dicitur in dicto ſtatuto ſtrazariæ. ¶ Pręterea faciat: quia nos
debemus capere viam, quod poſteriora ſtatuta intelligantur,
vt non derogent prioribus. niſi expreſſe hoc appareat: ita pro-
batur in l. ſed & poſteriores. ff. de legi. & adduco quod voluit
10 Gul. de Cu. quem ibi refert & ſequitur Barto. dixit enim, † po
ne ſtatutum eſt in ciuitate quòd ſi furtum eſt de nocte com-
miſſum, emendetur per cuſtodes loci. & poſtea ſtatutum fa-
ctum eſt quòd ſi furtum eſt factum de nocte, & non reperitur
fur, quòd emendetur per omnes de ciuitate, qualiter vltimū
ſtatutum intelligatur : quidam dicunt quòd corrigitur pri-
mum per vltimum argum. l. non eſt nouum. ff. de leg. Gul. te-
net ibi quòd vltimum ſtatutum intelligatur ſecundum pri-
mum, & quòd illa generalitas quòd emendetur per omnes de
ciuitate, intelligatur per omnes, id eſt cuſtodes illius viciniæ
vbi factum eſt furtum. argu. d. l. ſed & poſteriores. cum iſtud
vltimum ſtatutum ſit generale, primum ſit ſpeciale, & ſpe-
ciei per genus non derogetur, ſed econtrà ſic. vt l. alimenta. §.
baſilicæ. ff. de ali. & ciba. leg. cum ſimi. ibi allega. per Barto.
qui refert in hanc partem inclinare quoſdam modernos, quòd
ſatis placet ſibi. quę deciſio in terminis apponit gladium ad
deciſionem huius dubitationis. Cum ergo in propoſito no-
ſtro ſtatutum artis ſtrazariæ loquatur in ſpecie, & ſtatutum
artis lanæ loquatur in genere; ergo ſequitur quòd quodlibet
ſtatutum ſeruabitur in caſu ſuo. ¶ Et adduco illud quod ele-
ganter voluit Barto. in l. quæſitum. §. fin. ff. de fund. inſti. verſi-
11 cul. hoc iudicio ad q. de facto, † duo ſunt ſtatuta in ciuitate
iſta, dicit vnum quòd omnes comitatenſes de qualibet por-
ta teneantur apportare frumentum communi quod commu-
ne habet in illa porta. Aliud ſtatutum erat ſpeciale quòd co-
mitatenſes de Caſtro foſſati teneantur portare frumentum,
quod commune habet in Caſtro foſſati, quæritur an illi de il-
la porta teneantur adiuuare ad portandum vigore primi ſtatu
ti. decidit quòd non, ſiue illud ſtatutum ſpeciale ſequatur,
videtur receſſum a generali ſtatuto, ſiue pręcedat ſpeciale ſta
tutum generale, ſequens refertur ad perſonas expreſſas in ſpe-
ciali. cum ergo ſtatutum artis ſtrazariæ loquatur in ſpecie :
quia dicit emere & conducere de alieno territorio pannos &
veſtes nouas. & etiam præcedat, & ſit antiquius : ergo ſequi
tur quòd limitatur, & reſtringitur generale ſtatutum artis la-
næ ſequens per ſtatutum ſtrazariæ. nec eſt curandum etiam
ſi ſtatutū artis lanę pręcederet, ergo multò fortius reſtringitur
ex quo ſtatutum artis lanæ ſequitur. ¶ Et adduco ad prędicta
quod voluit Petrus de Anchara. in ca. ſtatutum. §. cum autem.
de reſcrip. libro 6. vbi dicit quòd cum vna lex trahitur ad a-
liam, iuxta. dicta l. ſed & poſteriores, vna limitatur per aliam.
nam cum canon. dicat nullum extra prouinciam eſſe trahen-
dum, vt dicto cap. ſtatutum. §. primò, cum autem dicit trahi
poſſe infra vnam dietam in caſu illius. §. & in caſib. exceptis
in illo. §. illa ergo noua prouiſio quòd poſſit trahi extra vnam
dietam, habet locum in caſu quo locus intra vnam dietam
ſit extra prouinciam, quia una lex trahitur ad aliam. & ponit
12 etiam d. Petrus quęſtionem quam habuit in facto : † ducalis
conſtitutio d. Venetorum quę uiget Triuiſij, qua cauetur ꝙ
nullus forenſis poſſit ibi acquirere poſſeſſiones immobiles.
Aliud extat ſtatutum ibi Triuiſij quòd bona & poſſeſſiones
mulieris committentis adulterium applicentur uiro. Vtrum
ergo forenſis uxore Triuiſia ibi ad ulterium committente poſ
ſit petere eius bona, ita quòd à ſtatuto prohibente forenſes ac-
quirere uideantur excepti mariti forenſes? & decidit quòd ſic
ex eo, quia unum generale limitatur per aliud ſtatutum ſpe-
ciale : quia ſpecies derogat generi. l. ſanctio legum. ff. de pœ.
& loquitur ibi do. Petr. eo caſu quo loquitur Barto. in dicta l.
quęſitum. §. fina. quando pręcedit ſtatutum generale, & ſequi-
tur poſtea ſtatutum ſpeciale. & ſic. do. Petr. in terminis conſul
uit in caſu noſtro. ergo ſtatutum artis lanę reſtringitur per ſta
tutum ſtrazarię. Et ulterius adduco quòd pulchre uoluit Bal.
in l. maximum uitium. C. de lib. pręter. ubi dixit in uerbo. ul-
terius quęritur de tali quęſtione, lege municipali cauetur ꝙ
pater teneatur relinquere filijs quintam partem bonorum ſuo
rum. Item poſteriori ſtatuto cauetur quòd teſtamentum in
quo non relinquitur filijs integra legitima, ſit ipſo iure nul-
lum. Quęritur utrum dicta quinta dicatur integra legitima,
an uero intelligatur ſecundum ius commune : quia uerba ſta-
tuti debent intelligi propriè, ſed non dicitur legitima propriè
niſi ſecundum ius commune. ut l. 2. & 3. ff. de pe. hę. Item ſta-
tutum poſterius ęquum tollit prius odioſum & iniquum: cū
odioſa & iniqua de facili tollantur: tamen contrarium decidit
quod ſtatutum reduxit legitimam ad quintam : quod facere
potuit: ut not. Cyn. in l. ſancimus. C. de nupt. Item poſterius
ſtatutum trahitur & ad primum & ad prius. & ad hoc addu-
cit dicta l. ſed & poſteriores. ita dicit ſe in quæſtio. facti con-
ſuluiſſe. pro certo per hanc doctrinam Bald. poſita eſt ſecu-
ris ad arborem ; ut dicit Ange. dominicus de pijſſimo Ieſu
Chriſto,

Christo, vt habetur Matt. 3. cap. ergo sequitur quòd posterius statutum restringitur per primum. ¶ Accedat ad prædicta quod pulchrè voluit Ioan. Anto. in addi. Specul. tit. de execu. sen. §. postremo. vbi quærit, vnum statutum dat certam formam sententiandi. aliud dicit quòd sententiæ intra certum tēpus mandentur executioni non obstante alio statuto: vtrum sententia in qua constat formam primi statuti non fuisse seruatam mandabitur executioni? decidit Ioan. An. post antiquos quos ipse ibi refert, quòd si non est clausula non obstante aliquo statuto, impedit vnum statutum per aliud limitari & restringi. hoc dictum refert & sequitur do. Petr. de Anchara. in rep. ca. canonum statuta, de constitu. in decimaquarta q. prin. in versicu. hoc etiam quæro si vnum statutum. Et adducit quod voluit Barto. in extrauaganti ad reprimen. in versic. non obstantibus. & alleg. simile quod voluit Ioan. An. in addit. Specul. in titu. de senten. & his qui eum sequuntur. §. autem. vbi quærit statuto cauetur, quod contra minorem non possit fieri præceptum sine certa solennitate. alio statuto cauetur ꝙ præceptum factum contra minorem mandetur executioni, nō obst. aliqua excep:ione, vtrum præceptum factum contra minorem sine alia solemnitate mandabitur executioni? decidit quòd non, quia nullitas canta ex alio statu. reddit præceptum nullam: quia præceptum non rite factum non dicitur præceptum. l. non putauit. §. nō quæuis. ff. de contra. sicut enim vna lex limitatur per aliam: vt dicta l. sed & posteriores. ita vnum statutum limitatur. per aliud. ita refert do. Pet. in dicto ca. canonum. Et adducit etiam ibi quod voluit Bald. in l. 1. C. ne li. in vna & ea. cau. tertio prouo. vbi quærit si vno statuto eaue tur quod sententia feratur de consilio Antianorum: alio statuto cauetur quod sententia statim executioni mandetur, nam nisi appareat de præstatione consilij sententia non mandabitur executioni. & dicit ibi Bald. fuisse. q. Rofr. disputatam per eum quem retulit Ioan. An. in addi. præfata. Ecce nunc qualiter limitatur statutum generale per speciale. Et adduco quod voluit Barto. in l. prima. §. parui. ff. quod vi aut clam. vbi dicit statuto cauetur quòd contra laudum vel instrumentum publi
13 cum non possit opponi aliqua exceptio, quòd † nihilominus poterit opponi omnis exceptio proueniens ex aliquo capitulo statutorum illius ciuitatis. argu. illius. §. cum sua glo. & l. penult. C. de adul. & quia non est verisimile, quòd per illa verba generalia non voluerit se corrigere. l. nam ad ea. ff. de cond. & demon. multò ergo fortius non præsumitur quod artis lanæ per illa verba generalia voluerit corrigere statutum artis strazariæ, quod nullo modo potuissent corrigere etiam si voluis-
14 sent. ¶ † Adduco etiam quod pulchrè voluit do. & consiculus meus Abb. in ca. gratum. de offic. deleg. in princ. vbi allega. illum text. ad hoc quod si eodem volumine statutorum reperiuntur duo statute contraria, debet euitari correctio quantum potest, & reduci ad concordiam per subauditionem. alleg. l. sciendum. ff. qui satis. cog. coniuncta authen. offerat. C. de lit. contest. alleg. Barto. in extrauagan. ad reprimendum, in versic. non obstantibus. ita dicamus in proposito nostro debemus capere viam vt vnum statutum non corrigat aliud. faciat text. in l. si serui. C. de noxa. & glo. in authen. ex testamento. C. de colla. voluit enim ꝙ per sensum subauditum debemus excludere semper correctionem. ca. causam de rescrip. multò ergo fortius in casu nostro cum ars lanæ non potuerit corrigere statutum artis strazariæ. Et adduco ad prædicta quod pulchrè voluit idem Abbas in suis consilijs consil. 154. incipien. Statuto edito per Episcopum Lucanum. vbi consuluit in facti cōtingentia quod statutum generale limitetur per speciale. nam statutum in casu illo loquebatur de canonicis specialiter & primum statutum loquebatur generaliter: decidit quod non corrigitur, quia species derogat generi. l. sanctio legum. ff. de pœ. alle. Barto. in dicta l. quæsitum. de fun. instru. quem superius allegaui. & in dubio dicit ita debere intelligi statuta, vt reducantur ad concordiam. allegat Barto. in d. extra. in versic. non obstantibus. dicit etiam quòd in vno ex illis statutis non interuenit consensus aut consilium capituli: ex quo potest argui nullitas. Et plus dicit do. Abb. in præfato consilio in vlt. argu. quòd maximè procedit hoc si in arte strazariæ communiter fuit seruatum eorum statutum, & saltem ex illo capite sustentetur. quòd statutum artis lanæ non fuit morib. vtentium approbatum, vt habetur quarta distinct. §. leges. & in c. 1. de treu. & pa. & ideo refert do. Card. in proœm. clem. fuisse
15 terminatum de facto. † Episcopus Tudertinus fecit statutum excommunicans mulieres portantes perlas, quod statutum a nulla muliere fuit receptum: dubitabat an incidant in pœnam statuti seu constitutionis. refert Mat. dicere quod non per c. in istis 4. dist. quod est bene no. ad istam dubitationem. Cùm ergo ars strazariæ fuerit semper vsa statuto suæ artis, nec recepērit statutum illius artis lanæ, sequitur quod non videtur ligata statuto artis lanæ tanquam non fuerit vsibus vtentium receptum, quod est recitatione & auditu dignum quò ad decisionem huius dubitationis. Et adduco etiam ad prædicta ꝙ pulchre voluit Bald. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. vbi dixit quòd sicut se habet ius commune ad ius commune; ita se habet statutum ad statutum, & consuetudo ad consuetudinē. sed ita est quòd ius commune semper intelligitur & interpretatur vt non corrigat ius commune. eodem modo statutū debet intelligi ad aliud statu. vt illud corrigat nisi expresse dicatur. Faciat quod voluit glo. quæ repu. singu. in l. consue. C. qui testa. fa. pos. quæ glo. voluit quòd quando lex inducit specialiter aliquid debere interuenire quòd lex noua superueniens generaliter remouens illam solemnitatem, quod non videtur remouere ciuiliter de illo actu speciali, ita dicamus in proposito: cum ars strazariæ specialis introduxerit quòd strazaroli & eis obedientes specialiter possint conducere pannos & vestes, nouas quod statutum artis lanæ loquens generaliter ꝙ nemo possit conducere pannos & vestes nouas: non videtur derogasse statuto strazariæ specialiter introducto. ¶ Præterea
* faciat quod voluit *glo. in l. decurionibus. C. de silen. lib. 12.
16 quæ est singularis, & vnica, quæ voluit quòd † vbicunque aliquòd priuilegium emanauit in fauore alicuius specialiter, si postea superueniat generalis cancellatio omnium priuilegiorum quòd non videtur cancellatum illud priuilegium quod
c fuerat specialiter introductum alterius fauorem.[c] & per illam glo. dixit Bal. in l. non plures. C. de sacrosan. eccl. quòd per legem generalem nunquam derogatur priuilegio speciali, sed generali nisi fiat de ipso mentio. ¶ Et ideo etiam dixit idem Bald. in l. 1. C. de iustit. cod. compo. quod lex superueniens nō tollit priuilegium alicui specialiter indultum. alle. d. glo. l. decurionibus. & d. Bal. in auth. habita. C. ne filius pro pa. vbi dixit, quòd non videtur derogatum priuilegio indulto alicui p legem superuenientem derogatoriam priuilegiorum, nisi de ipso priuilegio faciat mentionem. & alleg. d. l. decurionib. & ideo dixit idem Bald. in l. 1. ff. de consti. princ. quòd princeps per generalia verba non videtur tollere iura specialia: ad hoc alle. d. l. decurionibus. Faciat quod voluit idem Bal. in l. dotalem. ff. de test. mili. vbi Bart. refert se consuluisse quòd arbitrium concessum aliquibus sapientibus, nunquam extendit se quòd ipsi possint derogare priuilegio alicuius. Bald. ibi dicit esse casum cum gloss. in dicta l. decurionibus. & faciat quod voluit idem Bald. in dicto ca. veniens, de rescrip. & in c. graue, de præben. & in c. 1. de rescript. & quod voluit Ludo. Roma. in d. l. hac consultissima. & ego dixi in c. cum olim. de præscr. ¶ Modò indubitanter ista apponunt gladium ad radicem huius consultationis: quia cum arti strazariæ & hominibus illius professionis fuerit concessum in priuilegium posse conducere pannos & vestes nouas, vt apparet in confirmatione facta per superiorem de ipsis statutis, & specialiter fuerit eis indultum: sequitur necessario quòd per statutum artis lanæ & eius confirmationem non fuit derogatum illi priuilegio ita specialiter indulto: quia per generalia verba princeps non tollit iura specialia; ergo sequitur quòd multofortius inferior à principe p generalia verba non videtur tollere iura specialia. Nam vt dicebat dominica veritas, si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? & pro certo illa glo. cum dictis doctorum a me superius adductis apponunt finem huic conflictui disputandi. & cum fuissem interrogatus de huiusmodi dubitatione à famosissimo & excellentissimo doc. do. Vincentio cōpatre meo charissimo sine reuolutione chartarum, & ex improuiso dixi & respondi quòd gloss. in dicta l. decurionibus, cum suo text. decidebat hoc: & nunc consulendo affirmo illud quod ex tempore dixeram iuxta illud. Improuisus ait coram quem quæritis ad sum Troyus Eneas. ¶ Et si quispiam opponat quod imo in statuto artis lanæ fit mētio expresse de statuto artis strazariæ. Nam dicitur in eo nisi ad minus fuerint amezate hoc vocabulo

vocabulo propriè secundum communem vsum loquendi vul
gariter intellecto:& hoc ne præiudicium fiat communi Bono.
& arti retagli pannorum,& arti lanæ aut artibus sartorum cu-
natorum: pro certo ista verba non sonant ad hoc vt uelint de-
rogare statuto artis strazariæ,imo disponit quod ideo ita dispo
nunt ne fiat præiudicium arti lanæ, arti retagli, arti sartorum,
& sic sole est clarius, quod nulla sit expressa nec specialis men
tio de statuto strazariæ in dicto statuto artis lanæ, ergo non est
sublatum statutum strazariæ, nec etiam est illi derogatum per
statutum artis lanæ. ¶Et si quispiam dixerit, aduertas, extant
enim confirmationes plurimæ factæ de isto statuto artis lanæ,
quia per gubernatorem & Romanum pontificem & per præ-
sidētem loco illius magnanimi capitanei Nicolai Picinini cu-
ius memoria in sempiternum erit duratura propter illustrissi
mas memorandasque victorias suas.Nam in cōfirmatione do-
mini gubernatoris dicit ex certa scientia specialiter & expresse
comprobamus, & confirmamus omnia & singula statuta: &
connumerat illud statutum expresse. & in confirmatione do-
mini Eugenij dicitur etiam,ex certa scientia approbamus,cō-
17 firmamus & validamus. modo clarum est ꝙ † per confirma-
tionem eiusdem statutum dicitur esse statutum Papæ,vt habe
tur in l.j.§.sed neque. in versic. omnia nostra facimus.quia ex
nobis impertitur authoritas.C.de vet.iu.enu.& glo. in cap. 1.
de trans.& Bal.in l.omnes populi.de iusti.& iur.ideo pulchre
dicebat Bald.in l.ex placito.C.de rer.permu.ꝙ si Papa confir-
mat statuta Spoleto.ex certa sua scientia, dicuntur esse statuta
Papalia,& illorum transgressor punietur vt transgressor statu-
torum Papalium.& in l.ex facto.ff.de vulg.& pupi.dicebat,ꝙ
si Papa in confirmatione quam ex certa scientia facit, apponat
clausulam decreti,ꝙ conditores illorum statu. non possunt il-
la interpretari,ita sunt effecta de iure superioris confirmantis,
& dicebat multum eleganter Ant. se in facto respondisse cum
collegia huius regiæ vrbis Bonon. remisissent quandam pœnā
cuidam propter sua demerita incidenti, & non remisissent in
forma solemni,vt fieri debebat, domini Antiani illam remis-
sionem confirmarunt: sed quia confirmatio non emanauit ex
certa scientia,non præstitit validitatem illi remissioni, & ideo
non recepit robur.ita dixit in cap. 2.de pact.Sed in casu nostro
ista confirmatio emanauit a dictis superioribus cum clausula
conualidatiua ex certa scientia, quo casu operatur clausula ex
certa scientia,illud quod operatur plenitudo potestatis.singu-
lare dictum fuit Inno.in c.innotuit.de ele.cum quo transeunt
ibi scri.omnes.& refert,& sequitur illud dictum Bald.in l.eos.
in princip.C.de appel.modò Papa habet absolutam, & liberā
potestatem nullis regulis subiectam,& pulchre commemorat
Bald.in l.2.de ser.& in l.princeps.ff.de leg.omnia enim potest
vt in c.cuncta per mundum.9.q.3.Bald.in l.1. ff.de constitu.
princip. posito enim quod debuisset fieri specifica & expressa
mentio statuti strazariæ in statuto artis lanæ & in confirmatio
ne prædicta; tamen quia certa scientia operatur idem ꝙ opera
tur plenitudo potestatis sequitur quòd potuit Papa derogare
statuto strazariæ, & per consequens videtur derogasse. Quia
ista sunt verba ad Ephesios. Nec obstant nec pungunt & vt ve
18 ra indubitata conclusio de hac cōfirmatione habeatur. ¶†Prę
d mitto,quòd confirmatio est duplex.[d] quędam est quę fit in for
ma communi:quædam est quæ fit in forma specificata.ita no.
in cap. 1.& 2.de confir.vtili.Nam glo. in d.c.1.dicit ꝙ confir-
* matio quæ fit in forma* communi, non operatur validitatem
actus nec præiudicium infert alteri,nec multum operatur:sed
parum;quia solet plus timeri illud quòd confirmatur. alle.ca.
quia diuersitatem.de conces. præben. vbi est glo. elegans quæ
connumerat quid operatur confirmatio facta in forma com-
muni.Quædam est confirmatio quæ non fit in forma commu
ni.& de hac loquitur glo.in d.c.2. de confir. vti. quę dicit ꝙ
confirmatio fiat causa cognita,& ex certa scientia:tunc impe-
ditur petitio alterius.& alij pręiudicat talis confirmatio,& sic
ad hoc quod confirmatio dicatur facta in forma specifica re-
quiruntur duo formalia videlicet cognitio, & certa scientia.
Vnde dicebat domin.Anton.in dicto capit. 2. de pact. quòd si
confirmatio fiat simpliciter, & non cum causæ cognitione ex
certa scientia non supplendo defectum vitij, quod non valet
talis confirmatio.& ad hoc alleg.gl.in d.c.1.& 2. & ideo mul-
tum egregiè dicebat Bald.in d.l.ex placito. quòd si confirma-
tio producit rem in esse quia dat originem esse, tunc qui con-
firmat dat, & ideo Imperator legitimando dat statim. l.qui in
prouincia. §.diuus. ff.de ritu. nupt. Interdum qui confirmat
non producit rem ab origine sui esse sed consecutiuè venit il-
lius gratia: & tunc non omnino dat sed cooperatur, quia non
est causa tota lis sed concurrens,& hoc inducit ad q. Papa con
firmat statuta Spoleto. illa statuta dicuntur Papalia ita quod
transgressor punitur vt transgressor statutorum Papalium. Si
autem Papa confirmat tanquam causa vniuersalis;non sunt Pa
palia.l.omnes populi.de iusti. & iur. Aut confirmat tanquam
causa specifica, quia confirmat statutum quod pater possit re
linquere spurijs,quod tale statutum intelligitur Papale,fauore
e tamen populi: ideo populus posset pœnitere[e] & redire ad ius
commune? ideo dicit quod si per statutum populi confirman
tur statuta mercatorum non sunt statuta populi.l.2. C.de con
stitu.pecu.quia debet videri quo animo princeps confirmat.l.
omnium.C.de testa.quia confirmatio permissiuè facta & non
formaliter non denominat confirmatum a confirmante: sed a
specifico efficiente in quo est authoritas data. ¶ Et faciat quod
voluit idem Bald.in l.adop.ff.de adop.& in l.ius ciue. ff.de iu
stit. & iur. & in l. & quia. ff.de iurisdi. omni. iudi. & in l. ex
verbis.C.de donatio.inter virum. Et faciat quod voluit dom.
Anton.in cap. 1. & 2. de confir. vti. vbi dicit quòd requiritur
causæ cognitio & certa scientia. idem voluit in capitulo j.de
confirma.eodem titu.Et faciat quod voluit Abb. antiquus in
cap.pen.de confirma. vti. vbi dicit quòd quoties Papa confir-
* mat* ex certa scientia facit apponi edictum in valuis palatij.
requiruntur ergo duo & vt confirmatio dicatur facta non in
forma communi, sed in forma specifica: cognitio, & ex cer-
ta scientia. Et ideo dixi Bald. in dicta l.ex verbis. quòd requi-
ritur causæ cognitio ad hoc vt confirmatio pręstet aliquod ro
bur: & isto modo intelligatur glo. in cap. ea quę. de reg.iur.
quę dicit quòd vbicunque Papa aliquid confirmat ex scien-
tia; quòd inferior non potest declarare aliquid super illo actu
confirmato. Ideo dicebat Bald. in l. rescript. C. de precibus
impera. offe.quòd illud quod Papa confirmat, nemo infirmat,
adeò quòd dicunt scrib.quòd cōfirmatio Papę operatur quòd
illud quòd est temporale efficitur perpetuum. & ita dixit Io.
And.in dicto cap.cum inter.de elect.& domin. Abba in cap.
ad audientiam,de confirma.uti.Archid.in capit. pręsenti. de
offic.ordina. libro 11. Lappus in suis allega. allegatione 9. &
habetur in capit. cum in distribuendis. de tempo. ordi. & in
cap.per tuas.de maio.& obe.& per Bald.in cap. illud. eodem
titu.per d.Petr.de Ancharan.in cle.quia regulares. de supple.
neg.pręla. & sic stat conclusio vera quòd requiritur causę co-
gnitio & certa scientia in tali confirmatione.¶Pręmitto etiam
quòd tunc Papa dicitur facere aliquid ex certa sua scientia, si
in literis fiat mentio de processu, & de appellatione interposi-
ta.& idem dicit Ioan. & Vinc. si contradicente aduersario fa-
cta est commissio. ista est glos. multum singu. in capit. pasto-
ralis.§.pręterea, de offic.delega.in glos.ex certa scientia. & ibi
dicit domin. Abb. post Hostien. & alios quod tunc ex certa
19 scientia emanat rescriptum, quando † Papa fuit certificatus
de omnibus quę potuissent eum mouere ad concessionem
denegandam: ita dicit coniungendo omnia dicta doctorum:
& pulchrè dixit Ioan.And.in dicto §.pręterea.quòd tunc dici-
tur facere ex certa scientia Papę quando parte contradicente
ita scripsit ex certa scientia, & ego vidi tempore obseruandę
memorię. d. Nicolai Papę quinti, emauauerat quędam bul-
la cum clausula ex certa scientia, & non fuerat rescriptum ob-
tentum parte contradicente, sed fuit obtentum parte absen-
te, consului quòd non videbatur operari naturale effectum
suum illa clausula, ex certa scientia, cum non emanauerit
parte contradicente: & ita fuit obtentum in contingentia
facti in ciuitate Ferrarię. ¶ Modò istis pręsuppositis dico
quod ista confirmatio facta ex certa scientia de dicto statu-
to artis lanę, nullo modo tollit statutum artis strazarię, nec
20 illud derogat: & arguo hoc modo: † Non in plus se ex-
tendit confirmatio,quam se extendat confirmabile:quia con-
firmatio fit super confirmabili, & sic non est maioris com-
prehensionis confirmatio, quam sit illud, quod confirma-
tur: quia actus actiuorum sunt in patiente, & bene dispo-
sito, vt voluit Philosophus in secundo de anima. sed illud
statutum artis lanæ, nec tollit, nec derogat illi statutum
artis strazariæ, quia vt superius demonstraui ad oculum in

quolibet actu dispositio requiruntur duo; potestas & voluntas. modo in illo statuto artis lanæ deficiebat potestas ipsorum statuentium, & etiã deficiebat voluntas; quia de illo nõ fecerunt mentionem, vt iam dixi. vnde posito, non tamen concesso, ꝙ per hanc cõfirmationem ita triplicatam suppleretur defectus potestatis ipsius artis lanæ seu profitentium artem hanc, nihilominus suppletur defectus voluntatis. debuit enim interuenire voluntas ipsorum de arte lanæ, & voluntas confirmantis, vt probatur in d.l.ex verbis. & ibi per Bald. C.de donat. inter virum. quia actus agentium non operatur vltra intentiones eorum. l.non omnis. ff.si cert.pet. cum si confirmatio operatur illud ꝙ claudit confirmabile, sed ipsum confirmabile nihil disponit de statuto artis lanæ in tollendo illud, nec in derogãdo illi, & maximè, quia homines artis lanæ sciebant vel verisimiliter scire debebãt illud in quo se exercebant homines artis strazariæ, quia fama erat notissima Lesbo, vt Vergilij vtar verbis, ꝙ strazaroli, & illi arti obedientes conducebant pannos & vestes nouas ad ciuitatem Bononiæ, & vigore eorum statuti causa confirmati per Legatum Bono. arg. eius quod habetur in ca. cum in tua qui ma. accu. pos. & c.quod dixit 16.dist. & c.proposuisti. 82.dist. & c.j. de postu.præla. & c.apostolicæ. de cler. excom.mi. & c.cognoscentes. de consti. & gl. in l.si tutor. C.de per.tu. vnde rectè dixit iurisconsultus quod ea quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta. l.itẽ apud Labeonem. §.hoc edictum. ff.de iniurijs. cum ergo sciuerunt homines artis lanæ dictos strazarolos exercere se circa dictos pannos, & vestes nouas conducendo vigore eorum statuti: & in dicto suo statuto disponant in genere, & non in specie, sequitur quòd ipsi noluerunt facere hanc iniuriam illi honorabili arti strazariæ, quia in eam versantur homines graues, diuites & honorabiles, qui nullo modo passi fuissent violari sua antiqua statuta. & suos mores antiquos: vnde dixit pulcher. text. in l.obseruare. §.si qua. in versic. magni enim faciunt prouinciales suam consuetudinem obseruari. de offic. proconsul. Ideo est verisimiliter præsumendum, quod ideo non fecerunt mentionem de illo statuto strazarię, & ideo noluerunt derogare, quia oportuisset deuenire ad contentiones & lites cum arte strazariæ, eo maximè; quia statutum strazariæ erat antiquius, & antiquiorem confirmationem habuerat, vnde turpius eijcitur quàm non admittitur hospes. c.at quemadmodum. de iureiuran. & ita facile non reuocatur ius iam quæsitum sicut reuocatur ius quærendum. vt l.qui autem. ff.quæ in fraud. cred. l.si sponsus. §.maritus. ff.de dona. inter virum. Inno. in cap. admonet. de renun. & Fede. de Sen. consi.9. & sic ista fuit causa potissima, quare homines artis lanæ non fecerunt mentionem de statuto artis strazarię. modò confirmatio nõ porrigit fimbrias extra metam & terminos confirmati. frustra ergo contra statutum strazariæ adducitur confirmatio dicti statuti, licet a Papa

21 vel eius gubernatore vel ab alio dominante facta fuerit, † & ideo illud ꝙ non dixit statutum artis lanæ, non dicemus nos. vt l.si seruum. versi. non dixit prætor. ff.de acqui.hære. ideo dici solet quòd casus omissus a canone habetur pro omisso. c.dilectus. de temp.ord. & idem si sit omissus a lege, consuetudine vel statuto etiam iurato. l.an in totum. C.de ędi.priua. c.in nostra. de iniur. idem si committatur a paciscente. l.fi. C.de pact. conuen. idem si ab appellante. clem. appellanti. de appel. idem si ab impetrante. c.cum in illis. de præben. lib.6. idem a dante a iudice. vt l.si de proprietate. C.si a non compe. iudi. idem a dante procuratorem. l.maritus. C.de procur. cum ergo sit iste casus omissus a statuto artis lanæ: & etiam sit casus omissus a confirmante: ergo sequitur ꝙ habetur pro omisso: & per consequens stamus in dispositione statuti artis strazariæ. arg. l.si extraneus. ff.de condi. ob cau. & l.commodissimè. ff.de libe. & posthum. cum simi. quia quod non mutatur non est ratio quare stare non prohibeatur. l.sancimus. C.de testa. l.præcipimus. C.de appel. cum simi. ergo &c. ¶ Et ex hoc tollitur illud quod superius opponebatur. dicebatur enim ꝙ confirmatio operatur idem quod operatur plenitudo potestatis: & reddit actum validum, & confirmatio ab eo denominatur, quia pro certo non obstant casui nostro, ex eo quia nec verba nec mens confirmantis fuit velle tollere illud quod confirmandum non exprimebat, ideo limitata causa limitatum parit effectum. l.age cũ Geminiano. C.de transf. & l.in agris. ff.de acqui. re.domi. cum simi. & sic licet maxima sit virtus confirmationis, non tamen

22 ob. casui. nostro. ¶ † Præterea confirmatio (vt dixi) fit in forma communi: & de ista non est curandum, quia non operatur validitatem, vt confirmatio in forma specifica: sed ista non est confirmatio in forma specifica: ergo &c. istud assumptum probo formaliter. Illa dicitur esse confirmatio in forma specifica quæ fit cum causæ cognitione & ex certa scientia, & sic opus est quòd concurrant ista duo insimul: quia vbicunque ad compositionem indiuidui concurrunt plura substantialia si vnum desit & alia interueniunt, non videtur satisfactum iuri: & perinde habetur ac si nullum interuenisset. Ideo dicimus quòd ille qui est reus in vno videtur factus reus in omnibus. de pœni. dist. 5. c.consideret. l.si vnus. C.de test. ideo dicebat Bald. in l.j. C.de his quæ pœ.no. quod si testator grauauit sub pœna hęredem vt soluat decem, & soluit nouem quod incidit in pœnam perinde ac si nihil soluisset. faciat tex. in cap. quæ ipsis sacerdotibus. 38. dist. & facit illa vulgata regula, nihil dicitur esse actum vbi aliquid restat agendum. l.fi. C.de silen. sed duo requiruntur ad confirmationem interpositam in causa specifica, videlicet causæ cognitio, & certa scientia: vt supra sed hic non interuenit causæ cognitio: probatur, quia non exprimitur in dicta confirmatione: debuit enim concipi hoc modo causa cognita, & ex certa scientia; sed ita est quod in dicta confirmatione non exprimitur illud verbum causa cognita: ergo non inter-

23 uenit: † quia negatiua coarctata ad certam scripturam est probabilis: vt probatur in l.1. C.de exac.trib. lib.10. ideo dicebat Bald. in l.fi. C.de iureiur. quòd aliqua negatiua probari potest per inspectionem oculorum, vt ista negatiua, tu non es in testamento descriptus, tu non es in matricula matriculatus, tu non es descriptus inter soluentes. l.cum de lege. ff.de prob. l.bene. ff.de inio. test. gl. in l.3. C.de errore aduo. glo. & Bart. in l.Pantonius. §.rei perduellionis. ff.de acq. hæredi. & habetur in c.cum gestis. de clemen. non residen. c.fi. de ca. c.inter dilectos. de excep. præla. Bart. in l.in illa. & in l. hoc iure. ff.de verb.ob. & in l.hi qui ad ciuilia. C.de appella. & in consi. 81. incipiẽ. Martinus Forniconis. & in l.is post. ff.de acq.hære. & per consequẽs stat veritas quòd probata est illa negatiua, quod non interue-

24 nit in hac confirmatione causæ cognitio. ¶ † Quinimò plus dicunt scribentes posito, non tamen concesso, quod exprimeretur in confirmatione causæ cognitio veritas est quod in nimis breui tempore fuit facta illa causæ cognitio, quod habetur perinde ac si causæ cognitio non interuenerit, & redditur ex hoc sententia nulla ipso iure vel aliter actus nullus ipso iure: quia non præsumitur quod in veritate interuenit causæ cognitio. ita probatur in c. ponderet quisque sermones suos. l.di. & ibi gl. pulchra dicit, tempore egemus vt aliquid maturius agamus. & ibi do. Do. de San.Gem. arguit contra iudices quibus de mane mittitur processus & in vesperis ferunt sententias vt sint ipse iure nullæ: quia non præsumitur quod de causa cognouerint. hoc idem voluit Bartol. in l.prolatam. C.de sentẽ. qui dicit esse casum in cap. tum ex literis. de in integ. resti. vbi tex. formaliter hoc probat: quia ibi dicit quòd quidam Eugenius Papa tulit sententiam in tam breui tempore quod præsumitur nulla faciat. l.ius alimentorum. §.sed si post. in verbo, suscipere debet cognitionem. & quod ibi Bal. & ego in lect. mea ad capit. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. ¶ Adduco duo pul-

f chra consilia domini Pet. de Ancharan. qui in vno f consuluit quod sententia lata in tam paruo tempore quòd non est verisimile quod de causa cognouerit, præsumitur non cognouisse;

g & ideo sententia est ipso iure nulla: & in alio g consilio consuluit quòd authoritas quę interponitur à vicario potestatis in contractibus minorum in quibus requiritur talis authoritas, quia consueuit fieri quòd accedũt partes cum agnato coram vicario qui interponit suam authoritatem illi cõtractui, quod est nullus talis contractus gestus tam paruo momento: quia præsumitur interposita sine causæ cognitione. allega. l.magis puto. §. nec possim. ff.de re.cod. & dicto capitul. tum ex literis, ita adduco in capitu. ecclesia sanctæ Mariæ. quantò fortius in casu nostro interuenit causæ cognitio, cum non exprimatur in dicta confirmatione: ergo non videtur confirmatio interposita in forma specifica. & pro certo imperitè egerunt circa illam confirmationem interponendam aduocati artis lanæ. ¶ Præterea est aduertendum quod posito (non tamen concesso) quod in dicta confirmatione diceretur causa cognita, tamen adhuc ars strazarię esset in casu ut dopo ex eo

25 ex eo † quia causę uel actus cognitio haberi non potest nisi vocati sint illi quorum interest: quia merita causarũ partium assertione panduntur. l. fin. C. per vim vel alio modo. & capit. tum ex literis, de integ. resti. vbicumque enim in aliquo actu requiritur causæ cognitio, requiritur partium citatio.* hoc decidit tex. in l. fi. in versi. cognitionaliter. C. de legi. quem tex. ibi Raph. post Bal. & alios reputat sing. ꝙ Imperator in sententia ferenda debet citare partes, ex eo quia tex. ibi dicit cognitionaliter faciat. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. & l. nam ita diuus. de adop. cum sim. cum ergo in casu confirmationis interponendę in forma specifica requiratur causę cognitio, vt superius demõstraui: sequitur quod debuerunt citari Massarius & societas artis strazarię quando fuerunt statuta artis lanę confirmata: sed citati non fuerunt: quia in dicta confirmatione non exprimit ꝙ citati fuerint: ergo sequitur ꝙ non interuenit causę cognitio & per consequens deficit substantiale requisitum in cõfirmatione fiẽda in forma specifica: ergo talis cõfirmatio nec reuocat nec annullat statutũ strazarię: nec eidẽ derogat. & si rectè memini sunt iam 12. anni quibus hic Bononiæ fuerat lis, & quæstio inter artem merzariæ & quandam aliam artem, & erant magni aduocati ex vtraque parte quales decet in hac regia vrbe Bono. & requisitus fui ad consulendum pro arte merzariæ: & erat dubitatio circa confirmationem cuiusdam statuti: quia dicebatur quod reuocabat statutum artis merzariæ & erat satis dubitatissima quęstio, ego consului * quod reuera illa confirmatio non erat in forma specifica, quia non fuerũt interposita illa verba causa cognita cum in effectu. & viso consilio fuit iudicatum pro iure & fauore merzariæ, & adeo sibi ad gratum reputarunt quod semper illa societas in natiuitate dominica esculentis me affecerunt. Ita videtur dicendum ꝙ in proposito nostro vt ista confirmatio tanquam defectuosa; non operetur effectum confirmationis in forma specifica. ¶ Propterea est aduertendum quod tunc dicitur aliquid fieri ex certa scientia, quando parte contradicente interponitur: vt dixit glo. in d. c. pastoralis. §. præterea. & Abb. antiquus dixit ꝙ Papa apponit edictum in valuis palatij quando interponit confirmationem in forma specifica, sed in hac confirmatione non fuit requisita societas strazariæ: & sic non interuenit contradictio societatis prædictæ, nec videtur appositum edictum in valuis palatij: ergo videtur aperto iure dicendum, ꝙ non sortitur effe-
26 ctum confirmationis factę in forma specifica. ¶ † Pręterea facit. quia clarum est ꝙ rescripta, confirmationes, & similia recipiunt effectum ex mente rescribentis vel confirmantis, vt pulchrè dixit Inno. in c. cum ecclesiasticę. de exce. refert Bald. in l. pręscriptione. C. si contra ius vel vti. publi. & probatur in ca. cum dilecta. & in c. cum adeo. de rescrip. & est text. in l. fin. in versi. mentem nostram fefellit. C. de his qui a non domino manu. ut uoluit gl. in c. super eo. de offi. deleg. & Bald. in l. j. ff. de consti. prin. ubi allegat Inno. in d. c. cum ecclesiasticę. ex quo sequitur ꝙ dicta confirmatio recipit esse & effectum a mente ipsorum confirmantium: sed certum est ꝙ mẽs principis cõfirmantis non fuit uelle pręiudicare iuri artis strazarię eidem acquisito ex statuto confirmato per Legatum de latere: quia non est moris principis velle præiudicare iuri alterius: ita pulchrè dicit tex. in l. cum auus. C. de emanc. lib. & in l. 2. §. meritò. & l. si quis a principe. ff. ne quid in loco pub. c. quamuis de resc. lib. 6. ¶ Et ideo pulchrè dixit dom. An. in c. ut debitus, de app. se pronuntiasse Perusij, ꝙ cum ex forma statuti non posset appellari a certo actu, ꝙ debebat intelligi quò ad ipsos litigantes non autem quò ad tertium comparentem pro suo interesse: & dicit esse casum in d. c. super eo singu. & solitarium in iure.
27 ¶ † Et ideo multum egregiè ad propositum accommodatissimè dicebat Bald. in l. j. ff. de consti. prin. in prin. ꝙ nullã iniuriam facimus principi si eum reputamus bonum & ęquum, h imò maiestas eius. per ista duo nomina conseruatur in esse, ut l. ex facto. ff. de uulga. & pupi. unde omnia mandata & rescripta principium debent intelligi cum iustitia: & si quid dat uel confirmat semper intelligitur saluo iure alterius. alle. l. meminerint. & c. authoritate, C. unde ui. ecce nunc qualiter Bald. in terminis decidit hanc quęstionem, quia si quando princeps confirmat uel dat, intelligitur saluo iure alterius: ergo posito ꝙ Papa confirmauerit statutum artis lanę, nihilominus intelligitur saluo iure alterius societatis, & sic saluo iure artis strazarię. & indubitanter per hanc doctrinam societas strazarię est in casu uictorię, quod est not. dignum cum ergo in proposito nostro sit facta mentio in dicta confirmatione, & in statuto artis lanę non est facta mentio expressa, & specialis de statuto artis strazariæ, & de eius confirmatione, nec de eius obseruãtia, sequitur ꝙ Papa non fecit illam confirmationem in præiudicium dictæ societatis strazariæ. ¶ Et ideo dicitur quod princeps per verba generalia non videtur tollere iura specialia, vt etiam dicit idem Bald. in d. l. 1. ꝙ principi non præsumitur aliquid placere nisi iustum & verum. ideo clausula, de veritate semper in responsionibus principium inesse videtur. l. fi. C. si contra ius vel vti. publi. & per consequens non derogauit Papa nec alij confirmantes statuto artis strazariæ. Præterea est aduertendum ꝙ ars strazariæ ex antiquiori tempore fecerunt illud statutum ꝙ possint conducere pannos & vestes nouas, & mezatos in ciuitate Bonon. ita vt continetur in ea & etiam ex antiquiori tempore fuit confirmatum ꝙ fuerit introductum & editum statutum artis lanę vel confirmatum: quo casu videtur ꝙ si illi de artæ lanæ volunt comprehendere in suo statuto derogationem statuti strazariæ, videntur dolose petijsse confirmationem sui statuti non specificando specialiter & expresse statutum strazarię: quia cum habeant ius primò fundatum, & inesse & in obseruantia deductum vt possint ducere pãnos & vestes nouas & similia: non potuit nec debuit fieri postea statutum artis lanę in derogationem illius: quia est occupare ius alterius: & ideo petere illam vsurpationem iuris strazariæ confirmari, est incidere in theoricam singularem & peregrinam.
28 † gl. l. 2. de fund. & sal. rei do. lib. 11. quæ voluit ꝙ impetratio castrorum comitis Hugoni quę postea petita sunt confirmari ab Imperatore quod talis confirmatio non tenuit. & ita pulchrè voluit Bal. in d. l. j. ff. de consti. prin. ¶ Et ideo dixit idem Bal. in l. 2. C. de legi. quem ibi refert Raph. ꝙ Florentini occupauerunt sibi multa castra quæ postea fecerunt sibi confirmari per Imperatorem, & ꝙ talis confirmatio non pręstat eis ius. idem voluit Bal. in c. j. in ti. per quos fiat inuestit. & in tractatu schismatis. in c. cum in literis, de resti. spo. & in c. nihil, de pręscri. idem voluit Ang. in l. Paulus. §. qui pig. ff. quibus modis pig. vel hypo. sol. pro quo est etiam tex. in l. authoritate. C. vnde vi. & hoc voluit ibi Bart. qui etiam idem voluit in l. 3. C. ne rei do. vel templorum. & idem voluit Saly. in l. vniuersis. C. de preci. imper. offeren. ¶ Et licet idem Sal. in d. l. authoritate; refert in contingentia facti se consuluisse contrarium pro certo non ob. loquitur enim ibi Sal. in terminis, quidam nobilis occupauit per inuasionem & violentiam quoddam castrum, cuius iurisdictio spectat ad Papam, ex postfacto Papa fecit illum vicarium suum concedens ei omnimodam iurisdictionem illius castri per viginti annos, nulla facta mentione de violentia. fuit dubitatum si illa concessio valuerit de iure: decidit ꝙ sic. & dicit ꝙ illa gl. procedit quando confirmans aut concedens ignorauit illam occupationem, secus si sciebat, ut in casu illo in quo consuluit, cum duntaxat de præiudicio suo tractaretur ualere debet: quia illam iniuriam remittere uidetur. arg. l. j. C. de reuo. do. sed ideo istud consilium Saly. non ob. casui nostro, quia loquitur quando agitur de pręiudicio concedentis, sed nos loquimur in confirmatione in casu in quo agitur de pręiudicio tertij: ideo non pręiudicat tertio. ideo Saly. dicit quod quando concedens ignorat occupationem non uidetur pręiudicare sibi. ¶ Cum ergo Papa & alij superiores confirmantes ignorauerint statutum & confirmationem & obseruantiam artis strazarię, sequitur ꝙ illi statuto confirmato & obseruato nõ derogauit quin possint strazaroli & eorum arti obedientes cõducere pannos & uestes nouas, & amezatos, ita ut in eorum statuto continetur, non obstante statuto artis lanę pluries confirmato. maximè, quia in dictis confirmationibus licet apponatur clausula, non obstantibus statutis in contrarium disponentibus, tamen debuit fieri reuocatio contrarij statuti specialiter & expresse, ut superius demonstraui. quod tamen non est factum: ideo illa confirmatio uidetur esse subreptitia. ideo tex. ualde sing. in c. postulasti. de rescrip. in uersi. cum de leui non
29 scribimus. dicit ꝙ † impetratio dicitur subreptitia non solum quando tacetur illud quod est causa finalis concessionis, sed etiam est causa impulsiua, quia superior concessisset, sed non ita de facili. ideo Papa & alij confirmantes non confirmassent si fuisset ei dictum quòd ars strazarię habebat statutum confirmatum in contrarium, & maximè si erat in obseruantia,

nec ſic de facili confirmaſſet in prꝑiudicium ſocietatis ſtrazariꝑ. Elicitur ergo concluſio vera & indubitata quod ſtatutum ſtrazariꝑ non eſt ſublatum nec ei derogatum eſt per dictum ſtatutum artis lanꝑ, & eius confirmationes, & ita concludo. Supremo Deo ſit gloria & imperium in ſecula ſempiterna. And. Barbatia ſiculus.

ADDITIONES.

* Scripſit.]In materia præcedentis conſilij:& non eſt Alex.ſed Andreꝑ Siculi. Natta.

a ¶Duo Bald.conſi.326.conſi.456.lib.j.Alex.ſupra eod. libro conſi.52. nu.30.Albe.Bru.conſ 12.Sed ꝙ tria,Bal.l.cum teſtamentum.C.de iuris & fac.igno.vbi addit ſcientiam,quam Deci. confundit in ca.cum ſuper.in 4.notab.de offi.deleg.

b ¶Præſumat.Dec.rep.cap.2.de iudicijs. Fel.c.iudæi.in fin.de teſtibus glo.in c.j.verſi.temerarius. & ibi Phil. Franc. de ſententijs communi.in 6.Alcia.tract.de præſump.par.2.*Vbi lex vtitur verbo,Præſumpſerit non habet locum in eo, qui contrauenerit, non per contemptum,ſed per ignorantiam,vel temeritatem ; vt per Felinum latè in rub.de Præſump.vbi ad hoc probandum allegat bona iura, & auctoritates opportunas.Idem tradit de verbo,Audeat, Dec.conſi.37.colum.5.& vide eundem conſilio 277.in fin. vbi etiam de verbo præſumat. Natta.

* Facit quod vol.]Vide Feli.ad hanc glo.in cap.j. col.9. de reſcrip. & hanc glo.ſequitur Iaſ conſi.162.in fi.lib.4.& vide Dec.conſi.301. colum.j.vbi in fine conſilij limitat quando oſtenderetur aliter de mente concedentis,vt quia vteretur verbis vniuerſalibus, & prægnantibus.& hanc gl etiam adducit Alex.infra conſi.vlt. col.fi.hoc eodem libro & conſi.101.col.j.lib.j.Et pro dicto gl.dicit Bal.in c.j.col.pen.de reſcriptis,quòd vbi onera generaliter imponuntur, non tollitur immunitas conceſſa;Cum alijs adductis per Dec.conſil.374. colum.3. Natta.

c ¶Fauorem.Roma.conſi.436.quod indultum Petri.conſi.498. In caſu quo.Iaſo.conſi.146.lib.4.

d ¶Duplex.dixi in conſu.Pariſi.§.5.nu.69.

* Quæ fit in forma.]Vide Dec.declarantem conſi.516. col.3. Natta.

e ¶Pœnitere.ſed vide Alb.j.ſtatu.quæſtio.16.

* Papa confirmat.]Vide de hac confirmatione in forma communi Alexand.conſi.j.col.9.lib.5.Abbatem conſi.101.col.fi.lib.j. Decium conſilio 142.col.fi.& conſi.7.col.fi. Natta.

f ¶Vno.conſi.138.Viſis conſilijs.

g ¶Alio.conſi.83.Viſis diligenter.adde ſupra lib.2. conſi.118.

* Partium citatio.] Imperator, parte citata, ſententiam ferre debet. Idem vbi aliquid declarat,Alex.conſi.11.lib.7. Et quòd confirmatio non operetur niſi parte vocata, tradit Rota deciſi.230. Papa confirmando.in nouis.quam adducit Soc.conſil.164. Viſa bulla. col.4.Dec, conſi.407.Viſis & diligenter diſcuſſis in fine. De ea etiam meminit Alex.conſi.215.prope fi.lib.7.idem Dec.conſi.410.col.4. Nat.

* Ego conſului.]Iſtud conſi.Andreæ Sicu.habes lib.3.conſi.58.Incipit, A Ioue principium.& ibi col.antepenul.ponit confirmationem factã in forma communi,nihil operari. Natta.

h ¶Equum.Bal.conſi.16.li.2.conſi.277.li.3.Iaſ.d.l.j.& l.ex facto Aegi. Belleme.deciſi.724.

SVMMARIVM.

1 *Ruſtici etiam cogi poſſunt ad ea præſtanda, quæ per decem annos ſoluerunt.*
3 *Titulum allegare in conſuetudine non eſt neceſſe.*
5 *Rectores perpetui poſſunt proclamata & ſtatuta conducere.*
6 *Inferior poteſt ex cauſa auferre ius priuati.*
7 *Filiorum appellatione in feudis veniunt nepotes in infinitum.*
8 *Inuentario facto, non nocet filio hæredi patris in feudo paterno.*
10 *Pretium ſuccedit loco rei.*
11 *Dos eſt quid vniuerſale.*

CONSILIVM CXXIIII.

Super primo quæſito in quo quæritur vtrum dicti deſcendentes, & filij præfati quondam magnifici comitis domini Cecchi, & nepotes d.quondam comitis Brandolini poſſint à dictis hominibus caſtri & loci vallis mereri ea quæ ſecundũ antiquas conſuetudines ſoliti ſunt facere & præſtare d.homines alijs quorum locum tenent d.deſcendentes, & quorum ip
1 ſi ſunt ſucceſſores?& prætermiſſis ſuperfluis, † dico ad ea co-
a gi [a] poſſe dictos homines, quia conſtat longo tempore ſaltem 10.annorum fuiſſe ſoluta, vel præſtita ex cauſa ſubiectionis d. dominis inueſtitis,quibus ſucceſſerunt iſti filij.*d.Cecchi, ita probatur in l.cum de in rem verſo.vbi no.Bar.maximè in fi.ff. de vſu.& l.litibus.C.de agrico. & cen. libr.11. no.doc. in l.ſi certis annis.C.de pac.& Cy.in l.ad probatioueم.C.de proba. & Anto.in cap.peruenit.de cenſi.& Gui.de Cu.& Bald. in l.ſolent. §.fi. ff.de offi.proconſul. & dicit ibi Guil. quod in dubio præſumitur ſolutum potius tanquam debitum quàm ex cauſa liberalitatis,vel donationis,vt l.cum de indebito.in prin. ff.de prob.& l.ſi cum aurum.ff.de ſolu.& c.ſuper hoc. de renun.& ita etiam voluit Bald.in l.fi. C.ne de ſta. defun.& facta ſo. tanto tempore ex cauſa obligationis debiti,vt de iure prꝑſumitur, ſufficit ꝙ per actorem ſeu creditorem allegetur ꝙ d. præſtatio facta fuit ex aliqua cauſa ſpecificata,puta ex cauſa promiſſionis ſolemnis id eſt ſtipulationis,vt ſic talis ſpecificata cauſa allegata præſumatur vera, & ex d.præſtatione diuturna : quam-
b uis aliter de veritate ipſius cauſæ non probetur, [b] vt leg.& no. in locis præallegatis.& inquit Bal.in d.l.ſolent. §.fin.ꝙ non eſt neceſſe allegare ex qua cauſa fuerit facta ſtipulatio : quia præſtatio diuturna facit præſumi quòd allegata ſtipulatio facta intelligitur ex cauſa, vel ſufficit allegare conſtitutum id eſt quod d.homines conſtituerunt ſoluere tanquam debitores obligati ad id quod ſoluerunt dicto longo tempore, quo caſu probando ſolutionem factam per longum tempus, præſumitur facta ex cauſa d.conſtituti, ita dixit Archi.18. q.2.ſeruitium. referens ita voluiſſe Odoſ.in cap.cauſa.de cauſa poſ. & proprie :
2 ¶ † Et licèt aliqui dixerint ꝙ in ruſtico [c] ita ſoluente non ſuffi-
c ceret præſtatio longi temporis, ſed requireretur præſtatio longiſſimi: quia non ita præſumitur de facili contra eum ſicut cõtra alios.l.cum deinde. §.ſi autem. ff.de proba.tamen quò ad propoſitum noſtrum verior opi. eſt in contrarium per text. in d.l.litibus.& ꝙ ibi glo.in verſi.coloni. & ita no.Bartol. in d.l. cum de in rem verſi.in 3.vel 4.col.in verſi. item gl.videtur dicere, ita etiam firmat Bald. in d.l.ſi certis annis. quia ratio d. l.cum de in rem verſicul.eſt præſumptio de qua ibi adaptatur naturali ꝑquitati & rationi: ergo non eſt attendenda ruſticitas. l.venia.C.de in ius voc.Et quia eſt ruſticorum conſuetudo. ſeruanda eſt l.domini prædiorum.C.de agri.& cenſi.lib.11.Nec obſt.d.l.cum deinde.quia dico quòd reiterata & multiplicata præſtatio & temporis longitudo tollit illam præſumptionem fragilitatis & ſimplicitatis.l.ſi mulier.la 2. & in aut.ſiue a me. C.ad vellei.tamen tutum eſt probare de præſtatione longi tem-
3 poris ad oppoſitiones vitandas. ¶†Alia ratione principali videtur poſſe concludi, ꝙ poſſunt prædicti inueſtiti conſequi a di-
d ctis eorum ſubditis omnia quæ ſunt de antiqua cõſuetudine, [d] nam cum agatur de exactione faciẽda aduerſus omnes de vniuerſitate, tractandum eſt de conſuetudine, & non de præſcriptione, vel inductione præſumptionis ti. vt no.Cy.poſt Pe.in l. 2.C.quæ ſit long. conſ. in verſi. Quartò circa hoc quꝑritur cũ nos habeamus &c. cum verſi. ſeq. Dum tractat de eo qui vult exigere vel imponere collectas vniuerſitati, fundans ſe ex vſu certæ compreſtationis, hꝑc eſt propriè conſuetudo non prꝑſcri-
* ptio,* vt ibi per eos.ſequuntur doc.in c.fi.de conſu.& maximè An.de Bu.circa differentiam quam ponit circa præſcriptioné, & conſuetudinem, cum concor.ibi allega.per cũm,in qua conſuetudine ibi non expedit probare aut allegare titu. vt ibi not. doc.per l.venditor.§.ſi conſtat.ff.con.prædi.& l.3. §.fi.ff.de teſta.& no.etiam Bal.in l.de quibus.ff.de leg. & ibi etiam Ange. & clare Ioan.And.in c.3.de conſu.lib.6.in nouel.& Bal.etiam in ti.de pac.conſtan.in feudo ſic ab antiquo, vbi dicit conſuetudines antiquas eſſe ſeruandas per illum text. Et ſubdit quod ad eſſe conſuetudinis, non eſt neceſſarius titulus aut eius allegatio.bene faciũt no.per Io.de Imo.in l.ſi publicanus. §.in omnib.de pub. Modo in propoſito quamuis contra aliquos non poſſint exigi collectæ vel huiuſmodi onera aut eis imponi, tamen fallit,niſi aliter ſe haberet antiqua cõſuetudo, vt l.j. & ibi hoc no.Bar.C.de auro coro.lib.10.& patet ex no.per Inn. in c. conquerente.de offi.ord.¶Quò autem ad ea onera, quæ non eſſent de conſuetudine prædicta, verum eſt quod non poſſint coglóſ. d. homines per dictos inueſtitos, & iuriſdictionem habentes, iuxta not.per Bartol.in l.1.C.de excu.mu. l.10.& per
4 Bald. in l.cum multa. C.de bono. quæ libe. † niſi vellent imponere collectas pro neceſſitatibus vniuerſitatis dicti caſtri, vel loci:quia ad illas cogi poſſent, vt no.& ibi Bart. in dicta l. i.§.ꝙ ſi nemo.ff.quod cuiuſq; vniuer.nomine. & Bar.in l.j.C. de ſu-

de superindict.lib. 10.& no.omnes in l.4.§.actor.ff.de re iud.
5 ¶†Quantum autem ad proclamata, de quibus queritur, dico
ꝙ cum prędicti inuestiti sint rectores perpetui possunt in loco
non solum proclamata facere, verum etiam & statuta conde-
re, vt cōcludit Bart.& alij post eum.idem tenent in l.j. in prin.
ff.quod quisque iu.per id quod habetur in auth.de statutis cō
tra li.eccl.in princ.in vsi.feu.& in c.2.de ma.& ob. & in ca.vt
animarum.& ibi no.doc.de consti.in 6.& no. Bart.in l.omnes
populi.in 1.q.princ.ff.de iusti.& iur.& no.doc. in c.canonum
statuta, maximè Pet.de Anch.ibi in 10.char.magna.de consti.
& licet Gul.de Cu.& Bart.in l.j.in fi.princ.ff.de iusti.& iu.vi-
deatur velle d.proclamata non posse fieri per rectorem ciuita-
tis vel loci, sine consilio procerum, seu gubernatorum loci,
quando occasione proclamantis venit aliquid expendendum
de publico, per no.in d.l.1. in princ. ff.quod quisque iur. cum
sim. tamen ipsi loquuntur in rectoribus qui sunt deputati ad
regimem pro certo tempore: vt sunt potestates : nam illi tales
non habent potestatem statuendi sine consilio procerum : vt
no.in d.l.1.in princ.ff.quod quisque iu.per gl.& Bart.sed illud
non habet locum in rectoribus perpetuis, vt sunt comites &
similes : vt in proposito, quia possunt sine consilio procerum
statuere, & similia facere per iura supra allega. Ita distinguit
Bart.& alij in d.l.omnes populi.in 2.q.j. q.princip. & d.l.j.in
prin.& ita procedit quod no.Bart.in l.4.in fi.C.de naui.li.11.
6 †nam etiam inferior, qui per se habeat potestatem statuendi,
potest ex causa auferre ius priuati, vt no.in c.consti. de rel.do.
& saltem per viam statuti vel edicti generalis potest hoc face-
re: puta propter causam publicę vtilitatis. l.Antiochensium.
& ibi no. Bart.& expressius Sal.ff.de priui.cre.& d.l.venditor.
§.si constat.& no.Bart.in l.toties . ff.de pollici.& in proœmio.
ff.no.do.in c.nostra.de iniur.& in c.j.§.quę in eccle.de consti.
& Bal.in l.quicunque.C.de seruis fug.& Ange.in l.bene a Ze-
none.C.de quad.pręs.& in d.§.si cōstat.¶Postremo circa aliud
dubium quo quęritur, vtrum pręfati filij quondam d.Cecchi
possint retinere d.feudum absque eo quod sint hęredes pręfa-
ti d.Cecchi adeò quòd dictum feudum non sit obligatum cre
ditoribus d.domini Cecchi & filiorum, non est feudum nouū
sed paternum; quia concessum auo dictorum filiorum d.Cec-
chi, vt C.de ag.suc.in feu.c.1. §.hoc quoque de succes.feu.c.j.
de na.suc.feu.Item pręsuppono quod ex natura primæ inuesti
turę transibat dictum feudum in dictos nepotes comitis Bran
dolini, dato quod in inuestitura prima diceretur quod comes
7 Brand.recipiebat d.feudum pro se, filijs, & hęredibus ab ipso
legitimè descendentibus : † quia in feudis appellatione filio-
* rum veniunt etiam nepotes, & alij descendentes in infinitum
ex linea masculina,* probat tex.in l.& si clientulus. versi. & si
clientulus.in verbo sine hærede.iuncto. versi. sine filio &c.de
alie.feu.quem tex.ad hoc ponderat ibi Bal.in 8.no. dicēs hoc
alibi clarius non probari.& ita etiam no.Bald. in c.quæ in.ec-
clesiarum. de consti. modo hoc præsupposito dubium facit:
quia in feudo prædicto ita demum succedunt d.nepotes, si
sunt hæredes.comitis Brand.c.1.an agnatus vel filius. & non
possunt separare hæreditatem patris sui ab hæreditate aui, &
sic amplecti hæreditatem aui & abstinere a paterna : quia do-
minus Cecchus in hæreditate d. comitis patris sui se immi-
scuit, & sic effectum fuit vnum patrimonium. l.sed si plures.
§.filios.ff.de vulg.& pup.l.quidam eulogio.& ibi no.C.de iu-
re deli.& do.in l.qui se patrisfam. C.vnde lib. vnde hoc atten
to tutius remedium pro eis est, vt si in hoc velint se exonerare
aliqui ex descendentibus d.domini Cecchi, immisceant se in
hæreditate domini Cecchi cum beneficio inuentarij,& atten-
to ꝙ sint minores 25.an.tale tempus conficiendi inuētarium,
dato ꝙ currat ipsis minoribus a die immixtionis hæreditatis,
tamen possunt petere restitutionem in integrum ad conficien
dum inuentarium, in §.pup.in auth.de hær.& fal.no.in l.auxi
8 lium.ff.de mino.& in l.fi.C.in quibus cau. in integ. resti.non
est neces.iunctis no.in d.l.fi.iuxta prin.C.de iure deli.† & tūc
confecto inuentario nullus contractus gestus a d. Ceccho po-
test præiudicare d.eius filijs in d. feudo paterno id est conces-
so d.comiti Brandolino auo filiorum d.domini Cecchi, vt in
* specie declarat Nicolaus * de Mattharellis in l.qui se patris. C.
vnde liber.& ibi Bal.in versi.item quæritur si vasallus. bene fa
cit.l.eum qui. cum ibi no. per Bart. ff.de interdi.& relegatis.
iuncta.l.fin. §. n computa ione cū ibi no.C.de iu.deli. sine du

bio tamen est ꝙ feudum prædictum non est obligatum credi-
9 toribus Cecchi : † quia feudum non potest obligari per vasal-
lum sine consensu domini.c.imperialem, in prin.de proh.feu.
alien.per Fed.Et ideo in generali obligatione non venit, vt in-
quit ibi Bal.in prin.per l.obligatione generali. ff.de pig.& no.
Spec.in ti.de pig.§.j.versi.pen.bene facit tex. in ca.generali.in
tit.si de feu.fuerit contro.inter do.& agnatos.& in c.j.de cap.
qui curiam ven.& quod no.Bart.in l.codicillis. §.instituto.ff.
de leg.3.& Bald.in l.j.C.quæ res pign.obl. pos. per illum tex.
& in l.voluntas.ad fi.C.de fideicom. Ange.in auth. de resti.&
c ea quæ parit. in prin. Ex quibus concluditur ꝙ creditores[c] agē
do hypothecaria, non possunt consequi aliquid in d. feudo.
Agendo vero actione personali contra d.filios do.Cecchi, vel
vt hęredes d.Cecchi, an possint cōsequi adiudicari sibi de bo-
nis dictorum hæredum vel commoditatem d. feudi iuxta no.
per Spec.in tit.de execu.sen.§.qui sequitur.& versi.quid si hæ
res tantum feudum &c.& in tit.de 2.decre. §.videndum.ver.
quid si re.& per Bart.in l.si finita.§.si de vectigalibus.ff.de dā.
infe.in versi.sed quęro quid si agatur contra feudatarium. &
in l.quemadmodum.in fi.C.de agri. & cen. lib. 11.& per Bal.
* & Sal.in auth.ei qui.C.de iud.in c.quamquam. * de vsu.in 6.
in nouel.per doc.in l.quod procura.ex re.ff.de procu.& quod
no.glo.in l.si nauis.in versi.iure.ff.de rei ven. & similiter pre-
tium rei venditæ non dicitur esse res vendita, quando quæri-
mus, vtrum pretium sit ex re particulari. l.venditor ex hæredi
tate.ff.de hæred.vel actio.vendita.l.quas. §.fin. ff.de fur.& ta-
men ibi quæritur vtrum pretium rei venditę, quę erat de cor-
pore vniuersali hær. dicatur ex re seu corpore : & textus dicit
quòd sic, in d.l.si rem & pretium.dum dicit pretium quod ex
aliena re percipit.in dicta l.item veniunt. in principio. & per
illa iura apparet non obstare si diceretur quòd hoc potest esse
verum in vniuersalibus vna res succedit loco alterius quando
petitur restitutio alterius iuris vniuersalis : sed in casu nostro
non petitur restitutio alicuius iuris vniuersalis, sed res parti-
10 culares petuntur, quia dico quòd imò, † etiam quando peti-
tur res particularis tanquam de corpore vniuersali, tunc pre-
tium succedit loco rei, & econtra, patet in petitione hæredi-
tatis, qua intentata per actorem contra reum possidentem
vnam tantum rem hæreditariam vel eius partem, nam datur
talis petitio etiam ad vnam rem particularem. l.regulariter.&
l.seq.ff.de peti.hæred. dummodo petatur tanquam quid hær.
nec habet necesse tunc actor petere hære. quia eam habet, vt
dicit Bart.& alij in l.j.in princip. ff.de eden. & Bald.& Ange.
in l.edi.C.de eden.& cano.in cap.2.de libel.oblatio.& sic da-
to quod in casu nostro nō cogatur ad vniuersitatem aliquam,
& per consequens dato etiam quòd illa bona immobilia non
dicantur esse hæreditaria propriè, & de hæreditate Seiæ, ta-
men non videtur posse inficiari quòd processerint, & prouene
rint ex hæredi. ac rebus & iuribus hæredi. & hæredi. d. Seiæ
immediatè, quia illa dos seu actio de dote erat hæreditatis
Seiæ, & sic cum quæratur an peruenerit ex iure vniuersali hę
redi. fatendum est quòd sic, quia vt dictum est, hęreditas est
ius vniuersale, in quo iure vniuersali computantur illa quę
ex rebus illius corporis vniuersalis acquisita sunt. Rursus alio
capite comprobantur prędicta, nam illa bona immobilia fue
runt data insolutum pro dote, quę erat hęredi. & in hęredi.
11 dictę Seię. † Sed ita est quòd dos[f] est etiam vniuersale sicut
f hęredi.& peculium.l.quod dicitur. ff.de impensis. not.Bart.
& alij in rubr. ff.solut.matrimo. & in l.item veniunt. §.item
non solum. ff.de petit.hęredita. adeò quòd illud quod est ac-
quisitum ex re data in dotem, censetur esse ipsas dos, vt l.res
quę ex pecunię. ff.de iur. dot.& not. glos.in l.Labeo.& Sabi-
nus. in §.item si dominus. ff.de verborum significationibus.
& no.Bartol.in d.rubri.ff.solu.matrimo. & in consi.incipien.
Punctus quęstionis est, domina P. &c.ergo sicut ipsa dos erat
ex hęreditate Seię, ita censeri debent illa bona immobilia in
quibus censetur cōsistere dos ipsius Seię quamuis iudicari de-
beant immobilia, licet dos data fuerit in pecunia, vt probatur
in l.nec in fundo.§.si fundum.ff.de iu.do.¶Et per prędicta pa-
tet esse responsum ad allegata in contrarium, nam non ob.ꝙ il
la prędia non essent in bonis hęredi. Seię tempore mortis Seię
&c.quia respondeo ꝙ quāuis nō essent in hęr.tempore mortis
Seię, & non possint propriè dici hęr. tamen bene possunt dici
peruenta ex hęre.postquam sunt acquisita ex bonis & iuribus

hęredi.d.l.si rem & precium.sicut dicimus in fructibus perceptis post mortem testatoris, quia quamuis non sint propriè hæreditarij, non tamen augent ipsam hæreditatem, ꝙ dicuntur esse hære.& prouenire ex hæredi.l.item veniunt.§.fructus. cum glo.ff.de peti.hære.& quod no.in l.quod procur.ex re.ff. de procu.Et pręsertim cum fuerint acquisita ex dote, quæ erat hæredi. & illud quod acquisitum est ex ipsa pecunia dotali, censetur esse ipsa dos, & per consequens ex hæredi. Seiæ, vt proxime probaui. ¶Non obst.ꝙ ipsa actio de dote non poterat iudicari quid immobile, quia fateor tempore quo exactio dotis facta non erat, sed postquam fuerunt accepta in solutum prædia, bene poterat ipsa dos dici consistere in immobi. d.l. res quæ ex pecunia.& no. in l.Lab. & patet ex d.l.cum in fun-
12 do.§.si fundi.¶ † Non ob.quòd dictio ex, denotat causam immediatam & proximam, quia respondeo quòd d.bona immobilia dicuntur proprie peruenisse ex hæreditate, & sic ex corpore vniuersali ipsius hæreditatis Seiæ, & censetur fuisse dos quondam Seiæ, quæ dos erat hæreditatis Seiæ, vt ex pluribus supra probaui. Dicerentur autem bona peruenisse Aurelię propter hæreditatem Seiæ, & non ex hæreditate Seię, quando bona fuissent ab aliquo promissa, vel relicta Aureliæ sub conditione, si ipsa adiret, vel consequeretur hęreditatem Seię. Nam tunc diceretur Aurelia talia bona habere non ex hæreditate Seiæ immediate, sed propter hęreditatem Seię.d.l.eo tempore.
13 ad fi.cum si.ff.de pecu. ¶†Non obst.quòd post aditam hæreditatem non dicitur amplius hęreditas, quia respódeo quòd imò potest appellari & dici hęreditas post aditam hæreditatem. l. fin.§.sinautem.l.2.in ver.hęreditati curatorem dari. C.de bo. quæ lib.& ibi ponderat Bald.& patet in toto titu.ff.de pet.hæ re.saltem large. Secundò respondeo ꝙ intentio Aureliæ testatricis fuit accipere & intelligere hęreditatem, patet ex illis verbis dum dixit, & perueniendorum ad hæreditatē Seiæ matris suę, nam testatrix tempore quo condebatur testamentum iam adiuerat hæreditatem matris, & tamen etiam quò ad futurum appellat eam hæreditatem Seiæ, & ita etiam se habet communis vsus loquendi, qui in omni dispositione debet attendi. l.librorum.§.quod tamen Cassius.de leg.3.l.Labeo.de sup. leg.c. ex literis, de spon. Et ita concludo d.bona venire in legato illius. Ego. Alexand.

ADDITIONES.

a ¶Cogi.Sed in hoc male consuluit, imò nisi appareat de iusto titulo præsumitur dominorum extorsio, per notata Bal. in tit.de pace Constantiæ.§.pactiones. Areti.consi.14.Guido Papæ consi.j.consi.65.facit supra eod.lib.consi.j.nu.12.dixi in consu.Paris.§.53.

b ¶Probetur.imò necesse est probare solutiones esse factas ex causa ad legata, vt decidit Alex.supra lib.j.consi.103.vbi dixi.adde quæ scripsi in consu.Paris.§.7.nu.17.cum seq.

c ¶Rustico.vide Dec.l.si certis annis.no.C.de pact.Ias.§.præiudiciales insti.de actio.

d ¶Consuetudine. imò non est hic consuetudo cum non inducatur ius in commune, sed est præsumptio, & agitur de acquirendo iure certæ personæ vt per glo.§.Pan.cap.fina.de consu. dixi in consu.Parisi.in proœ.& §.53.

* Non præscriptio.]Vide de differentia inter ista Franci.Aret.consi.23. col.pen.Alex.consi.6.col.pen.super dub.j.& eundem Are. consi.132. col.3.Cor.consi.268.nu.17.lib.4. Natta.

* Linea masculina.]Istud reputat notabile Alex.in l.Gallus.§.instituens. col.fi.ff.de lib.& posthu. Natta.

* Nicolaus.]Vide hac de re latè per Alex.consi.19.infra lib.5. vbi colliges limitationem ad hic dicta. Natta.

e ¶Creditoris.infra lib.5.consi.29.

* In c.quanquam.]Hæc sunt verba medietatis alterius consilij, quod ponitur integrum consi.49. li.3.& repetitum consi.21.lib.6. Natta.

f ¶Dos.supra lib.3.consi.49.nu.7.

IN Statutis fabricæ ecclesię sancti Petronij Bono. inter cætera cauetur, quòd de relictis datis seu donatis pro anima vel ad pias causas, soluantur dictæ fabricæ duo solidi pro libra. Et etiam cauetur quòd intelligatur relictum datum seu donatū pro anima, & ad pias causas quando expresse hoc dicitur in testamento.& etiam quando expressè non dicitur, sed ex euidentia facti appareat, vt quando relinquitur pauperibus domicellis vel alijs pauperibus nulla consanguinitate coniunctis condenti vltimam voluntatem, vel alio modo, seu ex alijs coniecturis, de quibus omnibus & singulis stetur declarationi dictorū procuratorum vel maioris partis eorum. & sit plena & etiam habeatur pro plena probatione eorum declaratio. ¶Stantibus dictis statutis testator carens liberis, & habens in domo suæ habitationis quēdam Bernardum eius filium spiritualem, videlicet per ipsum testatorem tantum in fonte sacri Batismati, quę parentibus orbatum & nihil in bonis habentem idem testator ab eius infantia citra educauerat, & alimentauerat in domo & familia tāquam eius filium spiritualem, & quem filium appellabat & nominabat. ¶Condens de bonis suis in vltima voluntate testamentum post nonnulla legata in dicto testamēto expressa, inter quæ sunt nonnulla expresse disposita, & facta pro eius anima, & in quo testamento incertis partibus nominatur d. Bernardus cum hac qualitate, videlicet Bernardus famulus dicti testatoris. Tandem in reliquis suis bonis d.Bernardum hæredem vniuersalem instituit per hæc verba, videlicet. in omnibus alijs suis Bernardum eius famulum seu filium adoptiuū sibi heredem vniuersalem instituit. Et sic in dicto testamento nominatur d.Bernardus vt famulus, & vt filius adoptiuus, & etiam inter ipsos, vt ex supradictis patet erat affinitas spiritualis. Et prædictis dubitari contingit an de hęreditate & bonis dicti testatoris dicto Bernardo relicta, & relictis in dicto testamento solui debeant dicti duo solidi pro libra, & an dicti officiales seu superstite & procuratores dictæ fabricæ possint, vel debeant declarare quod de hæreditate in bonis prædictis, dicti duo solidi pro libra solui debeant necne? Decidit ꝙ sic.

SVMMARIVM.

1 *Relictum pauperi etiam consanguineo videtur ad pias causas.* nume. 5.

4 *Compaternitas spiritualis non repellit testem.*

CONSILIVM CXXV.

Viso themate premisso, & consideratis verbis dicti statuti.& pręsupposito quod dictus Bernardus erat pauper, vt verbo fertur, Puto breuiter de dicto relicto hęreditatis solui debere solidos duos pro libra, cum dicatur esse relictum
1 ad pias causas. †Nam omne id quod relinquitur pauperi, videtur in dubio esse relictum ad pias causas. l.si quis ad declinandam.maxime circa fi.C.de episc.& cler. 86.dist.non satis. & c.se,no.Spec.in titu.de instru.edi.§.nunc verò aliqua. versi.& sciasl.el 2. vbi enumerat quę dicantur relicta ad pias causas. & idem Bal.in auth.si nullus.C.ad l.falc.& Bart. in repe. l. 1. C. de sacrosanc.eccle.in versi.2.quęro, quid si relinquatur homini locupleti, & expresse disponitur in statuto pręmisso. plus dixit Bald. in l.1. C.de sacrosanc. eccle. in primo commento illius.l.non dico in repe.quòd licet glo. in l.illud. C.de sacrosa.
2 eccle. in verbo aliam causam &c. velit † quod illud quod donatur consanguineo vel amico non dicatur donari ad pias causas, etiam si in donatione fuerit expressum quod pietatis causa donatur, tamen illud fallit nisi talis cōsanguineus esset pauper. * Ad hoc allegat gl. quam reputat singularem in c.2.de sepulturis.& idem voluit Io.And.in addi.Spec. in titu. de instru. edi.§.nunc vero aliqua. in addit. inci. ad istum &c. vbi refert
3 fuisse disputatum per Gui. de Suza. † quòd si statuto caueba tur quod minor 18.non possit legare, nisi pro anima & minor legauit matri suę centum, dicens se legare pro anima, dubitatur an valeat tanquam legatum pium, & factum pro anima. & arguit ad partes, & concludit distinguendum esse, aut mater est pauper, & dicitur relictum pium per d.l.si quis ad declinā dam, secus si est pauper, per no, in d.l.illud. ¶Et dato ꝙ statutū prędictum disponat quod illud dicatur relictum ad pias causas, quod est relictum pauperibus domicellis, vel alijs pauperibus nulla consanguinitate coniunctis &c. tamen in casu nostro nulla erat consanguinitas inter dominum testatorem, & dictum Bernardum. Nam licet eum leuauerit de sacro fonte non per hoc dicitur contrahi consanguinitas, vt inquit tex.30. q.3.ita diligere.vbi dicit littera, ita diligere debet homo eum qui de sacro fonte suscepit, sicut patrem, item inter fratres, & filios gratuita, & sancta communio, quę dicenda non est consanguinitas, sed habenda spiritualis proximitas &c. ¶Et licet ille text. subdat quòd maius est hoc vinculum coniunctionis

ctionis spiritualis, quàm sit vinculum adoptionis, tamen tex. omnino dicit inter ipsos non esse consanguinitatem. & licet glo. no.17.q.2.in c.qui dormirent, dicat maiorem esse cognationem spiritualem, quàm carnalem, tamen hoc non habet obstare, quia statutum exorbitans non debet extendi ex identitate vel maioritate rationis. l.si verò.§.de viro.ff.solu.ma. l.fi.C. de inter. matri.c.2.de reg.iur.in 6.& no.in aut.quas actiones. C.de sac.san.eccl.Item dictum gl.in d.c.qui dormierit, intelligitur quò ad impediendum matrimonium * inter eos, & quò
4 ad exhibitionem reuerentiæ. ¶†Vnde videmus ꝙ licet pater naturalis non possit esse testis pro filio in l.testis idoneus. ff. de test. l.Paul.C.de test.tamen ille qui leuauit te de sacro fonte est testis a idoneus pro te, vt not. Bart.& Sal. in d.l.parentes.alijs medijs etiam posset comprobari, sed istud pro nunc sufficiat.
5 ¶†Non ob. ꝙ in testamento testator appellauerit filium adoptiuum, quia de adoptione non est probatum, nec stari debet in hoc assertioni patris in fraudem & præiudicium ecclesiæ.l. cum quis decedens.§.Titia. ff.de legat. 3. l.qui testamento. ff. de prob.& bene facit. l.adopt. C.de adop. ¶ Præterea adoptio non inducit coniunctionem sanguinis, vt est text. in l. qui in adoptionem.ff.de de adopt.cum si.Ex quibus concludo quòd dictum relictum factum d. Bernar. pauperi dicitur ad pias causas, nisi aliud in contrarium doceatur, per quod moueri possint præfati d.officiales ad aliter declarandum secundum formam dicti statuti. ¶ Ita conclusiuè sentio ego Alexand. de Tartagnis.

ADDITIONES.

* Esset pauper.] Iason late scribit consi.183.lib.2.Natta.
* Matrimonium inter eos.] Sequitur Fel.in c.cũ M. col.8.de const.Nat.
a ¶Testis.vide infra lib.6.consi.237.

CONSILIVM. CXXVI.
De eadem re.

In hac hæsitatione prius diuino inuocato suffragio ad vtranque partem arguam, vt veritas magis elucescere possit iuxta illud: Opposita iuxta se posita magis elucescunt. Videndum est, an isti duo solidi pro libra debeantur a tali instituto nominato in filium adoptiuum ac famulum, & ex sacro fonte leuatum. Et primò quod non debeantur, videtur prima fronte facere, nam in statuto fabricæ sancti Petronij dicitur de quibuscunque relictis & hęreditatibus datis in testamento, & donatis ad pias causas, debeantur duo solidi pro libra dictæ ecclesiæ seu fabricæ, & intelligitur relictum ad pias causas, quando expresse dicitur, & etiam si non dicitur, sed fuerit relictum pauperibus domicellis, vel alijs pauperibus nulla sanguinitate coniũctis. & sic videtur innuere quòd relictum personis egenis coniunctis sanguinitate, dicti duo solidi non debeantur, sed hic testator appellat hic filium adoptiuum, qui habet effectum cõsan-
1 guinitatis, vt probatur, † quia filio adoptiuo potest pupillariter substitui. l.si arrogatus. ff.de adop. l.sed si plures. §.in arrogato. ff.de vulg.& pup. quemadmodum filio naturali & legitimo. l.2. ff.de vulg. & pupil. ergo sequitur quòd sicut non debentur dicti duo solidi a consanguineo, nec debebũtur ab isto nominato in filium adoptiuum, cum idem operetur vinculum adoptionis ꝙ ipsa consanguinitas. ¶ Secundò facit nam hic testator in suo testamenro appellat eum famulum, vnde ipsum instituendo, vel eidem legando videtur legasse in remune-
2 rationem suæ mercedis propter famulatum, † quia legata & hæreditas intelliguntur data ob benemerita. l.nec adiecit. ff. pro socio. l.idemque.§.fi.ff.man. Si ergo ob remunerationem, ergo non ad pias causas, ergo infertur ꝙ de tali hæreditate nõ debeantur, cum non intelligatur data ad pias causas. ¶Tertiò facit pro hac parte, quia hic testator asserit cum ex sacro fonte leuatum, & etiam pro certo præsumitur, sed cum hæc appelletur maxime de iure canonico cognatio spiritualis, & habeat eundem effectum quòd consanguinitas ad impediendum matrimonium, & sit eiusdem effectus ac si esset consanguineus. c.1. de cogna. spiri. Sed clarum ꝙ si esset consanguinitas non deberentur dicti duo solidi, ergo idem debet iudicari in coniuncto cognatione spirituali. ¶ Quartò facit, quia hoc statutũ dicitur esse contra ius commune, & debet strictè intelligi. l.si serui vestri.C.de noxa.l.3.§.hæc verba.de neg.gest. l.quicquid astringendæ.de verb.obli.plene per Bart.in l.omnes populi.ff. de iusti.& iu.per Bald.in l.1.C.de sum.Tri.& fide catho.& in l.non dubium.C.de leg. Sed statutum dictæ fabricæ dicit quãdo relinquitur pro anima ad pias causas.& hoc dicitur expresse.Item & si non diceretur, sed ex euidentia facti apparet, vt est quando relinquitur pauperibus domicellis vel alijs pauperibus, ꝙ debeantur dicti duo solidi. Et sic videtur præsupponere ꝙ ad hoc vt debeantur dicti duo solidi, licet non sit expresse dictum pro anima ad pias causas, si tamen relictum est pauperibus domicellis, vel alijs pauperibus, quòd debeantur. Sed in testamento isto talis non fuit institutus vt pauper, quod patet, quia non fuit nominatus pauper in d.testamento, ergo sequitur ꝙ tale statutum non possit verificari in prædicto casu, stantibus rationibus de quibus supra l.ius singulare.& l.quod verò.de leg.& hęc sunt quæ iudicio meo possunt adduci pro ista parte, & quæ magis vrgent. alia superflua quæ adduci possent
3 omitto. ¶ † Tamen puto contrariam opin. de iure fore veriorem ꝙ de hac hæreditate debeant detrahi dicti duo solidi pro lib.ab isto instituto. Et ad hoc probandum sic dico. Nam in ipso statuto dicitur ꝙ intelligatur relictum ad pias causas pro anima quando expresse est dictum, vel si expresse non est dictum, sed ex euidentia facti potest apparere, vt quando relinquitur pauperibus domicellis, vel alijs pauperibus nulla sanguinitate coniunctis. Nam de intentione statuentium est velle accipere, ꝙ datur vel relinquitur consanguineo ꝙ de his relictis non soluantur dicti duo solidi, ergo de alijs nulla sanguinitate coniunctis firma manet dispositio statuentium pro-
4 pter regulam iuris, quæ dicit, † exceptio in non exceptuatis confirmat regulam. l.j.& l.omnis diffinitio. ff.de reg.iur.per Dy.in rub.de re.iu.in 6.l.suus quoque, in prin.& ibi no. d.Io. de Imo. de hęre. insti. sed iste cui relinquitur est huiusmodi, quia nulla sanguinitate coniunctus est, vt infra apparebit per
5 responsiones ad allegata in contrarium, ergo &c. ¶†Secundò facit ratio. quia dictum statutum est fauorabile, quia concernit piam causam, hoc est constructionem templi, quæ dicitur pia causa, vt dicitur in auth. similiter. C.ad l.fal. vnde cum sit pia, debet esse fauorabilis apud omnes, vt in dubijs semper pręponatur, secundum no. per doc. in l.1. C.de sacrosan.eccl. ergo in dubio debentur isti duo solidi pro libra, attento ꝙ ista hæreditas est data pauperi, & sic ad piam causam, vt infra dicam. ¶Tertiò facit, nam vt præsupponitur, tunc erat famulus dicti testatoris. vt in testamento suo asseritur, sed datum vel relictum similibus personis qui suis laboribus necessarium sibi victum quærere habent, appellatur pium, vt dicit text. in l.si quis ad declinandam, in versi. quis enim pauperior est in hominibus quàm qui & inopia nati sunt & in necessitate positi sunt & suis laboribus necessarium sibi victum non possunt afferre. sed hic famulus est huiusmodi, ergo sequitur quod talis hæreditas data huic famulo dicitur data ad pias causas, & sic per consequens dicti duo solidi debẽtur dictæ fabricæ. ¶Quarto pro hoc facit elegans doctrina Bald. quæ videtur decidere hanc quæstionem in auth. similiter. C. ad l.Falci. dicit ipse ad ampliationem illius auth. quæ voluit quod in relictis ad pias causas cesset falcidia. quæritur ibi quæ dicatur vel computetur inter relicta ad pias causas, & ibi dicit quòd relicta miserabilibus personis, pauperibus hospitalibus, & allegat Spec. in tit.de instru.edi.§.nunc verò aliqua. versic.& scias. sed iste cui fuit data hęreditas, erat pauper, ergo sequitur quod talis hæreditas fuit data ad pias causas, ergo dicti duo solidi debentur.
6 ¶†Quintò pro hoc adduco glo. in terminis quę videtur velle a contrario sensu quòd talis hæreditas quæ fuit relicta pauperi, etiam si non sit expresse dictum ad pias causas, intelligantur ad pias causas, vt voluit glo.in l.illud. C.de sacro san. ecclesi. vbi dicit glo. quod donatio facta diuiti ad pias causas, non dicitur donatio ad pias causas. Et sic ergo ad hoc vt dicatur relictum ad pias causas, non est necesse quòd exprimat ad pias causas. & sequitur quòd relictum datum pauperi, licet non sit dictum ad pias causas, dicitur relictum ad pias causas.& illam glo. sequitur Angel. quam dixit esse singularem in l.Stichum.§.stipulatio.de verborum obligationibus. ¶Faciunt ad hunc propositum pulchra no. per Bar. in l.j. C.de sac.san.eccl.in repe. in versic. sed quęro an relinquatur diuiti

7 amore Dei.† vbi quærit, an amore Dei expresse relictum diuiti censeatur relictum Deo, vt sic ad pias causas.& in effectu arguit pro & contra.& tamen dicit, ꝙ non, allegat dictam glo. in d.l. illud.& l.si fortè.de cast.pe. vbi lex facit fictionem non homo. Et etiam dicit quod talis relatio ad pias causas conuenit pauperi, non diuiti. allegat text. 86. dist. non satis. & 12.q.2.quis-
a quis episcopus. & ibi allegat dictum singulare Beati Thomæ[a] de Aquino in 4. parte quæstionum.32.12. articulo, vbi dicit ꝙ si est relictum alicui diuiti ad pias causas, qui tamen non esset diues nec pauper, sed indigens secundum statum suum, quòd tunc dicetur relictum ad pias causas, cum sit laudabile tali sic indigenti facere eleemosynam. quod summè est notandum ꝓ ampliatione huius statuti dictæ fabricæ, quod vbicunque relinqueretur hæreditas vel legatum alicui indigenti, tamen nō pauperi, quod possent, quinimò, & deberent talem hæreditatē vel legatum arbitrari ipsi procuratores esse datum ad piā causam.& sic duo solidi deberentur fabricæ sancti Petronij. Si autem esset relictum expresse diuiti ad pias causas, vel ꝓ anima. & tunc dicit beatus Thomas in præallegato loco vt refert Bar. in d.l.1.C.de sac.san.eccl. ꝙ tale relictum censetur potius amicitiæ vel consanguinitati datum, & sic videtur concludēdum id quod supra dixi, quod de tali hęreditate debeātur dicti duo
8 solidi. ¶† Sextò adduco rationem, nam quem esse pauperem[b]
b potest intelligi pluribus modis. Primo, vt dixi, quando præter laborem victum sibi afferre non possunt. d.l.si quis ad declinandam.& tunc clarus est casus noster. Item qui non habet quinquaginta in bonis. l.nonnulli. de accu. Item statur opinioni vulgi, vt est gl. in l. vbi adhuc, C. de iure do. ¶ Item etiam relinquitur arbitrio iudicis, vt voluit glo. in auth. præterea. C. vnde vir. & ibi etiam sequitur Bart.& Bald. & Bart. in l.si constante. in versi.2.quæro qualiter probetur paupertas. ¶ Sed in omnibus istis casibus dato etiam quod iste cui est relicta hæreditas, haberet aliquid in bonis, & lex appellet eum pauperem. Ex quo ergo dicitur pauper, hæreditas dicitur data ad pias causas, & sic ergo erit obligatus soluere istos duos solidos secundum dispositionem statuti. ¶ Plus dicebat Bald. in d. authen. præterea qu òd ex quo quem esse pauperem relinquitur arbitrio iudicis, facit ad testamenta, quæ dicunt ꝙ bona debeant distribui ad maritandas pauperes virgines, nam relinquetur arbitrio iudicis quæ dicantur pauperes virgines, vel non, sed cum in statuto dicitur ꝙ quando relinquitur expresse ad pias causas, sed relinquitur pauperibus domicellis, vel alijs pauperibus, vel apparet ex alijs coniecturis ꝙ stetur declarationi dictorum procuratorum, ꝙ tales procuratores salua eorum conscientia aliter declarare non possunt talem hæreditatem non fore datam præterquam ad piam causam. ¶ Septimò adduco doctrinā Bal. quæ in terminis videtur decidere hanc quæstionem in l.j. quādo imper. inter pup. & vi. iuncta doctrina eiusdem in d. auth.
9 similiter. superius alle. Nam in d. auth. similiter, dicitur† quòd relicta personis miserabilibus intelligantur ad pias causas. in d.l.j.C. quando imper. inter pupil.& vi. enumerantur quæ sint personæ miserabiles.& ibi dicitur quod pupillus, vidua, & debilis. & Bald. ibi dicit. facit ad statutum dicens ꝙ de relictis miserabilibus personis non soluatur gabella, nam talis pupillus, & vidua, & debilis comprehenduntur: intelligendo tamē de pupillo, & vidua, & debili pauperibus. & voluit gl. in cap. significantibus, de offic. deleg. & do. Ant. in c. licet. de fo. compe.& in c. prudentia de do. inter virum & vxor. Ex quo infertur ex identitate rationis a contrario sensu, si statutum diceret quòd solueretur gabella quòd tales personæ supra enumeratæ deberent soluere gabellam. Sed ita est in proposito in casu nostro quæstio statutum sancti Petronij quòd de relictis ad pias causas & pro anima debeantur duo solidi, sed relictum miserabilibus personis intelligitur ad pias causas, & ille qui est semper pauper dicitur miserabilis, vt probatur in d.l.1. in versi. debiles, ergo sequitur de necessitate pauperem heredem institutum debere soluere istos duos solidos. ¶ Non obst. allegata in contrarium, & primò inquantum dicitur ꝙ hic testator nominauit institutum filium adoptiuum, & ꝙ operetur eundem effectum ipsa adoptio quod operatur consanguinitas. qa respondeo duobus modis, primò, quòd licet nominauerit in filium adoptiuum, non propterea sequitur, ergo filius est ado-
10 ptiuus,† quia in adoptione requiritur decretum iudicis. l.2. ff. de adop.& nominatio alij in testamento, qui non est, non facit ipsum filium. l. neque professio. C. de testa. facit l.si pater. C. de hære. instit. ¶ Secundò potest responderi, quia posito ꝙ etiam esset filius adoptiuus, tamen dispositio dicti statuti haberet locum, quia ipsa adoptio dicitur vinculum iuris ciuilis.
11 l.j.ff. de adop. in princi. † Vnde sicut ea quæ sunt iuris ciuilis non tollunt ea quæ sunt iuris naturalis, vt est consanguinitas. l. eos. ff. de cap. di. l. ius agnationis. ff. de pac. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. vnde sicut non tollunt, ita nec inducunt, cum iudicantur a pari tollere, & inducere. l.3.§.j. de leg.& pro hoc facit. l. cum in adoptiuis. C. de adopt. in §. sed nostra. institu. de adopt. ¶ Et quòd nō operetur eundem effectum adoptio quod cōsanguinitas, probo: Finge patrem adoptiuum facere substitutionem pupillarem filio adoptiuo, & ipso decedente in pupillari ætate, certè talis substitutus non succedit in omnibus bonis ipsius pupilli, nisi in bonis peruentis ab ipso adoptante. d.l.si arrogator. ff. de adopt.& dicta l. sed si plures.§. in arrogato. de vulg. & pupil. quòd statur in filio legitimo, & naturali. l.2. in princip. de vulg.& pupil. l. ex tribus. C. de inoffi. testam. Item non obst. quod dicebam de cognatione spirituali quòd operetur eundem effectum quem ipsa consanguinitas, quia fateor in casibus a iure expressis, vt est in matrimonio impediendo, sed in alijs non, quia posset aliquis ex illis quem leuauit ex sacro fonte copulare filiam fratris sui, vt d. cap.1.& 2.& per totum. de cogna. spi. & sic apparet non operari eundem effectum. ¶ Item non obst. quod dicebam, quia statutum est stricti iuris, & in statuto dictæ fabricæ dicitur quando expresse dicitur pro anima, & ad pias causas, & idem si expresse non dicitur, sed ex euidentia facti appareret, puta quando relinquitur pauperibus domicellis, vel alijs pauperibus, sed in ipso testamento hoc non sit expressum, ergo &c. Quia dico quod satis videtur de mente statuentium, etiam si testator hoc non dixisset, & non nominasset pauperes quod dicti duo solidi debeantur, quòd apparet ex ipso statuto dictante quòd etiam si expresse non sit dictum, sed ex euidentia facti apparet, vt quando relinquitur pauperibus domicellis, vel alijs pauperibus nulla consanguinitate coniunctis, vel alio modo seu alijs coniecturis, de quibus omnibus stetur declarationi dictorum procuratorum, & sic infertur necessariò quòd non est necesse quòd ipse testator dicat vel exprimat relinquendo pauperibus, ex quo non potest apparere per aliquas coniecturas. de quibus stari debeat declarationi dictorum procuratorum, quia prout dixi, satis etiam est sufficiens coniectura ipsa paupertas. Item non obst. quod dicebam quòd iste testator nominauit ipsum famulum, vnde testator relinquendo hæreditatem, videtur reliquisse ob benemerita, & in remunerationem, & sic non ad pias causas, quia legata & hæreditates intelliguntur concessa ob benemerita, quia respondeo, si istud deberet attendi, nunquam dispositio dicti statuti haberet effectum, cum semper legata & hæreditates de sui natura intelliguntur concessa, & concessæ ob benemerita dicta l. nec adiecit. & dicta l. idemque.§. fin. supra allega. vnde statutum debet aliquid operari. l. si quando. ff. de legat. j. cum simi. Præterea, nonne dicitur satisfactum ipsi instituto propter sua benemerita, ex quo habet residuum totius hæreditatis deductis istis duobus solidis ecclesiæ, vnde non possunt aliquo pacto ista allegari ad hoc vt dictum statutum dictæ fabricæ in casu nostro non vendicet sibi locum.

ADDITIONES.

a ¶ Thomæ. 2 2.q.32. in fi.
b ¶ Pauperem. infra lib.6. consi.213.

SVMMARIVM.

1 *Probatio nulla confessione maior, ex qua etiam in criminalibus sit damnatio ex incepto processu. 2.*
5 *Mandans & persuadens differunt.*
6 *Furtum si non est commissum, non tenetur commendans aut consulens.*
8 *Subripiens a debitore in quem non habet probationes, non peccat.*
10 *Causa iniusta etiam excusat a pœna.*
11 *Delictum non præsumitur vbi cessat commodum.*

13 Ho-

13 *Homines vniuersitatis non sunt pro ea testes idonei.*
15 *Iuramento probantur quæ consistunt in animo.*
16 *Socius criminis facit indicium contra socium.*
17 *Examinari qui non potest, examinatus non facit indicium.*
19 *Testis vt repellatur, sufficit subesse causam inimicitiæ.*

CONSILIVM CXXVII.

Vincentij de Paleotis.

Visa inquisitione formata per magnificū dominum Potestatem &
eius curiam, contra Ioannem de Malchiauellis occasione cer-
tarum scripturarum, & librorum furto subractorum per quen
dam Thomam Pettinarum a ser Matthæo de Capraria. & vi-
sa confessione dicti Ioannis prout reperitur in actis dictæ cu-
riæ. & etiam visa confessione de dicto Thoma accusante & in-
culpante dictum Ioannem, & omnibus maturè consideratis
præsentem consultationem aggredior, & licet prima fronte
videatur dictum Ioannem debere puniri pœna statuti punien-
tis committentes furta, seu mandantes illa fieri, vel de iure
communi saltem deberet puniri pœna furti, ea pœna, qua te-
netur committens furtum, eadem pœna puniatur committi
mandans vel consulens, vt est text. ad literam in l. in furti. §.
ope. ver. rectè. ff. de fur. vbi text. dicit ope & consilio furtum
factum Celsus ait. subdens postea: Rectè Pedius ait, sicut ne-
mo furtum facit sine dolo malo, nec consilium vel opem fer-
re sine dolo malo posse. Cōsilium autem dare videtur qui per-
suadet & impellit, atque instruit consilio ad furtum faciendū.
Ecce ergo ibi casum apertum decisum huius consultationis.
nam in casu nostro constat, ex confessione d. Ioan. de Malchia-
uellis quòd ipse persuasit d. Thomæ quòd furto subtraheret
dictos libros & scripturas, dum dixit, ego bene dabo tibi mo-
dum consequendi dictas pecunias, & chlamidem. Nam mo-
dus esset si haberi possent aliquo modo libri partitorum dictę
societatis, qui sunt apud ser Matthæum de Capraria. cui idem
Thomas respondit, ego bene inueniam modum &c. quia fa-
ciam quod ser Thomas de Fagnano dimittet mihi apertum
ostium apothecæ, per quod ire potero in apothecam dicti ser
Matthæi, & inde dictos libros accipiam. cui ipse Ioan. respon-
dit, cognosces ne libros partitorum dictæ societatis? & ipse
Thomas respondit quòd non, sed accipiam omnes libros in d.
bancheto existentes, quibus dictis dictus Ioan. respondit, si po
tes habere dictos libros, videbimus quam pecuniam & clami
dem consequeris. quæ verba omnia sunt confessa per domi.
Ioan. de Malchiauellis, ex quibus manifestè colligitur quòd &
consuluit & persuasit quòd dominus Thomas subtraheret
1 furto dictos libros, & scripturas † & nulla maior probatio
quam partis aduersæ confessio. l. 1. C. de confessi. l. proinde. §.
notandum. ff. ad legem Aquiliam. c. Pisanis & Lucanis. de re-
stitu. spolia. latè per Barto. in l. si confessus. ff. de cust. reo. ergo
quamuis in delictis puniendis requiratur probatio luce meri-
diana clarior. l. fin. C. de probat. l. qui sententiam. C. de pœnis.
l. absentem. ff. de pœnis. l. aditos. C. de appel. tamen in casu no
stro sufficit ista sola confessio huius Ioan. Malchiauellis, etiam
si talis confessio non esset rite facta, secundum Barto. in dicta
l. si confessus. Et propterea dicit Angel. in l. ea quidem. C. de
2 accusa. quòd † ad omnem pœnam deuenitur etiam ex inepto
a processu stante confessione. [a] idem ipse reassumpsit in l. inter
stipulantem. §. si Stichum. de verbo. obligat. & pulchè scripsit
Ioan. And. in additio. ad Specu. in titu. de offi. iudi. versicu. an
* iudex. & in titulo de accusatione. versi. 4. qui dixit prædicta *
procedere in confessione vera, secus in ficta. & idem Bald. in l.
edita. C. de eden. & Angel. in l. 1. C. de confessio. & Bald. in c.
1. §. iniuria. de pa. iur. fir. per Canonistas in capit. at si cleri. de
iu. ¶ Accedat etiam ad hanc determinationem text. in l. si quis
3 seruo. C. de fur. † vbi ex sola persuasione quis tenetur furti, &
in l. si ego. ff. quod vi aut clam. & eo maximè, cum persuasio
& mandatum possit esse absque eo quòd quis dixerit, mando
vt fureris, vel persuadeo, vt pulchrè scripsit Barto. in l. si quis
4 mihi bona. §. sed si mandauit. ff. de acquiren. hæredita. † quòd
cum quidam nobilis de Florentia dixit cuidam suo famulo,
qui receperat quandam iniuriam, nunquam redeas domum,
si ego non sentiam aliquid de isto negotio, & ille famulus in-
terfecit iniuriantem, quod per ista verba dominus videtur de-
disse mandatum famulo quòd illum interficeret, & sic fuit
postea amputatum caput illi nobili. ecce ergo quòd dominus
expressè illi non dixit, mando tibi quòd illum interficias, ta-
men per illa verba fuit interpretatum mandatum. Ergo etiam
in casu nostro quamuis Ioannes expressè non dixerit, persua-
deo tibi quod scripturas ser Matthæi fureris, tamen verba quę
protulit, de quibus supra satis persuasionem important. Et
istud in terminis voluit Barto. in l. non solum. §. si mandato. in
5 1. quæstio. ff. de iniur. † vbi dixit, ponendo differentiam inter
mandantem & persuadentem, quod mandator dicitur ille qui
mandat delictum committi propter seipsum, propter satisfa-
ctionem suæ voluntatis, nulla data pecunia. & persuasor dici-
tur ille qui persuadet alicui propter ipsum, cum sit persuasio,
& non curo quibus verbis vtatur, siue mando, siue rogo, siue
quibuscunque verbis si hoc fiat gratia eius cui sit mandatum
siue persuasio. l. 1. §. persuadere. de seruo corrupto. l. 2. ff. man-
dá. & sic patet quod doctrina ista ponit finem huic consulta-
tioni, cum in casu nostro persuasio istius Ioan. non fuit facta
nisi ad vtilitatem dicti Thomæ, vt patet dum dixit, si potes ha
bere dictos libros, prouidebimus quòd habebis pecunias &
chlamydem. Et quamuis ista sint satis colorata, & videantur
decisiua huius consultationis, tamen contrariam partem pu-
to de iure veriorem. Pro cuius decisione præmitto quòd iste
Thomas subtraxit instrumēta seu scripturas dicti ser Matthęi,
& quòd verba dicti Ioan. de Malchiauellis non fuerunt pro-
lata nisi circa scripturas & libros partitorum societatis salaro-
lorum, vt patet in confessione facta per dictum Ioan. de Mal-
chiauellis, & etiam in confessione seu accusatione dicti Tho-
mæ, & etiam patet in inquisitione contra dictum Ioan. forma
6 ta † vnde constito quòd pro dictis scripturis seu libris d. Tho
mas non dicatur commisisse furtum, id est non dicatur teneri
b furti, sequitur [b] necessariò quod dictus Ioan. non debet teneri
furti, iuxta no. per Dyn. in regula, nullus ex consilio. de regulis
iuris. & per Bald. in l. cum mulier. ff. solu. matrimo. ¶ Sed quòd
ratione dictarum scripturarum seu librorum d. Thomas non
teneatur furti. facit optimè, quia huic subtractioni scriptura-
7 rum non conuenit diffinitio furti. † Nam furtum est contra-
ctio rei alienæ animo lucrandi inuito domino. l. 1. ff. de fur. l.
si quis seruo. C. de ser. sed iste Tho. non subtraxit istas scriptu-
ras animo lucrandi ex eis, vt de se patet, primò quod nullius
erant pretij, vel æstimationis. Secundò, quia subtraxit illas so-
lummodò vt ostenderet dicto Ioan. qui illas scrutaretur, vt pa
tet ex confessione d. Ioan. de Mal. dum dixit, si posses habere
librum partitorum, per quod patet quòd dictus Thomas non
habuit animum lucrandi de dictis scripturis, sed bene haben
di suas pecunias, & chlamidem quas debebat habere a socie-
8 tate salarolorum. † Nam, vt dixit singulariter Innoc. in c. quia
plerique, de immu. eccle. de quo Bald. fecit festum in l. 1. C. de
testi. semper in foro poli, licet illis qui non possunt probare de
suo credito, quocunque ingenio curare quòd de bonis debi-
c toris accipiant, & non peccant, [c] sed iste Tho. sic fecit, quia
ex quo non poterat probare de suo credito, & in veritate erat
creditor, vt patet ex inspectione librorum dictæ societatis, me
ritò licuit ei facere, & sic furtum non fecit, tum in foro poli,
tum etiam quia non animo lucrandi subtraxit, vt supra dixi.
9 ¶ † Accedit etiam ad hoc, quia mens & intentio committentis
arguit delictum. l. furtum. ff. de vsuc. l. qui iniuriæ. de fur. l. pla
gij. C. de plagia. & ideo pulchrè scripsit Barto. in l. qui tabu-
las. §. fina. ff. de furtis. quod quando quis delet instrumentum
alicuius, licet teneatur furti, quia delendo videtur contracta-
re, illud habet locum quando delet instrumentum animo lu-
crandi, quia delet instrumentum in quo erat obligatus alteri.
sed quando delet instrumentum solummodo animo iniurian
di alteri, & non animo lucrandi, tunc non tenetur furti, sed in-
iuriarum. ita ergo dicēdum est in casu nostro, quòd licet alias
per subtractionem dictæ Thomæ diceretur commissum esse
furtum, tamen ex quo non fecit animo lucrandi, vt supra di-
ctum est, sed animo consequendi suum, non tenebitur furti,
10 sed iniuriarum &c. ¶ † Pro hoc facit quod singulariter dixit
Angel. in l. si plagij. C. de plagiarijs. quòd etiam in his quæ
sunt de genere prohibitorum, omnis causa etiam iniusta excu
d sat a pœna [d] delicti. & glo. in l. fi. in fi. glo. magnæ. ff. si quis ius
dicen. non obtē. & glo. in l. satis. ff. de in ius vocan. & glo. in l.
1. in fin. in glo. in ver. iustis. ff. de abigeis. & Bal. in l. deberi. C
de fideic.

de fideic.liber. ¶ Et ideo Bald. in l. 1. C. vbi causa status. dixit
11 † quod bona fides causatur etiam ex iniustis causis. & idem dicit Angel. in d.l. plagij. quod statutum loquitur per nomen iuris importantis de sui natura dolum, vt est exemplum in furto, & falso, quod non committitur sine dolo, & tunc lata culpa non æquiparatur dolo, sed excusatur quis propter temeritatem. ¶Hoc etiam apertè decidit An. in l. prætor. §. hæc actio. ff. vi bono. rapto. dicens quòd vbi aliquis aliqua ratione etiam iniusta motus committit aliquod crimen, ex quo venit imponenda pęna corporalis quod tenetur. ¶Sed pręsupposito quòd in veritate iste Thomas diceretur commisisse furtum per subtractionem dictarum scripturarum & librorum, quod tamen non est, dico quòd etiam d. Ioan. de Malchiauellis non debet de hoc posse puniri, quod sic ostendo. Nam non potest dici d. Ioan. aut consultor, aut mandator, aut etiam persuasor talis delicti, quod expresse demonstrat confessio sua, dum dicit, quod cum dicto Thomas conquereretur quod non poterat consequi quatuor ducatos auri, quos eius pater alias mutuauerat societati salarolorum in aduentu sanctissimi domini nostri, & etiam conquereretur quòd non poterat habere chlamidem panni rosati promissam patri suo per dictam societatem in dicto aduentu d. Ioan. eidem Thomæ dixit: Ego bene dabo tibi modum consequendi dictas pecunias, & chlamidem. Nam modus est, si haberi possent aliquo modo libri partitorum dictæ societatis, qui sunt apud ser Matthæū de Capraria &c. Certè per ista verba, nemo sanæ mentis diceret d. Ioan. dedisse mandatum aut persuasisse dictæ Thomæ quod furaretur & dictas scripturas furto subtraheret. nam non sonant dicta verba expresse quòd illas debeat furari, vt de se patet, ergo nec tacitè debet subintelligi, vt furtum importent. l. meritò. ff. pro socio. l. omnimodò. C. de inofficio. testamen. l. dolum. C. de dolo. l. quoties. §. qui dolum. ff. de probatio. & quod voluit Bart. in consilio incipien. In quæstione vertente inter Franciscum.
12 & in consilio incipien. Quidam habuit vxorem. † vnde nunquam quis ex actu quem facit, præsumitur delinquere, nisi quando delictum ei esset fauorabile. & est glo. singul. in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiuran. optimè facit tex. in capitulo, estote misericordes. de regulis iuris. ¶ Et propterea dixit ibi Abb. referens text. in cap. in scripturis. 96. distinc. quòd si religiosus est visus amplecti mulierem, debet intelligi vt eam benedicat, licet Bald. in l. neque natales. C. de probat. dixerit quòd quando scholaris alloquitur puellam, non debet credi quòd dicat pater noster. Nam in dubio potius debemus interpretari bonum quàm malum. l. absentem. de pœnis. l. interpretatis. eodem titulo. l. cum quidam. de liberis & posthumis. ¶Præterea animaduertat quæso dominus iudicans ad text. in l. merito. ff. pro socio. quia iudicio meo est decisiuus huius quæstionis. nam primo consideret quòd iste Thomas qui subtraxit dictos libros & scripturas, erat de societate salarolorum & similiter etiam d. Ioan. vnde habebat etiam ipse ius, & partem in rebus societatis, sicut cæteri de societate. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc. l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuisio. quamuis non possent res vniuersitatis salarolorum dici esse proprie cuiuslibet de societate, tamen habebat quilibet de dicta societate ius in dictis rebus, hinc est
13 quòd non possunt singuli de † vniuersitate ferre testimonium in rebus vniuersitatis, quando de rebus in quibus deponunt sentiūt aliquod commodum, vt puta si essent nemora in quibus homines vniuersitatis mitterent bestias ad pascendum, vt voluit Angel. in dicto §. qui manumittitur, post Iacob. de Bel. & Cyn. in l. omnibus. C. de testi. & Barto. in dicto §. qui manumittitur. & ibi communiter per scribentes. Sed sic est in casu nostro, quia ex rebus dictæ societatis salarolorum quilibet de societate fert commodum, vt patet ex confessione dicti Ioannis, dum dicit quod cum dictus Thomas conquereretur quòd non habebat mantellum patri suo promissum a societate sicut alij habuerunt &c. & est communis vsus inter societates huius ciuitatis quòd homines dictarum societatum, vel aliquando diuidunt sibi introitus societatum, vel aliquando vestiunt decem homines de societate quolibet anno, ergo patet quòd singuli de societate dicuntur habere ius commune, vt singuli in dicta societate. l. 1. in fi. & l. collegia. & ibi per Barto. de colle. illicitis. Et habetur per Canonist. in cap. & si Christus. in fi. de iureiuran. & in cap. veniens, de testi. & in c. olim. de accu. his stantibus; dico quòd text. in d. l. meritò. decidit quæstionem nostram, videlicet quod ratione dictorum librorum subtractorum dictus Thomas non dicitur commisisse furtum, nam licet rei communis subtractæ a socio fiat furtum. l. rei communis, cum duabus sequentibus. ff. pro socio. tamen illud habet locum, quando animo malo, & per fallaciam subtraxit. ita loquitur text. dictæ legis, rei communis.
14 Subdit postea text. in dicta l. meritò, † quòd nunquam in dubio præsumitur, qui partis dominus est, furtum facere, & malo animo, & dolores subtrahere. & ideo glo. in d. l. meritò, dixit quòd nobilis est hæc præsumptio, & allegat tex. in l. si quis seruum communem. in fi. de seruo cor. & l. item apud Labeonem. §. si communem. de iniurijs. & l. semper in dubijs. de regulis iuris. quia Barto. in d. l. meritò, dixit not. mirabilem pręsumptio. quæ præsumptio admittitur ad liberationem non ad condemnationem, ergo in casu nostro dicimus quòd iste Thomas non dolo malo dicatur subtraxisse dictas scripturas, & libros, & per consequens in eis non dicatur commisisse fur-
15 tum. ¶† Accedat etiam ad hoc, quia ea quæ consistunt in animo alicuius, probantur solum per eum, & suo sacramento. gl. sing. in §. aliæ. institutio. de acti. alia similis. in l. si cui. §. ij dem. de accusa. Barto. in l. Celsus. de vsucap. & Bald. in l. 1. C. de serui. & aqua. Sed ex verbis ipsius Thomæ constat quòd non animo dolum committendi aut furtum dictos libros subtraxit, sed solum vt posset consequi suam clamidem secundum quod ei dixerat dictus Ioan. ergo &c. Et propterea multum singulariter dixit Barto. in l. Fulcinius. §. quòd autem. ex quibus causis in pos. ea. quòd animus alicuius quod faciat aliquid dolo, probatur per ea quæ ipse dixit extra iudicium absens, per illam glo. ibi quæ nihil alleg. sed ipse allegat. textus. in l. Labeo. de suppellecti. legat. & in l. quæro. §. fina. de ædi. edic. & in l. capite quinto, de adulterijs. quod dicit esse menti tenendum. pro hoc etiam facit quòd in dicta confessione dicti Ioannis continetur supra quòd cum audisset dictus Ioannes quòd dictus Thomas alia instrumenta subtraxisset, increpauit ei dicens, tu malè fecisti prout latius in dicta confessione continetur. ex quo clarè percipi potest quòd animus dicti Ioannis non fuit persuadere quòd alias scripturas acciperet quam dictum librum partitorum dictæ societatis salarolorū. ¶Et si dicatur mihi, amice, tu non bene considerasti, quia in confessione & ratificatione dicti Thomæ, ipse confessus fuit, & perseuerauit quod prædicta commisit scienter, dolose, & apensatè & animo committendi dictum furtū dictarum scripturarum dicti ser Matthæi, prout in ea latius continetur, ergo patet quod dictus Thomas commisit furtum, & sic sumus in regula legis rei communis. ff. pro socio. respondeo quòd a principio tempore quo Ioan. dixit ei dicta verba, constat quòd per verba dictæ Thomæ conquerentis se quòd non poterat habere suam chlamidem a societate, & etiam per verba ipsius Ioan. ei respondentis & docentis modum scilicet in habendo dictas scripturas dictus ser Matthæi, quod dictus Thomas nō habebat animum committendi furtum de dictis scripturis, quia non habebat animum eas contractandi animo lucrandi, prout requiritur ad hoc vt dicatur furtum prout supra dixi, ergo quamuis postea mutauerit propositum & malo animo & dolo subtraxit, non debet imputari Ioan. de Malchiauellis, maximè quia non est imputandum dic. Ioan. tanquam deberet cogitare illud euenire posse, iuxta doctrinam. capitu. fin. de homici. libro 6. illud quod dixit d. Ioan. dictæ Thomæ, non fuit mandatum. & si fuit mandatum vel persuasum, non erat illicitum, sed imo licitum d. l. meritò. pro socio. & principium eius quod ipse dixit, non erat destinatum ad illum finem scilicet faciendi furtum. Et sic delictum postea commissum per dic. Thomam non debet afficere dictum Ioannem & delicta non debent egredi suos authores. l. sancimus. C. de pœnis. l. si quis in suo. §. legis. C. de inofficio. testamen. l. maritorum. ne vxor pro marito. l. 3. §. quòd pater. ff. de muner. & honori. & l. 3. §. si is pro quo. in fin. ff. quod quisque iur. ¶Nec obst. etiam quæ dici possunt scilicet tu fundas te solum ex confessione d. Ioan. de Malchiauellis, quasi inquisitio non sit formata contra eum, nisi virtute suæ confessionis, sed non est verum, quia dicta inquisitio est formata contra eum, tam vigore suæ confessionis quàm etiam vigore confessionis factæ per dictum Thomam, qui & cum tortura & sine tortura confessus

fessus fuit d. Ioan. sæpissimè requisiuisse eum quòd dictos libros & scripturas subtraheret furto. Ergo, vt conscius criminis possit contra alium deponere. maximè secundum doctri. Barto. in l. repeti. ff. de quæstionibus. scilicet quando delictum de quo inquiritur, non fit principaliter propter odium alterius, sed propter commodum committentis, vt est latrociniũ & falsa moneta &c. sicut est in casu nostro, qui loquitur in fur
16 to, & etiam Innocen. in cap. 1. de confessis, dixit quòd † omnino socius criminis deponens contra socium facit iudicium contra eum, adeò quòd iudex ex eo potest inquirere. & idem dixit Ange. in l. ea quidem. C. de accusa. & Bald. in l. non ideo minus. C. de accusa. & aliquid per Bald. in l. quoniam liberi. C. de testi. & Barto. in l. qui vltimo. ff. de pœnis. in princip. Sequitur quòd si vigore confessionis d. Ioan. ipse Ioan. non venit inquirendus saltem possit inquiri ex confessione d. Tho-
b mæ. Respondeo quòd vigore confessionis dic. Thomæ etiam non potest inquiri contra dic. Ioan. maximè cum dic. Thomas esset inimicus capitalis d. Ioan. quòd patet primò, quòd dic. Ioan. eum accusauit de furto sibi facto de certa quantitate sepi. & alijs rebus per d. Thomam ei subtractis, vt clare constat in actis curiæ domini Potestatis, ergo non potuit testificari seu deponere contra eum. vt l. testium, in princip. ibi, vel an inimicus. ff. de testi. & in authen. de testi. §. si quis verò. & in authen. si dicatur. in fin. C. de testi. cap. cum inimicus. & in c. super eod. & cap. quoties. de testi. & posuit Barto. in l. j. §. cum
17 quis. ff. de quæstionibus. † vnde succedit regula, quod testis qui non poterat examinari, examinatus non facit indicium, vt posuit Barto. in l. 1. §. cum quis. ff. de quæstionibus. & Barto. in l. maritus. in princip. eodem titu. & Bald. in l. Imperator. l. 2. ff. de statu homi. & posuit Ang. in l. inter stipulantẽ. §. si Sticham. in princip. de verborum obliga. & Ludo. in consi. 359. ¶Et si dicatur, iste Thomas tempore quo deposuit cõtra istum Ioan. seu tempore quo confessus fuit contra istum Ioan. ignorabat d. Ioan. accusasse eum quod præsumendum est, nisi probetur contrarium. l. verius, de probat. cap. ignorantia. de regulis iuris in 6. not. per Angel. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ie.
18 ergo perinde est ac si non fuisset accusatus a dic. Ioan. † cum paria sint non esse, vel esse & non apparere. l. in lege. de contrahen. emptio. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tut. l. 2. §. si quis duobus. ff. de adimen. leg. & l. si quis seruum. §. si inter duos.
19 ff. de lega. 2. respondeo quòd † quantum ad repellendum testem vt inimicum, vt non possit contra aliquem deponere,
c non est necesse quòd ipse testis sciuerit[c] illum contra quem deponat sibi aliquam fecisse iniuriam, dummodo sit facta ita eleganter dixit Barto. in l. 1. in fin. ff. de his qui. vt indig. & Innocen. in cap. cum I. & A. de re iudic. & Bald. in l. præscrip. si contra ius vel vti. pub. & Lud. in rubri. de arb. ergo cum in casu nostro iste Thomas esset inimicus iuris præsumptione dic. Ioan. de Malchiauellis, vt supra dixi, non debuit posse deponere cõtra d. Ioan. nec deponens potuit facere indicium, cum etiam in crimine læsæ maiestatis, vbi testis etiam infamis & deploratus admittitur, non admittitur inimicus, vt voluit
20 Barto. in l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iuli. maiesta. † quin nec in notorijs admittitur inimicus ad accusandum, vt latissimè scripsit Lud. multos referens in consilio 323. & per prædicta dico nullo modo posse inquiri contra dictum Ioannem vigore dicti furti commissi per d. Thomam, sed ipsum deberi absolui ab inquisitione contra eum formata. Laus Deo. Et ita, vt suprà dico, & consulo ego Vincen. de Paliotis legum doctor Bono. ibique iura ciuilia ordinariè legens de mane, saluo semper saniori iudicio.

ADDITIONES.

a ¶Confessione Angel. tract. malefic. versic. comparent dicti inquisiti. Panor. cap. 2. de confessio. Guido Pap. decisi. Delphi. 339. Felin. capi. qualiter & quando. §. licet de accu. Tho. Grain. consi. 49. num. 17. infra lib. 7. consi. 19.

* Dixit prædicta.] Videas per Deci. in dicto capit. at si clerici. in 6. limi. Natta.

b ¶Sequitur. tex. l. sæpe in fi. ff. de verb. sig. And. Iser. de statu. contra libertatem ecclesiæ. in vsi. feud. Imo. consi. 104. Alex. supra lib. j. consi. 99. nu. 4. Hippo. Marsi. consi. 34. consi. 49. nu. 12.

c ¶Non peccat. Illud dictum est periculosum, vt etiam sentit Alex. supra lib. j. consilio 135. numero 2. vbi dixi, quia potest esse occasio plurium malorum & iniuriarum. & vindicta priuata quæ fit sine authoritate legitimi magistratus etiam iure diuino prohibetur Roman. 13.

d ¶Pœna Barto. Soci. l. vnica. ff. si quis iurisdic. non obtemp. & ibi Ias. & in l. j. ff. de eo per quem factum erit. l. qui iurasse. in princi. de iureiuran. l. iustè possidet in fin. de acquiren. posses. Cæpo. causa. ciui. consil. 8. consil. 21. consil. 24. Pau. consil. 371. in fi. lib. j. Roma. consilio 224. Lancelo. Deci. l. senatus. §. Marcellus. in fi. de leg. j. Hippo. Marsi. l. j. C. ad leg. Cor. de sica. sed imò ista non habent locum in delictis. Angel. in l. sed & si lege. §. scire. de peti. hæredi. Alex. supra lib. j. consilio 103. Aret. consi. 80. Socin. l. ex quacunque. nume. 4. si quis in ius voc. non ierit. Marsil. not. 597. alias limitationes vide per Cur. iuniorem in l. si quis id quòd nume. 42. de iurisdi. omnium iudi. in l. vnica. §. fin. num. 20. si quis iurisdi. non obtem. Cur. senio. consi. 55. And. Alcia. de præsum. re. 3. præsum. 30. Item vt non excuset a contumacia Matth. Afflic. decis. Neap. 31.

e ¶Sciuerit. Imo vt dixi supra lib. j. consi. 99. nu. 2.

SVMMARIVM.

2 *Persuadens & mandans quomodo differunt.*
3 *Consilium in dubio interpretatur in bonum.*
4 *Iniuriæ præcedentis qualitas, arguit, qualis sit animus sequentis.*
5 *Socius criminis etiam in quibus potest interrogari, non sufficit ad torturam.*

CONSILIVM CXXVIII.

Subscriptio Alexan.

Quoniam abunde & eleganter conclusum & allegatum est per clarissimum dominum supra consulentem, ideo breuissimè expediam, & ad præmissorum confirmationem adduco
1 † quòd si quis est inquisitus vel accusatus de mandato,* &
* probatur non de mandato sed de instigatione, talis probatio nõ suffragatur dictæ inquisitioni vel accusationi, vt dicit Bal. in l. hæc verba. per illum textum. ff. de his qui notan. infa. bene facit. l. habebit. in princip. ff. de instito. & quod not. Innoc. in cap. ex parte abbatis. de priuileg. & Barto. in l. 1. in princip. ff. de eden. cum simil. Sed dictus Ioan. est inquisitus de mandato, illa autem quæ adducuntur contra eum non attingunt causam mandati, sed concernunt persuasionem. nam vt declarat Bartol. in l. non solum. §. si mandato. de iniur. differentia
2 est inter mandantem & persuadentem, † quia mandans est ille qui mandat delictum committi propter seipsum, & satisfactionem suæ voluntatis. Persuasor est ille qui persuadet alicui propter ipsum cui fit persuasio. alleg. in argum. l. 2. ff. manda. Et dicit Barto. in d. §. si mandato, circa fin. quòd non est differentia inter instigatorem & persuadentem, ergo si verba Ioan. tendebant ad persuasionem non ad mandatum, vt statim ostendetur, sequitur quòd decisio Bald. in d. l. hæc verba, est decisio huius casus. Sed ex confessione Ioan. non colligitur aliquod mandatum ad furtum committendum, sed si quid posset dici factum esse per Ioan. posset dici eum fuisse persuasorem, quia tractabatur, vt libri illi haberentur pro facto & vtilitate Thomæ, scilicet vt ipse posset recuperare quatuor ducatos, & chlamidem panni rosati, non autem pro facto Ioã. ¶Secundò principaliter moueor, quia non videtur quòd verba Ioan. importent suasionem delicti, si bene inspiciatur verba illius suæ confessionis, quia licet dixerit Thomæ quòd bene daret sibi modum ad consequendum dictas pecunias, & chlamidem dicendo. Io te darò bene el modo &c. nam modus esset, si possent haberi libri partitorũ societatis, qui sunt apud ser Matthæũ &c. Thomas respondit, ego bene inueniam modum, nam faciam quòd ser Tho. de Ragnano dimittet mihi apertũ ostium apothecæ, pergam igitur in apothecam ser Matthæi, & inde libros accipiam. cui Ioannes respondit, cognoscis ne libros partitorum dictæ societatis? & Thomas respondit quòd non, sed quod acciperet omnes libros in dicto bancheto existentes. Nam non apparet ex prędictis quòd Ioannes suaserit illi qui persuaserit Thomæ quod acciperet dictos libros per aliquem modum illicitum. vnde in proposito dicit Bald. in l. 1. C. de
3 ser. fug. † quòd consilium verisimiliter potest se habere ad bonum & malum, & ille qui dat consilium, potest illud interpretari. alleg. in argum. no. per glo. in l. actor. ff. de re iudi. imò & sine

sine interpretatione hominis, interpretatio legis interpretatur in meliorem partem. l. meritò. ff. pro socio. ita dicit Bald. in d. l. 1. ergo in dubio non debet interpretari in illicitum * bene facit l. 3. §. si procurator. ff. quod quisque iur. & quòd ibi not. & l. si procurator. in princip. ff. de conditio. indeb. & l. pater. ff. quæ in frau. credi. Nec obst. id quod not. Barto. in l. si quis mihi bona. §. sed si mandauerit. ff. de acquirenda hæreditate. quia ibi dominus receperat iniuriam illicitè. vnde illa verba dicta per eum famulo suo, facias quòd non redeas in domum si non sentiam aliquid de isto negotio, important quod sicut iniuriam illicitè receperat ab illo qui propria authoritate eũ offenderat, videatur pariter etiam mandasse famulo quòd eodem modo illi iniuriam faceret, † quia qualitas præcedentis
4 iniuriæ arguit qualis sit animus in sequentibus. argum. capit. scriptum, de elect. & l. si ventri. §. fin. ff. de priui. cred. & l. 3. §. fin. cum l. sequen. ff. de adim. lega. & in singulari decisione declarat Bald. in l. si prędium. C. de ædil. actio. vnde expresse Rapha. Cuma. & Roma. in dicta l. si quis mihi bona. §. sed si dicunt quod si offensa prima fuerat de vna alapa, & dominus famulo dixerit, non reuertaris domi si non sentiam aliquid de isto negotio, non intelligitur dominus mandasse quod occidat, secus si offensa prima fuisset de vulnere. argum. eius quod not. in l. 3. §. vim vi. ff. de iusti. & iure. argumen. & in l. 1. C. vnde vi. & in l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem Aqui. Sed in quęstione nostra nulla illata fuerat iniuria Ioan. ergo cessat ratio præsumendi quod illa verba sonent in aliquid quòd sit illicitur seu ad vindictam factam. & per hæc est responsum tam ad confessionem Io. quàm etiam dicti Thomæ, qui etiam confessus fuit quòd prædicta pertractata & dicta fuerũt propter recuperandos dictos quatuor ducatos, & chlamidem ad vtilitatem dicti Thomæ. ¶Præterea etiam respondeo ad confessionem dicti Thomę quòd illa non est sufficiens, non solum quò ad condemnandum Ioannem, quòd non habet dubium, sed nec etiam ad torturam contra Ioan. quia vt latè firmat Salic. in l. fin ad finem. C. de accusa. & Ioannes de Imo. in cap. 1.
5 de confessis. † socius etiam in casibus, in quibus potuit interrogari, non facit [a] per se solum sufficiens indicium ad torturam. mouetur per id quod legitur & not. in l. si filium. cum ibi not. C. de lib. cau. cum alijs allegatis per eos in dictis locis. ¶ Ex quibus concludo non posse ex deductis Ioannem condemnari, nec torqueri pro causa inquisitionis contra eum formatæ. Alexan.

ADDITIONES.

* De mandato.] Refert etiam Alexan. & sequitur consi. vltimo col. 3. lib. 2. Natta.

* In illicitum.] In dubio quomodo accipi debeat consilium vide Felin. & Deci. in capitu. 3. de offic. delega. & pro dicto Bald. hic faciunt not. per Barto. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de ope. no. nuncia. Item quia verbum ; Vindicare, quod de facto, & de iure potest intelligi, vt delictum excludatur, intelligitur de iure vt dicit Guiliel. de M. per gloss. ibi in l. 3. C. de his, quibus vt indignis. Facit ad rem quod dicitur de colloquio, quod cum possit esse bonum, & malum, tamen in dubio præsumitur bonum. Bald. consilio 220. In quæstione Milani. libro tertio. & vide Decius in l. consilijs. ff. de regulis iuris. & Alexand. hic sequitur Felin. in capitulo auditis. columna 7. de præscrip.

a ¶Non facit. Contrarium vult Alexan. supra lib. 2. consil. 69 in fin. & lib. 3. consi. 89. nu. 2. quòd non est temere admittendum nisi ex qualitate facti & personarum sit igitur iudicis arbitriũ. * Adde quòd nec ad inquirendum ; vt per Fulgo. consilio 136. columna penulti. versicu. Nouissimè vero ex alio &c. In oppositum quod facit indicium ad inquirendum, tradit Angel. in l. & si certus. ff. ad Syllania. & in materia vide late Angel. Areti. in tractatu maleficio. super glo. fama publica. & Decius in capitulo quoniam. in fi. de testibus. & eundem Deci. consilio 175. colum. 2. & consilio 234. in princip. & consi. 189. colum. 5. & ibidem in fi. colum. & in princip. seq. ponit optimas declarationes. Natta.

CONSILIVM CXXIX.

Subscriptio Ant. de Prato Veteri.

Pulcher respondit subtiliter, & copiose d. egregius vt mihi filius primus [a] consultor, ita vt paucis vtar pro confirmanda eius conclusione in fauorem inquisiti de mandato ad furtum committendum, quòd & si instrumenta & libri clandestinè subtracta fuerunt, ex quo tamen non animo furandi, & in suos vsus conuertendi d. subtractio & remotio de loco ad locum facta fuerit, furtum non dicitur, vt dixit primus consultor. contrariatur enim factum diffinitioni furti. in l. 1. ff. de fur. inst. de oblig. quæ ex deli. profi. & quia si in dubio oĩs amotio a loco ad locum dño ignorante facta videatur concludere contra voluntatem domini. l. qui vas. §. vetare. ff. de fur. & successiuè furtum dici debet, tamen illud verum est, nisi alia causa conie-
1 cturari possit, † quia concurrentibus duabus causis quarum vna in delictum, & alia in rem licitam, in dubio lex præsumit in causam licitam ad factum. est text. in præalleg. l. meritò. ff. pro socio. per quem primus consultor dixit terminari titulum quæstionis in persona amouentis, vt furtum non commiserit. ¶Et præcipuè cum ex tali furto non obligaretur nisi illis quorum interesset non amotam esse. l. is cuius interest ff. de fur. & in spem in l. qui tabulas. cum tribus sequen. ff. de fur. Quo casu, si esset talis causa inductiua ad mouendum absque obligatione vel cum obligatione, sed licita, & minor, tunc maior & illicita excluditur, vt dixit pulchrè Barto. in l. gerit. ff. de acquiren. hæredita. Facit etiam doctrina Bald. in l. fina. C. de pig.
2 actio. dicentis † quòd si vxor remanet in domo viri viduata, præsumitur remansisse & retinuisse res mobiles pretextu hypothecæ quam habet in bonis mariti. l. finali. C. qui po. in piha. & non alio animo. & sic animo expilandi hęreditatem, iuxta l. aduersus. C. de cri. expil. hęre. vbi etiam videtur casus iuncta glo. & in l. vxor. ff. re. amo. Et ideo qui dicit animo furandi factam amotionem, debet id probare. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. l. dolum, cum sua glo. C. de dolo. & in tabulis, chyrographis, & instrumentis amotis est text. cum glo. in dicta l. qui tabulis. versi. sed si quis. in ver. non amouit. in fi. Causa alia est, quam inquisitus in sua confessione narrat, per quod sequitur, quod si amouens non teneretur furti, quia furtum non commisit, nec ipse mandans, quia vt plenè fuit respõsum in primo consilio & ea ratione. etiam si dixerit hic inquisitus amouenti si posset haberi modus habendi libros &c. ex quo hic modus posset esse licitus scilicet cum voluntate domini dictorum librorum, & instrumentorum, & etiam contra voluntatem & modus vnus includit rem illicitam, alius licitam, d. l. qui vas. §. primo vbi text. & gl. pręsumi debet quod in modum licitum mandauit ex quo non descendit in aliam specialem formam & modum inueniendi. dicta l. meritò. Et præci-
3 puè † quia in mandato quantuncunque generali nõ venit delictum, & id per quod mandans pœnam incurreret, vt in regula vulga. l. si procurator. ff. de conditio. indebi. vbi Barto. dixit in 2. oppo. quòd in generali mandato, & in qualibet dispositione generali permissiua, non videtur permissum illicitum, per illum text. & per l. si pater filio. ff. de his quæ in frau. credi. per quem text. videtur excusari ipse mandans, dum dicitur si pater filio liberam peculij administrationem concessit, non videtur ex hoc dedisse, vt in fraudem creditorum valeat alienare mandatum, ergo quòd libros habeat intelligendum est non per furtum, sed licito modo, similiter dixit text. in l. 1. C. de sacrosanc. eccle. Similiter etiam in l. si quando. C. de inoffi. testamen. ¶ Et pręcipuè si dictus inquisitus dicit eo animo fecisse, cui in hoc credendum est per doctrinas allegatas in priori consilio & firmauit Barto. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt.
4 dicens, † quod si fur dixerat se rem accepisse credens de voluntate domini accipere, creditur furi vt ab actione furti liberetur, sed in alia actione inspicitur an debuerit hoc credere vel non. allegat glos. in d. §. aliæ institu. de actioni. vbi in his quæ dependent ex voluntate nostra creditur nobis, & dicto nostro cum sacramento. & licet Barto. vbi videtur dubitasse propter id quod dicit glo. instit. de obli. quæ ex delicto. §. placuit. propter inconueniens quod sequeretur, quia fures semper dicerent se putasse dominum permissurum, & sic vtitur certa distinctione, tamen concludit quòd vbi posset allegari alia coiectura, illa coniectura cum dicto partis tollit pręsumptionem, de qua in §. vetare. sed hic cõstabat de coniectura scilicet quòd non fecerit animo lucrandi, sed vt posset constare, & sibi con-
b sequi debitum [b] & sic ob. pręsumptio allegata per Bart. quòd dominus non pręsumitur velle iactare suum. l. cum de indebito. ff. de proba. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. & in l. filiusfa. ff. de dona. Et licet in amouendo tabulas & instrumenta committatur

mittatur furtum, id verum si fecerit animo lucrandi. vt est tex. cum glos. in dicta l. qui tabulas supra allega. plus dixit Bartol. illud contingeret in fure, vt si pro eo non est alia præsumptio, credatur fecisse contra domini voluntatem. Non ergo idem dicendum in mandante si mandasset vt libros haberet quibus posset quod sibi debetur probare, & constat aliud esse proba-
5 re, & aliud furari libros lucri causa, quam probationem † & si alias habere non poterat, etiam via furtiua illam licuerat quærere. iuxta doctrinam Innocen. de restitutio. spoliato. cap. cum olim. quem sequitur & firmat Bald. in l. secunda. C. de serui. & aqua. Est etiam considerandum ad assertionem modi quo ipse fur dixit se copiam librorum habiturum, quod ipse inquisitus non approbauit illum, & si expresse non reprobauerit, vnde in dubio non videtur approbasse iuxta doctrinam positam per Dyn. in regula, qui tacet. de regulis iuris. & per Barto. in l. quæ dotis. ff. soluto matrimonio. & in l. filiusfamil. §. inuitus. ff. de procura. & per Guiliel. & Cyn. l. inuitus. C. de procu. ¶Quinimò dico, & plus, quòd virtute dictæ inquisitionis & confessionis factæ non potest aliqua condemnatio sequi cum
6 inquisitio sit quia mandauit, & confessio est super consilio † & longè differunt consilium & mandatum, vt voluit glos. in dicta regula nullus. in fin. dicens differentia est inter mandantem & consulentem, quia mandans obligatur ex mandato. sed consulens ex consilio, vt l. prima. ff. manda. sicut ergo dicitur in ciuilibus quòd proposita vna actione, & alia probata, debet sequi absolutoria, vt legi. & not. in l. an eadem. §. actiones. ff. de exceptio. rei iudica. ¶Ita etiam dicendum in criminalibus quæ ad instar ciuilium regulantur. l. absentem. ff. de pœnis. in l. senatus. ff. ad turpillia. ¶ Nec obst. l. 3. §. persuadere. ff. de seruo corrup. Et quòd dicitur in dicto capitulo si quis viduam. l. di. & in capitu. sicut dignum. de homici. & de pœniten. distinctio. 1. capitulo non solum. quia in illis consuluit maleficium committi, de quo sicut dictum est in mandato, ita dicendum in consilio per ea quæ etiam voluit Bart. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. quia verè habita relatione ad verba confessionis mandatum non concludunt, per text. cum glo. in l. 1. & 2. ff. manda. Non enim dixit, mando, iubeo, vel rogo, volo, vel aliud per quod dici possit mandatum, prout etiam traditur in l. si quis mihi. §. iussum. versi. sed si mandauit. ff. de acquiren. hæredita. nec etiam in hac causa, quia fauorem & commodum non continet mandantis, sed tantum ipsius amouentis, etiam si mandasset. l. 2. ff. manda. Item non consilium, non persuasionem, non instructionem, quæ verba dicit Barto. in dicto §. si mandato, idem importare, quia non est confessus de modo habendi dictos libros, licet dixerat verba de quibus
7 in dicta confessione, † & sic dicta verba etiam si dicerentur dubia, & ad certam significationem possunt deduci, debent interpretari ad id quod minus nocet, iuxta magistralem doctrinam Bald. in l. si quis seruo. C. de fur. in princip. Ad declarationem eius quòd dicitur in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. & in §. placuit. insti. eo. & in dicto §. aliæ. & in similibus in quibus dicitur in delictis non attenditur opin. delinquentis, sed ipsius rei natura & veritas dicētis. Item aut veritas & opi. se habent vt contraria, & tunc aut veritas est causa delicti, sed opin. non, & tunc magis consideratur opin. quàm veritas. d. §. rectè. & de fal. l. impuberem. Si autem ex parte opinionis esset delictum, non ex parte veritatis, & tunc consideratur veritas. l. falsus. §. qui alienum, de furtis. & l. si seruum. §. ait prætor. ff. de acquiren. hæredita. nisi in casu. dicta l. si quis seruo. aut ex parte vtriusque, scilicet veritatis & opinionis est delictum, & tunc consideratur quòd minus delictum est. l. scientia. §. qui cum aliter. ff. de acquiren. hęredita. si est plus in veritate quàm in opinione vel contra. l. item apud Labeonem. §. si quis virginem. ff. de iniurijs. & l. si ignorans. ff. loca. Si verò habent se vt excedentia & excessa, tunc si opinio excedit veritatem, consideratur opinio. ff. de fur. l. vulgaris. §. si quis ea. & si veritas excedit opinionem, tunc si in diuersis delictis consideratur opi. quia voluntas & propositum &c. ff. de iureiuran. l. cum iniuriarum. Sed in eodem delicto, tunc si in diuersis personis cōsideratur opinio. ff. de iniur. l. eum qui nocentem. §. cum aliquis. aut in eadem persona, & tunc consideratur veritas. ea. l. §. de iniuria. & fuit originalis doctrina Andreæ de Pisis in delictis in quibus animus requiritur. sed vbi animus non est de substantia delicti, tunc veritas inspicitur, dummodò culpa possit imputari. l. sicut. §. de præteritis. ff. de vsufru.
8 ¶† Ideoque inferendo ad titulum quæstionis, cum opinio dicti inquisiti fuerit non persuadere nec consulere ipsi amouenti dictos libros, & scripturas animo furandi, sed vt probare posset se creditorem nomine patris in dictis quatuor florenis, & in chlamide debita eius patri. Quæ opin. probata videtur ex tractatu habito inter dictum inquisitum, & dictum amouentem ante amotionem scilicet quantum ad effectum probationis, iuxta illud ex præfatione ex tractatu declaratur animus & voluntas agentium. l. Titia. §. idem respondit ibi Barto. post Dyn. ff. de verborum obligatio. Barto. in l. si ita stipulatus. circa princip. & quòd dicitur in l. fin. ff. de hæredita. institu. Et si veritas sit in contrarium ex parte amouentis, vt animo furandi amouerit, hoc non præsumitur ex parte inquisiti opinantis quòd iste non animo furandi accipiat. & si veritas in contrariū fuerit quòd animo furandi fecerit. & quia hæc sunt diuersa facta, & in diuersis personis, & vnum potest inducere delictum, aliud, non, hoc vltimum debet iudex assumere in fauorem delinquentis siue ex parte inquisiti, & si allegetur veritas siue
9 opin. ex doct. Ioan. And. & Bald. de qua supra & ideo † succedit regula iurisconsulti, in dubijs causis sententiam ferri pro reo. l. fauorabiliores. ff. de regulis iur. & maximè in causis criminalibus. l. absentem. ff. de pœn. quòd etiam iudex ex officio reorum defensiones debet inquirere, eodem titulo. l. si non defendantur. & in fauorabiliorem partem dubia debent interpretari, vt l. si de interpre. vbi etiam Barto. & in l. præses. ff. eodem titu. de pœ. Laus Deo eiusque matri & beatis Antonio & Raynaldo hodie 23. Maij. 1464. Et ita vt supra scriptum est dico & consulo ego Antonius de Prato veteri, iuris vtriusque doctor comes, & sacri imperij consiliatius &c. Bonon. iura ciuilia legens.

ADDITIONES.

a ¶Primus. f. Vincen. Paliotus.
b ¶Debitum. vide in simili Cæpolam, causa ciui. consi. 211.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiæ potest fieri tempore feriato.*
3 *Brachium cuius imploratur, non debet adhibere causæ cognitionem.*
5 *Exceptio & taxatiua, non excludunt casus similes. nu. 6.*
7 *Extensio non dicitur quod venit ex mente.*
10 *Dies & pœna impedit purgationem moræ.*
11 *Oblatio debet esse realis.*
12 *Eligens viam iudicij an sibi præiudicet in via executiua. numero 13.*
15 *Remedium duplex exequendi cumulare potest.*
16 *Protestatio quando est contraria facto, non prodest.*

CONSILIVM. CXXX.

Non est consi. Alex.

In causa strazarolorum in qua dubitatur an ipsis petentibus & implorantibus brachium familiæ d. Potestatis, vt eos assotiet ad accipiendum tenutam propria authori-
1 tate domus ipsorum strazarolorum. † Cuius dicitur finita esse locatio, ex eo maximè, quia non soluit canonem seu pensionem ipse pensionarius domus cum ex forma statuti possit dominus & locator conductorem non soluentem in termino ꝓpria authoritate expellere, an huic petitioni obstent ferię messium, cum statutum dicat in titu. de ferijs. & volumus & statuimus &c. vbi disponitur quòd a die 14. Iunij inclusiuè debeat ius reddi solum & duntaxat in infrascriptis causis. & nō in alijs, etiam minimis, videlicet in causis executionum sententiarum, præceptorum, mercedum, armorum, &c. ¶Et dico quòd non obstantibus dictis ferijs potest procedi, & ad hoc ostendendum dico, quod istud statutum quantum est respectu causarum executionum concordat cum iure communi.
2 ¶† Nam de iure communi executio sententiæ fieri potest tem
* pore feriato * propter vindemias & messes, vt habetur in capitulo finali de iudi. & ibi not. per docto. in capitulo finali de ferijs

ferijs maximè per Abb.facit secunda quæstio.prima, sicut.& de pœnit.distinc.1. Adam.& voluit Barto. in l.ait prætor.§.si debitorem. ff. de his quæ in fraud. credit. vbi expresse volunt quòd feriæ messium non impediant executionem. vnde modò sicut statutum est conforme iuri communi,ita debet intelligi secundum ius commune,& non vt contrarietur iuri com muni. per id quod habetur in capitulo cum dilectus. de consuetu.& capit.in nostra,de iniurijs.& in l.2. C.de noxa.& l.si verò.§.de viro.cum simil.ff.soluto matrimonio.vnde sicut de iure communi, vt dixi, quando petitur executio non obstant feriæ cum petitur illud quod est præambulum executionis. Nam cum petatur, vt detur familia pro executione mera facti, sed quia non soluit pensionem, quæ est concessa ab ipso statuto pro executione ipsius statuti,videtur istud peti posse & concedi debere, ex quo qui vult & concedit consequens,videtur velle & concedere antecedens sine quo illud expediri non potest.capitulo pastoralis.§.præterea.& capitulo consuluit.de offic. delega. & in l. secunda ff.de iurisdictio.omnium iudic. & l.ad rem mobilem.& l.ad legatum.ff.de procura. & l.oratio.cum simili.ff.de spon.facit capitu. cum inter. cum glo.de exceptio. & sic cum permittatur executio isto tempore, fortius permittitur petitio familiæ,vt præambulum pro ipsa executione fienda. ¶ Præterea ad prędicta facit quod not. dixit Abbas in capitulo finali de iudi.allegando Specu.& quòd dixit dominus Ludouicus in l.1.§.excipiuntur.de ferijs.vbi volunt quòd vbi agitur de nuda & actuali executione ea possit fieri tempore feriato ad messes. allegat not. in capitulo nouit. de appella. Sed in casu nostro idem est, quia hic solum agitur de nuda executione,& nudo misterio,quia petitur familia pro tollendo scandalo, & ne accipiens tenutam offendatur de facto pro iure quod habet,meritò videtur concedendum. Præterea ad prædicta confirmanda adduco dictum Innocen.in capitulo primo de offic.ordina.volentis † quòd vbi imploratur
3 a brachium alterius superioris [a] extraiudicialiter quòd nisi constet euidenter quod iniustè petat, debet dari, sed vbi in iudicio petitur, vt quia fuit lata sententia a quo non fuit appellatum neque reclamatum, quòd tunc debet impartiri officium suum, nec debet aliquo modo admittere aliquam exceptionē iniustæ sententiæ,vt ibi per eum.sed ita est in proposito quòd petitur extra iudicium,& non constat euidenter de iniquitate seu iniustitia,meritò videtur dicendum quòd concedi debeat non obstantibus dictis ferijs. & maximè hoc videtur dicendum quòd non obstent feriæ cum petatur solum brachium & auxilium ad defensionem, & ne fiat scandalum, quia si secus diceremus quod obstarent feriæ, posset sequi magnum absurdum,a quo est validum argumentum.l.nam absurdum. ff.de bon.liber.& capitu.quemadmodum.de iureiuran. Pone enim quòd peto auxilium & brachium superioris, vt det mihi armatos qui me associent, quia timeo offendi, quos mihi dare tenetur per l.fin.C.de eroga.mili.anno.lib.12.Certè si iudex staret, & diceret, obstant petitioni tuæ feriæ.posset sequi scandalum mortis petentis interim, vnde propter ea non est dicendum quòd in casu prædicto obstarent feriæ, cum petitur dicti brachi sui auxilium, vel peto quod mihi caueatur, quia timeo offendi,quod possum petere, & iudex debet mihi facere cauere, vt in l.denunciamus.C.de his qui ad ecc.confu.& ibi Barto.in l.qui bona.§. de illo. cum pluribus.§. d.l.ff. de damno infec.Certè si diceretur,obstant feriæ,non bene diceretur, & esset quid horribile admittere dictas ferias, quare dico quòd hoc casu non obstant feriæ. ¶Nec prædictis videtur obstare dictum statutum,primò arguendo,vt arguit Bald. in l.cum mulier.ff.soluto matrimo.in illa quæstione qua quęritur, si stat statutum quòd non soluenti collectas, non reddatur ius, vnde dubitatur an si non soluenti fit iniuria, poterit iudex contra iniuriantem inquirere,ex quo ipse iniuriatus nō potest accusare, & arguit quod videtur dicendum quod sic, quia dicit quòd statutum non videtur loqui in isto casu, cum dicat ius,& sic iudicium,vnde cum iudicium consistat ex tribus personis,vt insti.de interdic.§.retinendæ.& §.plura.cum similibus.& in capitu. forus, de verborum significatio. & in inquisitione non sunt nisi duæ personæ, meritò &c. vnde ex isto dicto Bald.eodem modo arguendo, cum dicat ius, & sic iudicium, & sic loquatur in casu quo requiruntur tres personæ.de quibus in capitu.forus.de verborum significatio.infertur quod in casu nostro non habebit locum statutum, cum istud petere brachium, vertatur solum inter strazarolos seu eo
4 rum procuratorem,& iudicem. † vnde vbi nō habent locum verba legis nec eius dispositio.capitu. indemnitatibus.§. sed cum eas.de elect.in 6.& capitu.fina. de statu.mona. & in l.4. §.prætor.& ibi Barto.de damno infec.l.ita autem.de administuto.l.quod constitutum.de mili. testam. & l. hos accusare.§. omnibus.de ac.& l.nominis & rei.§.verbum. ff.de verborum significa.cum simil.¶Non obst.huic argumen.quòd dicatur, imò in casu nostro iudicium fuit, hoc est. quia sunt tres personæ,quia fuimus citati,& sic habilitati,vt dixit Barto.in l.1. §.1.de oper.nou. nunciatio. & habetur in capitu. Genesi.de electio.& d.Anto.in capitu.dilecti.de exceptio.& not.in cap. intelleximus de iudi.& not.in capitu. cum inter.de exceptio. & Barto.in l.cum mulier.ff.soluto matrimo. & Bald.in l.fina. C.de edic.diui adria.tollen. Quia dico, quod dato quòd notarius dixerit in citatione ad petitionem Cæsaris, tamen errauit, quia vt nouit do.Potestas, ipsa citatio fuit facta ex officio domini Potestatis,& non ad instantiam partis,& sic quantum ad ser Cæsarem, non fuit nec est pars in iudicio, nec citata, & meritò haberet obstare dictum argumentum. ¶Nec etiam videtur obstare,si dicatur dictum statutum,non excipit istum casum,ergo cum excipiat aliquos, videtur in cęteris regulam firmare, vt dixit Dyn.in rubrica de regulis iuris in 6.& habetur in l.quæsitum.§.denique. de fundo instru. & l. nam quod liquidæ.§.fina.de penu.leg.& l. in his.ff.de legi. & in authen. de non alie.§.vt autem.& capitu. secundo de coniu. lepro. & 32.questio.2. dominus.& not.in capitu.vt iusta.de offi.ordi.
5 † quia respondeo quòd quanquam exceptio firmet regulam in non exceptis per prædicta iura,exceptio tamen nō excludit similes casus ipsius excep.gl.est fin.in l.j.C.de cōdi.inde.imò includit alias similes exceptiones, vt ibi cum gl. & voluit no. Abb.in capit.quoniam frequenter. vt lite non contest.& in c. cum omnes.de constitu.& allegat pro illa glo.casum in capit. cum dilecta. de confir. vti.vel inuti. & idem dixit in cap.pastoralis in princip.de rescrip.& sic non excludet hanc causam executionis fiendæ propria authoritate sibi concessa a statuto, cum concesserit executionem sententiæ, quæ fit authoritate iudicis, & sic ipsius ministro, cum censeatur ipse minister non facere, sed lex, & sic hæc videntur æqu iparari, argument. capitu. administratores. & capitulo an solum.& capitu.sequen.cap. iudex.24. questio.5. & sic in effectu fit executio per istum propria authoritate vigore statuti, sicut fit executio sententiæ vigore sententiæ per ipsum iudicem, quia quilibet censetur per prędicta minister execu. & ideo sicut in vno conceditur,ita & in alio simili. ¶Nec obst.si dicatur quòd statutum omnino habet obstare, quia loquitur
6 per dictionem taxatiuam,quia respondeo † quòd dictio taxatiua licet de natura sua habeat excludere, vt l. 3. §. a Titio.ff. de adimen. lega. tamen non excludit similia, nec ea quæ veniunt vigore verborum,cui adiungitur, vt habetur cle.exiui. §.cum autem. de verborum significatio. Et est glos.de verbo, duntaxat.in l.si mora. ff.soluto matrimo. vbi licet text. ibi dicat maritum duntaxat teneri de dolo, tamen tenetur de lata culpa quæ assimilatur dolo, vt ibi.idem in l.ob æs.C.de prædijs mi.vbi dictio, tantum, non excludit similes casus, vt ibi glo.facit quòd habetur in l.illud de sacro sanc.eccle.& Barto. in l.serui nomine.ff. de vsuca. & ad hoc possem multa allegare, quæ omitto breuitatis causa. ¶ Nec obst.quod dicatur hic est dictio geminata taxatiua, quia respondeo quòd ista geminatio fuit & est facta ad maiorem expressionem intentionis condentis statutum, vt appareat quòd omnino voluit excludere alios casus diuersos, non autem quòd voluit excludere casus similes. & sic correctionem inducere, quia esset contra dictas glo. quæ volunt quòd vt non inducatur correctio in similibus quòd intelligatur de extraneis,& non de similibus. &
7 sic videtur quòd istud statutum non obstet.† & non est ista ex
b tensio, [b] quia istud venit ex mente statuti. & ratione eius quæ fuit non impedire execu.non extensiue.l.nominis.& rei.§.verbum.ff.de verborum significatio.facit quòd no.Bald.in l.maximum vitium. C.de libe.pręte.& d.Paulus de Castro consil. 347.& quòd habetur per glos.in capitulo primo in versiculo Italiæ de tempo. ordi. lib. 6. ¶ Nec prędictis refragatur si dicatur Bald.in l.1.§. excipiuntur, decidit istum casum contra text.

8 text. in quantum vult in hac quęstione. † an statutum inducens ferias, intelligatur secundum ius commune, vt non habeat locum in casibus exceptis a iure communi, & decidit ex allegatis opinio. quod aut statutum simpliciter inducit ferias, & tunc intelligatur secundum ius commune, vt casus excepti a iure communi intelligatur excepti ab ipso statuto. Aut statutum procedit vlterius faciendo aliquas exceptiones, * & tunc dicit quòd non habet locum ius commune, quia in casibus a statuto non exceptis debemus stare statuto, & non iuri communi, quia exceptio firmat regulam in non exceptis, vt ibi per eum. & sic dicit pars aduersa hic decisionem esse sui dubij, sed ego dico, vt dixi, quòd fateor in casibus non exceptis & diuersis ab exceptis non habebit locum dispositio, vt extendatur ad alios, * sed similes bene statutum comprehendit per dictam glo. supra alleg. in l. prima. C. de conditio. inde. Et sic intelligo dictum Bald. supra allegatum, vt non excludat casus similes comprehensos in statuto, vt in casu nostro, sed diuersos, licet sint a iure communi dati, & positi in dicta l. 1. ff. de ferijs. ¶ Nec obstat quòd allegatur de dicto Bald. in l. 1. ff. de ferijs, scilicet quòd vt delegatus non possit cognoscere an sua sit potestas, quia committentes non habebant potestatem, quia si istud procederet in casu nostro, bene faceret dictum suum. Sed committentes in hac ciuitate teneant locum principis, certè ipsi possunt derogare ferijs, vt dixit d. Ludoui. in dicta l. 1. Et quia est ridiculum hoc dicere, non insisto, quia certum † quòd inferior non potest tollere legem superioris. capitulo cum inferior. de maiorita. & obedien. 21. distinctio. denique. & ideo legatus etiam de latere non potest committere causam appellat. remota, vt habetur per glos. in capitulo super quæstionum. de offic. deleg. &c. quòd ad consultationem. de offic. delega. nec vt proceditur de plano sine strepi. &c. vt in gl. cap. fina. de hæredit. in 6. & in clemen. sæpe. de verb. nec tollere consilium, vt in capitu. dilectus. el primo de præbend. sed isti committentes fuerunt domini sexdecim vna cum domino Locumtenente, qui representant in hac ciuitate personam principis, & quod eis placet, legis habet vigorem. per prædicta tollitur quòd dicitur longa fatigatione, videlicet quòd erant delegati, & quòd non est eis data iurisdictio per adiunc. clausularum &c. per not. in capitu. licet. de offic. ordi. & in capitu. cum aliquis. de rescrip. in 6. & l. 1. de officio eius cui mand. est iur. & in capitu. primo de cleri. egro. in glos. in 6. Barto. in l. 2. §. 1. de optio. leg. & in l. ius ciuile. ff. de iustitia & iure. & not. in l. si quis id quod. de iurisdictio. omnium iudic. cum simil. Et sic ex prædictis concludo quod feriæ non habent obstare, & quòd debetis & potestis procedere. ¶ Nec prædictis obstant allegata in contrarium, & primò quòd dicitur, quod soluit pensionem, & sic meritò non potest expelli tanquam cessans in solutione. Quia dico quòd istud non est verum, & ad eum spectat docere de solu. quia neganti, non asserenti incumbit onus probandi. l. 2. de probat. & 6. quæstio. 5. capitu. fina. & not. in capitu. in præsentia. de probatio. & not. in l. 1. C. de probat. & not. in capitu. super his. de accusat. maximè per Imo. vnde cum non probauerit, perinde est ac si non esset. l. in lege. ff. de contrahen. & c. cum contingat. cum simil. de rescrip. ¶ Non obst. quòd dicatur dato quòd non sit soluta tota quantitas, tamen est facta oblatio in iudicio, quæ oblatio sola sufficit ad tollendam moram seu purgandam moram, per id quod habetur in l. acceptam. per Bart. & Bald. ma-
10 ximè in vers. quinto quæro. C. de vsur. † Quia respódeo primò quod ex quo est dies, & pœna, vt patet in contractu nostro, non admittitur purgatio moræ, per not. in l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & obligat. & in l. si insulam. per Barto. & alios. ff. de verborum obligatio. & de materia in l. cum stipulatus sum mihi a Proculo. de verborum obligatio. in quibus locis hæc materia plenè tractatur. Et si diceres, dico quòd imò admittitur purgatio moræ in casu nostro, cum simus in contractibus bonæ fidei, per id quod pulchrè dixit Bald. in l. cum allegas. C. de vsu. versic. 6. op. vbi voluit quòd in contractibus bonæ fidei admittatur purgatio moræ, non obstante die & pœna, secus in contractibus stricti iuris vt ibi respondeo vt dixi
11 pridie in voce, † quod in illis casibus in quibus obligatio habet aliquem effectum, est necesse quod talis offerens habeat pecuniam in manu, & non sufficit dicere in verbo, vt pulchrè dixit Barto. in l. prætor. §. si reus paratus. ff. de ope. noui nunc. vbi dixit quòd omnes leges, quæ dicunt, sit paratus soluere, debet ire cum denarijs in manu aliàs non dicitur obtulisse, nisi in duobus casibus, de quibus ibi per Barto. Et sic non sufficit dicere, offero me paratum soluere, si dicat verbo, & non habeat pecuniam in manu, vt etiam voluit Bald. pulchrè in titu. si de feu. fue. contro. inter domi. & agna. §. liber. vbi dicit quod si quis vult aliquid consequi ex oblatione, vel oblatio est necessaria, tunc debet offerre, & non sufficit offerre verbo, sed
c debet offerre [c] rebus ipsis, nisi esset talis res quæ non posset offerri. vt res immobiles, vt ibi latius per eum. Ex quo constat quòd non sufficit offerre, dicendo sum paratus soluere, nisi habeat pecuniam in manu, vt voluit etiam Bart. in dicta l. acceptam. versic. venio ad quæstiones. & latè hoc voluit d. Matthæus de Matthesilanis in notabili centesimo uigesimo nono. vbi dicit not. quod vbi aliquid debet offerri ad finem actionis consequendæ, vel morę purgandæ requiritur oblatio rei pręsentis, vnde oblatio rei verbalis in pręsentia non constitutæ nihil operatur. l. qui decem. §. idem responsum. ff. de solu. & l. seruus si hęrede. §. finali. ff. de statulibe. facit pro primo, quia vbi opus est facto, verba non sufficiunt, vt in capitulo primo, de eo qui mitt. in possessio. causa rei ser. ¶ Et sic etiam hoc ipse vult expresse quòd non sufficit offerre verbo, nisi habeat pecuniam in manu, vt dixi. hanc eandem partem voluit Imo. in dicta l. pręto r. §. si quis. vbi dicit quod ille qui offert fideiussorem, debet illum secum habere quando offert. l. si decem. §. idem respondet. de solutio. Et similiter dicit quod offerens pecuniam, debet illam secum habere, aliàs non sufficit verbo offerre se paratum soluere, & ita dicit intelligendam. l. acceptam. Subiungit secundum Angel. ibi, prędicta vera quando debitum est liquidum. si autem debitum non est liquidum, debet liquidum offerre in manu, & pro non liquido offerre verbo se soluturum, & dare fideiussorem per l. statulib. de statulibe. quòd etiam voluit Ludoui. de Ro. in dicto §. si quis. Et sic concluditur quod cum hic non fuerit data satisdatio quòd non satisfecit verbo offerendo prędicta, & quod debeat habere denarios in manu, voluit d. Petrus de Ancha. consil. 331. incipien. Visis actis & actitatis. Ex quibus concludo per hanc oblationem verbo factam, dato quod posset purgare moram, non satisfecit. & patet quod dixi verum quod requirebatur quod haberet denarios in manu, & sic duobus suis motiuis est responsum. ¶ Non obst. quod secundò allegabatur scilicet litis pendentia, vt quia omnia iura volunt quòd lite pendente nihil debet innouari, vt lite penden. per totum. cum simil. Et dicitur lis pendere eo quod est facta citatio, vel litis contestatio facta, vt habetur in clemen. fina. & in iuribus ibi in glo. alleg. vt lite pendente, quantum ad hoc, vt non possit aliquid innouari, idest quantum ad hoc, vt non possit priuari sua possessione, vt dixit glo. in verbo innouari. in dicta clemen. vnde pate quòd in casu nostro non debet aliquid posse innouari, & sic dicit pars aduersa non potest per vos hoc peti in casu nostro cum nedum sit facta citatio, sed etiam sit lis contestata super iudicio petitionis missionis in pos. vrbanius agendo, vt pa-
12 tet ex actis. ¶ † Et sic ex isto infertur quod ex quo institutis in iudicio petendo, & vrbanius agendo immitti in pos. non potestis redire ad viam vt propria authoritate intreris in pos. & sic quòd associemini ad intrandum, per id quod dixit Bald. in l. 2. vers. decimo quęro. C. de serui. & aqua. vbi pro eo quod quis vadit ad iudicium pro reuocatione precarij quòd ipso iudicio pendente non potest propria authoritate expellere,
d quia ex quo eligit [d] viam iudicij, videtur meticulosus, * & ad viam facti redire non potest per l. de pupillo. §. meminisse. ff. de ope. no. nuncia. cum alijs ibi allegatis per eum. ¶ Quia respondeo quòd cum itum fuerit ad iudicium pręmissa protestatione, qd per hoc non intendebat renunciare, nec modo aliquo volebat renunciari iuri quod habebat de propria authoritate intrandi quòd istud iudicium videtur pendere cum ista qualitate, & seruare id ius sibijpsi protestanti. Nam clarum est quòd protestatio seruat ius protestandi. l. si. fideiussor. §. 1. ff. qui satisd. cogan. & capitulo cum M. de consti. cum simi. vnde ista protestatio reseruat ius ipsi agenti ne pręiudicet sibi
13 per introitum iudicij, † sicut in simili dicitur in capitulo solicitudinem. de appel. vbi dato quòd si ego appellaui a iudice, & demum redeam ad iudicem, videar renunciare appellationi ab ipso interpositæ, vt in capitulo gratum, de offi. deleg. cum

* cum simil. ibi in gl. alleg. tamen si adeo iudicem * ipsum appel. cum pro testatione quod non intendo renunciare appellationi, ipsa protestatio iuuabit me, & potero vtrunque facere, vt in capitulo solicitudinem, de appel. vbi est casus de hoc. ita in proposito dato quod adeundo iudicem vrbanius agendo videatur renunciare iuri propria authoritate intrandi, tamen hoc verum nisi fuisset protestatum quod non intendebam renunciare, quia hoc casu potero vtrunque facere, per prędicta. Et non obst. dictum Baldum supra allegatum quia ibi nulla erat protestatio reseruationis, vt patet ex eo d. Bald. & ad hoc possem alleg. multa similia, de quibus in dictis iuribus, & maximè in capitulo cum M. & dicto capitulo solicitudinem, in quibus per protestationem non pręiudicatur, sed seruatur ius suum. ¶Nec obst. si diceretur, amice, ipsa protestatio est contraria facto, ergo non iuuat, per id quod habetur in capit. ex ore. de insti. & in cap. perue. de appel. & in d. capi. cum M. cum simil. Quia respondeo quod imò non est contraria facto, imò est ad reseruationem iuris sibi competentis, & valet vt in capitu. Cumana. cum multis similibus in glo. allegatis. & in capitulo primo, quod met. causa. in capitu. Lotharius. 21. distin. & in l. si debitor. §. primo ff. quibus modis pig. vel hypo. sol. & in l. Nesennius. ff. de nego. gest. ¶Quinimò dico quòd illa protestatio, & illud quod tunc petitur, non est contrarium, imò venio ad coadiuuationem eius quod erat primò petitum, & ideo non dicitur contraria petitio, vt in simili habetur in capitu. si a iudice. de appella. in 6. in glos. in verbo
14 teneris. vbi † si compareo coram iudice a quo appellaui a grauamine illato per eum, & volo probare grauamen, vt reuocet illud, dicit quòd non dicor renunciare appellationi, quia facio actum tendentem ad fortificationem appellationis interpositæ, & actum tendentem ad vnum & eundem finem cum appellatione, ita in proposito introitus siue associatio ad introitum propria authoritate tendit ad illum finem ad quem tendebat illa prima petitio, imò sicut illa prima petitio tendebat ad habendum pos. ita iste introitus propria authoritate & assotiatio ad intrandum, ergo non sunt contraria, & meritò
15 videtur admittenda. ¶† Facit quòd in simili dicitur per Bart. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. & Bald. in l. ignorare. C. de restit. mili. & d. Pet. de Ancha. in capitulo primo de eo qui mit. in posses. vbi volunt quòd si feci capi * debitorem meum, & demum petam mitti in posses. bonorum suorum, quòd debeo admitti, quia ista duo [c] remedia tendunt & veniunt ad eundem finem, & vnum non est contrarium alteri. & si diceres, amice dices verum quòd illa potest intentare, sed non simul & semel per id quod dixit Angel. in l. nemo carcerem de exacto, tribus intelligendo. l. cum ex eo. ff. ad legem Iuliam pecu. quia respondeo quòd non simul & semel, sed in eadem scriptura, sed successiuè possum facere, quia ex quo per primum non est mihi satisfactum, & tua in resistendo perseuerat contumacia, venio ad aliud quòd possum, per id quod habetur in capitulo quoniam frequenter. in fi. vt lit. non contesta. vbi facta excommunicatione si perseueras in contumacia, potest deueniri ad mis. in posses. & econtra, vt ibi, ita ergo
16 dicendum in proposito. ¶† Facit quod habetur in l. cum fundum. in fi. ff. quod vi aut clam. & in capitulo pastoralis. de causa posses. & proprie. vbi si primo egi rei vendi. & demum volo agere poss. & in ipso procedere admittor, quia vt dicitur ibi, & maximè in glo. dicta l. cum fundum istæ petitiones compatiuntur, & non aduersantur, & meritò admittuntur, ita in proposito istæ compatiuntur, & tendunt ad vnum finem, ideo debent admitti, & vni non præiudicatur per aliam, maximè stante dicta protestatione quæ (vt dixi) seruat ius protestantis. Et maximè, quia huic protestationi non fuit per partem contradictum, ergo ipsa habet præiudicare ipsi per id quod dicit glo. doct. in dicto cap. Cumana. de elec. in verbo protestatione. & glo. prima. in l. si fideiussor supra allegata. qui satisda. cogan. in versi. recusare. quæ vult quòd vbi protestans tacet præiudicat sibi. & hoc voluit ibi Ange. & d. Ludo. qui ad hoc allegat glo. in l. fin. §. si prædixerat. ff. nau. cau. sta. Et dicit sin. quòd in protestatione alterius iuris exclusiua. taciturnitas habet ei præiudicat, & sic ex isto cum non contradixerint ipsi protestationi, habet eis claudere os, quod non videamur renunciasse iuri nostro. ¶ Facit in simili quod dicitur in responsione facta libello, quando respondit cum protestatione quòd nō intendit litem contestari. Nam secundum communem opin. Barto. & aliorum in l. 1. de lit. contest. & d. Matthæ. in no. 64. & in capitu. 1. cum simil. de lit. contest. ipsa protestatio operatur quòd licèt litigetur, tamen non dicitur lis contestata ad præiudicium protestantis. & ipsa protestatio seruauit ius pro-
17 testandi. † Quia, vt dicit, & bene domi. Abb. in dicto capi. 1. illud quòd dicitur quòd protestatio contrario facto non iuuat, est verum, quando ordinatur ad tollendum factum, cum facta non possint haberi pro infectis, sed vbi ordinatur ad tollendum mentem a facto, tunc bene operatur protestatio. l. Labeo. ff. de supel. leg. & l. obligationum substantia. ff. de actio. & obligatio. & idem tenet Specu. eodem titulo de lit. contest. §. 1. versicu. illud. ita ergo in proposito nostro ista protestatio fuit facta ad tollendum illam præsumptionem, quæ erat vt * videremur tanquā meticulosi renunciare iuri * intrandi propria authoritate, vt dixit Bald. in dicta l. 2. de serui. & aqua. vnde ista protestatio tollit istam præsumptionem, & ostendit mentem nostram quod non fuimus meticulosi, vt sumus, & ideo quòd non obstante prima petitione possumus hanc facere, & non obstant allegata in contrarium, quia per hanc protestationem non dicitur in nostri præiudicium lis pendere, per supra allegata. ¶Ad vltimum quod allegabatur per partem aduersam scilicet de instrumento quod dicebant habere, sed societatem ei dictum Manganum concessisse &c. dico quod non ostenderunt. Et paria sunt non esse, vel non apparere. l. in lege, ff. de contrahen. emptio. & si ostendunt replicabitur & ostendetur quod in casu nostro non obst. dictum Ange. in authen. de hæredi. & falci. §. si verò expressim. & etiam, quia de præsenti non sumus in casu an in contractu huiusmodi sit electa industria personæ, & sic non transeat ad hæredes, non tango, quia solum habemus tractare, an liceat expellere, quia non soluerunt pensionem. Si enim opus erit scribam, & infallanter & sine dubio credo de iure ostendere quòd iste contractus in casu nostro non transit ad hæredes, quia fuit electa industria personæ, vt ostendam loco & tempore. cætera suppleat circa prædicta, prudentia magnifici domi. Po. cum eleganti scientia d. Vicarij.

ADDITIONES.

* Tempore feriato.] Facit quia in executiuis non requiritur strepitus; Bal. in l. etiam. j. col. C. de execu. rei iudi. Natta.

a ¶Superioris. imò nisi sit inferior & merus executor debet cognoscere de iustitia, & scire quid agat, quia Deo redditurus est rationem administrationis, ad Roma. 13. ideo vera est opin. Bar. in l. magistratibus, & ibi Bald. ff. de iurisdictio. omnium iudic. in l. diuus. l. non dubium. ff. de custo. reo. quem sequitur Lucas de Pe. in l. j. quæst. j. C. de priui. schola. l. fina. quæstio. 3. C. de litera. lib. 12. & practicatur, vt latè per domi. Ioan. Igneum Rothomagensis senatus præsidem grauissimum in l. j. §. cum dominus. nu. 33. cum seq. ff. ad Sylla.

b ¶Extensio. j. lib. 5. consi. 85.

* Aliquas exceptiones.] Statutum non intelligitur secundum ius commune, vbi excipit aliquos casus & ita ponderat Ruin. consilio 59. columna secunda libro 3. & consilio 119. columna 3. libro primo. Natta.

* Ad alios.] Et sic in exceptis fit extensio. & ita Alex. hic adducit Afflic. decis. 401. colum. fin. & articulum tangit Dec. in l. j. colum. fin. ff. de regu. iur. & vide Alex. super hac eadem re in l. si constante. col. 4. ff. sol. mat. Natta.

c ¶Offerre. Alexan. l. si mora. in princip. soluto matrimo. l. qui Romæ in princip. l. si insulam. de verborum obligatio. l. si seruus. in princip. de vulg. & pupilla. supra lib. 2. consil. 224. supra lib. 3. consil. 106. numero 21. supra eod. consil. 24. Ancha. consil. 331. in princip. consil. 87. Roma. consi. 163. in fin. Petrus de Ferra. in lib. quando agit. ad pet. ex compro. glo. ver. legitime obtulit. Pau. l. acceptam. C. de vsu. Cur. senior. consilio 39. Iacob. l. Titiæ textores. numero 7. ff. de lega. j. consil. 172. lib. j. Anto. Negusa. trac. de pig. 2. parte 3. membri. 5. parte prin.

d ¶Eligit. dixi in consue. Paris. §. 160.

* Meticulosus.] Vide his de rebus Dec. consi. 460. dub. j. & Alexan. in l. quemadmodum. ff. de acquiren. posses. Aret. in l. si de eo. §. si forte. columna 6. eodem titu. & Rui. consilio 58. in fin. lib. 4. Iaso. consilio 91. columna fina. lib. 3. Rotam in decisionibus Thomæ Fastoli dub. 40. Natta.

* Si adeo iudicem.] Quod ei, qui petijt se in possessionem immitti per iudicem, obstet litis pendentia, vt non possit propria authoritate ingredi, tenet Ruin. contra Alexand. hic consilio 57. libro quarto. Natta.

* Quòd si feci capi.] Dicit Ias. consil. 9. lib. j. in 2. addit. quòd in executiuis non prohibeor adire diuersos iudices. Et no. dictum Barto. in d. l. consentaneum. cui adde eundem Barto. in l. j. in princip. ff. si quis

quis ius dicenti non ob.& ibi Alex.& Iaſ.col.7.qui addit,quòd contra contumaces poteſt quis vti misſione in poſſesſionem,item ſequeſtratione,captione,& alijs remedijs. Eodem modo, habens pignus, poteſt facere in carcerem detrudi debitorem, non ex capite ſuſpitionis fugæ,ſed vt ſoluat. Et Bartoli placitum in dicta l.conſentaneũ approbat calculo ſuo Dec.conſi.460.dub.1. Nat.

e ¶ Iſta duo.Bald.Pau.l.qui legati. C.vt in poſſ.lega. Bald.& Iaſ.l.1.in fi.ff.ſi quis ius di.non obt.Deci.conſi.72.in fin.dixi in conſuetu. Pariſi.§.166.

a Renunciare iuri.] Vide de hac proteſtatione facto contraria, Deci. conſi.460.dub.1. Nat.

SVMMARIVM.

1 *Colonum non ſoluentem propria auctoritate expellere licèt.*
3 *Iudex an tunc debeat dare familiam parte non citata. numero 4. & 5.*
7 *Liberatio facta abſenti non valet.nu.8.9.*
10 *Donatio facta in abſentem poteſt reuocari ante acceptionem.*
11 *Oblatio verbalis non valet.*

CONSILIVM CXXXI.

De eadem re.

In cauſa inter vniuerſitatem ſtrazarolorum ex parte vna & hæredes in effectu magiſtri Bartholomæi de Mãgano ex altera, paucis agã tum ob rei euidẽtiam, tum ob præclaram & ſingularem doctrinam & rerum foren-
1 ſium experientiam dominorum iudicare habentium.¶ † Præſuppono igitur in primis tam de iure municipali,quam communi, ſi conductor ad modicum tempus ceſſauerit ſemel in ſolutione penſionis, expelli poteſt per conductorem propria authoritate. & res locata apprehendi. hoc diſponit ſtatutum ſub rubri. de pœna vendentis rem alienam. hoc diſponit ius commune vt dixi ſecundum magis veras & communes concluſiones, vt habetur in l. ædem. cum ibi not. C. loca. & in l. penul. in princip. ff. loca. Et plenè not. Barto. & alij in l. quæro. §. inter locatorem. ff. eodem titu. & in l. vectigalia. §.1.ff.de pub.& per Iacob.Butri. & alios in authenti.qui rem. C.de ſacroſanc.eccleſ.& cano.in capi.propter ſterilitatem. de loca.& not.Bald. in l. creditores.in repe. C.de pigno.ibi dum dicit,quinto colonum vel inquilinum non ſoluentem licitum
a eſt propria authoritate expellere[a] &c. ¶ † Et non poteſt mora
2 purgari, vel quia res deſijt eſſe integra, vt quia locator alteri locauit poſt moram conductoris, vt in caſu noſtro.l.ſi in lege. §.colonus. ff.loca. facit.l.& ſi poſt tres cum materia. ff.ſi quis cautio. & etiam propter iuramentum appoſitum per conductorem in contractu non eſt locus purgationi moræ. l. ſi quis maior. & ibi not. Barto. & alij. C. de tranſac. not. Barto.in l. prædia. ad fin.ff.de actio.emptio.& Barto. & omnes in l.ſi inſulam. ff.de verbo. obliga. in 5. quæſtio. & Bald. in l.ſi pacto quo pœnam. in fine. C.de pact. & in dicta l. ſi poſt tres. in lectura. & Salyce. in l. magnam. C. de contrahen. & commit. ſtipula.ſed ita eſt quòd conductor non ſoluit in termino debito, quia tam in inſtrumento quam in ſtatuto eſt expreſſa dies, qua ſolui debeat, quæ dies ſiue expreſſa ab homines, ſiue a lege interpellat pro homine dicta l.magnam. & l. traiectitiæ. §. de illo.ff.de actio.& obligatio. l.2. in fin.de iure emphy. l.interdum.in princip. ff.de verbo.obliga.l.vnica.§.exactio. C.de rei vxo.actio.ca.potuit.de loca.bona glo.in l. ſi mora. ff.ſolu. matrimo.& in l.ſi duo.§.fina.ff.de conſtitu. pecu.& eo ipſo ꝙ apparet inſtrumentum obligationis de ſoluendo locatori, habet locator fundatam intentionem ſuam, ſi allegat conductorem non ſoluiſſe abſque eo quod probet iſtam negatiuam,ſcilicet quòd conductor non ſoluit.l.1. C.de proba.not.glo.magna.in l.2.C.de iure emphy.& Barto.latè in l.in illa la.1.ff.de verbo.obliga.& alij in l.actor.C.de proba. Canoniſtæ in c.ſu-
3 per his.de accu.cum ſuis concord. ¶ † Secundò præſuppono ꝙ quando conductor poteſt propria authoritate ingredi, & ſimilem actum facere ſi ille qui poteſt propria authoritate facere petat a rectore ciuitatis vel præſide ſibi dari officiales aliquos ad prædicta neceſſarios ſibi concedendi ſunt, vt probatur in l.cum domini horreorum.in princip.cum ibi not.& ibi
4 ponit Barto.& alij. ff.locati. hoc videmus alibi, † nam & debitorem ſuſpectum & fugitiuum capere poteſt creditor propria authoritate.l.ait prętor.§.ſi debitorem.ff.quę in frau.cre. not.in l.nullus. C.de iudæis. & tamen ſi vadat creditor ad iudicem,& ſummariè fidem faciat iudici de debito & de ſuſpectione fugæ ſuperuẽta, debet iudex ſibi petenti dare familiam ad capiendum debitorem, vt not. Dyn. & Barto. in dicto §.ſi debitorem. & Angel. in l. nemo carcerem, in repeti. & in l.ſi arbitrio.§.1.cum ſimilib. ff. qui ſatiſda. cogan. hoc in terminis noſtris firmat Salyc.in dicta l.creditores.in 13. quæſtio.& Ioan.de Imo.in cap.potuit, de loca. vbi etiam ſingulariter di-
* cunt, * quòd licet alias quando agens,qui poterat propria authoritate ingredi. petit ex vrbanitate a iudice dari licentiam ingrediendi, debeat pars citari ſecundum magis communem opinionem, tamen ſecus eſt quando ſimpliciter petit ſibi dari familiam, quæ cum aſſociet donec fuerit ingreſſus, & hoc ad prouidendum ne ſcandala & rixæ ſequantur,nam certè tũc non requiritur citatio, quia actus immitendi in poſſeſſionem non eſt petitus per partem a iudice, vt ibi latius per eos. Et
5 hoc caſu ſaluant glo. in l. meminerit. C. vnde vi. ¶ † Tertiò præſuppono quòd quando prędicta probantur per productionem inſtrumenti, non requiritur quòd producatur libellus, nec litis conteſtatio fiat, nec quòd ordinariè procedatur ſi petatur vrbanius agendo dari licentiam ingrediendi,& expellendi manu militari ſecundum communes concluſiones. vt firmat Barto. in repetitio. l.creditores. in 5. quæſtio. principali quem ibi quò ad hoc ſequuntur alij & Bald. in capitu. 1. §. ſi quis not. in titu.de pace iuramento firmanda. vbi pro hoc alleg.not.per glo.§.in multis. inſti.de libe. & in terminis Bald. in l. 2. C.de iure emphy. & in dicta l.eden. & Ioan. de Imo in dicto capi.potuit.& Ioan.And.in addit.Specu.in titu.de libellorum concep. §. nunc videndum. in additione incipiente. Ad materiam facit. Et Anto. de But.in capi. 1.circa medium.
6 de libel.oblat.† Ex iſtis ergo de primo ad vltimum patet quòd dictis locatoribus propter non ſolutam penſionem licitum eſt ingredi propria authoritate, & expellere conductorem, ſeu eius hæredes, & quod ipſis concedi debet familia magnifici domini Poteſtatis, quæ eos aſſociet in poſſeſſionem & prouideat ne ſcandala & rixæ ſequantur ac etiam petentibus dictis locatoribus denegari non debet, imò per vos concedi debet licentia ingrediendi dictam rem locatam, & expellendi conductorem ſeu eius hæredem, & ita manus militaris veſtræ familiæ concedenda eſt dictis locatoribus ad expellendum conductorem ſeu eius hæredem, qui ad hoc citatus eſt, & nihil contradixit, vel fecit quòd habeat eum in aliquo releuare. ¶ Nec prædictis obſt. ſi diceretur quod inter homines dictæ ſocietatis per partium ſcrutinium fuit obtentum quod domina Dominica, vt hæres dicti magiſtri Bartholomæi non inquietetur nec moleſtetur in dicta conductione, vſque ad fe-
7 ſtum Natiuitatis, quia reſpondeo † quòd cum dicto partito præſens non fuerit dicta domina Dominica, nec alius qui pro ea ſtipulatus fuerit,nec receperit,nec nuncius vel epiſtola miſſa ad ipſam interceſſit nullum ius ſibi acquiſitum fuit. l. conſenſu,in princip. iuncta glo. ff.de actio. & obliga. l. 1. in fine. cum glo.ff.de contrahen.emptio.not.glo.fina.in l.illud. C.de ſacroſanc.eccle.Et not.Barto.in l.abſenti.in princip. ff.de donatio. talis enim gratia conceſſa a parte, non prodeſt niſi interuenerit nuntius vel epiſtola. l. penulti. cum glo. & ibi not. Barto. ff.de iureiuran. ¶ Hoc etiam oſtenditur clarè quia per illud partitum pars aduerſa vult dicere quod intelligitur ſocietas in effectu liberaſſe dictam dominam Dominicam hæredem prædictam ab illa conditione quod ſtatuto prædicto diſponente quòd poſſit expelli propter penſionem non ſolu-
8 tam, & conſtat † quòd talis diſpoſitio etiam liberatoria[b]
b non prodeſt abſenti, niſi aliquis nomine abſentis receperit, vt not. gloſſ. in l. idem duobus. ff. de pact. & Bartol. in l. non ſolùm. §. ſi liberationis verba. ff. de libe. lega. & Iacob. Bartol. Angelus & Fulgoſi. & Paul. de Caſt. in l. poſtquam liti. C. de pact. & Barto. in rubri. C. res inter alios acta. & Anto. de Butri. in capitu.perinde. de pact. & in capitu.veniens. de renuncia. & Bald. in l.non idcirco. C. de iur. & fac. igno. & Salyce. in l. vnica. in 15. oppo. C. de confeſ. in l. ſi actionum. C.de pact.& etiam Bald. in l. prima. ff. de interrogatio. actio. vbi dicit hoc verum, quando iſta liberatio non fuit facta per modum confeſſionis, ſed per modum conuentionis ſeu pacti,prout in caſu noſtro.& idem Bald.in l.2. C.de liber-

9 tis & eorum liberis. † vbi dicit quod remissio iniuriæ & pax
fieri non potest absenti cum effectu, nisi ibi sit qui pro absen-
te recipiat. allegat. not. in dicta l. illud. & in dicta l. consensu.
ita etiam videtur de mente Cyn. in l. generaliter. in quarta quę
stione. C. de non num. pecu. & Antonius de Butr. in ca. fin. de
concess. & ita se habet magis communis opinio per plura alle-
gata in dictis locis, quæ breuitatis causa omitto. Quinimò
dato quod talis liberatio & dispositio potuisset valere, & effe-
ctum sortiri dicta domina Dominica ratificante, tamen atten
to quòd fuit reuocata ante acceptationem d. Dominicæ, non
potest nocere dictæ societati, vt probatur in l. non erit. §. fina.
cum l. sequent. ff. de iureiurand. & l. si quis iusiurandum. C.
de rebus cred. hæc probantur manifestè in casu nostro per ea
10 quæ not. Bartol. & alij in l. absenti. in fin. ff. de dona. † dum
* dicit* quod quando ex causa voluntaria aliquid confertur in
absentem, potest reuocari ante acceptationem. per l. qui ab-
sen. ff. de acquiren. posses. cum alijs ibi allegatis. Et in casu no
stro intentio dictæ societatis non fuit, quod statim acquire-
tur dictæ mulieri patet, quia fuit positum partitum sub con-
ditione, si d. Dominica præstet satisdationem de gubernando,
& de soluenda pensione. bene facit dicta l. qui absenti in prin.
de acquiren. possess. quæ quidem conditio etiam non est im-
pleta per d. Dominicam, adeo quod etiam si partitum illud
non fuisset reuocatum, tamen non posset ipsa se fundare ex
dicto partito. l. cedere diem. ff. de verborum signi. l. interdum.
in princi. ff. de verborum obligatio. ¶ Nec etiam obst. prædi-
ctis si dicatur quòd pars aduersa allegat se deposuisse apud
ædem sacram pensionem debitam iuxta l. acceptam. de vsu-
ris cum materia &c. & l. si reus paratus. quia respondeo ꝙ
aduersarij, si talia dicunt, verisimiliter debent truffari aut io-
11 ci causa dicere, † quoniam ista verbalis oblatio regulariter ni
hil operatur. l. qui decem. §. idem responsum. ff. de sol. l. præ-
tor. §. si quis paratus. cum ibi not. per Barto. & alios. ff. de ope.
no. nun. excepto casu. l. qui Lucij Titij. ff. de rescin. vend. &
per Barto. in l. fin. ff. de distrac. pig. & in l. acceptam. de vsu. Et
per alios in l. si mora. ff. solu. matrimo. cum simi. præterea ista
verbalis oblatio, si facta est, fuit facta post lapsum termini da-
tum ad soluendum, ergo nihil operatur, quia non potuit mo-
ra purgari, vt iam dixi. ¶ Nec etiam habet obstare si dicatur
quòd ob. nobis pendentia litis, quia iam per nos petitum fuit
dari licentiam nobis ingrediendi, & expellendi &c. ergo pen
dente illa lite, nil debet innouari vel aliud peti, extra vt lite
pendente, per totum, & l. vbi cæptum. ff. de iudi. & not. in l.
C. de iud. Quia respondeo primò quod super eadem petitio-
ne primò producta instamus, scilicet quod iudex det nobis
licentiam ingrediendi vel expellendi, vt est petitum, & sic fru
stra allegatur pendentia litis. ¶ Item respondeo quòd primò
fuit petita nobis a iudice dari licentiam ingrediendi & expel-
lendi, nunc autem petimus nobis dari familiam, quæ nos as-
societ, quia attendimus ingredi propria authoritate, ita quod
illud quod nunc petitur vltimo loco est diuersum a prima pe
titione. quod sit diuersum patet ex not. per Salic. in d. l. cre-
ditores. in 19. quæstione, & Ioan. de Imo. in dicto ca. potuit,
prout retuli suprà in secundo præsupposito, vnde illud non
parit exceptionem litis pendentiæ. l. cum quæritur. & l. cum
12 de hoc. ff. de exce. rei iudica. ¶ † Accedit, quia in prima peti-
tione reseruamus nobis ius & facultatem ingrediendi propria
authoritate, quæ protestatio operari potest reseruationem di-
cti iuris. ar. l. si debitor. §. primò, ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol
ui. facit id qđ dicimus de eo qui appellat viua voce, saluo si-
bi iure appellandi in scriptis, quia id facere potest, vt per Bar-
to. & per alios. l. cum procura. §. si dominus. ff. de ope. no. nun.
& Ioan. An. & alij in ca. bonæ. & in ca. dilecto. de ap. & Angel.
& Salyc. in l. si quis libellos. C. de ap. & Ange. in l. si quis cum
procuratorio. §. fina. ff. de procur. & Bald. in l. ap. C. de app. &
in capitulo primò, §. sancimus. in titu. quo tempore miles. &
in l. generaliter. §. primò. C. de re. cred. Et quod non obst. pen-
dentia litis, etiam satis ostendunt verba Bald. in l. qui legati.
13 in fin. C. vt in possess. leg. ¶ † Possent postremò prędicta con-
firmari, quia dicta locatio fuit facta magistro Bartholomæo
de Mangano artifici ad vsum dicti artificij, & sic in dubio vi-
detur electa industria personæ, vt not. in l. inter artifices. per
glo. & doc. ff. de sol. & not. Barto. in l. continuus. §. qui intu-
itam. & §. si ab eo. ff. de verborum obligatio. & ideo non tran-
sit ad hęredes, vt per Barto. in dicto §. si ab eo. facit. l. vnica. §.
ne autem. C. de cad. tol. & l. fideicommiss. §. fina. ff. de leg. 3. er
go per mortem dicti conductoris est finita locatio, quæ non
fuit facta pro hæredibus, meritò possunt locatores vt propria
authoritate in capienda sua possessione, iuxta plenè not. in l.
1. C. vnde vi. & in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. & per
Barto. in dicta l. creditores, cum concord. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶ Expellere facit supra lib. 3. consi. 105. numero 18. supra eod. consilio 117. numero 9. idem tenet Berta. tracta. gabella. parte secunda, quæstione 15. contrarium vult Alexan. infra libro 5. consilio 118. numero 11. Sed ibi loquitur quando agitur de expellendo a toto iure & vsu locationis ante tempus, secus tempore finito vel respectu præsentis vsus.

* Singulariter dicunt.] Nota vt scias practicare. tenet Afflict. decisio. 316. & latè prosequitur Dec. consilio 460. dub. 1. vbi respondit, quòd qui adiuit iudicem cum protestatione de expellendo propria auctoritate, quam sibi reseruauit, potest expellere, non obstante litis pendentiæ. Natta.

b ¶ Liberatoria. Alexand. & omnes. d. l. idem Bertran. consilio 178. supposito. lib. 1. Alexan. infra libro 6. consi. 174.

* Dum dicit.] Confirma ex no. per Alexan. in l. si stipuler. §. fina. ff. de verb. oblig. Natta.

SVMMARIVM.

2 *Colonus non soluens potest propria authoritate expelli, licet sit pœna apposita quæ censetur fauore stipulantis.*
3 *Scriptura pri nata an debeat habere diem.*
4 *Viuæ voci plus statur quam mortuæ.*
5 *Testis si variat non potest super eo fundari iudicium.*
6 *Confessio procuratoris non nocet domino.*
7 *Industria electa censetur in artifice.*

CONSILIVM CXXXII.

De eadem re.

In causa inter vniuersitatem strazarolorum ex
parte vna, & hæredes magistri
Bartholo. de Mangano ex alia, visis dubitationibus, quæ fieri
dicuntur contra partem strazarolorum, cui paucis respondere
conabor, & eò breuius conabor, quia res coram doctissimis
1 agitur. ¶ † Primum per partem aduersam opponitur quòd no-
bis obstat exceptio litis pendentiæ, eo quia die 14. Iulij pro
parte nostra fuit petitum dictos hæredes citari quod venirent
ad contradicendum, quare non detur licentia dictis strazaro
lis propria authoritate ingrediendi in Mangano, & ne di-
ctus dominus Potestas pręstet brachium militare & cęt. Nunc
verò veniunt strazaroli, & sine partis citatione petunt bra-
chium seculare & volunt intrare. dicitis tamen in dubio ve-
stro quod nihilominus etiam ad hoc pars est citata. ad istud
fuit responsum in prioribus allegationibus, videlicet quod
iudex debet expedire primam petitionem, quæ in effectu ad
idem tendit quod secunda, & illud quod est in secunda com
prehenditur in prima, vnde expediendo primam totum est
expeditum, aut ergo procedit vtraque petitio, & potest iu-
dex pronunciare super qua vult, & super vtraque, & vbi se-
cunda non procederet habet pronunciare super prima. l. edi-
ta. cum ibi plenè not. C. de eden. & ibi not. Barto. in versicu.
quæro nunquid super prima & secunda sit pronunciandum.
2 & Canonistæ in capitulo secundo, de libel. oblatio. ¶ † Circa
secundum dubium, dum dicitis quod conductor promisit
soluere pensionem de sex mensibus in sex menses & cæt. Item
præsentare pignora sub pœna & cæt. qua pœna soluta vel non
& cæt. Et sic videtur quòd si non est soluta pensio, incideri
in pœnam, non autem quod possit expelli, quia per prouı-
sionem hominis cessat prouisio legis. l. fin. C. de pac. conuen.
l. & habet. §. cum quis. ff. de precario. quia respondeo quòd ve
ritas est in contrarium, vt in terminis nostris est gloss. com-
muniter approbata in l. secunda, in gloss. magna. C. de iur. em
phyteu. quæ vult quod si emphyteuta promisit soluere cano-
nem sub pœna, & postea cessauerit in solutione canonis,
potest expelli quamuis sit promissa pœna, ne illud quod est
indu-

inductam in fauorem domini ſcilicet appoſitio pœnæ, re-
dundet in eium odium, quod eſſe non debet. l. quod fauore.
C.de le.& in l.nulla.ff.eod.tit.& ita etiam firmat Dyn. & Bar
to.in l.cum pater. §. libertus. ff.de leg. 2.& omnes in d.l.2.&
in c.potuit.de loc.& hoc per multa iura probat Spe.in tit.de
loca.§.nunc aliqua. verſic.35. Non obſtat quod prouiſio ho-
minis faciat ceſſare prouiſionem legis,quia reſpondent glo.&
doc.in d.l.2.& alij in locis ſupra allegatis,& Barto.in l.ſi cum
dotem,in princi.ff.ſolu.matrimo.& in d.l.habet. §.cum quis.
quòd illud procedit quando prouiſio legis erat contra ius cõ
mune, & extraordinaria, & ſic conceſſa in priuilegium alicui
cõtra ius commune,ſed ita eſt quòd de iure communi & mu-
nicipali eſt ordinariè prouiſum quòd conductor non ſoluens
poſſit expelli, vt dixi in alijs allegationibus, ergo illa proui-
ſio pœnæ non facit ceſſare prouiſionem legis vel ſtatuti proui
dentis de expellendo,& quòd illa prouiſio legis vel ſtatuti pro
uidentis de expellendo conductorem dicatur ordinaria,& ſic
non ceſſat per prouiſionem hominis, patet ex his quæ notat
glo.præallegata, quam omnes ſequuntur. Præterea etiam po-
teſt reſponderi quòd ex alio capite quàm non ſolutionis poſ-
ſunt expelli, vt infra dicetur. ¶ Quò ad tertium dubiũ, in quo
dicitur quòd probatur de ſolutione quinque annorum facta
debito tempore, vel ſaltem multis annis niſi in vltimo ſeme-
ſtri,in quo non fuit ſolutum,quia non fuit habita patientia,vt
dicitur ex actis apparere. reſpondetur quod non fuit facta ſo-
lutio integra pro ſecundo ſemeſtri, ann. 1463. & ſi diceretur
quòd imò apparet eſſe ſolutum vt cõſtat ex quadam ſcriptura
priuata producta,vt dicitur, quæ ſcriptura dicitur eſſe manu
Io.de Lacaualina,in qua ſcribitur hoc modo, videlicet. Rice-
uei io Zouane de la Caualina ſyndico de la compagnia de ſtra
zaroli de l'anno 1463. per li ſecondi ſei meſi.libre 50.de qua-
drini de maeſtro Bartholomeo del mangano in piu volte,que
ſta è p la piſon del mangano,e coſi mi chiamo contento & pa-
3 gato dal dito maeſtro Bartholomeo.† Quia reſpondeo primò,
ꝙ dicta ſcriptura priuata non habeat diem, quo facta fuerit di
cta ſcriptura & ſic potuit fieri prout in veritate facta eſt lite
pendente, & ſic de an. 1464.quo tẽpore ipſe nullo modo erat
ſyndicus, & poſito ſine præiudicio, ſed non conceſſo, quod
de anno præcedenti pro ſex menſibus eſſet ſyndicus,ita quod
illa ſcriptura neque nocet vniuerſitati neque probat. nam li-
cet ſcriptura priuata non requirat regulariter diem. l.cum ta
bernam.§.idem quæſijt.ff.de pignori. tamen illud eſt verum,
quando tractatur de præiudicio ſolius ſcribentis. Sed ſi tracta
a tur ſeu tractari poteſt de præiudicio alterius, [a] tunc requiri-
tur quod in ſcriptura apponat dies ſi veniebat neceſſario pro-
bandum tempus.argu.c.in præſentia. de proba.ita concludit
Hoſtien.in c.inter dilectos,de fide inſtru.& do. Abbas in c.2.
eo.tit.& iſtud de mente Barto.clarè.in dicta l.cum tabernam.
§.idem quæſijt. dum opponit dicta l. ſcripturas. & vult quòd
quando ille qui vtitur ſcriptura habet ſe fundare ex tempore,
oportet quòd ſcriptura contineat diem, vt ibi per eum. & no-
tat Bald. in prima conſtitutione codicis in §.quibus. Sed ita
eſt quod dicti hęredes habent neceſſe probare de tempore ſci-
licet quod ſoluerint ſingulo ſemeſtri, & in feſto Paſchatis re-
ſurrectionis, vt in ſtatuto in rubrica de pœna vendentis rem
alienam &c.& tractatur de præiudicio alterius, quàm ſcribẽ-
tis, ſcilicet de præiudicio vniuerſitatis, ergo &c. & ita etiam
voluit Ioan. Andreas & alij in capitulo,abbate ſanè. §. fi.de re
iudicata.& probatur in d.l.ſcripturas. C. qui potiores in pig.
habe.& ibi clarè Bald. ¶ Præterea dictus Io. de Caualina ad re
quiſitionem magnifici domini Poteſtatis, vt declaret ſcriptu-
ram ſuam, quæ non aperit quo die vel menſe receperit dictas
pecunias,iuxta.c.cum clamor. extra de teſti.& id quod notat
glo.in §. quia verò multi. in auth.de teſti.etiam de iuramento
ſuo declarando dictam ſcripturam,ſpecificauit tempora in q-
bus recepit dictas quantitates, & inter cætera dixit ſe recepiſ-
ſe certam partem de ann. 1454. de menſe Ianuarij in duabus
vicibus, & ſic ſolutio fuit facta extra tempus debitum, & fuit
4 facta ei qui amplius non erat ſyndicus † & plus ſtari debet vi
næ voci dicti Ioannis cum iuramento,quam ſuæ voci mortuę
id eſt, quàm ſuæ ſcripturæ priuatæ, vt inquit text.in auth.de
inſtrumentorum cautela & fide.§.ſed & ſi quis. verſiculo ſi ve
rò tale quid. ibi nos exiſtimauimus ea quæ dicuntur a viua
voce, & cum iureiurando digniora eſſe fide quam ſcriptura

5 ipſa &c. † nam & vbi agit de præiudicio alterius quã ſcriben
tis, vel deponentis, ſemper ſecundum dictum varium a pri-
mo operatur vt ſententia non poſſit ferri pro illo qui ſe fun-
dat ex dicto illius quia fides eius debilitatur, vt ſignanter con
cludit, & declarat Anto.de Butr.in c.cum in tua.de teſti. per
not.in ca.præterea.de teſt.cog.facit. l.qui falſa. ff. de teſt.& qđ
6 habetur.in l.eos.ff.ad l.Cor.de fal. ¶ † Denique dicta ſcriptu-
ra priuata licet in ea dicatur,recepi ego Ioan.&c. tamen dici-
tur probare confeſſionem de recepto,non numerationem, vt
clarat Bart. C. de numer. pecu. in l.ſi ex cautione, in ſecunda
oppoſitione.poſt glo.vbi Barto.pro hoc inducit not.per gloſſ.
in l.fina.C.de dot.cau.non nume.& in l.ſi ex pretio. C. ſi cer.
pe.& idem no.Anto.de Butr.in c.ſi cautio, de fide inſtrum.&
Ang.in l.pręadia.ff.de acquiren.poſſeſſ.Sed ita eſt quod procu
b rator [b] vel ſyndicus dictæ vniuerſitatis confitendo ſponte, ſeu
per modum voluntariæ iuriſdictionis recepiſſe pecuniam,ni-
ſi aliter probetur de actuali receptione, non præiudicat prin-
cipali, vt l.certum.§.ſed an ipſos.& ibi not. ff. de confeſ.not.
Barto.in l.ſi debitorem.ff.de nouationibus.& in l.a diuo Pio.
§.ſed ſi emptor.prope fi.ff.de re iudic.bene facit l.1.§. ſi mu-
tuam.ff.ſi quid in frau.pa. Et quod not.Barto.in l.ſecunda.§.
fina.cum ſuis concordan.ff.ſi certum petatur. ¶ Inſuper non
fuit facta ſolutio in primo ſemeſtri anni præſentis, & ſi dica-
tur quod non fuit præſtita patientia, reſpondetur quod ſic,
& inquantum appareat quod de voluntate & conſenſu vni-
uerſitatis fuerunt inquieti hæredes conductoris, alias taliter
reſpondeo, quòd aliter non poterant hæredes prædicti conſe-
qui remiſſionem mercedis. l. ſi fundus quem. ff. loca.& tunc
dico quod dicta aſſerta non præſtatio patientiæ, fuit poſt tem
pus Paſchatis in quo ſolui debebat penſio primi ſemeſtris, vt
eſt prouiſum in ſtatuto ſupra allegato. ¶ Quò ad quartum, in
quo dicitur, per plures teſtes eſt probatum dictum Petrum
fuiſſe bene inſtructum, & dictum Manganum exercuiſſe tem
pore vitæ dicti magiſtri Bartholomæi, & per conſequens ꝙ
hæc locato non fuit facta reſpectu induſtriæ dicti Bartholo-
mæi, cum alij eſſent in ciuitate, reſpondeo primò quod no-
bis ſufficit fundamentum non factæ ſolutionis debito tempo-
re. ¶ Secundò reſpondeo, quòd poſito quòd teſtes proba-
rent quòd dictus Petrus eſſent bene inſtructus, tamen per
hoc talis probatio non releuat, quia oporteret probare quòd
tempore quo fuit celebratus contractus iſtius locationis, di-
ctus Petrus erat tunc æquè idoneus,ſicut dictus magiſter Bar
tholomæus, aliàs illa probatio tanquàm non concludens,ma
ximè in tempore, non releuabit.l.matrem. C. de probatio. l.
cum actum. ff. de nego.geſt.l.non ſolum. §. ſed & vt probari.
cum ibi not. per Barto. ff. de oper. no.nun.cap.præſentia.de
7 probatio. † Tertiò, quia dato quòd etiam Petrus fuiſſet peri-
tus artifex, illius miniſterij ſicut etiam magiſter Bartholo-
mæus, tamen ſufficit quod magiſter Petrus eſſet artifex ad
hoc vt intelligatur electa induſtria perſonæ, vt not. Bartol.
in l.continuus.§.qui inſulam. & in §.ſi ab eo. ff. de verborum
obligation. & in l.inter artifices. poſt gloſſ. ff. de ſolu. & dixi
in prioribus allegationibus. Quò ad quintum dubium, in
quo dicitur quòd vniuerſitas ſtrazarolorum refirmauit di-
ctam locationem, vt apparet publico inſtrumento manu ſer
Franciſc. & etiam apparere dicitur ex teſtibus examinatis de
confirmatione, vel ſaltem tacitè fuit refirmata, quia vniuer-
ſitate ſciente & patiente, vt dicitur dictus Petrus & dicta Do
minica laborauerunt in dicto mangano. Quia reſpondeo pri-
mò quod refirmatio facta per partitum non obſt.quia ad eam
multifariè reſpondi in primis allegationibus, quæ videantur.
ad teſtes etiam ſi verum ſit quod probent, cadunt eædem re-
ſponſiones, quę cadunt ad inſtrumentum continens dictum
partitum, & deliberationem vniuerſitatis. & difficile eſt
etiam credere quòd teſtes deponant quòd eſſet vniuerſitas ſo-
lenniter congregata, adeo quòd in ea eſſent due partes ex tri-
bus, & conſenſerint interueniente conſenſu maioris partis,
prout de iure requiritur, iuxta l.ſecunda,& tertia. ff.de decr.
ab ordi.l.nulli.ff.quod cuiuſque vniuer. no. & l.maior. ff. ad
muni.& in cap.cum omnes.de conſtit. ¶ Non obſtat dum di-
citur quòd vniuerſitate ſciente & patiente illi vſi ſunt dicta
re locata per duos menſes. Quia reſpondeo primò, quòd illa
talis patientia non obligat vltra tempus quo pręſtita eſt, & ſic
non obligat in futurum,cum non ſcimus in pdio ruſtico.l.itẽ

quæritur.§.qui impleto.ff.loca.& l.legem.cum ibi not. C.de
loc. ¶ Præterea secundò non est probatum de scientia & pa-
tientia dictæ vniuersitatis,nisi dicatur quòd sit probatum per
dictum partitum redditum per ser Franciscum, & tunc dico
quòd dictum partitum nullatenus nobis obstat, vt euidenter
ostendi in primis allegationibus.& per hoc sunt resoluta meo
iudicio satis apertè omnia dubia nobis data. ¶ Et successiuè
etiam non omitto quod puto esse probatum per plures testes,
quòd dicti hæredes non sunt vsi,nec vtuntur, nec conseruant
arbitrio boni viri dictam rem locatam. & quod tentarunt &
tractarunt cum societate bombasariorum, quod isti instituāt
aliud manganum in præiudicium dictæ societatis strazarolo-
8 rum,& dicti mangani locati. ¶ †Et per consequens cum pro-
miserit dictus conductor dicto mangano,& re locata vti, &
perfrui,& illam conseruare arbitrio boni viri,& non fiat, po-
test meritò expelli,vt in c.propter sterilitatem,de loc.in l.ędē.
C.de loca.in auth.qui rem.C.de sacrosanc.eccle. ¶Ex quibus
concludo patere ex pluribus capitibus quorum quodlibet per
se esset sufficiens, partes nostras magnifice prætor, & vos cla-
rissime domine Vicarie esse in procedendo ad petita pro par-
te vniuersitatis strazarolo. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶Alterius.Matthesi.not.45.latè An.Tiraq.de retra.conuen. §.1.gloss.
7. numero l. cum sequenti. adde infra libro 7.consilio 80.numero
2.supra libro 3.consilio 13.adde Iser. ca.1.de prohi.feu.alie.per Lo-
tha.in vsi.feud.

b ¶Procurator supra lib.3.consi.37.nu.1.vide no.supra lib.3. consi.90.

SVMMARIVM.

3 *Mulier non debet viro operas quæstuarias, sed sibi quærit.*

4 *Mulier non est in potestate viri,sed socia,licet maneat in pote-
state patris.numero 5.*

CONSILIVM CXXXIII.

Anto. de Prato Veteri.

Vere crudelis videtur hic socer huic nurui suæ, quæ
mortuo viro potuit nubere. de secun.nu. ca.2.& hodie plenè
not.per gloss.& Bald.in l.1. C.de secun.nup.& in l.genero.ff.
de his qui no.infa.etiam præter pœnas iuris ciuilis, quæ intra
annum nubenti imponebantur,hodie sublatas,vt ibi,& vt gu
bernaret filios nepotesque eiusdem soceri. ad quam guberna-
tionem non tenebatur, iuxta l.alimenta. iuncta glo.& ibi Cy.
& moder. C.de neg.ge. Et ipsa etiam saltem intra dictum an-
num debebat non restituta dote alimentari,vt omnes aiunt gl.
& Cyn.& moderni in l.1.§.exactio.C.de rei vxo.act. & in l.di
uortio.ff.sol.mat.vbi etiam Bar.Ange.Raph.& Inno. & Ioan.
And.in c.salubriter.extra de vsur.& plus etiam voluit Bald.in
1 d.§.exactio. † ꝙ etiam post annum appellatione alimentorum
veniunt vestimenta.l.verbo victus.ff.de verborum signi.Et in
hoc non refert per quem debeat dos reddi, an per filium., an
per socerum,stante quòd ad illum spectant onera alimentorū,
apud quem est dos,vt in l.actione.§.fi.ff.pro socio.l.fundum.
§.dotis.& in l.si filia. §.pe.ff.fa.ercis. Et ideo si hæc nurus hoc
tempore sibi vestes fecerat,non abs re dicendum erit, id quod
expendit,a socero repetere posse, & fore, nego.gestis actione.
arg.not.in l.Nesenius.ff.de neg.ge.elapso verò anno, locus est
dotis repetitioni, vt in d. §. exactio.nec compensationi locus
est,vt in l.1.§.taceat.C.de rei vxo.ac.& in l.diuortio. §.ob do
nationes.ff.solu.matrimo. ¶Et si fortè illa iura non loquantur
2 hoc casu,tamen ex alio capite subest ratio,ex eo quia † & si iu
ra præsumant quòd apud vxorem inuenitur ex bonis esse ma-
a riti[a] l.Quintus.ff.de don.inter virum & vxo.& in l.multum.
C.si quis alteri vel si. & in l.cum propria. & not. Innocen.de
testa.cum ex officij.& Bal.in l.cum oportet. C.de bo.quæ lib.
tamen non memini me legisse quod vxor quærat viro suo, &
si ei seruire teneatur, vt in l.sicut. ff.de ope.li.vbi in officio ma
riti esse debet,tamen qd quęrit, sibi quærit,vel etiam ei in cu-
ius potestate est, & ideo licet nupta, si tempore matrimonij
erat in potestate patris, per matrimonium vel nuptias sequen
tes non soluitur nec finitur patria potestas, imò remanet in pa
tria potestate, & patri quærit, ac si nupta non esset. l. si vxor.
C.de condi.inser.cum gloss.cum ergo si pater viueret quęsiis-
set illi, hoc pariter si sui iuris quærit sibi, iuxta ea de quibus.
in l.cum oportet. C.de bo.quæ lib.& ibi Barto. & licet glo.in
dicta l.sicut. dicat not.vxorem operari viro.per illum text. &
in l.sed & si vir. ff. de dona. inter vir.& vxo.sic etiam hæredi-
bus viri intra annum dixit ibi glo.alle.not.in l.1.C.de rei vxo.
3 ac.Cyn.dixit in dicta l.si vxor.not.quòd † mulier non tenetur
b operari[b] viro.& fuit dictum Pet.quòd nec a marito potest cō
pelli,vt sibi operetur,nisi ad reddendum debitum. pro hoc fa
cit glo.33.quęstione 5.quod de eo.in glo.pen.quæ dixit quòd
vir habet duplex ius seruitutis in vxorem,vnum,quò ad debi-
tum reddendum,aliud quò ad ministerium,& nec quicquam
dicit de alijs operibus. hoc pulchrè quasi in terminis nostris
firmauit Bal.in d.l.si vxor.dicens Pet.dixisse, quòd cum vxor
possit contrahere societatem cum viro,& societas solùm fit ex
his quæ sunt ex quæstu.l.coiri.§.fina.cum l.seq.ff.pro socio,er
go non acquirit viro, sed sibi. Item si conducit prædium, ac-
quirit sibi. Item si stipulatur aliquid cum viro acquirit sibi
partem suam. alleg. not. in l.scripturæ. C. de fide instru.& li-
cet.l.dicat quòd debet esse in obsequio viri,illa lex dicit de ser
uitijs obsequialibus, quæ debent intelligi secundum qualita-
tem personarum. Sunt etiam quædam operę paruę ęstimatio-
nis, quas similiter debet operari.ar.l.in rebus.§.possunt.ff.cō-
mo.& ff. solu. matrimo.& l.si cum dotem. §. sinautem.in se-
uissimo. Cæterum,si vxor faceret aliquam artem, vel mercan-
tiam, vel esset chirurgica,uel obstetrix, quæ quidem non sunt
operæ domesticæ, & familiares, id quod acquireret ex istis
operibus, non acquireret viro, quia nec ad præceptum uiri te
netur negotiari. Et si non esset in obsequijs viri culpa viri ad
nullas tenetur. allegat ea de quibus in l. si stipulata. ff. de do.
inter uir.& vxo.Et secundum hoc est intelligenda doctri. Bar
tò.in l.diuortio.in princi.solu.matrimo. qui distinxit qualita
tem personarum. vt cum fuerit cui conueniat operari viro
operatur, ut intelligatur de operibus oblequialibus non de
alijs, prout est operatum distinctio inter fabriles & obsequia-
les, sic etiam reuerentiales, quas pulchrè posuit glo. in l.non
fortem.§.si libertus.ff.de condit.inde.in l. in stipulationibus.
§.operarum.de verborum obligation.& per totum. ff.de ope.
lib.& in titu.de obsequi.a li.patro.pręs.Et hoc probatur insti.
in titu. per quas perso. nobis acqui.vbi describuntur personæ
quæ quærunt alij, inter quas non ponitur vxor, vt viro quæ-
4 rat. ¶ † Et probatur ratione, quia non est in potestate[c] viri,
c sed est socia viri. l.prima.ff.rerum amota.& ratio societatis est
vt adinuicem lucra communicentur. l.1.& l.coiri.& l.si non
fuerint. ff. pro socio. & vir nihil vxori communicat,nisi quò
ad vsum nec vxori quærit,quomodo ergo dicendum erit vxo-
rem viro quęrere,quod si dicitur erit societas Leonina, quam
lex improbat. dicta l. si non fuerit. Et sic etiam debet intelli-
gi doctrina Bald.in l.diuortio.& doct. qui transeunt cum Bar
* to.qui voluerunt, si alimenta habuerit * & noluerit operas prę
stare, tantominus habebit quantum esset pretium operarum,
intelligo debitarum puta obsequialium in domo,vt guberna-
tio familiæ, & fortè etiam si consueta fuerit facere tempore
mariti vitæ exercere opera rusticalia, scilicet secare frumentū
seu colligere, quia quò ad omnia præterquàm quò ad debi-
tum carnis dicitur esse in domo viri. l. fina. C. de bon.mater.
facit.l.filij.§.ijdem responderunt.ff.ad muni.Ita etiam intelli-
gatur doctrina Inno.in c.cum ex officij.quia sic debet intelli-
gi,licet fortè includat subiectionem,iuxta illud Apostoli.Esto
te subiectæ viris vestris, non tamen ratione potestatis, a qua
pendet ius alteri quęrendi. ¶ Et hoc suadet doctrina Bald. in
l.si inuita. C. de nupt. vbi dixit quòd licet maior sit potestas
mariti in filiamfa. vxorem quam patris, quia potest illam re-
5 petere inuito patre.l.secunda.ff.de lib.exhi. † tamen remanet
d in potestate prima[d] quò ad omnia quę causantur a patria po-
testate,quia testari non potest.per l.qui in potestate. ff.de testa.
& glo.in l.filiæ. ff.solu.matrimo. Item quia patri acquirit ad-
uentitia pręter operam quam tenetur pręstare uiro.In hoc au-
tem quòd filium alienum lactet, dicat aliquis quòd teneatur
marito iubente, nemo dixerit, pręcipuè, quia hoc non consi-
stit tantum in opera quantum in exhibitione lactis, quod
suum est, non mariti, ideo inquantum dixit, quod lucrum
quotidianum quod facit in domo uiri,est viri,debet restringi
secun-

reſtringi ſecundum prædicta. ¶Et propterea eodem loco Bal.
dixit quod iſta quæſtio adhuc non eſt expedita, & hoc proba-
tur authoritate eiuſdem Bald. in l. 1. C. de bon. quæ lib. dicen-
6 tis, † quod duplex eſt poteſtas. paterna & maritalis. paterna,
quia quicquid acquirit vxor mea acquirit patri ſuo, quò ad
vſumfructum, & non mihi, niſi quærat ex maritalibus obſe-
quijs, ſicut ſunt omnia diurna in quibus tenetur operari viro,
quia alitur ab eo, allegat d. l. ſicut. ff. de oper. liber. & ſic Bald.
declarat, quæ ſit iſta diurna opera, de qua dixit in d. l. ſi in vita.
Et idem Bald. in cap. 1. §. quia vero. qui feu. dare poſſ. licet. in
l. 1. eod. tit. dixerit quòd mulier acquirit marito ſicut liber ho
mo bonę fidei poſſeſſor quęrit poſſeſſori, & talis quærit ex ope
ra ſua, & bonis poſſeſſoris. l. acquiritur. ff. de acquir. rerum do
minium. & malè, quia contrarius ad id quod dixit in l. ſi vxo-
7 rem. nec mirum † quia cerebrum Bal. continuò voluebatur
ſicut auis in aere, prout refert dominus Paulus de Caſt. ſocius
eiuſdem Bald. in quodam ſuo conſilio. Et ſatis probatur ex eo
quod ſibi fertur Barto. dixiſſe ita demum vxorem quærere vi-
ro ſi conſtat quòd habuerit animo quærendi viro, alias non,
cum acquiſitiones ſint de iure gen. & fundatæ in conſenſu. l.
qui mihi donatum. ff. de dona. & in l. & ſi filij. C. de fide inſtr.
& iu. haſ. fiſc. lib. 10. & ideo cum hic ea nolente compenſare
cum dote, & pretium lactis pro ſe retinuerit, clarè oſtenditur,
quòd eius voluntas fuit ſibi quærere, non ſocero. argu. no. in l.
3. §. ſi quis rem. ff. de acquir. poſ. & in l. 1. ff. de fur. ¶Hoc etiam
plurium firmatur authoritate Bald. in l. 1. C. de leg. dicentis ad
l. ſicut. ff. de ope. libe. & ad doctrinam Barto. & l. Caio. §. fin. ff.
de lib. leg. quia in l. ſicut. dicit quòd debet eſſe in obſequio vi-
ri, & gloſ. dicit & ſimiliter in obſequio hæredum viri, & in l.
Caio. §. fi. Bart. dicit vxorem & viduatam eſſe in ſeruitio hære-
dum. ſed quod in l. ſicut. alimenta petebantur beneficio, & ex
diſpoſitione. l. & ideo operæ debent compenſari cum alimen-
tis, quia qui non laborat, non manducet, ſed aliud ſi ſunt reli-
cta alimenta, quia tunc alimenta capiuntur ex diſpoſitione ho
minis, qui non grauauit, vt operetur. Et ideo non tenetur ope-
rari, & poſtea dicit Bald. quòd hoc de opere debet intelligi de
obſequialibus vt facere lectum & coquinam, & portare aquã
ſi talia facere conſueuit, non enim debet ſtare in domo ſicut
corpus mortuum, ſed operas fabriles vel artificiales non tene-
tur præſtare, & ſic alias dicebam de lucris quæ vxor facit in te
xendo, & remendando, & faciendo veſtes, & deaurando, & re-
camando, dummodo per hoc non impediantur operæ obſe-
quiales in domo. & cum iſto etiam tranſiuit Salyc. in d. l. 1. C.
de lega. vbi idem recolendæ memoriæ dominus & præceptor
8 meus dom. Flo. de S. Petro. ¶†Quibus concludendum videtur
pro omnium concordia quod cum vxor non debeat ſeruire iu
re ſeruitutis, vel quaſi, ſed debet eſſe in eius obſequio, & pari-
ter etiam in obſequio hęredum, vt eſt text. cum gl. in d. l. ſicut,
& mulier non tenetur niſi ad officiales. dum litera dicit in l.
ſicut. in officio viri. & ſic ad operas officiales. Officiales autem
dicuntur operæ obſequiales, vt eſt text. cum gl. in l. fabriles. ff.
de ope. libe. & ideo gl. in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de cond.
inde. volens ponere ſpecies operarum, dicit, quædam ſunt ope
ræ obſequiales, quædam fabriles; & cumulauit obſequiales of-
ficiales vt eædem ſint differentes à fabrilibus. & idem voluit
glo. in d. l. fabriles. dicens, aliæ officiales, vti obſequiales, quæ
ſine impoſitione debentur, vt exemplificat ibi, & conſtat ꝙ la-
ctare non conſiſtat in opera obſequiali nec officiali, ſed potius
in opera fabrili, & de hac non loquitur. l. ſicut. Nec memini
me legiſſe aliam legem, ergo & c. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. mat.
Fateor autem & pari ratione, quod ſi ex lactatione hęc fuit ex-
penſa in aliquo ſocero quod illius expenſæ ratio habenda eſt.
Ant. de Prato veteri, 26. Iunij. 1464.

ADDITIONES.

a ¶Mariti. ſupra lib. 2. conſi. 82. nu. 6.
b ¶Operari. Licet contrarium velit Alex. infra lib. 6. conſi. 209. adde ſu
pra lib. 3. conſi. 100. * Pet. Gerar. no. 99. tenet quòd ratione ſocieta-
tis dimidia ad virum pertineat. Vide Gramma. deciſ. 54. Natta.
c ¶Poteſtate. Latè d. And. Tiraq. de legi. connubia. § 3.
* Alimenta habuerit.] Non tenetur operari hæredibus viri, ſi ab eis
non percipit alimenta; Bald. conſil. 137. dub. 1. lib. 5. Natta.
d ¶Prima. de conſuetudine. non ſeruatur, vt dixi in conſuetu. Pariſi.
§. 117.

EPITOME.

NON licet filio pro legitima vel ſupplemẽto ſua authoritate ingredi res hæreditarias.

CONSILIVM CXXXIIII.

Attentis narratis in themate breuiter ſen-
tio non licuiſſe d. domi.
Samaritanæ hæredi d. do. Agnetis hęredis d. Bartholomęi in-
a gredi propria [a] authoritate poſſeſſionem dictæ vineæ pro legi
tima debita domi. Bartho. filio dictæ dominæ Agnetis in bo-
1 nis & hęreditate dictæ dominæ Anto. auiæ d. Bartho. † quia
cum legitima debeatur deducto prius ære alieno. l. Papinia-
nus. §. 3. ff. de inoffi. teſtam. ideo non poteſt eſſe certum, quan-
tum erat illud quod debebitur pro legitima, niſi primò citato
2 hęrede ſit liquidatum ęs alienum, † & propterea etiam vide-
mus, quòd legatario non eſt licitum poſſeſſionem rei legatæ
apprehendere propria authoritate, ſecundum quod legitur &
nota. in l. 1. iuxta princip. ff. quorum legato. & in l. 1. C. eo. tit.
& in l. non eſt dubium. C. de legibus. propter hoc decidit Bar.
propriè in terminis noſtris, ſcilicet in legi. quod non liceat fi-
lio propria authoritate poſſeſſionem rei hæreditariæ occupa-
* re pro legitima. Item dicit ipſe * in l. 2. C. quando & quibus
quar. pars deb. lib. 10. per illum tex. in ver. quorum. vbi patet,
3 † quòd ille qui debet habere quartam, non poteſt ingredi pro-
pria authoritate poſſeſ. rei vacantis: & ideo ſubdit Bart. id eſt,
quod etiam filius qui ingreditur fundũ pro ſua legitima, nul-
lam poſſeſſionem acquireret: quia ſua legitima eſt incerta ra-
tione loci, quia eſt portio pro indiuiſo, quę appellatur incer-
ta ratione loci. l. Mæui. §. duobus. de legat. ſecundo, & eſt in-
certa etiam ratione quotę fundi: quia neſcitur quota pars
fundi debeatur propter incertitudinem ęris alieni: ergo non
poteſt poſſeſſio acquiri ratione huius incertitudinis. l. ſecun-
da §. incerta. & l. locus. ff. de acquirenda poſſeſſione. ¶Et prę-
dicta tantò magis procedunt in caſu noſtro, in quo dictus Bar
tholomęus non fuit inſtitutus in quota bonorum ſeu legiti-
ma, ſed fuit inſtitutus a dicta domina Antonia auia ſua tan-
tum in libris quinque quo caſu clarè decidit Bald. in l. ſi quis
in ſuo. C. de inofficio teſtamen. quòd non poteſt propria au-
4 thoritate apprehendere, pro quo etiam facit: † quia ſupple-
mentum legitimę debitum vltra dictas quinque libras reli-
ctas debuit peti per dictum Bartholomęum aduerſus hęre-
dem, & aduerſus legatarios pro rata bonorum, ſecundum
Barto. & Ange. in l. in quarta. ff. ad legem Falcid. per l. ſi ex pa-
tronis. in princip. & l. ſi libertus. ff. de bon. libe. & l. ſcimus. §.
repletionem. C. de inofficio. teſtamen. & ita etiam vult Bald.
in authent. presbyteros. C. de epiſcopis & cleri. & in l. omni-
modo, in fine princip. C. de inoffic. teſtamen. & in l. ſuus quo-
que. in princip. ff. de hęredi. inſti. & eſt magis communis opi-
nio. & poſito etiam quòd ſolum aduerſus hęredem eſſet ſup-
plementum legitimę, vt nonnulli tenuerunt per §. cęterum, in
authen. vt cum de appella. cognoſcitur. tamen quod legitima
ſufficit ad inferendum quod debeat peti per eum contra hę-
redem, non autem licet ſibi propria authoritate ius dicere
contra. l. extat. ff. quod met. cau. & l. nul. C. de iud. cum ſimil.
Attento quòd dicta vinea erat in bonis & hęreditate dictę do-
minę Antonię, vt conſtat ex inſtrumento dotis ſuę: & etiam
conſtito quod domi. Anto. prędicta tenuerit vel poſſederit di-
ctam petiam terrę vineatę, & ſequeretur quòd etiam vigore
dicti ſtatuti prouidentis quod nemini alij quàm hęredi liceat
mortuo poſſeſſore, vel detentore talia bona ſua authoritate,
vel alio quęſito colore per ſe vel alium occupare, ingredi, vel
inuadere & c. non licuit d. Agneti vel alteri ingredi poſſeſſio-
5 nem dictę petię terrę. ¶†Et poſito quod d. Agnes prędicta
poſt mortem domini Antonij apprehenderit poſſeſſionem di-
ctę vineę, debet intelligi quòd eam tenuerit iure familiarita-
tis nomine priuigni ſui Ioannes Baptiſtæ: ad quem iure hæ-
redita. pertinebat: & ideo ipſa videtur poſſediſſe nomine do-
mini Ioannes Baptiſtę & ita probatur in l. qui iure familiari-
tatis. ff. de acquiren. poſſeſſio. cum ibi not. per Barto. & alios
in l. etiam habet. §. hoſpites. ff. de procur. & in l. mulieri. ff. qui-
bus mod. vſusfruc. quæratur. & not. Angel. in l. aſſiduis. C. qui
pot. in pig. hab. cum ſimili. & potius debet præſumi, quod eo

nomine tenuerit dicta domi. Agnes quàm alio iure: quia alias
videretur deliquisse contra. l. merito. ff. pro socio. & tantominus etiam licuit dictæ dominæ Samaritanæ ingredi dictum
fundum propria authoritate: quia, vt verbo fertur, dicitur
quod mortua dicta domina Agnetæ Bartholomęus Bodriolus
procurator d. Ioannes Baptistæ continuauit possessionem dictæ petiæ terræ: & ideo de iure non potuit dicta domina Samaritana, non citato dicto possessore apprehendere possessionem dictę rei. l. fundi. C. si per vim vel alio modo c. licet episcopus. de præben. in 6. Ex quibus concludo etiam, dato quod dictæ dominæ Samaritanæ, vt hęredi do. Bartholomæi mediante persona dictæ domi. Agnetis deberetur aliquod supplementum in bonis d. domi. Ant. tamen ei non licuit propria authoritate ingredi possessionem dictæ petię terrę: & per consequēs
debet ab illa desistere.

ADDITIONES.

a ¶Propria. Idem Alex. in l. in quartam. ad l. Falci. in l. Marcellus. §. res quæ. ad Treb. Corn. consi. 282. lib. j. Curt. senior consi. vlti. Deci. cons. 236. num. 9.

b Item dicit ipse.] Istud dictum Bart. sequitur Ias. adducens alias auctoritates, in l. 3. §. incerta. colum. penult. ff. de acquir. posses. Natta. Idem Alexan. paulo post inquit, Et aduersus legatarios &c.] Non autem potest agere contra vnum solum; ex quo ostenditur, quòd filius pro legitima non habet hypothecam, de qua re nonnulla Dec. tradit consil. 235. dub. 4. Qua etiam ratione non potest agere contra tertios possessores; Grammat. decis. 90. Et de prædictis Ruin. consil. 17. col. 3. lib. 5. vbi etiam in seq. col. vult, quòd filius contra vnum nō posit suam consequi legitimam. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Summarum coaceruatio non fit nec temporum. nu. 2. nisi ob fauorem publicum vel libertatis. nu. 3. & 4.*
6 *Rediens ad patriam videtur habere animum illic commorandi.*
7 *Retenta per annum videntur vnita mense.*
8 *Statutum vnum non debet corrigi, sed determinari per aliud. nume. 9.*
11 *Consuetum non est arbitrarium.*
12 *Filius longo tempore seorsum habitans præsumitur emancipatus.*
14 *Exemptionis titulus ex longo tempore præsumitur.*
18 *Exemptio venientibus ad habitandum non potest reuocari.*
20 *Concessa a principe per viam contractus non possunt reuocari.*
24 *Cancellatio generalis non tollit specialia priuilegia.*

CONSILIVM. CXXXV.

Barbatias.

* a Et quidem viso puncto * videtur iure aperto dicendum quod domi. Anto.[a] & familia eius possint prosequi exemptionem, vsque ad tempus 20. annorum. & vsque ad residuum dicti temporis. 50. anno. ¶Et premitto pro fundamento potissimo & formali huius consultationis, quod licet iste Anto. cum sua familia venerit ad habitandum ad comitatum Bonon. & ad gaudendum immunitate, & per decennium, tamen non compleuit spatium decem annorum continuum. posito enim quòd duabus vicibus interpollatim habitasset in comitatu Bonon. decem annis, non tamen continuè, quo casu non videtur habuisse exemptionem per decennium. hoc dicit glos. in l. vbi fideiussor. ff. de solu. &
1 ibi Barto. † dicit hanc determinasse quęstionem; statuto cauetur quòd bannitus à centum libris vltra, possit offendi impune. modo quidam habebat plura banna, vnum in l. aliud in 40. aliud in 50. quæ cumulata excedunt centum. decidit quòd non potest impune offendi, quia 50. & 50. non sunt centum. & si dicat, condemnamus eum in ducentis libris videlicet in 50. pro percussione in facie, & in 50. pro percussione in brachio. & sic de singulis, an diceretur condemnatus in 200. & decidit quod non, allegat dicta l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebel. & l. ædiles. in fi. cum sua glo. ff. de ædil. edic. Ita dicamus in casu nostro licet iste Anto. cum sua familia in diuersis vicibus accumulatus stetisset spatio decem annorum, non tamen dicitur stetisse decem annis: quia cumulatio isto casu
2 fieri non debet. ¶ † Et adduco quod voluit Angel. in l. si idem cum eodem, in princip. ff. de iurisdic. omnium iudic. vbi quę-
b rit vtrum in tempore fiat coaceruatio. & decidit quod non,[b] ponit exemplum in eo qui stetit per diuersa semestria in ordine mendicantium. non erit professus: & qui stetit in carcere eodem modo non dicitur stetisse per annum, vt sic amore Dei debeat relaxari ex forma statuti. alleg. Specu. in titu. de statu monacho. §. 1. versi. 38. alleg. Barto. in l. fin. §. quoties. ff. de publi. & Guliel. de Cu. in l. necnon. §. si quis sepius. ff. ex quibus causis maio. in integ. restit. ¶Et adduco quod voluit idem Angel. in l. fin. §. quoties. de publi. vbi dicit, statuto cauetur, quod qui stetit in carcere per annum, debeat excarcerari amore Dei in aliquo festo, quod non debebit excarcerari si stetit per duo semestria diuersa. Et refert ibi Spec. dicere, quod non dicitur professus in monasterio, qui stetit per duo semestria diuersa. idem dicit in scholari, vt dicatur nouitius, si non stetit per annum continuum in studio: licet steterit per duo semestria diuersa. ¶Et adduco quod voluit idem Angel. in 1. quæstio. vbi dicit Cyn. statuto caueatur quod si quis receptauerit bannitum decem diebus puniatur certa pœna. & quidam receptauerit bannitum decem diebus interpollatim quinto diebus diuersis decidit quòd non fit coaceruatio & sic non incidit in pœnam. ¶ Et adduco quod voluit idem Angel. in l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Trebel. vbi dicit quòd si quis sit condemnatus in centum; videlicet in 20. pro tali delicto. & in 30. pro
c tali:[c] & sic de singulis; quòd non videtur condemnatus in centum: quod inducit ad statutum loquens de summa centū: & alleg. glo. singul. in l. vbi fideiussor. de so. ¶Et adduco quod voluit idem Angel. in l. plures. ff. de pac. vbi dicit quòd non admittitur cumulus: & inducit ad quęstionem statuti dicentis de bannito in centum: vt non comprehendatur in bannito in quinquaginta & quinquaginta. alleg. dicta per se in dicta l. si idem cum eodem. ¶Faciat quod Bar. in l. 1. §. sed si duo. ff. de conditio. instit. & l. fin. §. quoties. ff. de publi. ¶Et adduco text. in cap. presbyt. 22. distin. in ver. triennium. vbi dicitur, quòd presbyter tenetur stare in termino continuo: ergo in dubio tempus intelligitur esse continuum. ¶Et adduco. cap. j. de vita & honesta. cleric. lib. 6. per quem text. dicit ibi Ioan. And. quòd vbi ius apponit tempus intelligitur de continuo. & adduco. c. laudabili. de frigi. & malefi. vbi tex. loquitur de triennio: & glo. ibi dicit continuo. ¶Et facit quod not. Archid. in capit. non solum de regu. lib. 6. & Ioan. de Ligna. in clem. eos. eod. titu. Et per domi. Abb. consiculum meum in cap. ad apostolicam. de regu. ¶Faciat ad prędicta, cap. in omni negotio, de test. vbi numerus ex vnitatibus crescit: quod est verum secundum Bald. ibi, si vniantur in vnam conclusionem seu consonantiam, secus si diuidantur. vnde dicit glos. quòd decem & decem non faciunt 20. & ille qui est condemnatus in vna causa, in decem, & in alia causa in alijs decem quòd non dicitur condemnatus in 20. idem si cauetur statuto quòd bannitus in 20. possit impune offendi, nō comprehenditur iste bannitus. alleg. glos. in d. l. vbi fideiussor. quam ad hoc dicit esse solen-
3 nem. ¶ † Et si quispiam opponat de eo quòd habetur in l. 3. ff. de abigeis. vbi dicit quòd ille qui hodie furatur vnum animal, & cras furatur aliud: & sic de singulis fit coaceruatio vt puniatur illo titulo de abigeis. quia ad illud responderi potest, quòd hoc est odio delinquentis, ne delicta remaneant impunita. Est enim vtile reip. ne delicta remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. cap. vt famæ. de sent. excom. &c. non crudelis 23. quæstio. 5. cum simi. ideo non est admiratione dignum si fiat conseruatio, ne remaneat impunitus,[d]
4 † eodem modo fit coaceruatio temporum fauore libertatis,
d vt est casus in l. Paulus. §. Caius. ff. de lib. cau. quem alleg. pro singul. Angel. in repet. l. si insulam. ff. de verborum obligatio. vbi venditor voluit quod triennio continuo seruiret, & seruiuit triennio diuersis temporibus, sed non continuo: & tamen fauore libertatis coadiuuantur illa tempora: & sic in contrarium est ius commune. l. ius singulare. l. quod vero, ff. de lega. cum simi. ¶Et adduco quod voluit Angel. in d. l. 2. §. sed si duo. vbi dixit quòd illud quod dixit Bart. in d. l. vbi fideiussor. in

for.in summis, habet locum in temporibus. Ideo duo semestris discontinua non faciunt vnum annum: ideo qui stetit in carcere per duo semestria discontinua, non excarcerabitur amore Dei vigore statuti. Et idem secutus est Iacob. de Aret. per.l.fina.§.sunt autem veterana.ff. de pub. Non obst.l. quod dicitur.§.j.ff.de test.mili.quia ibi est speciale fauore militiæ secundum Ange.faciat quod voluit Bald.in d.l.2.§.sed si duo. ¶Et adduco quod voluit Bald.in l.sancimus.§.si quis autem.C.de dona. vbi voluit quòd diuersæ summæ non coaceruantur, vt faciant vnam summam requirentem insinuationē:
5 & quod voluit d.Pe.de Anch.in c.pe.de dona. ¶ † Ex istis modo sapienter dictis apparet liquidò ꝙ licet d.An. venerit ad habitandum in comitatu Bon.ad consequendam immunitatem per decennium,& inde exigente guerra recesserit, postea redierit:& iterum ob calamitates belli, recesserit; tamen non debēt coniungi illa tempora adinuicem: vt videatur potitus exemptione per 10.annos: licet steterit decem annis & vltra interpollatim,& diuersis temporibus: nō propter hoc videtur fruitus & potitus exemptione per decennium: ergo potuit venire ad habitandum in terra sancti Martini & Duracij: quia non dicitur potitus & fruitus exemptionem per 10.annos:& indubitanter ex isto præsupposito videtur ista dubitatio sopita. ¶Itē præsuppone illud, quod in puncto dicitur ꝙ cum recessisset de comitatu Bono.& redijsset ad patriam & regionem suam: hortatu quorundam vt veniret ad habitandum villam sancti Martini, vbi erat speciale priuilegium exemptionis, pro annis. l.venit de sua patria ad villam sancti Martini: vt habitaret; quo casu videtur de nouo venisse ad habitandum in ipsa villa sancti Martini: quia cum reuersus fuisset in suam patriam communitatis Ferrariæ, de facili res reuertitur ad suam pristinam naturam: vt in c.ab exordio 25.dist.l.si unus.§.pactus.versic. quod in specie. ff.de pact. vnde cum non stetisset in comitatu Bono.per 10.annos continuos, & reuersus fuisset ad proprios lares:& multo tempore ibi stetisset: quia per triennium: quod tempus videtur esse multum, vt probatur in l.2. C.de fideic. videtur de nouo venisse ad habitandum in comitatu Bono.& per consequens debet gaudere immunitate. l.anno. Præterea est ponderandum: quia ex puncto apparet ꝙ dictus An. venit ex proprijs suis laribus ex propria sua patria ad habitandum dictam villam sancti Martini, quæ est specialiter priuilegiata: quo casu duo videntur comprehendi, vnum est quòd videtur de nouo venisse ad habitandum dictam villam sancti Martini:
6 † quia cum redijsset ad patriam suam, videtur habuisse animum commorandi in patria: iuxta illud Vergilij in bucolicis. Nos patriæ fines,& dulcia linquimus arua. Nam vnicuiq; patria sua videtur dulcis* vt l.qui habebat. ff.de leg.3.& unicuique patria sua uidetur esse præstātior* alia patria, ut l.moueor. C.de ser.expor.& quia est locus generationis,& reipublicę nostræ nascimur, ut est tex.singul.in l.j. §.si ea quæ. ff.de uent.in pos.mit.nam unicuique nostrū chari sunt parentes: chari sunt liberi,& familiares sed omnes hominum charitates una patria complexa est, teste Cic. in lib. de Offi. Ista omnia arguunt animum huius Ant.recessisse de comitatu Bon. ad proprios lares animo repatriandi maximè: quia triennio ibi fuit commoratus. facto enim ostenditur uoluntas.l.reprehendenda.C.de insti.& substi.gl.in l.de quibus.ff.de leg.licet ergo postea præfatus Ant. uenerit ad habitandum in dicta uilla sancti Martini, uidetur de nouo uenisse: tum quia nunquam alias ad dictam uillam uenerat ad habitandum, ex quo de propria sua patria recessisset, uidetur de nouo uenisse ad habitandum in dicta uilla sancti Martini. ideo non computabuntur illa tempora: quia non debent accumulari ut superius probaui. nec debet haberi de illo tempore consideratio ex quo recessisset ad proprios lares se conferens cum tota sua familia: & multo tempore ibi stetit, uidetur ex toto reliquisse agrum Bononiensem, si postea uenit ad dictam uillam uidetur de nouo uenisse: nam per continuationem; quia stetit per annum in patria & laribus proprijs, uidetur effectus & incorporatus suę patriæ, ut censeatur inde non recessurus, multo ergo fortius quando stetit per triennium. ¶Et adduco doctr.Bart.in l.si uacantia. C.de bon.
7 uac.lib.10. † ubi dixit ꝙ bona emphyteutica reuersa ad ecclesiam & retenta per annum, uidentur effecta de mensa prælati: & alle.c.ul. supra de rebus eccle. non alie. & sequitur hoc dictum d.Car.in cap.2.de feu. referens multos solemnes doctores ita consuluisse in facto.ad hoc alle.c.j.3 5.q.8.& Arch. ibi, ubi nuptiæ post lapsum anni non dicuntur nuptiæ, nec dicitur nupta,& probatur in l.vetus. ff.de ui.triti. & oleo leg. ubi uinum post annum dicitur uetus & l.fi.§.quoties. ff.de publi. ubi dicitur, mancipia post lapsum anni dicuntur antiqua. ¶Et etiam est subtiliter ponderandum; quia inquantum Bar.ibi loquitur de incorporatione fienda per officialem deputatum ad hoc,& idē uoluit ibi Ange. procedit quo ad bona delata fisco de nouo, quæ nunquam fuerūt fisci, nec quò ad proprietatem, nec quò ad utile dominium non autem procedit quò ad bona reuersa ad ecclesiam quò ad vtile dominium: quæ erant ecclesiæ, quò ad proprietatem ante reuersionem. ita est in casu proposito, quia iste Ant.cum sua familia est reuersus ad suam patriam, quo casu facilius dicitur incorporatus suæ patrię quàm esset aliquis alienigena: vnde sufficeret animus vt dicatur incorporatus suæ patriæ, ergo fortius dicetur incorporatus, si stetit triennio per consequens si de proprijs laribus recedit, & conferat se ad habitandum ad aliam prouinciam, dicitur de nouo venisse, & per consequens gaudebit immunitate 50.annorum indulta venientibus de nouo ad habitandum in dicta villa. Et ex isto capite iste Ant.cum sua familia erit in casu victoriæ. ¶Item plus dico quòd posito iste Ant.non remeasset ad proprios lares,& stetisset ibi tribus annis: vt iam fecit sed non completis 10.annis continuis habitando in aliqua villa comita. Bon. & recessisset de illa villa, & iuisset ad habitandum in dicta villa Duracij, seu sancti Martini: adhuc gauderet spatio quinquaginta annorum: ꝙ sic demonstro ad oculum. Ista villa sancti Martini est specialiter priuilegiata, vt veniens ad eam de nouo ad habitandum gaudet beneficio quinquaginta annorum, & reliquus comitatus est priuilegiatus vt veniens ad habitandum de nouo ad comitatum Bonon.gaudeat immunitate 10.annorum. Et sic potiori priuilegio gaudent venientes de nouo ad habitandum in dicta villa. Modo species derogat generi, vt in cap.1.de rescript.& l.sancio legum. ff.de pœn.&
8 cap.generi per speciem.de regul.iuri.libr.6.¶ † Et multum sapienter dixit Gul.de Cu.in l.sed & posteriores. ff.de leg.statutum disponit ꝙ si furtum est commissum de nocte, emendetur per custodes loci. Postea est factum aliud statutum, ꝙ si furtum est commissum de nocte, & non reperitur fur: ꝙ emendetur per omnes de ciuitate.decidit ꝙ vltimum statutum intelligi-
e tur secundum primum,[c] & vnum non corrigitur per alterum, maximè cum vnum sit generale;& aliud speciale,& speciei per genus non derogatur. Cum ergo in casu nostro vnum statutū est generale quod uenientes de nouo ad habitandum in comitatu gaudeant immunitate 10.annorum, & aliud statutum sit speciale ꝙ uenientes de nouo ad habitandum in uilla sancti Martini, gaudeant immunitate 50.annorum seruabitur utrunque statutum, unum in genere suo, & aliud in specie sua. nec per unum corrigitur alterum. & ideo si forensis ueniat de nouo ad habitandum in uilla sancti Martini gaudebit spatio 50. annorum. Si autem uenerit ad habitandum in uilla alia eiusdem comitatus gaudebat spatio 10.annorum. & sic utrunque statutum seruabitur in casu suo, quia bona ratione moti regētes, ita statuerunt, ut l.1.§.initium.uers.quia moderatam. ff.de post.& eodē mō si forensis ueniens de nouo ad habitandum in alijs uillis comitatu Bonon. & non completis decem annis recedit illa de uilla,& uadat ad habitandum in uilla sancti Martini gaudebit spatio 50. annorum quia iam de nouo dicitur uenisse. ex quo non compleuit tempus 10. annorum. Nec ista statuta uel ordinamenta, seu reformationes se adinuicem corrigunt, sed quælibet seruatur in casu suo, & multò fortius quando uenisset ad habitandum de nouo, & superueniente guerra recessisset,& redijsset ad suam patriam,& ibi stetisset triennio, & uellet uenire ad habitandum in uilla sancti Martini diceretur de nouo uenire ad habitandum,& gauderet priuilegio 50.
9 annorum, ut est in casu nostro. ¶ † Et adduco quod uoluit pulchre dom Pet.de Ancha.in cap.statutum. §.cum autem de rescrip.libro 6.ubi dicit se consuluisse apud Triuisium. & idem
f etiam uoluit in repetitio.cap.canonum statuta. de consti. [f] refert fuisse Triuisij statutum ꝙ forensis non posset acquirere bona immobilia. Alio statuto cauebatur quòd maritus prædecedente uxore in matrimonio lucraretur dotem: modo forensis contraxit matrimonium Triuisij cum quadam Triuisina, & habuit dotem consistentem in rebus immobilibus,& in matri-

trimonio uxor decessit; fuit dubitatum utrum uir forensis lucraretur dotem consistentem in rebus immobilibus consuluit
g quod sic.g quia unum statutum limitatur per aliud, & utrumque seruabitur in casu suo. Et adducit in dicta repeti. quod uoluit Ioan. Andre. in addi. Spec. in titu. de sen. exc. §. postremò, vbi refert antiquos docentes dicere vnum statutum limitari per aliud. & idem voluit in addi. Spec. in ti. de sen. §. vt autem. Bart. in l. j. §. j. ff. quod vi aut clam & in extrau. ad reprimendã. in versi. non obstantibus. & Bal. in l. j. C. ne lic. in vna eademq; causa tertio prouo. & sic apparet quòd cum iste Anton. redierit ad suam patriam cum sua familia, & ibi commoratus fuerit tribus annis, si postea venit ad villam sancti Martini, vt ibi habitaret, videtur de nouo venisse ad habitandum, & ideo gaudebit beneficio exemptionis 50. annorum. & videtur isto casu vendicare sibi locum. l. reddatur vnusquisque suæ patriæ. C. de profes. & medi. libro 10. vbi quis dicitur reddi suæ patriæ, quando venit ad suam patriam, ideo redeundo iste Anto. ad suam patriam videtur redditus suæ patriæ, ergo recedendo de sua patria, & eundo ad habitandum in alieno territorio, videtur de nouo venisse ad habitandum in illo territorio. ¶ Præterea est considerandum, quia iste Anto. cum sua familia venit ad dictam villam sancti Martini recedens de patria sua & incepit ibi habitare, & incepit gaudere exemptione indulta venientibus ad habitandum in dicta villa, & nihil fuit eis oppositum per homines, & commune Butrij. Et sic videus se exemptum spatio quinquaginta annorum incepit emere immobilia in dicta villa, vendendo bona sua, quæ possidebat in patria, & per 20. annos continuos habitauit, & habitat in dicta villa potitus quietè & pacificè exemptione præfacta per dictos 20. annos sine contradictione alicuius, & propter hoc emit plura bona immobilia, & sic est consuetus potiri & gaudere dicta exemptione. Nunc vero molestatur a communi Butrij contra hanc cõsuetudinem exemptionis, certum est quòd non potest debet enim attendi illud quod est consuetum fieri. hoc probatur in c. licet ex suscepto, in versicul. consuetum. de foro competen. hoc decidit text. in titu. de pace Constan. in princip. in versic. ab antiquo. vbi seruandum est illud quod ab
10 antiquo consueuit fieri, & est secundum Bald. ibi argu. † q̃ antiquæ consuetudines sunt seruandæ: vnde dicit lex, nequid contra longam consuetudinem fiat ad solicitudinem suam reuocabit præses prouinciæ. l. j. C. quæ sit lon. consuetu. l. si manifestè, C. de ser. & subdit ibidem Bald. esse ibi tex. expressum quòd in pascuis, pontibus, aquis molendinis, & ipsis commoditatibus aquarum standum est antiquitati. ¶ Et sapienter di-
11 cit Bald. in l. quicumque. C. de seruis fugi. † quòd illud quod est consuetudinarium, non est arbitrarium. & facit capit. duo simul. in versic. sicut consueuit ab antiquo. de offic. ordin. & facit. l. vsum aquæ. C. de aquæductu. lib. 10. vbi dicitur quòd ille qui vsus est priuilegio certo tempore, debet illo vti ita vt cõsueuit. modo in proposito iste Anto. & eius familia consueuit vti priuilegio 20. ann. ergo sequitur quòd poterit vti ita, vt consueuit vti, quia attendi debet quod fieri consueuit, sed consueuit illo vti: ergo vtetur eodem beneficio exemptionis, vsque ad complementum annorum quinquaginta. nam illud quod est consuetudinarium, non est arbitrarium. Consuetudo enim habet vim decreti, & tenaciter obseruata habet vim iustitiæ. ita dixit Bald. in cap. 1. in tit. qui feu. dare possunt in vsibus feu. & per consequens debet vti iste Ant. & sua familia beneficio exemptionis: ita vt consueuit vti, & accedat ad prædicta consensus tacitus dicti communis Butrij, quia illis de dicto communi conscientibus, patientibus, & non contradicentibus dictus Ant. cum sua familia fuit vsus dicto beneficio exẽ
12 ptionis, quo casu non potest contradicere. ¶ † Et adduco quòd pulchrè dixit Bald. in l. post mortem. ff. de adop. filius, inquit, vixit seorsum a patre habitando, & negotiando, an præsumatur emancipatus, & dicit quòd sic, si alleget emancipationem cum cursu 20. annorum: quia sufficit tantum tempus. allegat ad hoc l. 2. C. de præscri. long. tempo. quæ pro lib. aut cum cursu decennij. Et idem l. cum de in rem verso, ff. de vsu. Et adduco. l. si filio. C. de pa. potesta. vbi patientia inducit præsumptionem veritatis & solemnitatis. quam legem Bald. ibi dicit esse summè not. quia contingit de facto pluries in magnis mercatoribus, qui diu steterunt tanquam liberi; vt per 20. annos videantur præscripsisse patriam potestatem sine titulo, & per

10. annos cum titulo putatiuo, quia fortè emancipatio facta erat, sed non solemniter, iuxta no. in l. eam quam. C. de fidei. item voluit Bald. in d. l. si filium. vbi etiam in finalibus verbis dicit quòd sola patientia patris cum facto filij administrantis, eius libertatem inducit. quod est menti tenendum secundum eum. Et ita uidetur necessario concludendum in casu nostro, ut cum dictus Ant. spatio 20. annorum emerit immobilia in comitatu Bononiæ & in dicta uilla sancti Martini & Duracij, & nunquam fuerit collectatus, sed liber ab omni collecta, & onere uixerit, dicto commune Butrij sciente patiente, & consentiente, & non contradicente, sequitur quòd spatio annorum uiginti uidetur acquisiuisse exemptionem, ita ut illa gaudent, & fruuntur hi qui de nouo ueniunt ad habitandum in dicta uilla sancti Martini, multo ergo fortius cum appareat istum Antonium uenisse de sua patria ad comitatum Bonon. & ad dictam uillam sancti Martini, & Duracij. Cum ergo inceperit uti priuilegio spatio uiginti annorum, uidetur quòd debeat continuare usque ad complementum 50. annorum ita vt incepit, vt probatur in l. vsum aquæ. Et pro certo hæc apponunt securim ad arborem huius con-
13 sultationis. ¶ † Præterea accedat quod voluit Bald. in l. siue
h possideris. C. de proba. quod si clericus diu h tenuerit & possederit beneficium sciente, & patiente episcopo, quod præsumitur institutus canonicè: nec tenetur edere titulum suæ institutionis. alleg. Innoc. & Ioan. Andr. in capit. illud præsumpt. ¶ Et adduco. l. si filius. C. de petitio. hæredita. & ibi eleganter dixit Bald. nam ibi probatur quòd si filius longo tempore tenuit, & possedit hæreditatem in qua institutus fuit patre sciente, & patiente, quod præsumitur adijsse iussu patris præce-
14 dente, & ibi dicit Bald. † disponit statutum quòd filius non possit contrahere sine expressa licentia patris, quod si filius mihi vendidit patre suo sciente, nec aliter apparet de licentia patris: quòd præsumitur licentia interuenisse. Cum ergo in casu nostro iste Anton. cum sua familia steterit spatio uiginti annorum. emendo bona immobilia, & gaudendo, & fruendo beneficio exemptionis ipso commune Butrij sciente, & patiente, sequitur quòd videtur canonicè, & legitimè adeptus beneficium exemptionis: quia non est præsumendum quòd tam longo tempore habuisset patientiam dictum commune non collectandi istum Anton. forensem cum sua familia: iuxta illud Virgilianum, non ea vis animo, nec tanta superbia victis. Ex legitima ergo causa præsumitur exemptus: quia verisimile est quòd collectassent hominem peregrinum, & alie-
15 nigenam si iure exigente collectari debuisset. † Et adduco tex. valde elegantem. in l. qui in aliena. §. quòd si non adierit. ff. de acquiren. hæredita. per quem text. dixit ibi Bald. quòd si prælatus stetit diu in prælatura sciente, & patiente suo superiore, præsumitur canonicè institutus in beneficio. allegat Innoc.
16 in dicto cap. illud. ¶ † Et idem ibi voluit Ange. qui addidit quòd si ex dispositione statuti in contractu mulieris debeant interuenire consensus propinquorum, quòd ratione longi temporis quo celebratus est contractus, præsumitur interuenisse consensus propinquorum faciat quod voluit Hostien. in capit. licet Hely. de simo. vbi idem dicit. ¶ Et adduco quòd voluit Archid. in capit. nemo, de consecra. distin. 1. vbi dicit quòd si locus est in forma ecclesiæ, & ibi publicè per sacerdotes, & clericos celebretur: quod præsumitur forma interuenisse, & authoritas episcopi in sua fundatione, & idem voluit d. Card. in capitu. requisisti de test. ¶ Et per illud dictum egregiè dixit solemnis doctor dominus Petrus de Perusio
17 in not. tracta. quartæ canonicæ quòd † si capella habeat signa ecclesiæ, & longo tempore sit fundata, quòd præsumitur fundata authoritate episcopi. & idem voluit Ludoui. Rom. in l. sciendum. ff. de verborum obligationibus & d. meus Ioan. de Imo. in dicta l. qui in aliena. §. quòd si non adierit. ¶ Et ego dixi plenè in commento dicto cap. requisisti. ¶ Et faciat quòd voluit d. Abba. consiculus meus in dicto ca. illud, de præsum. & ego dixi plenè in dicto cap. licet Hely. de simo. ¶ Et adduco quod pulchrè voluit d. Petr. de Ancharan. in clem. 1. de priui. & Cardi. post Host. in capit. 2. de ele. pereg. & indubitanter ista apponunt gladium ad radicem huius hæsitationis, maximè concurrentibus tot adminiculis in simul: ex quibus iudex recto iudicio potest informare animum suum. & venire ad vnum conceptum finalem mentis suæ non indigentem admi-

adminiculo iuramenti, ita belliſſimè dixit Bal. in rub. de con-
trouer. inueſt. in vſi. feu. pro ſuo dicto allega. text. in c. cum ad
ſedem. de reſtitu. ſpo. & in c. in noſtra. & c. præterea. de teſti. &
glo. ſing. in l. 2. §. 1. ff. de excu. tuto. & tex. in l. ſpadonem. §. qui
iura multa. eo. titu. & per conſequens poterit dominus iudi-
cans venire ad vnum conceptum finalem pronunciandi iſtum
Anto. & familiam ſuam poſſe gaudere beneficio exemptionis,
18 & cõtinuare vſque ad 50. annos. ¶ † Præterea eſt conſideran-
dum ꝙ dictus Anto. & eius familia ſunt forenſes & intuitu il-
lius exemptionis receſſerunt de propria patria, & proprijs lari
bus, & venerunt ad habitandum in dicta villa: quo caſu vide-
tur celebratus ꝯtus inter ipſos, & cõitatem; & per cõſequens
i non poteſt reuocari i talis exemptio. hoc decidit Ioan. And. in
add. Spe. in titu. de cenſi. §. nunc dicendum. ver. quid ſi vniuer
ſitas. in addi. quæ inci. Guido de Suza. propriè tractauit hunc
caſum, loquens de conſuetudine quæ fuit longo tempore ſer-
uata ꝙ veniens de alieno diſtrictu liber & immunis eſſet: deci-
dit quòd ſic veniẽtibus ad habitandum eſſet acquiſitum ius,
quod vigore talis conſuetudinis non potuit auferri. alleg. duas
leges ad hoc videlicet. l. fi. ff. de pac. & l. poſt mortem. ff. de con
trata. & per regulam, quæ vult, mutari non poſſe conſilium in
alterius detrimentum. l. nemo poteſt. ff. de regu. iur. c. mutare.
eo. titu. lib. 6. & c. ꝙ ſemel. & c. decet. eo. titu. & ſic reformatio
aut ſtatutum aut priuilegiũ tranſit in quaſi contractum. Et idẽ
not. Io. And. in addit. Spe. in titu. de inſtru. edi. §. nunc vero ali-
19 qua. in add. quæ incipit, hęc omnino. ¶ † Et ideo ſapienter ipſe
voluit Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure, ꝙ ſi fiat procla-
ma ꝙ quicunque venerit ad habitandum in comitatu ſit im-
munis ab oneribus; & forenſes veniunt ad habitandum, ꝙ nõ
poteſt eis auferri illud beneficium: quia tale ſtatutum trãſiuit
in quaſi contractum, & idem voluit in l. quod ſemel. ff. de de-
cre. ab ord. fa. & in l. hi qui. ff. de excu. mune. ¶ Et ideo Nic. de
Matha. inducebat. l. ſi qui mihi. ff. de dolo. vt ibi refert Bal. ſta-
tutum dicit, quod quicunque venerit ad habitandum, & ſtete
rit ibi per certum tempus, ſit exemptus à collectis. Si poſtea cõ
mune faciat ſtatutum in contrarium in præiudicium illorum
qui venerunt ad habitandum poſſunt adiuuari exceptione do
li, quam legem Bald. ibi dicit eſſe not. pro comitatenſibus no-
ſtris in quibus eſt conceſſum beneficium ciuitatis, ꝙ ſi poſtea
derogetur, nõ videtur poſſe fieri. Faciat quod voluit idem Bal.
in l. qui ſe patris. C. vnde vi. & in c. 1. §. fi. qui feu. dare poſſ. &
idem voluit do. Pet. de Ancha. in c. 1. de conſtit. lib. 6. & conſi.
20 2. vbi conſuluit ꝙ priuilegia † quæ conceduntur à Principe
per viam pacti, non poſſunt reuocari. Et ad hæc alleg. Barto. in
d. l. omnes populi. idem volunt Inno. in c. nouit. de iud. d. Ant.
in c. cum M. de conſti. & in c. quæ in eccleſiarum. eo. titu. & c.
cum dilectus. de temp. or. ¶ Et adduco quod voluit Io. de Fan.
in dicto c. 1. de conſti. lib. 6. qui dicit quod tranſit in contra-
ctum quando forenſes veniunt ad habitandum. ¶ Et ideo dicit
Inno. ꝙ tale ſtatutum videtur concedere priuilegium non ſub-
dito, ꝙ debet eſſe manſurum. c. priuilegium. de reg. iur. lib. 6.
ita dicit Inno. in c. nouit. & idem voluit in d. c. in noſtra. de in-
iu. & voluit Archi. in c. quicunque. 11. q. 1. ¶ Et quod voluit
idem Inno. in d. c. quæ in eccleſiarum. & ſapienter dixit Bal. in
c. 1. de nat. feu. in vſi. feu. ꝙ licet Deus ſubegerit imperatori le-
ges, & Papæ canones; non tamen ſibi ſubegit obligationes &
contractus, vnde obligatur princeps ad inſtar priuati. & arguit
ibi contra Cęleſtinum qui de mane vni conferebat gratiam, &
de ſero auferebat, & alteri conferebat. ¶ Et idem Bald. in con-
cluſionibus iuris canonici dixit, ꝙ licèt princeps ſit dominus
legum; non tamen eſt dominus morum. Et idem Bal. in l. 2. C.
de ſeruit. dicit ꝙ licet princeps ſit ſolutus legibus: non tamen
eſt ſolutus a dictamine rationis, quia eſt animal rationale poli
ticum. ¶ Et idem Bal. in l. princeps legi. ſolu. ff. de legi. dicit ꝙ
* ſi diceremus Principem ſolutum * lege conuentionis & con-
tractus, ſequeretur ꝙ non poſſet contrahere: quia natura con-
tractus eſt ꝙ ſit vltro citroque obligatio. l. Labeo. ff. de verb. &
te. ſi. ſi vero obligaretur, ſequeretur ꝙ non poſſet cadere in eũ
contractus, vel poteſtas contrahendi, quia actus actiuorũ ſunt
in patiente bene diſpoſitio, vt voluit Philoſophus in 2. de ani-
ma. quod non eſt dicendum, quia cum princeps ¦ſit omnium
præſul, videretur eſſe ominum exul. quod non eſt dicendum.
Et facit quod voluit idem Bald. in l. digna vox. C. de leg. modo
in propoſito cum ſit quidã contractus celebratus inter ipſum
Anto. & eius familiam ex vna parte, & commune & regentes
ex alia, ꝙ venientes de nouo ad abitandum in dicta villa ſancti
Martini gaudeant exemptio. l. annorum. & iam in dicta villa
venerunt de nouo ad habitandum & habitant, & inceperunt
vti & potiri dicto beneficio exemptionis per annos 20. Ergo
ſequitur ꝙ poſſunt continuare ad terminum diſpoſitum in di-
cto priuilegio irreuocabiliter. Si ergo commune & regentes
Bon. non poteſt illud reuocare; ergo multominus poterit reuo
care commune Butrij, veniendo per viam indirectam & obli-
quam: vt iam veniũt illi de Butrio, quod eſſe non debet. l. non
21 dubium. C. de leg. ¶ † Præterea facit ad prædicta, vbicunque
aliquis facit aliquid circa rem meam, vel circa illud quod me
tangit, & cadit in certam ſpeciem contractus, vel quaſi, tunc
talis patientia habetur pro conſenſu, ita voluit glo. elegans in
l. Caius. ff. de pig. act. Cy. in l. inuitus. C. de procu. Dy. in regu-
la. qui tacet. lib. 6. voluit Bar. in ſua diſput. in cap. Mulier. quę-
dam magnum habens patrimonium, & vocatur iſta patientia
formis: modo ita eſt in caſu noſtro, quia iſte Anto. cum ſua fa-
milia venit ad habitandum in d. villa ſancti Martini & Duri-
cij & emit ibi bona immobilia, & per 20. annos non ſoluit col
lectas, nec onera cõis, & ſic fecerunt aliquid circa illud qđ tan
gebat dictum cõe, quia non ſoluẽdo, onus eorum luebat præ-
fatum commune, ergo ſequitur ꝙ patientia & taciturnitas di-
cti communis habetur pro cõſenſu. nam habitare in dicta vil-
la, non ſuſtinere onera communis, & emere immobilia, & non
ſoluere collectas incumbentes, cadit in ſpeciem contractus
exemptionis. ergo ſequitur ex tacito conſenſu hominum com
munis Butrij nata eſt huic Anto. & ſuæ familiæ exemptio, &
per conſequens non poſſunt compellere d. Anto. & ſuam fami
liam ad onera & collectas incumbentes pro ipſo communi.
¶ Præterea facit, nam Anto. cum ſua familia acceptauit priui-
legium exemptionis 50. annorum. & venit ad habitandum de
nouo in dicta villa ſancti Martini; & incepit gaudere priuile-
gio præfato: ergo non poteſt ſibi rumpi nec ex parte conceden
tis, nec ex parte dicti communis Butrij. Nam ſi de quo magis
videtur ineſſe, & non ineſt: ergo multòminus de eo quod non
videtur ineſſe. capitu. cum in cunctis. de electio. & ibi in glo.
ſunt concordantiæ: ſed plus videtur ineſſe quòd regentes com
mune Bononiæ poſſent rumpere dictam exemptionem: ſed
non poſſunt, quia tranſiuit in contractum: vt ſuperius di-
ctum eſt: ergo multòminus poterit commune Butrij dictam
exemptionem rumpere: quia ſeruus eſt regiæ vrbis Bononiæ,
ſicut & ipſe Anto. cum familia ſua, iuxta illud quod ſcri-
bitur in lib. Apocalipſis: vide, inquit, ne feceris quoniam
ego conſeruus tuus ſum: indigna temeritas eſſe videtur quod
illud quod non facit, nec poteſt facere commune Bonon. præ-
ſumat cõe Butrij facere: iuxta illud, Quid domini facient, au-
dent cum talia fures. ¶ Pręterea præſupponitur in puncto ꝙ be
neficium exemptionis. l. annorum datur venientibus ad habi-
tandum de nouo in d. villa ſancti Marti. ſed iſte Ant. cum ſua
familia venit de nouo ad habitandum in dicta villa ſancti Mar
tini: quia nunquam venerat antea ad habitandum in dicta vil-
la: ergo ſequitur quòd debet gaudere dicto priuilegio exem-
ptionis 50. annorum, poſito nõ tamen conceſſo quòd dictus
Anto. cum ſua familia ſtetiſſet 10. annis continuis in dicto co-
mitatu Bonon. quia villa ſancti Martini eſt ſpecialius priuile-
giata, & propter penuriam & raritatem ruſticorum inhabitan
tium in dicta villa emanauit illud ſpeciale decretũ 50. anno-
rum, & videtur illud beneficium potius emanaſſe in fauorem
illarum villarum, & in fauorem publicum, quàm in fauorem
venientium de nouo ad habitandum in dictis villis ſancti Mar
tini & Duratij, & ſic dictum commune Butrij, videtur inniti
contra publicum bonum, volendo collectare familiam dicti
Anto. quæ ob publicum bonum venit ad habitandum in dicta
villa. vnde familia dicti Ant. non debet deflere ſuam diligen-
tiam impenſam agris colendis, & operas ſuas ruſticales eſſe ſi-
bi damnoſas vt dixit text. in l. fi. C. de alluuio. & palu. ¶ Et ſi
quiſpiam opponat de eo quod dicitur in prouiſione expreſſe,
in 5. cap. vbi annullantur priuilegia, immunitates, & exceptio-
nes in præteritum conceſſas illis perſonis ſingularibus &c. Re
ſpondeo ꝙ non comprehendit forenſes, qui intuitu illius exce-
22 ptionis venerunt ad habitandum in dictis villis: † quia genera
lia verba ſtatuti non adaptantur ad impoſſibilia ipſis ſtatuenti
bus. c. tua. de deci. cap. eccleſia. de conſti. cap. fi. de immunita.
eccle.

eccle.lib.6. cum simil. sed statuens non potest tollere priuilegium transiens in contractum cum forensi, vt superius expressi. Ergo sequitur ꝙ generalia illa verba non comprehendunt casum in genere, quem in spē statuens non potuit disponere. & sic principium illius quinti capituli non comprehendit ipsum Anto. & familiam suam de nouo venientes ad ipsam villam sancti Martini ad habitandum.& hoc apparet ex illo §. & etiam prædicta locum non habeant, vbi non volunt comprehendere venientes de nouo ad habitandum. ¶ Et si dicatur ꝙ in §. sequenti dicitur, voluerunt tamen ꝙ prædicti de nouo venientes, ementes bona immobilia soluere teneantur onera realia &c. quia ad hoc facile & verum do responsum. Primò dico, ꝙ non potuerunt regentes illud reuocare priuilegium quò ad non subditos: quia Deus non subegit Principi obligationes & contractus, vt plenè dixi superius, ergo non valet illa reuocatio in præiudicium dicti Ant.& suæ familiæ,& est pura veritas. Non enim debuit decipi sub clypeo contractus, & conuentionis. Secundò do aliud responsum: quia ille.§.dixit ꝙ venientes de nouo ementes bona, & sic non loquitur de his qui antea venerant & emerunt: quia quò ad illos non potuit reuocari priuilegium. Sed ist Anto. cū familia iam venerat,& emerat antequam emanaret ista prouisio, ergo sumus extra casum prouisionis. l. si seruus. ver. non dixit prætor. ff. de acq. hære. &

23 meritò, † quia natura constitutionis est comprehendere futura & non præter; futuris enim negotijs prouident. ita l. leges. C. de leg. l. iubemus. C. de leg. l. iubemus. C. de test. cum similib. ¶ Et adduco. c. 1. quod me. causa. lib. 6. vbi probatur ꝙ constitutio loquens per verba præsentis, non comprehendit præterita, sed futura: & in proposito ista prouisio loquitur per verbū præsentis temporis: quia dicit venientes & ementes: ergo &c. & adduco c. 2. de const. lib. 6. quod dicit ꝙ vbi verba constitutionis possunt adaptari ad præteritum & futurum, ꝙ adaptantur ad futura & non præterita. ¶ Et adduco glo. in l. cum tale. §. falsam. ff. de cond. & demon. quam alleg. Bald. in l. leges. C. de legi. Item & tertiò do aliud responsum ꝙ ille. §. intelligitur de exemptis spacio 10. annorum. Erat enim quædam contrarialis emptio, quæ datur venientibus de nouo ad habitādum, vt sint exempti spacio 10. anno. sed nos loquimur de exemptione 50.

24 ann. ¶ † Item & quartò do aliam responsionem, videlicet vbicunque emanauit aliqua specialis prouisio in fauorem certa-

k rum personarum, & postea fit contraria cancellatio [k] priuilegiorum, ꝙ non videtur derogatum illi priuilegio, nisi illud in specie exprimatur. iste est tex. valde singularis iuncta gl. sua in l. decurionibus. C. de silentiar. lib. 12. istud voluit Bal. in ca. 1. §. sancimus. in titu. quo tempore miles inuest. pe. debe. in vsi. feu. & idem voluit in l. nō plures. C. de sac. san. ecc. & in l. 1. C. de iusti. codi. cōpo. & in l. si cum mihi, ff. de dolo. & in l. j. ff. de consti. prin. & l. dotalē. ff. de testa. mi. & in c. j. de rescr. & in c. graue. de offi. or. & in c. veniens. de rescr. & in auth. habita. C. ne fi. pro patre. & Lu. Ro. in l. hac consultissima. C. qui tes. fac. poss. & in l. si vero §. de viro. ff. sol. mat. Cum ergo in casu nostro emanauerit dicta exemptio specialiter pro annis. l. in fauorem illius villæ quæ, vt dicitur, in illo beneficio exemptionis erat buschiua & valliua, & sterilis ex penuria inhabitantium, & in fauorem venientium de nouo ad habitandum in dicta villa: ergo sequitur ꝙ generalis cancellatio exemptionum, immunitatum, & priuilegiorum non extenditur ad aliud priuilegium, ita specialiter emanans: vt est tex. cum gl. in d. l. decurionibus. & per consequens dicta annullatio & cancellatio priuilegiorum, & exemptionum non comprehendit ipsum Ant. nec suam familiam, quia regentes non potuerunt illam tolle-

25 re, nec voluerunt illam tollere. ¶ † Et ideo dicebat Bart. in l. 1. ff. de consti. prin. ꝙ omnia mandata & rescripta principum intelliguntur salua iustitia; & si quid dat vel confirmat, semper intelligitur saluo iure alterius. l. meminerint. C. vnde vi. ideo dicit Bald. ibidem ꝙ per generalia verba princeps non videtur tollere iura specialia, nec præsumitur placere principi nisi iustum verum, secundum Bal. ibi ergo multo fortius in inferiore a principe præsumitur placere illud quod est iustū & æquū, & per consequens non videtur sublata istis rusticis sua exemptio, quia esset valde iniquum ꝙ isti qui fuerunt de primis, qui venerunt ad habitandum in dicta villa: & fuerunt causa vt coleretur, & alij venirent ad habitandū ibi, & sunt 20. anni elapsi quibus potiti sunt exemptione, non obstante dicta prouisione, ideo non sunt mutanda quæ certam interpretationem semper habuerunt. l. minimè. ff. de leg. c. cum dilectus. de consu. Ideo concludo in fauorem ipsius Antonij & suæ familiæ. Supremo Deo sit honor, gloria, imperium in secula sempiterna. ¶ Et ita dico & consulo ego Andreas de Sicilia eques, & in vtraque cēsura doctor, Bononiæ iura canonica legens.

ADDITIONES.

* Viso puncto.] Super hac eadem facti specie in isto Antonio, consuluit Vicentius Paleotus Bon. cuius consilium habes supra consi. 54. eo. lib. consuluit ēt Alex. & eius habes consilium nu. 34. lib. 5. Natta.

a ¶ Ant. Idem in hac eadem causa consuluit Alex. infra lib. 5. consi. 34.

b ¶ Quia non. Idem Ange. Alex. in l. quoties infra de ver. obli. Pau. l. fi. §. quoties, de pub. Pan. c. ad apostolicam, de reg. Phy. Frā. c. 1. in prin. de re. in 6. Soc. c. fi. de lib. obla. Ias. l. si idem cum eo. de iur. om. iu. infra lib. 5. consi. 113. consi. 96. nu. 2. eo.

c ¶ Tali secus si procedant ab eadem causa Cæp. causa. ciui. consi. 14.

d ¶ Libertatis. Et generaliter in fauorabilibus. Lance. Dec. l. fi. ff. de an-

* lega. * Vide com. Felini ad proœm. Decretorum. col. 3. Natta.

* Vnicuique patria sua videtur dulcis.] Homerus quoque Odys. lib. 9. nihil patria dulcius esse testatur. Ouid. Dulcis amor patriæ, dulce videre suos, quanquam Theucer Telamonis filius in vetere Tragedia dixisse traditur, patriam esse vnicuique, vbicunque bene esset cuique, quod dictum acriter reprehendit Lysias orator in oratione, quam scripsit aduersus Philonem. Plura de patriæ charitate congerit Hieronymus Magius Anglarensis Iurisconsultus in libro de Patria, typis adhuc non excuso. Natta.

* Patria sua videtur esse præstantior.] Et patriam suam vnusquisque tenetur defendere; C. omni timore. 23. q. 8. vsque adeo, vt pro patriæ defensione filius licitè occidere possit patrem; l. minimè. ff. de religios. & sump. funer. secundum But. & Abb. in c. 2. de immu. eccl. Nat.

e ¶ Secundum. primum. C. eo. consi. 123. nu. 10. cum seq.

f ¶ Consti. q. 12. vers. quæro vlterius.

g ¶ Quod sic. Idē Barb. in rub. de reb. eccl. non alie. consi. 48. & in alijs consi. quæ citra. d. And. Tiraq. in consu. Pic. de retra. §. 1. gl. 9. nu. 164. vbi citat Steph. Phe. de interpre. iur. par. 2. pag. 98. in paruis. idem in simili vult Bal. tracta. sta. vel castrū. & placet licet aliter sentiat Deci. l. fi. de re. iu. dico tñ ꝙ iste forensis tenebitur vendere, vel aliter inter manus ciuium ponere, & transferre hæc immobilia & sic vtrique statuto plenè satisfiet, & ad hoc dabitur forensi competens terminus post interpellationem, per ea quæ in simili dixi in consu. Paris. §. 22. q. 41. §. 41. nu. 50.

h ¶ Diu. supra eo. lib. consi. 1.

i ¶ Reuocari. supra lib. 2. consi. 216. per totum.

* Principem solutum.] Istud dictum Baldi refert etiam & sequitur idem And. Sic. author præsentis consilij, eius consi. 1. col. 2. lib. 1. & ratio Bald. elicitur ex tex. in l. ꝙ si minor. §. 1. ff. de minoribus ibi, Ne in agendo, in commodo huius ætatis homines afficerentur, nemine cum his contrahente, & quodammodo commercium eis interdiceretur. Facit ad rem optime tex. in c. esto subiectus. 15. dist. vbi refertur illud Domitij Oratoris, Cur ego (inquit) te habeam vt Principē cum tu me non habeas vt senatorem. Hoc idem sentit Bald. consi. 327. lib. 1. dicens, ꝙ nullus esset contractus in Principe, si penderet reuocatio, & substantia ex sola eius voluntate. l. in ementis. C. de cōtrahen. emptio. & sic malè contraheretur cum principe, & esset quodam modo ei interdictum contractibus, quod dictu ridiculum est l. bene à Zenone. cum materia sua vulgatissima. Huc spectat in simili tex. in l. cum plures. §. 1. ff. de administr. tuto. vbi contractus factus cum pupillo, sine iusta causa non reuocatur; quia id inutile esset pupillis, nemine cum ipsis contrahente. facit tex. in l. ratas. C. de rescin. vend. vbi habetur, ꝙ si liceret alicui rescindere venditonē sine iusta causa, oblato pretio, pariter liceret alteri parti idem facere. M. Anto. Natta.

k ¶ Cancellatio. supra eo. lib. consi. 123. nu. 16.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O.

Omnes sunt Quaterniones, Præter O, quæ sunt Terniones.